Bibliothèque numérique
medic@

Hippocrate / Martianus, Prosper / Marziani, Prospero (éd.). Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus.

Romae, typis Iacobi Mascardi, 1626.
Cote : 14

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00014

MAGNVS HIPPOCRATES COVS PROSPERI MARTIANI MEDICI ROMANI

Notationibus explicatus.

OPVS DESIDERATVM.

ex libris S.ti Eligij Barnabitarum



BARNABITARVM S. ELIGII PARIS
ECOLE DE SANTÉ DE PARIS 14 FRIMAIRE AN III
ΗΠΙΟΚΡΑΤΗΣ

ROMAE, Typis Iacobi Mascardi. MDCXXVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 1 sur 636



AD LECTOREM.

MAGNVM quidem opus, arduumq. ſuſcepi, adeò tamen vtile, Medicisq. neceſſarium, vt in temeritate etiam virtus ſpectanda ſit, loca enim Hippocratis obſcuriora explicare profiteor, cuius doctrinam tanti fecit antiquitas, vt nullus Medici nomine dignus haberetur, qui circà eam non elaborauerit, vndè meritò dici poterat, tot interpretes Hipp. habuiſſe, quot Medicina Medicos (vtinam eorum ſcripta ad nos peruenissent, nam Artis Medicæ ſuppellex longè magnificentior eſſet.) Fons enim indeficiens eſt huius Auctoris doctrina, quem exhaurire omninò eſt impoſſibile, ex quo factum eſt, vt nemini per tot ſecula occaſio defecerit, proprium ingenium in ea exercendi, nec deficiet in poſterum. Cæterum etiam ſi circà hanc materiam inſudantes pulcherrima antiquos poſteritati tradidiſſe, credendum ſit, in eo tamen defeciſſe deprehenduntur, quia (ſi Galeno credimus, cui multorum commentaria euoluere datum eſt) in obſcurioribus ſententijs Auctoris mentem aſſequi nequeuntes, ad textus correctionem nimia facilitate ſe conuerterunt, tantæ temeritatis excuſationem in tranſcriptorum negligentiam, & librariorum auaritiam referentes, quippèqui, vt libros pluris venderent, volumina, multis additis, ampliora reddere ſtuduerint, falſiſquè inſcriptionibus appoſitis, Hipp. auctorem mentiti ſint. Hi igitur prædictorum prætextu ex vulgatis codicibus alia dementes, alia addentes, multa permutantes, vnuſquiſquè ſibi proprium conſtruxit Hippocratem. Hinc ortæ ſunt tot Medicorum ſectæ, quæ etiam ſi contraria inter ſe ſentirent, propria tamen dogmata ab vno Hippocrate deſumpta profitebantur omnes. Poſteriores verò, etiam ſi in Hippocratica doctrina plurimum inſudarunt, eodem tamen prætextu, & ipſi, communem lectionem peruertere antiquorum exemplo non erubuerunt, imò eorum nonnulli poſterioribus, & Galeno maximè ità addicti fuere, vt auſi ſint aſſerere, Hippocratis dogmata, præceptaquè eatenus eſſe recipienda, quatenus ab ipſo Galeno recepta inueniuntur, vndè in Hippocrate interpretando, eius dicta ad Galeni placita trahere potius, quam veram Auctoris intentionem aſſequi ſtuduerunt. Non animaduertentes, Galenum doctrinam Hippocratis nomine potius, quam re vera inſecutum eſſe, cum conſtet in eius

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 3 sur 636

librorum censura magis, quam in eorum expositione laborasse. Nam cum gloriæ auidissimus esset, contradicendi studium adeò innatum habuit, vt nullus scriptor in eius manus peruenerit, quem reprehendere non fuerit ausus. Ego autem vanum ratus credere, vni Hippocrati hoc infortunium accidisse, vt in negligentes transcriptores, auaroscuè bibliopolas inciderit: quod neque Homero, nequè Herodoto, Platonivè, aut Aristoteli, nulliquè antiquorum auctorum contigisse constat, in assiduaquè Hippocratis lectione diù, noctùque viginti annorum spatio, atquè vlterius etiam versatus; cognoui tandem, vulgatam, & antiquam lectionem verum, & legitimum sensum recipere posse, innotuitquè mihi causa, cur tanti viri tot Hippocratis dicta non fuerint assecuti, quia, scilicet, quam plurima non ipsiusmet Hippocratis (vt par erat) fundamentis, sed aut Galeni, alteriusuè cuiusdam Medici, aut Philosophi, exponere conati sunt, multaquè Hippocratis germana non receperunt. Quomodò enim verus sensus adaptabitur ijs, quæ, aut aliena, aut falsa, aut mutilata, aut corrupta creduntur? Quæcunquè igitur alij, aut præterierunt, aut spontè omiserunt, perperamuè (me iudice) intellexerunt, ea exponere breuiter, & ad verum sensum reducere in animo est; quæ alij rectè perceperunt, & tradiderunt, non recensebo, & si quædam eorum memi-
nero, proprium auctorem non defraudabo, quandoquidem horreum meum ditare aliena messe non intendo. Imò, vt Hippocraticæ doctrinæ studiosis satisfaciam plenius, in cuiusquè libri exordio auctores omnes adnotabo, quos in eo operam impendisse, mihi constabit, vndè quicunquè illorum scriptis perlectis, hæc nostra percurrere non grauabitur, in Hippocratis lectione pauca (ni fallor) inueniet, quæ maiori explicatione egeant.

Et quoniam partim ex Hippocraticæ doctrinæ imperitia, partim ex sinistra multarum sententiarum interpretatione, plurimi abusus circà eam Medicinæ partem, quæ Praxis dicitur, emanarunt, eosdem, quum dabitur occasio, indicabimus, & pro viribus detestabimur, veram medendi rationem demonstrantes: vt non modò incorrupta Hippocratis doctrina innotescat; sed etiam eiusdem curandi modus introducatur. In lectionum verò diuersitate eam, quam maximè tueri conabimur, quam Frobenianus textus Basileæ impressus habet, hunc enim cæteris præferendum communis Medicorum schola recepit, etiamsi in annotatione sententiarum, quæ à nobis explicabuntur, aut citabuntur, latinam Cornarij versionem secuturi simus, tùm quia hæc cæteris vulgatior est, tùm etiam, quia à verborum Græci contextus, & serie, & proprietate recedit minus; linearum numeros adscribentes, quibus singuli libri constare in codice Basileæ impresso anno 1546. inueniuntur. Hanc quippè diuisionem satis vulgatam existimo, quandò eam secutus est Petrus Matthæus Pinus in illo opere, quod Compendium instar indicis in Hippocratis opera inscribitur. Et vt loca, quæ à nobis vbiquè citabuntur, promptius inueniri ab omnibus possint, præter numerum præfatum linearum, textuum etiam numerum, iuxtà eam diuisionem, quam Marinellus in suo Hippocrate excogitauit, in margine adnotari procurauimus. Hos igitur conatus, laboresquè

©BIUM

boresquè nostros, qualescunquè sint, in communem vtilitatem expono, vniuersali tamen omnium iudicio subiectos esse nolo, propter eos, qui vulgarem doctrinam, Galeniquè ratiocinationes adeò impressas retinent, vt nè scalpello quidem deleri possint, sed eorum tantummodò, qui veræ artis amatores eam assequi totis viribus contendunt. Hisce enim hæc, si non vtilia, saltem grata forè confido, animi mei audaciam admirantibus; quippèqui, quod nullus hùcusquè tentauit, ipse præstare fuerim ausus, excitaburquè fortassè horum occasione aliquis, qui fœliciori ingenio, quæ ego tentaui, perficiet, & hoc pacto Medicis sanus, & incorruptus restituetur Auctor, cuius defectu tot absurda in Artem Medicam irrepsere, tot Medicorum sectæ, tàm variæ, & inter se contrariæ opiniones emanarunt, quibus Medici continuò inter se altercari, cum maxima artis iactura, in hominum perniciem consueuerunt; eoquè duce vnanimi consensu mortis conatibus se opponentes, summa mortalium admiratione, de ea sæpè triumphare conspicientur. Vndè Ars Medica pristinum splendorem consecuta Medicis, & dignitatem, & auctoritatem summam comparabit.

©BIUM

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Mag. Sacri Palatij Apost.

A. Episc. Hieracen. Vicesg.

Reuerendissime Pater Sac. Apost. Palatij Magister.

PRosperi Martiani laudatissimi viri Librum hunc, de quo quid ipse sentiam, ex me quæritur, non modò Religioni nostræ, vel bonis moribus aduersi habere nihil, sed etiam ea doctrina refertum esse perspexi, vt in retinendis, explicandisque Magni Hippocratis decretis, quos in hoc argumento insudantes hùcusquè me vidisse contigit, omnibus sit meritò præferendus; sic existimo.

Angelus Colius.

Imprimatur,

Fr. Antoninus Phœbæus Magister, & Socius Reuerendiss. Patris Fr. Nicolai Rodulfij, Ord. Prædicatorum, Sacri Palatij Apostolici Mag.

DE LIBRIS HIPPOCRATIS.

LIBROS, qui in hoc volumine, Hippocratis Coi opera inscripto, continentur, diuerso stylo conscriptos esse, negari non potest, veruntamen id (vt ego sentio) tanti faciendum non erat, vt contrà communem inscriptionem ab Hippocratis bibliotheca eorum plurimi reijci deberent, cum constet, auctores pro maiori parte non semper eodem dicendi modò vti consueuisse: tùm pro varietate materiæ, de qua agitur: tùm etiam, quia aliter res tractantur in iuuentute, aliter in senili atate: vt non sit inconueniens, Hippocratem quoquè varios libros vario, & diuerso stylo conscripsisse. Nec probabilior censenda est altera causa, qua permoti antiquiores Hippocratis interpretes, eius libris censuram apponere ausi sunt, quia, scilicet, in quibusdam aliqua absurda, & multa inter se pugnantia se deprehendisse, crediderunt. In quibus iudicandis longè æquius sanè se gessissent, si Galeni consilium secuti, se ea non intelligere, fassi essent potius, quam sapientis viri dictum errorem existimantes, aut libri inscriptionem vitiosam habere, aut transcriptoris negligentiam, siuè Auctoris insciti damnare. Quandoquidem (vt in sermonis progressu demonstraturos esse confidimus) multa sunt, quæ perperam accepta contradictionis, aut absurdi speciem præseferunt, quæ iuxtà verum sensum percepta, & rationi, & sibiipsis conuenientia se produnt. Cum igitur præfati libri omnes inscriptionem Hippocratici nominis in fronte gerant, non temerè ipsis abneganda fides est: & eò minus, quia talem inscriptionem antiquissimam fuisse ex vetustissimis exemplaribus, & antiquioribus librorum Hippocratis expositoribus colligere licet, qui dum varijs permoti coniecturis aliquem ex præfatis libris non esse Hippocratis germanum, demonstrare conantur, inscriptionem Hippocratici nominis tunc eos habuisse palàm faciunt. An igitur omnes huius operis libros vnum, & eundem auctorem habuisse fatebimur? nequaquam, id enim affirmare non audeo, credo tamen plures eorum reiectos fuisse, quos Hippocrates composuit. Verum si non omnes ab Hippocrate fuere conscripti, quo casu eius nomen sunt sortiti? Huius duplicem assignarem causam, alteram, quia mortuo Hippocrate, quæcunquè scripta in eius bibliotheca absquè auctoris nomine reperta fuere, omnia ac si Hippocratis opera essent, eiusdem inscriptione prodiere in lucem, quorum tamen nonnulla ab eius prædecessoribus Medicis composita fuisse, probabile existit, è quorum numero illa censenda sunt, quæ rudiorem doctrinam, fundamentisq. & theorematibus imperfectioribus innitentem continent, à quibus, quia Hippocrates multa mutuatus est, non est mirum, si eadem omninò in diuersis libris repetita inueniantur. Altera ratio adduci posset, omnes libros præsentis operis Hippocratici nominis inscriptionem habere: quia reipsa eorum auctores hoc nomine appellati sunt, constat enim, plures Medicos ex Asclepiadum familia hoc nomine Hippocratis insignitos fuisse; nam septem enumerat Suidas, & Galenus præter magnum Hippocratem duos alios memi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 7 sur 636

zit: alterum quidem Gnosidici filium, à quo Heraclida magni Hippocratis pater natus est, primo Acutorum tex. 18. Alterum Draconis filium, secundo de difficultate respir. cap. 8. Cum igitur tot Medici eiusdem familiæ Hippocratis nomine denominati fuerint: cui mirum esse debet, ab ijsdem plures libros emanasse, eodem quidem nomine inscriptos, eloquentia tamen & stylo penitus diuersos? Verum quoquomodo talis inscriptio ipsis contigerit, certum est, omnes ab eadem schola emanasse: & ideò plurimi faciendos esse. Firmitudinem enim, sinceritatemquè sapiunt omnes antiquissimæ illius doctrinæ, quam prisci illi summi viri firmissimis multorum seculorum obseruationibus, & diuturnis speculationibus, in corruptoquè iudicio à naturæ penetralibus erutam, singulari beneficio nobis reliquerunt, quæ eum perfectionis gradum attigit, quem nullum aetas ferax ascendere adhùc potuit. Mirabilèquè est, vix quidquam antiquorum inuentum addi posteris datum esse, ità vt in prouerbium abierit. Suprà Hippocratem philosophari, dementia est. Nos igitur communem inscriptionem attendentes, libros hos omnes, quotiescunquè de illis mentionem facere contigerit, nomine Hippocratis appellabimus, parum, aut nihil facientes, an ab hoc; an ab illo fuerint confecti: dummodò veram doctrinam, & Hippocraticis dogmatibus consentientem continere eos, fateat.

A IN HIPPOCRATIS LIBRVM De Arte.

PROSPERI MARTIANI SAXOLEN. MED. ROM. ANNOTATIONES.

IN hoc libro de Arte inscripto, & sequentibus seriatim vsque ad librum de Humidorum vsu, quibusdam exceptis, multum laborauit Theodorus Zuingerus vir doctissimus, & de Hippocratica doctrina optimè meritus: Qui non modo difficilia quæque explanare omni studio procurauit, sed & totius operis contentum ad rationalem methodum tabulis confectis feliciter reduxit. Quicunque igitur Hippocratis doctrinam exactè consequi intendit, eius laboribus vtatur, & si aliqua difficultas ipsi relinquatur, hæc nostra inspicere ne pigeat.

Vers. 204. Quare artis potentiam magis ex merito admiremur, si quem ex clandestino morbo ægrum restituat &c. vsque ad finem libri. Mar. n. 22.

Contra Medicinæ calumniatores præsentem librum composuit Hipp. in quo hanc esse artem veram demonstrat; & quia inter cętera, quæ huic imponebantur, hoc erat præcipuum. quia desperatis morbis manus curatrices admouere, ars ipsa prohibet; horum assertionem dementiæ potius, quam ignorātiæ speciem præ se ferre longo sermone demonstrauit Hippoc. cum constet omnibus artibus commune esse, proprios habere terminos; quos præterire non datur, & certis egere instrumentis, quibus deficientibus ars ipsa ociatur. Hoc autem loco ex abundanti demonstrat, medicinam non modo artem esse, quia proprium habet finem: quemadmodum reliquæ omnes; verum etiam cunctas in proprio fine comparando excellere. aliæ enim (vt dictum est) proprijs instrumentis deficientibus ociosæ sunt, quia opificium intentum perficere non possunt. Ars vero medica adeo copiosa est, vt etiam sine proprijs instrumentis opus suum perficere valeat. Nam morbos intra corpus latitantes cognoscit medicina, etiam si sensus eò non perueniat, v. g. suppurationes thoracis, iuxta hępar, & ad renes, & alia occulta huiusmodi noscit medicina; quę quidem nec videre, nec audire, nec alio sensu percipere potest. Habet enim, quæ prædictorum loco ei famulantur; quibus mediantibus in occultorum cognitionem perueniat: vt puta, vocis alterationes, & alia signa, quibus ars vti cōsueuit. & quod de instrumentis dicitur, idem de materia opificij est asserendum. cuius defectus in cęteris artibus tarditatem affert: quæ quidem tarditas etiamsi non ita existimetur in reliquis artibus, in quibus non celeritas, sed operis perfectio tantummodo attenditur: quemadmodum in medicina, cuius intentio est; vt aliquando dicebat ex Asclepiade Celsus. non modo tutò, & iucundè, sed etiam celeriter curare: in illis tamen etiam celeritas operis probatur: & ideo huiusmodi tarditas ipsiusmet artis imperfectionem arguit: quando & materia, & instrumentis deficientibus ab opere desistere cogitur: cum nihil habeat, quod eorum loco substitui possit, quam imperfectionis notam medicina non habet: quandoquidem à proprio fine non interrumpitur, aut à materiæ, aut instrumentorum vitio, & defectu. vnde intentum finem assequitur, & cum celeritate, & hic est (ni fallor) sensus illorum verborum τὰ δὲ ἐκ τούτων, καὶ μετὰ τούτων δημιουργεύμενα, καὶ ἐνεπανόρθωτα ὅμως οὕτω τάχει μᾶλλον, ἢ τῷ ὡς δεῖ δημιουργεῖται οὐδ' ὑπερβατός. Quæ verba ex Græco idiomate, ita Latinis darem: Quæ autem ex his, & cum his fiunt, & si facilè tractentur, non tamen celeritati attendendum magis, quam, vt quomodo oportet perficiantur, neque defectuosè. His igitur præfato modo explicatis omnia in hoc textu contenta cunctis patere posse existimo, ita vt in illis exponendis vlterius immorandum non sit.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 9 sur 636

A

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De veteri Medicina.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Vers. 7. Iustior autem querela est de Arte.

Mar. n. 1. Contra recentiores quosdam noua medicinæ theoremata profitentes pro medicinæ veteris tutela præsentem librum composuit Hippocrates: eosque in eo potissimum errasse demonstrat: quia calidum, & frigidum omnium morborum principium statuebant. Cæterum B quia alij medicinam omnino abolere tentarunt, medicinam artem esse negantes; iustiorem esse (inquit) querelam de arte, hoc est, contra artem ipsam destruentes, & ideo contra hos prius disputandum est, quod facit Hippocrat. hoc loco, indè verò contra reliquos disputationem aggreditur vers. 184.

Mar. n. 23. Mar. n. 13. *Vers. 91. Quicunq; vero homines in hac affectione existentes siccem cibum assumunt, qui mazam, aut panem etiam si valde modicum, decuplo magis, & manifestius lædontur, quam si sorbitione vsi essent: ob nullam aliam causam, quam ob fortitudinem edulij ad affectionem, & ad eum, cui quidem sorbere conducit, edere autem non. Si enim plura concederit, plus vtique lædetur, si vero pauca dolebit tamen omnino.*

Non esse idē, cibus in modica quantitate, & sorbitio in magna. Aliqui existimarunt, idem esse in acutis morbis solidioris cibi, & fortioris exiguum dare, ac tenuioris sorbitionis eam quantitatem, quæ tantum nutrient, præbet, quantum exiguum C edulium suppositum. Quorum opinio sufficienter in hoc textu refellitur, in quo manifestè asserit Hipp. edulium fortius, quam & morbi conditio, & ægrotantis natura exigat, semper lædere: etiam si in pauca quantitate minus noceat, quam in maiori. Quod animaduertere vellem communiter practicantes, qui in acutis morbis & panem, & Carnes, aliaque solidiora cibaria exhibere, tam facile solent. Nec prætereundum est Cornarium sententiæ obscuritatem attulisse: dum verba ἢ ὧν transtulit & in quo. Sonant enim, & in eo scilicet patiente, cui sorbere quidem conducit, edere autem non, ita enim sententia apertissima euadit, qua docemur edulij fortitudinem commensurandam esse, tum iuxta naturam affectionis, tum: ipsius patientis habitum, & consuetudinem.

Contra modernos.

Mar. n. 17. *Vers. 141. Neque enim longè absunt singulorum penæ.*

Non procul existunt singulorum delictorum penæ: quia post errata commissa statim D aliquod malum superuenit, quod ægrotanti damnum, medico autem ignominiam parit.

Mar. n. 18. *Vers. 142. Quod autem non minores afflictiones ab intempestiua vacuatione, quam à repletione hominibus contingant, probe discimus: si in sanis rem expenderimus, sunt itaque, &c.*

intempestiua euacuatione, & repletione. Declaraturus Hipp. hoc axioma, non minus ægrotantes ab intempestiua euacuatione lædi: quam ab incongrua repletione; illud sanorum exemplo demonstrat, qui si à consueta diæta recedant, manifestè læduntur, tam scilicet, qui plus solito assumunt, quam qui minus. Nam (inquit) hominum alij sunt, qui semel tantum in die comedere se ipsos assuescerunt, quia id sibi ipsis conducere experti sunt, alij è contrà cum obseruauerint ab vnica comestione lædi, bis in die cibum capere se assueuerunt. Alij tandem non quia ipsis conducat, bis cibum assumunt, sed aut ob voluptatem, aut aliam quapiam occasionem. Nam plurimorum hominum nihil interest, vtrum bis, an semel tantum comedant, & proindè omnis con- E sueta viuendi ratio ipsis conducit. Quidam tamen, vt supra dictum est, eam seruare coguntur, quam sibi ipsis conuenientem sunt experti. Hi igitur omnes plurimum læduntur, si consuetam dietam permutauerint, tam (inquam) qui vltra consuetudinem comedunt, quam qui infra, quod satis longa oratione probat Hippocrates ijsdem argumentis vtens, quibus secundo acutorum, vers. 57. (in alium tamen finem) est vsus. Ex his verò conclusionem deducit

Mar. n. 15. hoc pacto. Consuetæ diætæ permutatio homines sanos lædit, ergo multò magis ægrotantes. Consequentia probatur hoc modo, sanorum hominum, qui à præfata mutatione læduntur, si magis offenduntur, qui debiles sunt, quam robusti, sed ægrotantes proximiores sunt debilioribus corporibus, ergo hi etiam magis offenduntur. Sicque ægrotantes maximè læduntur,

tam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 10 sur 636

©BIUM

A tam ab intempestiua euacuatione, quam ab inconsueta repletione. Quare si medicus loco euacuationis replet, aut pro repletione euacuat, erat semper: & æger ab errore medici offenditur; quod quidem à principio demonstrandum susceperat. Notandum est autem, quod hoc loco dicitur: sed contingit vtrisque ipsorum per diem vnum, atque eum non ociosè permutantibus immensa afflictio; conuenire cum eo, quod primo Prognosticorum, vers. 29. dictum est: Iudicantur autem, & cognoscuntur talia in die, ac nocte, indicans, quæ ab errore extrinsecus adueniunt Symptomata, diei, ac noctis spatio sedari. Verum dicet quispiam si intra vigintiquatuor horas, hæc sedantur: quomodo inferius subiungitur. Et multis magni morbi principium hoc fuit. Respondeo, Symptomata, quæ immediatè errorem illum conseeuuntur, vigintiquatuor Horarum spatio sedari. Si vero ex his, aut febris putrida, aut aliqua B inflammatio excitetur, aut aliquid simile, quod propriam causam in corpore habeat, id præfato tempore sedari non est necesse; sed tandiù perdurabit, quandiu morbi natura tulerit. Solentq. morbi ex huiusmodi erroribus contingentes grauiores esse, quam ex alijs causis. Mar. n. 2.

Vers. 228. Et propterea turbamur ab ipsis, quemadmodum etiam ab his, quæ ex corpore excernuntur, &c. Mar. n. 25.

Sicuti ab euacuationibus tunc maximè læduntur homines: quũ excreta fuerint simpliciter aut bilioſa, aut pituitosa, aut melancolica: quæ meraca dicuntur, ita ab ijs alimentis turbamur, quæ sunt simpliciter, vel amara, vel salsa, vel acida, nequè inter se permixta, & contemperata. Suntque fortiora, quam natura humana, ex quibus colligit Hipp. omnia edulia, à quibus offenduntur homines, aliquid vitium prædictorum necessario habere. Huius naturæ C sunt non modo ea, quæ ex propria natura prædictis qualitatibus participant: Sed etiam, quæ ad voluptatem, & delitias condiuntur, & præparantur, ita vt illorum vitiorum participes fiant. Quare alimenta, quibus communiter vescuntur homines, ideo non lædunt, quia nullius prædictorum participes fiunt. Robur enim, & augumentum, & nutritio maxime à nullo alimento procedit, præterquam ab eo, quod probè temperatum est, & nihil habet intemperatum, neque forte existit. Sed talis sit conditionis, vt postquam in corpore transmutatum est, totum vnum factum sit, & simplex, hoc est optime concoctum, & calori innato, humidæque substantiæ in totum assimilatum (nam hæc opera esse concoctionis Hippocrates nobis significauit, dum inferius concoctionem describens, fieri permutatione, temperaturaquè mutua, quasi coctura, dixit) quum igitur alimentum probè transmutatum fuerit, tunc eius partes adeo ad minima commiscentur, & ita contemperantur, vt velut quoddam simplex appareat. Et forte (subiungit Hipp. negationem enim addidit interpres, quæ in nullo contextu Græco D reperitur) vt indicaret alimentũ etsi antequam concoquatur, debeat esse non forte, vt à calore superari possit, post concoctionem tamen debile esse non oportet: vt corpus inde robur acquirat. Quare edulium ante coctionem consideratum debile probatur: quod tamen post concoctionem alimentum firmum præstet. Verum quomodo fieri potest, vt edulium aliquod ante concoctionem debile existens post eam forte, & robustum euadat? contra axioma vulgatum, quidquid facilis est concoctionis, illud multi nutrimenti esse non posse? Respondeo, non esse inconueniens reperiri edulium, quod facile superetur: & firmi sit nutrimenti. Hoc enim importat vox, forte, qua vsus est Hipp. ad differentiam illius, quod etiam si multum nutriat; quia maior pars illius in nutriti substantiam conuertitur; alimentum tamen indè procedens facilè, & citò dissipatur, quod de vuis, & ficubus testatus esse Galenus 2. de Aliment. facult. cap. 9. Nam forte alimentum dicitur, quod non solum multum nutrimenti E præstet, sed tale etiam, quod robustum corpus reddat: nec facilè, & citò dissipetur. Huius naturæ sunt ea edulia, quæ substantiam densam, & firmam habent: plurimumq. illius obtinent, quod in aliti substantiam transmutatur, minimum vero, quod in excrementum abit. Huiusmodi ergo edulia si arte attenuẽtur, molliantur, taliaque reddantur, vt eorum substantia à calore penetrari, & superari possit; concoctu facilia redduntur, nutrimentumquè indè proueniens robustum est, & forte. Exempl. gratia. Triticum, quod ob substantiæ densitatem, & firmitudinem forte est; dum (vt ipse ante loquebatur) macerátur, à cortice depurgatur, mollitur, cribratur, subigitur, & assatur, quòusque panis fiat: ita peruium fit, & debile: vt absque negotio superari possit, post coctionem verò in corpore factam, & post varias alterationes, quibus subijcitur: ijsque semotis, quæ substantiæ densitatem correxerunt;

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 11 sur 636

priorem recepit fortitudinem : vnde corpus ab eo robustum redditur . An vero aliquod edu- A
lium reperiatur , quod ex propria natura, non artificio, sit facilis concoctionis, & firmi nutri-
menti ; alijs disquirendum relinquo . Scio quidem oua , quæ omnium consensu facilè con-
coquuntur, etiam plurimum nutrire, non solum, quia multum alimentalis substantiæ, & mini-
Mar.n.12. mum excrementitiæ obtinent : sed etiam quia , vt dicebat Hipp. lib. 2. de Dieta vers. 236.
robustum quid habent , & fortasse coctionis facilitas inde prouenit : quia eorum substantia ,
etiam si natura densa sit , & robusta, ab humore tamen copioso ita diluitur , & à spirituosa ,
materia, quam in se continet, quemadmodum loco citato dicebat Hipp. rarefit ; vt promptè
à calore penetrari, & separari possit , humore autem illo per coctionem absumpto, flatuque
discusso, substantiæ densitas remanet, quæ nutrimenti robur constituit , cuius rei illud ar-
gumentum firmum est : quia oua igne indurata , sicuti densæ euadunt substantiæ , ita B
Optimi cibi conditiones. etiam difficile concoquuntur . Optimum edulium igitur has tres conditiones habere de-
bet, & qualibet earum deficiente à bonitate recedit, prima est, vt minimum qualitatis medi-
camentalis obtineat , quæ ex saporis intensione iudicatur . Secunda conditio est, vt facile
concoquatur , aut saltem non difficulter . Tertia & postrema, vt alimentum corpori præstet
forte, & validum, vt explicatum est .

Mar.n.27. *Vers. 255. Frigiditatem autem , & caliditatem egò omnium facultatum minime potentes in corpore existimo, &c.*

Hoc longo discursu probat Hipp. intemperantias absque humore non esse potentes in cor-
pore, nec multum lædere, imo statim per se in contrarias transmutari, reduciq. ad temperiem
corpus . Exquo patet quantum Gal. à præceptore discesserit in causis morborum assi-
gnandis , quum tantum tribuat primis qualitatibus , vt à simplici intemperie morborum C
differentias constituerit.

Mar.n.31. *Vers. 297. Si vero manum admoueas , & diutius perseuerauerit etiam exulceratur , locus minimè carnosus, & durus existens .*

Hæc in eum finem prolata sunt, vt humoris per nares excreti acrimonia demonstretur; quæ
tanta est, vt si naso digitis apprehenso, naribusquè constrictis tandiu persistamus , quousque
fluens humor per aliquod tempus retineatur; nasus in parte interiori exulceratur: etiam si non
carnosus, sed durus existat, vt à leui causa exulcerari non possit .

Mar.n.35. *Vers.336. Quid autē ipsum esse dicemus? Temperamentū ipsorū est verū tamen inter ipsa mutuo vim habens: quoniā nulli alij permixtū calidū desinit esse calidū, quā frigido, sic rursus, &c.*

Essentiam harum quatuor qualitatum calidi , & frigidi : humidi , & sicci explicat hoc loco
Hipp. & inquit : Quid autem ipsum esse dicemus ? hoc est, quæ erit essentia , & natura præ- D
dictorum ? temperies eorundem, quod ex eo patere ait, quia hæc non corrumpuntur, & de-
sinunt esse talia, nisi quando contrario permiscentur, v. g. quando calidum frigido permisce-
tur, desinit esse calidum, si ergo à temperie contraria corrumpuntur , signum est eorum essen-
tiam ipsammet temperiem existere , indeq. colligit differentiam harum quatuor qualitatum
à cæteris, quæ in homine insunt humoribus . Illæ enim, quando contrarijs permiscentur, cor-
rumpuntur ; humores autem ex permixtione mitiores, & perfectiores redduntur .

Mar.n.35. *Vers. 340. At vero homo omnium optimè dispositus est, vbi concoquit & in quiete est nullam peculiarem vim præseferens .*

Hominem integra sanitate tunc frui ait Hipp. quando optimè concoquit, humoresquè in
quiete permanentes nullam peculiarem potentiam præseferunt : sed in congrua proportione,
& commoderatione consistunt . Quæ sententia omnino conuenit ijs , quæ lib. de Natura E
Mar.n.6. Hum. referuntur , dicebat enim ibi Hipp. Sanus equidem maxime est, vbi temperamentum
hæc (scilicet humores) inter se habuerint moderatum, tum facultate , tum copia ; & sibi ma-
ximè fuerint permixta . Quia vero humores per motum disgregantur inuicem , quod Scy-
Mar.n.25. tharum exemplo in caseo conficiendo ipse demonstrauit lib. 4. de morb. sect. 2. vers. 65.
ideo hoc loco ad integram sanitatem, eorum quietem desiderat . Requiritur etiam , vt nul-
lius eorum virtus , & potentia in corpore eluceſcat , quia id signum esset aliquem humorem
cæteris , aut copia , aut virtute præualere , quorum neutrum in homine sano esse potest .
Aegrotare enim hominem necesse est, quando humores, aut copia, aut qualitate peccant, aut
quando disgregantur adinuicem , vt lib. cit. de Nat. Hum. demonstrauit Hipp. ad hæc tria .

etiam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 12 sur 636

A enim reducuntur omnes morborum cauſæ, quæ ab humoribus dependent, & quamuis poſtremum potiſſima ſit morborum cauſa, vt in expoſitione 22. Aphor. ſect. 1 demoſtrabitur Gal. tamen hanc cauſam ita neglexit, ac ſi nihil portaret in corpore.

Verſ. 346. *Iudico autem de natura aliquid manifeſtum, ac euidens cognoſcere ex nulla parte aliunde contingere, quam ex medicina.* Mar.n.35.

Naturæ hominis cognitio, ita late patet, vt hæc pluribus artibus conuenire poſſit. Nam ſi illius figuram reſpicimus: cognitio hæc & ad priores, ſulphoreſquè: & ad illas artes etiam pertinet, quæ & veſtes, & calceamenta, & alia corporis tegumenta conficiunt. At verò hominis naturam, & temperiem cognoſcere, & quomodo læſiones ei contingant ex aere, cibis, & potibus, cæteriſque rebus non naturalibus vocatis, id proprie ad medicum ſpectat,
B & ideo hæc à ſola medicina comparari poſſe aſſerit nunc Hipp. Quod ſi verum eſt (dicet quiſpiam) quomodo philoſophiæ naturali ſubalternata dicitur medicina? & vbi deſinit philoſophus ibi incipit Medicus? Nonne philoſophia naturalis de natura hominis tractat: indeque medicina propria principia recepit? Reſpondeo ſi hominis cognitionem hanc reſpicimus, quatenus humani ingenij inuentum eſt, ad Medicum eius inuentio ſpectat. eo quod talis cognitio à poſteriori comparatur ab effectibus (inquam) ad cauſas, qui effectus à ſolo medico obſeruantur, & conſiderantur. Et hac ratione dixit Hippocrates, huiuſmodi cognitionē aliunde comparari non poſſe præterquam à Medicina. Si vero hæc cognitio doctrinæ gratia conſideretur, quæ ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſalia progreditur. Hæc ad Philoſophū ſpectat qui hominē in cōmuni, & vniuerſaliter cōſiderat prius, deinde eiuſdē paſſiones peculiares magis pertractat, & ſic ſubalternatis diſciplinis fundamenta iacit, e quarū num. eſt ipſa medicina.

Quomodo Medicina ſub alterne Phiſicæ.

C *Verſ.* 407. *Non enim in ventriculo ineſt, &c.* Mar.n.40.

Vulgata lectio Græci contextus hoc pacto verti cum Zuingero poteſt. Non enim ſi in ventriculo inſit humor, exteriuſq. etiam contineatur, ipſe venter humorem ſingulis diebus euacuare poterit. Sed cum biberit, & ſuſceperit ipſe in ſeipſum humorem, & vacua, & rara, ac parua penitus explentur, & pro raro, & molli, durus, ac denſus euadit, & neque concoquit, neque dimittit: atque hæc patitur propter figuræ naturam. Quibus verbis declarat Hipp. qua ratione particulæ ſpongiformes humore ſibi ipſis proximiori imbibantur (quod ſupra propoſuerat) ex eoque intumeſcant. Nam harum partium natura eſt, vt plurimos ventres, hoc eſt cauitates, & anguſtiores, & latiores habeant, quibus circumſtans humor partim ad ipſos ventres penetrat: partim extra remanet, ex quo fit, vt nunquam in totum diſſipari humor poſſit. quia etſi quædam portio illius, qui cauitatibus continetur, à calore partis abD ſumatur; qui tamen circumſtat, eius loco ſtatim ſuccedit, vnde mirum non eſt, ſi nunquam in totum aboleri poſſit, ſed in particulis perſiſtens eas in tumorem eleuet, & induret. His hunc in modum explicatis verba ſatis manifeſta vnicuiq. redduntur.

Verſ. 414. *Etenim quod non ſic repleantur, vt ſient: ſed habeant tranſmutationes, & motus; neceſſe eſt, vt ab ipſis & ſtrepitus, & manifeſtæ commotiones fiant.* Mar.n.40.

Sonitum fieri ab humore in amplo loco exiſtente; minime vero in anguſto, propter vacui defectum certum eſt. Vnde Hipp. lib. coac. Præn. ſect. 2. verſ. 356. dicebat: Quibus ſuppuratis, dum concutiūtur plurimus in pectore ſonitus fit, minus puris habent, quam quibus paucus: & quibus nullus omnino ſonitus fit, hos plenos eſſe pure inditium eſt. Eadem igitur ratione hoc in loco ait, in cauitatibus, quæ ob amplitudinem non facile replentur, ſonitus maximè produci, in paruis verò non fieri ſonitus, quia facile, & ab exiguo humore replentur: vnde
E ſpacium tollitur, in quo humor ad ſonitum producendum moueatur.

Verſ. 415. *Quæcunque vero carnoſa ſunt, & mollia in talibus torpores, & tumeſcentiæ velut in trucidatis fiunt.* Mar.n.40.

Hic locus interpretes plurimum exercuit, quid his verbis intenderit auctor excogitare nequeuntes; vnde varias verborum caſtigationes ſibi ipſis fingere vnusquiſq. ſuo arbitrio procurauit, quamuis hæc præcedentibus continuata clarum ſenſum, eumq. (ni fallor) verū abſq. verborum permutatione recipere, non dubitem. Dicebat enim quam proximè, flatus in cauis, ampliſquè particulis ſonitum, ſtrepitumq. facere: in mollibus (ſubiungit modo) torpores, & extuberantias, ſiue intumeſcentias excitare; quales in trucidatis fieri ſolent, quam quidem ſententiam confirmatam legimus lib. de Flatibus verſ. 189. vbi inquit Hipp. Quum ergo fla-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 13 sur 636

tus frigidi multi penetrent, & inflent carnes, partes corporis torpidæ fiunt, &c. vtriusq. præfati effectus ratio est in promptu, cum enim flatus carnosas ingrediuntur partes, quæ cauitates amplas non habent, eas intumescere necesse est; ex quo tumore compressio consequitur neruorum, qui per ipsas disseminantur: tum quia exiles sunt, tum quia molles: vnde torpor succedit, libero transitu, animalibus spiritibus intercepto. Quum vero dixerit, carnosas partes intumescere: qualis sit huiusmodi tumor declarat, & inquit, velut in trucidatis fiunt. Hoc est similes sunt intumescentijs, quæ in trucidatis conspiciũtur: ijs nempe, qui ferro extincti sunt: Hos enim propriè significat vox ἀποσφαγῆς Huiusmodi tumores in iugulatis non semel obseruaui: in ijs potissimum, quis nocte subdiu peremptos mane videre datum est. Eos enim & faciem, & manus, cæterasq. partes aeri expositas tumidas conspexi, tumore quodam molli æquali, non admodumque sublimi. qua vero ratione id eueniat (quandoquidem sanguine vsque ad vitæ extinctionem egrediente partes eo præsente turgentes, eodem excreto considere non intumescere deberent) non est facile determinare. Ego tamen pro nunc dicerem, sanguine confestim egrediente venæ non latiores modo, sed etiam capillares omnes per carnes disseminatæ derepente inanitæ, cum non ita celeriter concidant, flatum concipiunt (quod proprium esse omnium partium, quæ cauitatem habent lib. de Arte vers. 164. testatur Hippocrates) qui quidem flatus condensata cadaueris superficie ab ambientis frigiditate non modo non euanescunt, sed arctius concluſi proximas humiditates in propriam naturam conuertunt, calore intrinseco adiuuante nondum penitus extincto. multiplicato autem in carnis porositatibus flatu eas intumescere necesse est. qui tumor inde perseuerat, quia refrigerato cadauere, occlusisque omnino poris, flatibus exitus intercipitur. Cum igitur intumescentia in trucidatis ab ijsdem flatibus excitetur, meritò ei assimilantur tumores, qui à flatu in carnosis partibus concluso, producuntur.

A

B

C

Quare intumescant cadauera enecatorum.

Marinell. 17.

Vers. 422. Propter teneritudinem autem, & sanguineitatem, &c.

Mar. n. 37.

Mollitiem, & succulentiam (inquit Hipp.) esse causam, cur hepar vehementer doleat: non quidem per se, sed quia cum tale sit, non est adeo natura forte, vt aduersus flatuum violentiam resistere possit. Membrum enim, quod latum est, densum, renitens, & natura forte, flatibus resistens nihil ab ipsis patitur. Verum non quia latum est, & densum ideo resistit: sed quia forte. Nam hepar doloribus vehementioribus subiectum est, quamuis latum, & densum sit. Immo latitudo, & densitas ad dolorem plurimum conferunt. quia latitudo plurimos flatus recipit. densitas vero est causa, vt maiorem impetum faciant. Verum etiamsi hæc omnia hepar ad patiendum disponant, præcipua tamen causa est mollicies, & succorum multitudo: cum quibus fortitudo consistere non potest. Partes igitur corporis (vt hoc textu docemur) à flatibus dolent, aut plus, aut minus, prout eiusdem partis conditio postulat. teneræ enim, & molles à flatibus dolorem non sentiunt. sed (vt in præcedenti textu adnotatum est) torpescunt potius, & in tumorem attolluntur. Densę etiam, & fortes propter flatus dolore non tentantur, quia eis resistunt. quæ ergo medio modo se habent, hæ sunt, quæ à flatibus molestantur. hæ enim si densæ fuerint, & laræ, substantiæque mollioris à doloribus vehementissimis vexantur. si verò densæ quidem, & latæ sint, substantiæ tamen densioris, dolebunt quidem: non ita tamen, vt molliores. hæ enim quanto robustiores sunt illis, tanto mitiori dolore afficientur. Huius naturæ est septum transuersum latum, densum, & mediocriter forte: quia neruosum. Ossa vero de genere earum partium erunt, quæ à dolore non molestantur, quia densa, & fortia existunt.

D

Quæ partes à flatibus magis doleant.

Vers. 434. De potentijs autem humorum perspicuum habere oportet, &c.

Mar. n. 38.

Partium figuras considerandas esse nos docuit in præcedenti sermone Hipp. in hoc verò succorum, siue humorum facultates, & quid in corpore humano præstent, non ignorandum esse demonstrat. vsus est autem hac voce χυμὸς ideſt succus, qua comprehenduntur: non modo quatuor humores corpus humanum constituentes, sed etiam excrementa singula, succique omnes, ex quibus præfati humores generantur. Horum igitur considerandas esse, ait, potentias, siue virtutes, & facultates, & quid in corpore præstent: de quibus superius vers. 352. pertractatum est ibi. Quid est homo ad ea, quæ comeduntur, & bibuntur, &c. Debent etiam vlterius considerari eorundem cognationes, propter quas vnum in alterius naturam facile, transmutatur: non quidem commixtione, veluti quando ex commixtione amari, & dulcis

E

Humores alterãtur, tum cõmistione, tum transmutatione essentiali.

salsus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 14 sur 636

A falsus humor producitur: sed omnimoda transmutatione à priori natura, in aliam. vt (exempli gratia) inter alimenta mellis succus in amarum conuertitur: vinumque in acetum propter cognationem, quam hæc cum illis habent. Considerandæ sunt ergo succorum potentiæ: vt quæ nobis contraria sunt cauere possimus: & vlterius eorum cognationes: vt non modo ab illis abstineamus, quæ naturali facultate nobis aduersantur: sed etiam ab ijs, quæ ob cognationem, in nobis aduersa facilè transmutantur. Ita vt bile in corpore dominante, aut homine temperamenti bilioſi existente, pro illius salubritate non solum amara vitentur, quæ potentia bilioſa sunt: sed etiam ea omnia, quæ propter cognationem in amarum facilè transmutantur: velut mel, & aqua. quomodo autem has succorum cognationes cognoscere possimus innuit, dum inquit: Id quod si quis, quæ forinsecus quærens consequi possit, is semper, quod
B melius est, ex omnibus eligere queat. quasi dicat harum cognationes inueniet diligens obseruator eorum, quæ succis extra corpus eueniunt. nam cum cognouerit v. g. mel, dum inueterascit, non salsum, aut acidum: sed amarum fieri. & aquam stagnantem, dum corrumpitur amarorem, & viridem colorem contrahere. Sciet statim, hæc cum amaro succo cognationem habere. Similiter, quia vinum, & lac, vbi exterius corrumpuntur, acescunt, id signum est, hæc acidi succi cognata esse. atque hoc pacto incommodos, & inutiles succos vitare poterit, & aptissimum eligere. Hocque esse concludit, quod longissimum est ab incommodo: quia nec virtute, nec cognatione familiaritatem cum eo habet. Huius documenti momentum cognoscunt illi, qui de eo periculum fecerunt. testari quidem ego possum, me sæpius obseruasse, ijs, quibus cibi in ventriculo acescunt, omnia remedia irrita fuisse, quandiu vinum potarent: eo autem dimisso è vestigio sanatos fuisse, & vicè versa, quibus os amarescit, aquam
C admodum inutilem inueni: & nihil magis eis contulisse, quam merum in pauca quantitate assumptum.

Obseruatio Auctoris circa cibos in ventriculo acescentes.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De Medico.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Vers. 8. Et Vnguentis odoratis non suspectum odorem ad omnia habentibus. Mar. n. 8.

Medico odores probat mites, ac suaues; qui omnibus iucundi esse consueuerunt, damnat
D vero acutos, & vehementes, à quibus plurimi offenduntur, & potissimum mulieres propter vterum. Hos igitur deuitet medicus, cuius munus est nulli officere, & prodesse cunctis.

Vers. 14. Scopum autem præfigere oportet, &c. Mar. n. 1.

Verba Græci contextus verti possunt hoc pacto. Considerationem vero habere debet facultatum suarum. Hæc enim rarò vtentibus spectabiliora redduntur. Quibus nos docet Hipp. quomodo circa propriam potentiam, & auctoritatem in ægrotos procedere debeamus. Cum enim superius nimiam promptitudinem, & facilitatem in obsequijs ægro præstandis damnauerit: quippe quæ etiamsi in ægrotantibus vtilis sit, sæpe tamen in Medici contemptum cadit: nunc vero, ne in vitium prædicto oppositum incurrat, & superbum, atque austerum se demonstret, subiungit medicum circa vsum propriæ dignitatis, auctoritatisq. considerationem habere oportere. Non ignorans eos, qui ijsdem rarò, & parcè vtuntur, in maiori
E pretio haberi.

De Medicorum scopo.

Vers. 16. Lati itaque circuli vna cum incumbentibus fluxionibus, & longe distantibus à supernis locis multa simul attrahunt de alia carne, contingit igitur humiditatem inde detractam apponi collecto inferne sub cucurbitula feroso humore, & quæ quidem infestant relinqui: quæ verò nihil molestant detrahi. Mar. v. 6.

Verborum obscuritate deterriti huius loci expositores hæc tanquam interposita reiecerunt: quæ tamen verissimam, auctoreque dignam sententiam continere mihi videntur. Dixerat enim supra cucurbitularum circulum (Eam scilicet partem, quæ cuti adhæret) breuem, idest, non latam, esse debere: quando locis admouentur vbi fluxio partes interiores vexat. Hæ enim faciliùs ichores à profundo trahunt. Nunc igitur demonstrat quid incommodi

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 15 sur 636

modi circuli magnitudo in hoc casu afferat, & inquit: Lati igitur circuli multa trahunt simul cum incumbentibus fluxionibus, & longe distantibus à supernis locis (hoc est à corporis superficie, quarum gratia cucurbitulæ adhibentur) trahunt inquam multa, humiditates nempe, & ichores multos de altà carne: de ea scilicet, quæ circulo cucurbitulæ circumstat; quæ cum ob cucurbitulæ latitudinem multa sit, multum etiam humoris de illa attrahitur. Vnde euenit humiditatē inde attractam ex illa carne superficiali, & sana sub cucurbitula apponi, & sub ea ichorem vitiosum in penitiori parte colligi, quia à superstante humiditate impeditus retinetur; & hoc modo, quod morbosum est, & infestat (vberes inquam ex partibus penitioribus attracti) relinquitur, quæ vero nihil molestant (humiditates, scilicet, ex sana carne attractæ) educuntur. quod quanti sit in Arte medica, vulgatum illud demonstrat: Si talia educantur qualia oportet, confert, & leuiter fertur: sin minus è contra. Et tamen nostris temporibus nulla in cucurbitularum electione distinctio habetur, quamuis earum plurimus sit vsus: tum in extrahendis humoribus ab intimioribus partibus ad exteriores, vbique, potissimum vero pro curatione earum febrium in quibus maculæ illæ apparent, quæ vulgo petechiæ dicuntur. Tum etiam in reuulsione humorum partes exteriores infestantium ab vna in aliam partem. In primo enim casu ex Hippocratis præscripto cucurbitulæ angustioris circuli esse debent, latioris vero in secundo. Vnde videre licet in quanto errore versentur illi, qui medicinam nostris temporibus florere credunt, antiquorum respectu.

A

B

Abusus in Cucurbitularū electione.

Mar. n. 9. *Vers.* 107. *Quarta via est, quæ sola secundum naturam motus esse videtur. Carnis itaque calamitates hæ sunt: itemq. quæ vtendum sit curatione, &c.*

Vlcera quatuor motus habere posse, quam proximè dicebat, primus erat in profundum, vnde vlcera caua, & fistulosa oriuntur. Secundus in altum: quando scilicet vlceribus caro, siue callus supercrescit. Tertius in latum, per quem vlcera in dies latiora fiunt, & ad proximiora serpunt. His quartam viam nunc addit, quam solam secundum naturam appellat: quia per hanc vlcera à morboso statu ad naturalem constitutionem reducuntur, cum igitur hic motus secundum naturam existat; ideo arte non venit remouendus. Quare pro vlcerum curatione triplex tantummodo erit indicatio, à tribus præfatis motibus desumpta, de quibus agit Hipp. hoc loco dum inquit: Carnis itaque calamitates hæ sunt: omnes autem communem rationem habent, &c. concludens intentiones curatrices has esse, videlicet quod, concretum est dissoluendi: callos scilicet, & excrescentem carnem, cauum replendi, & quod in latum extensum est in angustum contrahendi. Quibus vero id procurandum sit in alijs libris pertractasse profitetur. Vnde cum huiusmodi libri nunc desiderentur constat plures libros ab Hipp. confectos fuisse, quos temporis iniuria nobis sustulit.

C

Vlcerum quatuor species.

Indicationes vlcerum.

D

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De decenti ornatu siue de elegantia.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Mar. n. 1. *Vers.* 4. *Assumi itaque possunt etiam harum partes, &c.*

Sapientiæ nomine intelligit Hipp. earum scientiarum cognitionem, quæ simpliciter ad intellectum spectant: & quæ res tractant in abstracto, nec sensibilē subiectum habent, qualis est Grammatica, Mathematica, Scientia, Logica, Metaphisica, Philosophia moralis, Ars poetica, & in summa quæ cunq. ad curiositatem superfluam (vt ipse loquitur) inuenta sunt. Harum igitur scientiarum partes assumi posse ad vsum artium vtilium asserit: quatenus haud parum artibus ipsis vtilibus acquirendis inuenierit quæ, & ad earum vsum inseruire possunt, cuius eam rationem assignat: quia in illis non adest ocium, neque malitia, per quæ omnes artes defluuntur, immo contrarium in illis viget, quod ad ipsas artes capescendas plurimum conducit. Vigilantia nempe, & mentis, intellectusque exercitatio, quam tanti iam fecit antiquitas, vt huius gratia iuuenes antequam vtilibus scientijs applicarētur in mathematicis speculationibus, & logicis disputationibus alijsque huiusmodi scientijs diu exerceri procurauerint. Illud etiam vtilitatis afferunt præfatæ scientiæ: quia etiam si dum in illa simplici medi-

E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 16 sur 636

©BIUM

A tatione perſiſtunt,inutiles eſſe omnino videantur ; cum tamen cæteris artibus aſſociantur,illis plurimum dignitatis,honeſtatiſq. tribuunt. Quandoquidem gratioſior eſt (inquit) ſapientia: quando cæteris artibus ita copulatur, vt in artem ipſam conſtituta videatur. Hæc enim artibus vtilibus aſſociata efficit,vt artes illæ non cum turpi lucro, & ſordida ſedulitate adminiſtrentur,quemadmodum facere conſueuerunt illi,qui artes prædictas ſine ſapientia exercent. Sed cum moderatione, & virtute. Hoc modo ſapientia medicinæ aſſociata optimum, probumq. conſtituit medicum, de quo inferius hoc eodem libro verſ. 50. ita inquit Hipp. Medicus enim philoſophus eſt Deo æqualis, neque enim multa eſt inter ipſos differentia. Nam omnia, quæ ad ſapientiam requiruntur, inſunt in medicina,argenti contemptus, reuerentia, verecundia, habitus ſubmiſſus, auctoritas, iuditium, quies, obuiam itio, munditia, doctrina, Mar.n.4.

B cognitio ad vitam vtilium,& neceſſariarũ purificationum, alienatio à mercenarijs, alienatio à ſuperſtitione, præeminentia Diuina. Quæ omnia ad ſapientiam medicinæ copulatam referri debent,& ideo non dixit,medicum ſimpliciter talem eſſe: ſed medicum philoſophum.

Verſ. 15. *Hi enim ſunt, qui conuentus faciunt quæſtuoſo artis vſu decipientes, & in circu-* Mar.n.12.
lis ciuitatum verſantes. Cognouerit autem quis ex veſtitu, & alijs ornamentis. Quamuis enim fuerint ſplendidè ornati,multò magis fugiendi ſunt, & à conſpicientibus odio habendi.

His deſcribere videtur Hipp. circulatores noſtri temporis,qui quorundam morborum medicinam profitentes oſtentationibus,certæque ſalutis promiſſione homines in foro decipiunt: ijs viliora medicamenta maximo precio vendentes. Qui quidem,non verborum apparatibus modo, ſed veſtitu elegantiori, & ſplendidiori fidem, & auctoritatem venantur. Hinc (ni fallor) recepit vſus, qui ad noſtra tempora etiam peruenit, circulatores appellare eos medicos,

C qui abſque ſapientiæ (quam appellat Hipp.) moderatione, artem medicam exercent.

Verſ. 32. *Incognita enim vtilitas, tum in ſapientia, tum in arte adhibita, &c.* Mar.n.3.

Cornarium longe diuerſam ſecutum eſſe lectionem ab ea,quam Frebonianus textus habet manifeſtè patet, quæ tamen præ cæteris probabilior mihi videtur, & latino ſermone ita ſe habet: Vſus enim, qui doctrina comparari non poteſt,in ſapientia, & in arte ſibi adiuncta docebitur ad principium capeſſendũ. Quibus verbis demonſtrat Hipp.vſum artis, qui circa particularia verſatur: & qui neque in ſapientia, quæ res tantum abſtractas tractat; neque in arte, quæ præcepta tantum vniuerſalia artis continet, edoceri poteſt, docebitur ab hac,ſcilicet à natura ad principium artis capeſſendum. Naturæ enim operum obſeruatio eſt illa, quæ artis vſum demonſtrat: fitquè hoc principium artis, quæ particulares obſeruationes ad ſtatam, firmamquè vniuerſalium cognitionem reducit. Sicque à notioribus nobis (vt dicebat Phi-

D loſophus) ad notiora naturæ procedentes, artem præceptis vniuerſalibus conſtructam conſtituimus.

Verſ. 34. *Natura autem defluit, & confunditur cum ſapientia ad cognoſcendum ea, quæ* Mar.n.6.
ab ipſa natura facta ſunt, &c.

Hoc loco demonſtrare intendit Hipp. ad probum, perfectumq. artificem conſtituendum, duo tanquam principia concurrere: Sapientiam inquam, & Naturam, illa rerum eſſentiam in abſtracto conſiderat: hæc vero in particulari operum naturæ obſeruatione conſiſtit. Inquit ergo: quod natura defluit, & confunditur cum ſapientia: hoc eſt concurrunt ſimul, & natura, & ſapientia, permiſcenturq. ad perfectam cognitionem eorum, quæ à natura dependent. Quod hoc argumento demonſtrat, quia alterum ſine altero nihil vtilitatis præſtat, nam multi in vtriſque ſermonibus, hoc eſt in vniuerſalium cognitione, atque etiam in parti-

E cularium obſeruatione errauerunt: quia non vtriſquè in demonſtratione vſi ſunt. Cum quis ergo res verbotenus conſiderat, is nullo modo earum naturam aſſequi poteſt, quia alia via eſt, quam ſequuntur ſapientes: qui ſcilicet verborum ſignificationem tantummodo attendunt: alia, per quam incedunt illi, qui rerum naturas obſeruant. Quapropter, qui verba tantum ſequuntur à veritate denudati, quam inquirere profitentur; omnem malitiam inducunt; atque ignorantiam. Solus enim honeſtus eſt, & elegans ille ſermo, qui ab opere, & experientia edoctus eſt. Sicuti vicè verſa ea actio perfecta eſt, quæ cum ratione perficitur. Hæc habet Hipp. in preſenti ſermone, & quam plura alia hæc conſequentia, quæ omnia eo tendunt,vt demonſtret,exercitationem circa ſingularia naturæ operã admodum neceſſariam eſſe artifici,quandoquidem ſine illa nihil boni præſtare poteſt.

Verſ.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 17 sur 636

Mar.n.4. *Vers.47. Quamquam talis prædictio nihil commoueat ad prudentiam eos, qui sunt eiusdem generis, quod autem rectus sit finis, cognitio manifestum facit.* A

Præsentem textum hoc pacto latinitati darem. Quamuis certè hoc præceptum non hortetur ad scientiam eiusdem generis. Finis enim demonstrat, quod cognitio recta sit. Sensusque erit huiusmodi. Dixerat necessarium esse, vniuersalem cogniionem singularibus obseruationibus adaptari: alioqui naturæ veritas ipsi respondere nequit, & ignarus homo redditur. Nunc igitur exceptionem quandam facit, & inquit, id non esse necessarium in ijs scientijs, quæ sunt eiusdem generis, v. g. Ad artem medicam comparandam necesse est. Medicum sapientiam transferre ad medicinam: & vice versa medicinam ad sapientiã: ita vt, ad vniuersalem cognitionẽ eorum, quæ in arte cõsistunt, mediantibus naturæ obseruationibus perueniat, & vice vera obseruatione naturales rationali probatione confirmet, alioqui in vniuersalibus B errare poterit singularia non obseruãdo, similiterq. à particularibus effectibus decipietur, nisi ratione dijudicentur. Et id necessariũ est in arte medica, quia sapientia iam explicata, quę scilicet res vniuersaliter considerat, diuersi est generis à medicina. Si verò vtrunq. sub eodem genere cõprehendatur, tunc non est necesse particulares obseruationes vniuersalibus adaptare, quia finis ipse veritatẽ indicare potest, exẽpli gratia. Philosophia moralis in abstracto edoceri potest nullo ad particulares actiones morales respectu habito, & ita quispiã scientiã de moribus exactè comparare poterit, etiã si in ipsis virtutibus moralibus minime exerceatur. Similiter quis probam vitam instituere, & seruare poterit nulla habita vniuersalis scientiæ notitia, & id quia speculatio, & actio in his sunt eiusdem generis, ita vt finis eiusdem scientiæ veritatem, aut falsitatem indicet. Quod quidem in medicina non euenit propter generis diuersitatem. Dum enim sentio, ex niuis contrectatione manus non longe post vehementer incalescere, si ex hoc elicio, niuem calidam esse, erro: quia huiusmodi obseruatio rationi non respondet ex philosophia desumptæ, quæ mihi demonstrat, id ratione antiperistasis, non ex niuis facultate euenire. C

Mar.n.4. *Vers. 49. Tempus porro etiam artem facilem, ac peruiam facit, &c.*

Græca lectio hoc pacto mihi vertenda videtur. Tempus porrò horum cognitionem, atque artem peruias facit, vel etiam in consimilem viam incidentibus oportunitates manifestas facit. Quorum verborum hic est sensus. Dixerat quam proximè ad artis perfectionem necessarias esse, & vniuersalium cognitionem, & particularium obseruationem. Nunc vero inquit, tempus ad horum cognitionem plurimum conferre, & artem ipsam, quæ in amborum cognitione consistit, peruiam, & facilem reddere, & ratio est, quia quò diutius in particularium obseruatione persistimus, eò perfectior cognitio, quæ indè comparatur; contingit nobis. D Sed & ijs, qui in consimilem viam inciderunt, ideſt, qui artem iam assecuti eam exercent occasiones, & oportunitates operandi demonstrat. Viam enim appellat artis exercitationem ab ætimologia non recedens: quia tempus artem peruiam facere dixit. Hoc igitur pacto tempus ad artis inuentionem facit: quatenus hæc à singularum obseruatione dependet. Facit etiam ad artis exercitationem: quatenus occasiones in arte rectè capessendas demonstrat.

Mar.n.5. *Vers. 15. Obuiam itio.*

Hoc affabilitatis, humanitatisq. signum existit: Quod nostro seculo maximè est in vsu. Amicis inquam aduenientibus obuiam ire, eos humaniter excipiendo. Nomen proprium quo huiusmodi officium explicetur, latinitas fortasse non habet, quando id, quo in translatione vsus est Comarius, barbariem plurimum sapit. E

Mar.n.5. *Vers. 55. Cognitio ad vitam vtilium, & necessariarum purificationum.*

Inter præcipuas medici dotes hanc enumerat, quia cognoscit, quæ ad vitam traducendum sint vtilia, & quæ tanquam superflua reijcienda sint. Id enim necessarias purificationes vocat: quia eas tanquam impurum quid abluere, & reijcere oportet.

Mar.n.5. *Vers. 56. Præminentia diuina.*

Hæc est alia medicorum prærogatiua, quia Deos confitentur, eosque hominibus, alijsquè cunctis rebus præesse concedunt.

Mar.n.6. *Vers. 64. Non enim est potentia in ipsa redundans. Nam, &c.*

Quæ hoc loco afferuntur difficilia sunt, quia breuitatem affectans auctor multa subticuit;

quorum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 18 sur 636

A quorum præsentia claram sententiam absque dubio redderet. Hoc autem ab eo factum est: quia plurima ex dictorum,& dicendorum connexione emanare cognouerat. Quæ igitur hoc loco proponuntur,in comprobationem adducta sunt eorum, quæ nuper dixit. Medicinam scilicet erga Deos valde reuerenter se habere. Hisque præmissis totius orationis series hæc erit. Non enim est potentia excedens in ipsa, medicina scilicet, itaut in artem ipsam omnia ægrotantibus contingentia referat, noscit enim multa absque medici ope ægrotantibus salutaria euenire, quorum plurima lib. 1. de morbis recensentur, eaque per fortuitum successum accidere ait. Hi enim (Medici inquam) multa quidem aggrediuntur, multa verò etiam ipsis Dijs facientibus sua sponte (non artis auxilio)vincuntur. Quæ possidet nunc medicina, hinc exhibet,ideſt, à Dijs ipsis recepta habet, quæ enim via est huius in sapientiã hinc oritur, B hoc est: Quibus medicorum datum est,vt secundum sapientiam artem exerceant, à Dijs habent. Etenim illis ipsis (adiuuantibus) hoc modo procedunt, ideſt per viam sapientiæ, quæ verò non existimant (esse, aut in arte fieri posse) confitentur,hinc (hoc est, à Dijs) euenire. Quæ circa corpora fiunt, & quæ per omnia, hæc progrediuntur vnum in aliud transformatum,aut correctum. Quæ item per chirurgiam sanantur, & quæ auxilium præstant, tum remedijs,tum diæta. Caput quippe horum ominum in hoc (Deorum scilicet) cognitionem tendit, concludens tandem: Quæcunque in arte medica fiunt, & contingunt,siue sit morbi transmutatio, vt quando ex pleuritide fit peripneumonia, & ex hac febris ardens: siue alicuius accidentis correctio; veluti quando vigiliæ tolluntur,deliria sedantur, aliaque symptomata corriguntur: siue sanitas opera chirurgica contingat, siue pharmacis,siue per diætam; in his omnibus Deum agnoscit, qui omnibus præest, vt satis,superque demonstratum C sit, quod supra proposuerat,Medicos inquam præeminentiam diuinam præseferre, & medicinam erga Deos valdè reuerenter se gerere. In quorum confirmationem, lib. de Nat. Mul. à principio, primam morborum causam in Deos referendam esse statuit, ex eo deducens, qui hæc tractare velit, à Dijs ordiri oportet.

Medicus erga Deum benè se habet.

Vers. 75. *Hoc enim violentia esse videtur ad curationis exortationem.* *Mar.n.7.*

Rationem assignat,cur medicus plurima cum idiotis confabulari non debeat,quia (inquit) id videtur esse violentia quædam, qua medicus ægrotantes trahat, qui se ipsos curandos ei committant.

Vers. 107. *Instabilia enim sunt, quæ in humidis consistunt.* *Mar.n.10.*

Reddit rationem,cur diligenti obseruatione, & frequenti visitatione vti debeat medicus, quia (inquit) instabilia sunt, quæ in humidis consistunt, quasi diceret, quæcunque ægris ad- D ueniunt, omnia ab humoribus ortum ducunt, quorum natura humida est, & fluxibilis, vt mirum non sit, si & quæ ab his dependent, instabilia sint,facilemquè transmutationem,tum à fortuna,tum à natura recipiunt. Hoc ergo stante,frequentius visitandum,vt si fortè morbus transmutationem faciat, ipsi, mutato consilio oportunè occurri possit. Hac enim ratione occasio præceps in medicina dici potest.

De frequentibus visitationibus.

Vers. 111. *Multa enim sunt, quæ simul mali quid faciunt. Nam quod singillatim secundum consequentiam fit facilius est, & ad experientiam commodius.* *Mar.n.10.*

Hæc est altera ratio, propter quam adeo expediat medico occasionem medendi arripere. superius enim dicebat: Neglecta ea, quæ circa temporis occasionem administrare oportebat, impetu suo progressa occupant, & perimunt. Nam (subiungit modo)etiam si superuenientia, & vlterius progressa mala non statim interimant: quia tamen dum hæc vnum post aliud succedunt, & superueniunt: nisi statim, ac se produnt,ipsis occurrimus, multa simul cumulatè ægrotantem vexare necesse est, quo casu longe difficilius est, ea simul affligentia superare, quam sigillatim vnum post aliud sedare. Quare oportunior, & expeditur erit curatio, si secundum consequentiam fiat, quæ in eo consistit,vt statim ac symptoma aliquod superuenit, ei occuratur, eoque sedato, si aliud succedat, illi quoque eadem celeritatè insistatur. Est etiam ad experientiam commodior, quod voce ἐμπειρότερον. significatur: quia dum vni tantumodo symptomati insisto, non pluribus simul; quæ iuuant,& quæ secus, melius percipio: quam dum plura eodem tempore multorum symptomatum vrgentia adhibere cogor.

Vers. 114. *Posiquam exosas potiones accipientes, aut pharmacis datis, aut alia curatione* *Mar.n.10.*

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 19 sur 636

tione adhibita perempti sunt, & factum quidem hoc non ad ipsorum confessionem vertitur, verum Medico culpa imputatur. A

Interpretes hanc sententiam negatiuam faciunt: cum tamen in omnibus Græcis exemplaribus affirmatiuè legatur, an alicuius contextus auctoritate id fecerint: an quia aliter idoneo sensu carere ipsis videretur, non mihi constat. Scio quidem, si auctoris intentio diligenter perpendatur, affirmanter acceptam sensum aptissimum, & Hippocrate dignum recipere posse. Dixerat quippè Hipp. obseruanda esse ægrotantium errata omnia, siue sint circa cibum, & potum, siue circa medicamenta, aut alia exteriora, nam si propter errores malè habeant, culpa in medicum reijcitur: dumodo id post aliquam adhibitam medelam contingat, & potissimum si potiones dedit insuaues, aut pharmacum purgans præbuit. Hæc enim tanquam quid magnæ efficaciæ obseruari solent: & si post prædictorum assumptionem aliquid mali contingat, causa in illud reijcitur: etiam si ab ægri errore contigerit. Idque frequenter nostris temporibus vsuuenit: quam calumniam vt deuitent quam plures medicorum, propriam existimationem pluris facientes, quam ægrotantium salutem, nullum magnæ efficaciæ præsidium, aut quod alioqui adnotari possit, præscribunt. Nam si v. g. sanguinem mittunt, tres, aut quatuor vncias non excedunt, si pharmacum exhibent, à manna, sirupo ros: solutiuo, similibusque medicamentis non recedunt, eaque exhibent quantitate, vt infra mediocritatem potius, quam supra euacuent. Qua quidem medendi ratione medici prædicti tutò sibi ipsis cauentes, miseros ægrotantes in vitæ discrimen sæpe traducunt. Hoc autem faciendum esse non suadet Hipp. & multò minus Christiana religio. Sed dum hæc administrantur remedia, ægrotantium errata diligenter obseruanda esse nos admonet. B

Contra modernos.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS. C

Præceptionum.

PROSPERI MARTIANI PRAEFATIO.

Hic liber præceptionum inscriptus, in quo quid Medico faciendum sit, aut fugiendum in arte, tum comparãda, tum exercenda continetur, omnium Hippocratis librorũ obscurissimus est. Auctor enim non consuetæ modo breuitati intentus sermoni obscuritatem attulit; sed dedita opera eam affectasse videtur, & maxime in ea parte, in qua medicorum, & ægrotantium vitia manifestantur, indicans nempè, quæ ad communem vtilitatem faciunt aperta oratione, quantum fieri potest, enarranda esse, nè obscuritas orationis errandi occasionem præstet. Quæ vero maledicentias, & vitiorum reprehensiones continent obscuritatibus obuelanda esse: nè rectorum aures offendantur, simpliciumq. hominum mentes ad vitia antea sibi ipsis ignota concitentur. In hoc igitur libro diludidando multum inuigilauit Zuingerus, verum cum plurima assequi non potuerit, à recepta sectione non minimum recedere coactus est. Multum pariter & nos insudauimus. Quid verò nostri præstiterint labores, lectores videbunt. D

Mar. n. 1. *Vers. 12. Si enim ex his quæ palam perficiuntur ratiocinatio initium fecerit in mentis potestate comperiet, ipsa ab alijs singula suscipiens.*

In mentis potestate esse ea dicuntur, quæ ab ea possidentur: ea verò mens possidet, quæ vera esse certò cognoscit. Quum ergo per vniuersalia probabilia tantum (vt ipsa vocat) figmenta in rerum cognitionem quis peruenit, huius mens eorum compos dici non potest, quia de illis cognitionem certam non habet. Sed tunc solum quando ratiocinatio initium fecerit ex illis, quæ palam perficiuntur: ab ijs inquam, quæ sensu fuere percepta. Mens enim singula ab alijs, ideſt, à sensibus suscepit, & sic ea certò noscit. E

Mar. n. 3. *Vers. 31. Vtilis est autem, & varia prædestinatio, &c.*

Admonet Medicum Hipp. vt quando ad curandum ægrum accedit, plura remedia administranda proponat, nec vno tantum præscripto discedat: asserens, eo solo ægrotantem sanandum fore. Quia cum varia sint morborum symptomata, variasque subeant mutationes, per quas in longos morbos protrahi contingit, vnico tamen remedio proposito occasionem susciplet F

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 20 sur 636

A ſcipiet æger dubitandi, nè eum ſpreuerit Medicus, & non omnibus neceſſarijs præſcriptis, eum deſeruerit. Varia igitur proponat: neceſſaria verò tantum adhibeat. Aegrotantem interim admonendo, morbos aliquando varias mutationes habere; & diutius perdurare: vndè plura remedia ſint adhibenda, eaque omnia temporum occaſione adminiſtraturum polliceatur, & nè in ſuſpitionem incidat fore, vt eum medicus deſerat, de mercede poſt comparatam ſanitatem perſoluendam cum ægroto conueniat. Hoc enim pacto huiuſmodi ſuſpitio omninò tolletur, quæ ægrotanti admodum noxia eſt, potiſſimum in morbo acuto. Quomodo autem circa talem conuentionem de mercede ſe gerere debeat Medicus, docet Hipp. ibi. Morbi autem celeritas temporis occaſionem non præbens, &c. inquit igitur, quando morbus propter acutiem non dat inducias, & reuertendi tempus ad pactum confirmandum non datur, non debere medicum rigidè, & tenaciter cum ægroto tractando de mercede non
B conuentum deſerere, ſed liberaliter etiam cum iactura conuenire, propriæ exiſtimationis maiorem habens, quam vtilitatis, rationem; cum ſatius ſit, ſeruatis ingratitudinem, & auaritiam exprobare, quam lethaliter affectos emungere, conuenientem mercedem rigidè expoſtulando. Verbum enim ἐκμυσσεται, quod emungere ſignificat, aptè ſatis modum exprimit, quo in conuentionibus vruntur homines: ſicuti enim qui emungit lac paulatim, & quaſi violentia quadam trahit. Ita mercedem, aut pretium alicuius rei cum aliquo conueniens, paulatim ad mercedem maiorem aduerſarium trahere conatur. Hac igitur ratione in morbo acuto merces rigidè non eſt conſtituenda, & ſi (ſubiungit) aliqui id exoptant, ægrotantes de mercede omninò conuenire volentes: ius hoſpitij, ſeu amicitiæ, & facilem morbi expulſionē proferentes, quorum prætextu medicum ad curationem ſuſcipiendam quam minima mercede conſtituta compellere ſtudent, digni quidem, qui negligantur, non autem qui affligantur.
C His ergò (inquit) te oppones magnanimitate, aſſerendo, eos vt à morbo vexatos apud te ſatis excuſatos haberi, inſtar eorum, qui in mari continuis mutationibus ſubiecto vela dantes, in nullo ſe conſtantes exhibent. Nam bonus medicus fide magis, quam rigore medetur.

Verſ. 53. Si enim affuerit erga homines amor, adeſt etiam amor erga artem, hoc eſt. Mar.n.5.

Si Medici charitatem habuerint ergà homines, & illis opem ferre ſolo amore procurauerint, erit etiam amor ergà artem, quia homines artem medicam in pretio habebunt, medicoſque ipſos amore proſequentur.

Verſ. 60. Fortunæ tamen indigi. Mar.n.6.

Medicos in ignorantiæ profundo verſantes fortuna indigere ait, quia niſi bona ipſis faueat fortuna, nihil boni præſtare ex arte poſſunt.

Verſ. 66. Laudantes in odio mali auxilij. Mar.n.6.

D Hæc verba prolata ſunt in eos medicos, qui ſibi ipſis laudem comparare ſtudent, aliorum medicorum curationes reprehendendo.

Verſ. 66. At ægrotantes natant in vtraque improbitate, &c.

Quotquot in præſenti contextu leguntur verba, tot difficultates emergunt, vt impoſſibile videatur aliquem rationabilem ſenſum illus adaptari poſſe. Hunc tamen haud ineptum, exiſtimo. Medicorum malitiam enarrauit in præcedentibus. Nunc verò ægrotantium improbitatem manifeſtat, quæ eadem continet, quæ in medicis adnotauit, ignorantiam ſcilicet, & auaritiam. Ignorantiam quidem præſeferunt ægrotantes, quando vt minus impendant, medico artis perito vſque ad perfectam ſanitatem non ſe committunt. Verum cum primum morbum remitti perſentiunt, medicum dimittunt. Cæterum cum morbus indè protrahatur medicum denuò adhibere coguntur, & cum priorem recipere erubeſcant, alterum vocant,
E cui mercedem nouam conſtituentes, à propria auaritia ſeipſos deceptos cognoſcunt, & hoc modo dum ſumptus contrahere ſtudent, maiores incurrunt. Secundo loco ægrorum auaritiam carpit Hipp. quippè qui in omnibus ſumptibus tenues exiſtant, ſed potiſſimum in mercede medico præſtanda, ita vt, ſi conſequi poſſint, vt cum medico conſortium, & familiaritatem contrahant, tunc ſeipſos diuites iactant. Verum quando de mercede medico præſtanda tractatur, à ſumptibus ſe exhauſtos eſſe conqueruntur, negotiationes tamen multas habere, tum in pecuniarum redditibus, tum ex agricultura profitentur, ex quibus mercedem medico pollicentur. Verum ſanitatem conſecuti illa exigere, vt medico ſatisfaciant, negligunt. Et hic eſt verus præſentis ſententiæ (ni fallor) ſenſus, cui verborum ſeriem ſatis conuenire, Græca le-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 21 sur 636

ctione diligenter perspecta patebit. Quæ quidem latinitati donari, etsi minus eleganter in hunc modum posset. *At ægrotantes afflicti natant in vtraque improbitate: eo quod potiori in arte curationi se ipsos non commiserunt ad finem vsque. Remissio enim morbi alicuius magnum ægroto effugium præbet*, ideſt, facit vt æger plura deuitet, atque recuſet: vnde medicum dimittit, quapropter ſanam affectionem cupientes eundem vſum (prioris medici) ſemper admittere nolunt, medici varietati ſe adaptantes. Sumptuum quidem multitudine ægroti carent (quia eas omni ingenio deuitant) morum prauitate in congreſſibus ſe ipſos ſubijcientes, cum indè ingrati fiant. Dum enim hi in medium incidunt, proprij decoris nullam rationem habentes, adeò ſe ipſos deprimunt, obſequium immodicum medico præſtantes, vt inurbanitatis crimen apud vulgus ſubeant. Ingrati verò fiunt (quia verbis tantummodo, & obſequijs medico ſatisfacere profitentur) Quum vero conſequi poſſunt, vt conſortium (acquirant cum medico) ditantur (hoc eſt ſeipſos diuites iactant) de mercede (dum tractatur) exhauriuntur (ideſt pecunijs ſeipſos exhauſtos conqueruntur. Sani eſſe volentes (quando eos ægrotare contingat) quæſtum ex vſura, aut re agraria affore producentes. At poſtea de illis quæſtum facere (ſeu exigere) negligentes (nè medico conuentam mercedem perſoluant.)

Aegrorum ingratitudo.

Mar. n. 6. *Verſ. 74. Remiſsio enim, & intenſio ægrotantis medicam adminiſtrationem requirunt.*

His adfert rationem Hipp. cur, quæ de medicorum, & ægrotantium vitijs dicta ſunt, ſatis eſſe debeant. Quia ſcilicet ad medicos quatenus medici ſunt prædicta haud ſpectare debent, quorum munus eſt, ægrotantibus opem ferre, & corporis morbos, non animæ, corrigere.

Mar. n. 7. *Verſ. 83. Hoc enim iureiurando affirmare poſſum, quod medici ratiocinatio, nunquam alteri inuidere poterit. Imbecillis enim hoc modo apparebit. Sed magis (hoc faciunt) forenſibus exercitationibus dediti. Quamquam neque hoc falſo cognitum ſertur. Quod in omni copia inopia ineſt.*

Iuramento ſe affirmare poſſe ait. Quod nullus medicus, qui verè medicus ſit, & prudens vnquam inuidia motus in alterum medicum ratiocinari poterit, ita enim & ingenio, & potentia imbecillis videbitur. Hoc enim forenſibus conuenit, quibus quidem dum clientium cauſas in foro coram iudices defendunt, ſeipſos extollere, aduerſarioſque contumelijs, iurijſque lacerare conſuetum eſt, neque id illos quidquam dedecet. Quamuis (ſubiungit Hipp.) illud etiam verum ſit. Quod in omni copia inopia ineſt, & qui plura iactat, minus poſſidet, quique pluribus propriam cauſam tueri conatur, iniquiorem quoquo pacto reddit. Vnde nimia verboſitas, & contentio ipſi met nocet.

Mar. n. 8. *Verſ. 92. Qui vero ægrum ſibi commiſſum habet, ſi artis inuenta demonſtrauerit conſeruans, non mutans naturam, præſentem remunerationem, aut (contra) diffidentiam ſtatim reportabit. Hominis enim bonus habitus natura quædam eſt naturæ circumficta metum non alienum (habens) ſed valde congrua & ſpiritu, & calore, & humorum concoctione vnaquaq. & vniuerſa victus ratione, ac alijs omnibus compoſita, ac conſtructa, &c.*

Hic locus obſcuriſſimus eſt ob multa, potiſſimum verò propter verbum ἀποίσει quod Cornar. tranſtulit auferet. Verſio quidem, quæ etſi vocis proprietati accommodari poteſt; ſenſum tamen abſurdum reddit. Quare Calui interpretatio mihi accommodatior videtur eamque ſecutus eſt Zuingerus, vertit enim, reportabit; ita vt ſenſus ſit huiuſmodi, mala eſt aliquando ægrotantium impatientia, vt non nulli à doloris vehementia ſuperati ſe ipſos vita exuerint, propter hanc igitur cauſam celeritatem in medendo deſiderabat Hipp. quam quidem in remediorum multitudine idiotæ reponentes de medico cautè, & prudenter procedente conqueruntur, aut ſaltem aliquid ſolitæ mercedis detrahunt. Sæpe etiam id eius inſcitiæ adſcribentes in diffidentiam circa eum cadunt. Quomodo igitur cum talibus procedendum ſit, docet hoc loco Hipp. & inquit. Si medicus ægrotanti ſibi commiſſo demonſtrauerit, artis inuenta conſiſtere, non in permutatione naturæ; quæ contrarijs perficitur medicamentis, tum alterantibus, tum euacuantibus, ſed in eiuſdem conſeruatione, quæ in congrua quadam moderatione conſiſtit. Si inquam id fecerit medicus, ſiniſtram de ſe opinionem omnem ab ægrotante tollet, & quamuis continua remediorum varietate non vtatur, & aliquando ab his penitus deſiſtat, non tamen remuneratione conſueta priuabitur, ſed præſentem ideſt, quæ ſingulo die medico dari ſolita eſt quotidiè recipiet. Quod ſi è contra id non præſtabit, diffidentiam ſtatim reportabit. Qua ratione artis inuenta in conſeruatione naturæ

Cornarij verſio non recepta.

Quomodo Medicus tollat ſiniſtram de ſe ægrotanti opinionem.

conſi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 22 sur 636

A consiſtant, demonſtrat dum inquit. Hominis enim bonus habitus, & ex conſequenti ſanitas, quæ à medico intenditur, natura quædam eſt ipſi naturæ circumficta, hoc eſt diſpoſitio quedam conformata, & ſimilis ipſi naturæ, ſimilique motu (naturali inquam) conſeruata, valdè congrua effecta ipſi naturæ, mediante ſpiritu, calore, & humorum coctione vndiquaq. per omnes corporis partes celebrata, quæque ijs comparatur, quæ ſub ratione victus continentur, res non naturales vocarunt poſteriores. Hæ enim ſunt inſtrumenta, quibus natura ipſa in naturali diſpoſitione conſeruatur, quæ ideo ita diſponi debent, vt ipſi congrua ſint omninò. Niſi (ſubiungit) aliquis defectus in natura fuerit à natiuitate, qui magnus ſit, nam eo caſu procedendum eſſet non ijs, quæ communiter ſanæ naturæ conueniunt: ſed ijs, quæ defectuoſæ illius met ægrotantis. Quando enim defectus ille congenitus eſt, & magnus fruſtra illum tollere conamur, quare tunc ſatius eſt ſimilibus defectuoſæ naturæ procedere, Res non naturales.

B quam contrarijs, nam defectus ille inſtar ſanæ naturæ eſt tractandus. Cum verò vitium illud fuerit exiguum, vt eius remotio ſperari poſſit, tum naturæ ſanæ ſimilibus, & defectuoſæ contrarijs occurrendum eſſet. Nam defectus etiam paruus eſt quid præter naturam, & quatenus talis remouendus eſt, non ſolum, ſi eſt à natura, ſiuè congenitus, ſed etiam ſi ad tempus, ideſt, ſi modo accedit, & per aliquod tempus perdurat, modo recedit.

Verſ. 111. *Optanda eſt etiam diſpoſitio extra enim exiſtens tardæ eſt diſciplinæ. Præſentium quidem nihil perficit, non præſentium vero tolerabilis memoria exiſtit. Fit itaque omnia tentans nihil voti compos cum iuuenili peſte decori negligentia, & præfixis terminis, & promiſſione iuramentiſq. maximis. Deorum cauſa.* *Mar.n.*10.

Hoc modo igitur Græcum contextum verterem, quorum verborum hic eſt ſenſus. Quicunque naturalem inclinationem, diſpoſitionem vè diuerſam habet ab eo, cui applicantur,

C ij tardè admodum illud aggrediuntur, ſeròq. eius diſciplinæ ſe ipſos ſubijciunt. E contra verò ad aliquam artem à natura diſpoſiti, hi à primis annis circa eam exerceri incipiunt. Propter hanc igitur cauſam deſiderat in medico Hipp. diſpoſitionem, qua deficiente nullus ad artis perfectionem peruenire poteſt. Huiuſmodi enim homines, cum ſerò artis diſciplinæ ſe ſubijciant, dum ratione ætatis prouecti eſſe deberent, tyrones penitus exiſtunt, ingenijque perſpicuitate, quam iuuentus præbet, omninò carent; vndè in plurimis eos deficere neceſſe eſt. Nam eorum, quæ peragenda ipſis occurrunt (propter inexperientiam) nihil perficiunt, quæ verò non præſentia ſunt, tolerabilis memoria eſt, hoc eſt, non parum eſt, ſi illorum recordentur, non enim ex præteritis quidquam vtile elicere poſſunt, vt boni artifices euadant. Tales ergo iuuenili peſte, præſumptione ſcilicet, tyronum propria (ſupponit enim tardè ad artem eos acceſſiſſe, & ideò etſi ætate ſint adulti, peritia tamen iuuenes exiſtunt) cum decori negligentia: vndè eorum, quæ medicum dedecet, pertractare non erube-

D ſcunt, & præfixis terminis, & promiſſione, & iuramentis maximis Deorum cauſa omnia tentant, omniaque audent. Qui enim artis medicæ difficultatem, & errandi occaſiones, quæ circa eum contingunt, nondum ſunt experti, de ea nimis confidentès, ſalutis, aut mortis certos præfigunt terminos, quos non aſſeuerant modo, ſed iuramento Deos ipſos inuocanres eorum certitudinem confirmare non verentur. Conditiones Medico conuenientes.

Verſ. 115. *Dum medicus præeſt morbo cum aſsidua lectione, &c.* *Mar.n.*10.

Medicorum vulgarium conditione patefacta ad probos medicos ſermonem conuertit, & docet, quomodo peritus medicus ſe gerere debeat potiſſimum cum præfatis, inquit igitur. Dum medicus præeſt morbo, hoc eſt medicus, qui alicuius morbi curationem ſuſcepit, aſſiduè, & frequenter ægrum inuiſere debet, & inſtruere adtantes, comprimereq. arrogantiam

E idiotarum tumultuantium, imitantiumque ſermones ex metaphoris. Per idiotas intelligit, hoc loco medicos imperitos, & vulgares, quos idiotas vocat, tum quia inſtar idiotarum imperiti ſunt, tum etiam, quia horum maxima copia adeſt vbique, hi igitur ſermones ex metaphoris imitari dicuntur: quia dum de morbo diſcurrunt, cum nihil ei propriè conueniens habere cognoſcunt, in metaphoris, exempliſq. continuò perſiſtunt. Idiotarum inquam, congregatorum ægri inuiſendi gratia, & diſcurrentium circa morbum ipſum, etiam ſæpè antequam morbus ſe prodat, & eius natura pateat. Talium igitur (ſubiungit Hipp.) vbi etiam præfectus eſſem, non ſanè in curatione collectitia, & tumultuaria eorum conuenirem, Quid idiota.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 23 sur 636

©BIUM

(quia cum huiusmodi imperitis altercari medicum prudentem dedecet) verum confidenter auxilium peterem (medicorum scilicet peritorum) cognitionis enim decoræ scientia in his dispersa est. Hæc etiam referri possunt ad idiotas, qui medicinæ cognitionem profitentes, postquam vulgaria quædam perceperunt, etiam si in reliquis penitus imperiti sint; cum medicis tamen altercare non erubescunt. Cum huiusmodi igitur hominibus contentionem subire non oportet, sed alterius medici periti auxilium petere: cuius ope non ægrotanti modo opitulari, sed etiam prædictorum petulantiam compesci poterit. Hac digressione absoluta sermonem denuò conuertit ad medicos, de quibus institutus erat sermo: & quomodo se gerere debeant humaniter eos docet. His ergo (inquit) imprudentibus necessario existentibus consilium præbeo, vtilem eos habere exercitationem, post cognitionis dogmatum penuriam, hoc est, ex quo dogmata artis ignorant, & ad ea consequenda se ineptos cognoscunt: vtili exercitationi se conferant, eique diligenter incumbant. Quia postquam circà eam diù se exercuerint, ad vniuersalia dogmata acquirenda aptiores fient, quis enim (subiungit) multifidam dogmatum sectionem se verè cognoscere posse sperarit citrà exercitationis constantiam? Quapropter hos admoneo, dicentibus quidem attendere (vt dogmata assequantur) facientibus verò insistere, vt vtilem acquirant exercitationem.

Medicus non debet alterari cum idiotis.

Mar. n. 11. *Vers. 125. Si quis cæco attendat, velut res magni timoris cauendus est, & gratia per quam vnitas perit.*

Admonebat nos superius Hipp. nè diutius ægrum in exacta viuendi ratione contineamus, quia contracta diæta diuturna concupiscentiam in ægrotante erigit, propter quam grauiores tandem errores committunt, quapropter aliquantisper ei indulgendum. Verum & hæc indulgentia moderata sit, quippè quæ morbum producere sæpe solet, propter hoc igitur summa diligentię æger custodiendus est: quando in vtroque excessu adest periculum vitæ, idque cæcorum exemplo declarat in præsenti sententia: & inquit: Qui cæco attendit, eiusque custodiæ præest, illi exacta diligentia prospicere debet: velut res magni timoris: & eas gratias ei denegare, quæ in eius exitium tendunt. Hic est enim (ni fallor) sensus illorum verborum καὶ χαρὶν δὶ ἧς ἐνότης. Vnitatis enim nomine indiuiduum non impropriè appellat. Nam indiuidua propriè sunt, quæ numerationi subijciuntur, quæ per vnitates procedit. Hic igitur medicus ægrotantis curam suscipiens, quem & morbi vehementia, & mortis timor quoquo pacto obcæcarunt; illum diligenter custodire debet, nè propter errata, aut nimiam indulgentiã in vitæ discrimen adducatur. Verum instabit quispiam: si indulgentiam morbum protrahere nuper dixit, cur modo mortis periculum eos incurrere cæcorum exemplo ait? Num quia (vt idem Hipp. lib. 7. epid. sect. 2. vers. 169. iuxta Græci contextus lectionem dixit) diuturna periculosa?

Medicus & æger assimilantur cæco, & custodi suo.

Mar. n. 12. *Vers. 134. Parua causa sanationem soluit, nisi quid circa locum principem affectum fuerit. Quapropter affectio per consensum à tristitia inducta vexat: quidam sanè ex alterius consensu vexantur.*

Causa quælibet, siuè externa, siuè interna, cum leuis est, morbum facilem, leuemque inducere solet: & qui spontè, & absque medici præsidio tollitur, idque significauit, per illa verba ἄνεσιν λύεται: idest, sanationem soluit, ratio autem huius ex eo dependet: quia sicuti remedia morbos soluere dicuntur, quia eos tollunt: ita parua causa sanationem tollere dicitur, quia medendi necessitatem aufert. Affectiones igitur à leui causa dependentes medicam curationem non exposcunt: nisi (subiungit Hipp.) affectio circa membrum aliquod princeps existat, quod morbum effectrice causa maiorem faciat, aut saltem foueat. Huiusmodi membrorum principalium affectionem morbi apparatum dicimus, cuius ratione quælibet occasio etiam leuissima morbos grauissimos inducere solet, & diutius perseuerantes, imò etiam morbus ipse, quamuis minimus, si principem partem occupat, non est despiciendus: cum hic magnus ratione dignitatis (vt loqui solet Gal.) existat, cuius rei exemplum adfert affectionis ex tristitia inductæ, quæ etsi à leui causa, quæ tristitia est, ortum habeat, non tamen spontè soluitur: sed artis auxilio eget, ratio subintelligitur, quia tristitia est passio membri principalis, cordis inquam, cui cæteræ partes facilè con-

Affectiones partium principalium, & si leues æstimandæ.

A consentiunt, & indè ægrotant. Nam certum est (subiungit) quasdam particulas ex alterius consensu vexari.

Vers. 137. *Proprior vehementis amorem indulgentia.*

Ita ad verbum interpretatur Græca lectio, quibus verbis docemur, indulgentia tutius nos posse vti circa eos, qui laboris amantes plurimum se exercent. Huiusmodi enim naturæ sicuti pleniorem victum exposcunt, ita errores facilius ferunt. Iuxta doctrinam aphoris. v. sect. 1. Mar. n. 13.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

B

De Natura hominis.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

De humana Natura tractarunt Philosophi: tractarunt & Medici, illi quippè hominem considerantes quatenus ens naturale; hominis principium statuere id, quod & aliarum etiam rerum naturalium commune principium est. Quapropter qui naturæ elementa existimabant, aut aerem, aut ignem, aut aquam, aut terram, aut ex his duo, vel omnia; hi etiam hæc eadem tanquam hominis naturam, & elementa constituerunt. Medici verò, qui humanam
C considerant naturam, non simpliciter, vt ens naturale; sed quatenus sanus est, & ægrotat; rem ipsam proximius considerantes, hominis elementa non prædicta, sed proximiora statuere. Humores videlicet corpus humanum, tum constituentes, tum conseruantes. Sicque horum alij sanguinem, alij pituitam, bilem alij, alij melancoliam hominis principium posuerunt. De natura ergo hominis pertractaturus Hipp. à principio protestatur, se de ea non Phisicè, sed medicè tractaturum, & proindè non disputaturum, an homo principium habeat aerem, an ignem: aut terram, aut aquam, quod Philosophi factitarunt, quos insuper redarguit, non certè, quia naturam altius disquisiuerint, quam conueniret. Elementa omnium rerum prima hominis principia statuentes; verum quia vnum tantum, & illum quidem, quod nullo modo in homine sensu percipitur, quod necessario euenire deberet, si vnicum tantum esset principium, non enim haberet alterius mixtionem, quæ ipsum confundendo celaret, vt euenit ijs,
D quæ ex pluribus componuntur, & hic est sensus illorum verborum, quia non manifestum est vnum (dictorum scilicet) in homine esse. Quapropter horum error maior apparet errore medicorum, & minus excusari potest, quia si hi humanæ naturæ principium constituerunt, aut sanguinem, aut bilem, aut pituitam, aut melancoliam. Hi eriamsi veritatem non sunt assecuti, propriè tamen opinionis aliquod fundamentum habuerunt. Quod enim principium asserebant in homine esse, poterant demonstrare. At philosophi, quia nec aerem, nec ignem, nec terram, nec aquam in humano corpore indicare possunt, stultè satis aliquod eorum humanæ naturæ principium statuerunt. Quare cum elementum in homine non percipiatur sensu, certissimum argumentum est, illud aut non esse primum, aut non solum. Res enim sensibus non apparent, aut quia re vera non adsunt, aut quia alijs permixtæ absconduntur. Horum igitur philosophorum opiniones, etsi varias vnico tamen argumento destruit, verbisque
E adeo manifestis illud proponit, vt expositio nostra superflua sit. Medicorum verò opiniones eodem argumento reijci non poterunt, quia quod hominis principium statuunt illud sensu demonstrari potest, cuius principij dispositiones varias, ex eo contingere asserebant, quia à calido, & frigido coactum varias humorum species produceret. Horum ergò opiniones omnes eo confutat argumento potissimum: quia si vnum tantum esset principiũ humanæ naturę, homo non haberet, vndè doleret, sed & alias rationes contra eos adducit, quæ simplici lectione patent omnibus.

Hipp. tract. de Nat. hom. medicè, non phisicè.

Error philosophorum.

Vers. 105. *Etenim pharmacum vbi corpus intrauerit, primum quidem ducit, id quod ex omnibus in corpore existentibus, sibi maximè secundum naturam fuerit.* Mar. n. 10.

Quomodo medicamenta purgantia humores è corpore educant, maxime dubitatũ fuit, &

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 25 sur 636

quamuis plerique existimauerint ratione familiaritatis id fieri, quæ inter medicamentum purgans, & humorem intercedit, huius loci auctoritate permoti; quia sicuti (vt ait Hipp.) plantæ humorem è terra eliciunt, qui magis sibi ipsis familiaris est, & secundum naturam, deinde, etiam alios familiari deficiente, ita medicamentum, primo humorem purgat, qui sibi est maxime secundum naturam, deindè vero etiam alios. Non defuere tamen, qui aliter senserunt ob varias difficultates, quas prædicta opinio recepit, potissimum verò, quia si suppositorium paretur, vt ait Dioscor. ex veratro albo: aut idem medicamentum plantæ pedum, aut ventri applicetur, vomitum facit, humoresque sursum educit, non adse, sed in contrarium, signum euidens medicamentum purgans non attrahere ad se humores, sed potius expellere. A

Quo Medicamentum purgans agat.

His tamen non obstantibus præfatam opinionem tueri posse existimo, quamuis affirmare non audeam Hippocratis sententiam fuisse, qui euacuationis modum, seu rationem non expressit: sed dixit tantummodo quodlibet medicamentum quemcunque humorem educere, non tamen æquè omnes, & indistinctè: sed primo eum, qui eius naturæ magis conuenit, indè vero alios, an vero id præstet, illum attrahendo familiaritate substantiæ, an expellendo odio, & inimicitia, non expressit. Nam illa vox familiare, quæ in Latino contextu legitur, propria liberalitate ab interprete addita est. Nec exemplum quod Hipp. adducit plantarum eò tendit, vt demonstret, medicamentum eo modo humorem peculiarem naturæ proprietate educere, deinde alios, quo plantæ succum è terra eliciunt propriæ naturæ conuenientem: deinde etiam alium, si familiaris deficiat, quare hoc exemplo non probatur medicamenta humores purgare attrahendo magis, quam alio modo, sed tantummodo analogiam quandam vigere inter humorem, qui purgatur: & medicamentum, cuius virtute purgatio fit. Quo quidem supposito non est inconueniens id ratione familiaritatis substantiæ fieri: quatenus medicamentum humorem ad se trahit, & cum eo è corpore exit per regionem naturæ medicamenti conuenientem. Ad instantiam vero adductam respondeo: virtutem purgatiuam medicamenti consistere in spiritibus quibusdam, qui sunt instrumenta actionis, quæ à forma specifica mddicamenti prouenit: qui quidem spiritus tunc exeunt ab eo, cum primum à calore corporis incalescit, & actuatur ad operationem. Hi igitur spiritus sunt, qui cum humore familiaritatem habent, qua mediante vbi à medicamento egressi fuerint, illum ad se trahunt, & simul è corpore exeunt per regionem naturæ medicamenti conuenientem, exquo fit vt medicamentum purgans in quacunque parte corporis actuetur: semper purget, & per partem, quæ eius naturæ conuenit, vnde veratrum album sedi inditum per vomitum purgat: quia spiritus egredientes à medicamento proprietate naturæ ad ventriculum feruntur, & secum humores familiares trahunt & purgant. B C D

Exemplum Hipp. explic.

Virtus purgatiua est in spiritibus.

Mar.n.11.

Vers. 115. Et iugulatis, primum quidem sanguis calidus, & ruberrimus profluit: deinde pituitosior, ac biliosior.

Ex hoc loco manifestatur, in quanto errore versentur illi, qui in quolibet morbo sanguinem mittunt: etiam si à cachochimia dependeat: ea delusi opinione, vnà cum sanguine humorem peccantem educi, quotiescunque in venis existunt, quia si in iugulatis, & ijs, quibus sanguis abundanter extrahitur, primum rubentissimus, & qui optimus est, profluit: deinde pituitosior, & biliosior. Secta vena, per quam moderata fit euacuatio, is tantumodo euacuabitur, qui optimus erit in corpore, remanebitq; vitiosus, vnde cacochimia augebitur, quod quidem attendentes medici antiquiores, qui in secanda vena præcepta artis constituere in morbis à cacochimia dependentibus, à sanguinis missione abstinendum censuerunt, & potissimum biliosa: quando hæc non educitur, nisi postquam sanguis in totum exhaustus est. Quod si Hipp. secundo Acutorum, vers. 20. sanguinem mitti iubet, donec multo rubicundior fluxerit: aut pro puro, & rubicundo liuidus; signum euidens, aliquando prius exire eum, qui deterior est, id euenit ratione inflammationis internæ, cuius gratia sanguis, quæ in inflammata parte residet, aut locis proximioribus, diuersus est ab eo, qui est in reliquo corpore, & ideo si vena aperiatur, quæ proxima sit loco affecto, & cum ea rectitudinem habeat, quod omninò faciendum supponitur, primum exit ille, qui ab inflammatione vitium contraxit, deinde qui in reliquo viget corpore. Et hæc est potissima ratio, cur in inflammationibus, & alijs quibusdam morbis, in quibus materia alicui parti infixa est, quæque alio ingenio educi

Sanguis non est mittendus in chacochimia.

Mar.n.12.

non

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 26 sur 636

©BIUM

A non possit, & vrgeat malum, vt in Apoplexia, statim ad venæ sectionem confugiendum sit, etiam si cacochimia adsit, quæ propriè purgatione esset remouenda. Verum in alijs morbis absque inflammatione plerumq. suspecta est venæ sectio dum sanguis eodem modo se habet in toto corpore ob allatam rationem, potissimum verò si adsit febris propter rationem, quam adduximus, tertia coacar. Prænot. vers. 79.

Vers. 121. *Quamuis viscosissima sit, & per vim moxione, post bilem atram trahatur.* Mar.n.12.

Pituitam cæteris humoribus frigidiorem esse sensu patere demonstrat, quia si eam statim excretam tangas, frigidissimam aliorum respectu comperies, quamuis nonnihil adscititiæ caliditatis in excretione ipsa eam contraxisse sit verisimile, omnia enim per vim attracta incalescunt. Et hæc post atram bilem maxima vi trahitur. Si igitur pituita, ex attractionis violentia aliquantisper excale facta, frigida tamen actu percipitur; signum euidens est, eandem ex sui natura frigidissimam esse. Quasi necessaria consequentia deducatur qualitates, quæ B actu vehementes perpetuò existunt, eiusdem facultatibus respondere.

Vers. 133. *Bilis autem per æstatem, & autumnum corpus possidet.* Mar.n.14.

Ea ratione, qua sanguinem in vere auctum æstate adhuc vigere supra determinauit, eadem planè nunc bilem æstate multiplicatam in autumno etiam dominari demonstrat, hoc loco Hipp.

Vers. 153. *Si enim eidem homini, idem pharmacum quater in anno dare volueris, vomet tibi hyeme quidem pituitosissima, vere autem humidissima, æstate biliosissima, autumno nigerrima.* Mar.n.16.

Superius demonstrauit Hipp. quatuor humores semper in corpore reperiri, idque pluribus rationibus, potissimum verò, quia si eidem homini medicamentum dederis phlegmagogum semper pituitam purgabit, si cholagogum, bilem, si melanogogum; melancoliam: & si eundem sauciaueris, quouis tempore sanguis egredietur. Nunc verò vt probaret humores præfatos pro anni temporis diuersitate vnũ magis vigere in corpore, hoc vtitur argumento. Quia si alicui vnum & idem medicamentũ quater in anno dederis, æstate biliosissima purgabit, autumno nigerrima, hyeme pituitosissima; visq. huius argumenti in eo consistit: quia si medicamentum, quod peculiari virtute pituitam exemp. gr. purgat, bilem copiosam educat, id aliundè euenire non potest, nisi quia ille humor maxime abundat in corpore, qui ob perturbationem à medicamento inductam excernitur cum eo, qui pharmaco conueniens est. Vndè adnotare est, non dixisse Hipp. purgabit bilem, sed biliosissima, hoc est miscellam humorum, in quibus bilis copiosa apparet, idque magis euenit in purgatione, quæ fit per vomitum, in qua humores maiori impetu, & violentia mouentur, quam in ea, quæ fit deiectione. Hancque potissimam causam fuisse existimo, cur antiqui vomitionibus adeo frequenter vterentur; rarissimè autem deiectionibus, quando Hipp. præseruationis gratia nunquam vsus esse purgatione per inferiora: sed per vomitum semper, vt ex tertio de diæta, & lib. de insom. constat. quia enim nondum apparente morbo non ita constare potest, qualis humor maxime vigeat, per vomitum purgat, quo non solum humor pharmaco conueniens educitur: sed etiam quilibet alius, quem in corpore abundare contingat. Quarè perperam colligunt nonnulli ex præsenti textu, medicamenta purgantia nullum particularem humorem educere, sed eum, qui maxime abundat. De hac re vide, quæ adnotauimus ad lib. de Insomn. vers. 136. Ex hoc contextu verò documentum admodum vtile ad praxim elicimus: Quotiescunq; medicamentum purgat humorem diuersum ab eo, qui ei conueniens est, hoc argumentum euidens esse, eum humorem maximè abundare in corpore, dummodo euacuatio cum tolerãtia sequatur, & conferentia. Nam aliquando medicamentum potatum intento fine frustrari didicimus à præceptore, lib. de Medicam. purgantibus à princ. ita vt humor peccanti contrarius euacuetur, sed eo casu, nec facilis adest tolerantia, nec conferentia vlla subsequitur.

C

D Cur Antiqui frequentius vomitu, quã deiectionibus vtebãtur.

Documentũ vtile.

E

Vers. 16. *In summa medicum scire oportet opponere se contrarium instantibus, & morbis, &c.* Mar.n.18.

Hæc subiunxit Hipp. vt significaret ea omnia, scilicet morbos, naturas, tempora, & ætates non semper indicare contraria, etiamsi à commoderatione aliquantisper recedant. Sed tunc solum quando magnus est eorum recessus, quod quidem importat dictio, instantibus, imò morbis præsentibus morbo quidem contraria sunt adhibenda, cæteris vero nequaquam, sed

similibus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 27 sur 636

similibus ea co̲ seruare oportet. Nam eo tempore morbus est, qui instat: non cæteræ affectiones, in cuius rei confirmationem, dicebat Hipp. Victus humidus febrientibus omnibus conuenit, maximè pueris, & qui tali victu vti consueuerunt, vtriusq. enim sententiæ ratio est eadem. Quare morbosa affectio tantummodo contraria indicat, qua præsente reliquæ similibus potius sunt conseruandæ, & si aliquando earum ratione quidquam contrarij in morbis adhibere contingit, id faciendum est quatenus signa sunt recessus maioris, aut minoris à naturali statu illius affectionis, quæ tunc viget. A

Mar.n.19. *Vers.* 199. *Et corpora attenuare sic enim minime multo spiritu opus habuerint.*

De veritate præsentis sententiæ probabiliter dubitari posset, in qua asseritur corpora attenuata minori respiratione egere, quam his contraria: cum calidi sit attenuare, & quæ calidiora fiunt maiori etiam ventilatione egent. Hippocratis tamen opinionem veram esse persuadent, tum ipsius magistri auctoritas, tum etiam ratio. Corpora enim dum attenuantur, rariora, & transpirabiliora fiunt, & ex consequenti secundum interiores partes temperatiora, quod idem Hipp. lib. de Natura pueri vers. 325. testatus est, & eò magis, quia maior transpiratio, quæ fit per cutim, necessitatem respirationis minuit haud parum. Idem confirmat experientia. Qui enim à frigore ambientis vexantur, respirationem edunt longè maiorem, & frequentiorem, densata nimirum à frigore corporis externa superficie. a B

Mar.n.27.

Mar.n.19. *Vers.* 200. *Porro quicunq. morbi à fortissima corporis parte fiunt, grauissimi existunt.*

Hæc pariter sententia primo aspectu falsa apparet, cum non videatur rationabile morbos in parte fortissima genitos ad debiliorem transmissos difficiles esse, & vice versa à debilioribus ad fortissimas depulsos facilius superari. Huius tamen sententiæ veritatem confirmat, quæ ab efficienti causa, & à partis laborantis virtute dependet. Quando enim in parte fortissima morbus aliquis generatur, is causam necessario fortissimam habet, & ex consequenti magnus, & vehemens existit, & ob affectæ partis dignitatem, & officium, cæteris partibus promptè communicatur. Qui tamen etiam si fortissimus in parte forti, & robusta permanens aliquando superatur, nequaquam vero si à parte fortissima in debilem transmittatur. Nam si pars robusta causæ morbificæ resistere non potuit, quomodo quæ debilis est, morbum iam factum, magnumq. superare poterit? è contra verò in parte debiliori, à causa etiam leuissima morbi excitantur: & ideo debiliores esse consueuerunt, ita vt si ad fortissimam detrudantur, à partis robore tantò facilius superantur. In quorum confirmationem obseruatum est à Præceptore, vt sect. 1. lib. 2. Prædictionum, vers. 220. legimus; morbos sacros, qui à capite initium sumunt, grauissimos esse, deinde qui à latere, qui verò à manibus, ac pedibus maximè sanari posse, quia scilicet, in partibus debilioribus excitati, ad fortissimam, caput nempe transmittuntur. E contra vero Podagra violentior est, vt idem met loquitur lib. de affectionibus, omnibus eiusmodi morbis, diuturnissimus, ac ægrè cedens morbus, quia (vt vulgaris est opinio) à nobilioribus partibus ad ignobiliores procedit. Animaduertendum verò præsentem sententiam veram esse, dummodo morbus in parte, ad quam transmittitur, neque augeri, neque naturam trasmutare contingat, quia si v. g. inflammatio in parte debiliori excitata ad fortiorem, & nobiliorem transmittatur, longè periculosiorem morbum facit: quia inflammatio illa nouam morbi induit naturam, nempe in pleuritidem, aut peripneumoniam conuersa, si in latus, aut pulmones transmittatur affectio, quæ & ratione dignitatis grauior est, & quia febris acutior fit, cuius gratia periculum grauius est, & difficilior morbus. C D

Mar.n.16.

Podagra est morbus difficilis, quia materia à partibus nobilioribus ad ignobiliores transmittitur

Mar.n.20. *Vers.* 206. *Venæ crassissimæ sic se habent, &c.*

Hanc partem, quæ venarum distributionem à capite ad inferiores partes continet Gal. reijcit omninò, vt quæ nec magni Hippocratis, vt ipse ait, doctrinam sapiat, nec Polybi eius discipuli, ea ductus coniectura, quia quæ hoc loco afferuntur, omnia aduersantur ijs, quæ in secundo Epidem. libro de venis loquitur. Verum non animaduertit Gal. quod hoc loco tractatur penitus diuersum esse ab eo, quod in Epidemijs traditum est. Ibi enim distributionem venæ hæpatitis appellatæ profitetur, quæ in parte interiori spinæ adiacens per corpus vniuersum dispergitur. Hoc autem in loco distributionem facit quatuor parium venarum, quæ à capite in partes inferiores disseminantur, quæ cum inter se origine differant, in earum distributionis doctrina variari necesse est. Vtroque enim in loco eandem non contineri venarum distributionem constat ex eo, quia lib. de offium natura vniuersam E

Hipp. sent. de venarum origine a Galeno non intellecta.

vena-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 28 sur 636

©BIUM

A venarum ſtructuram deſcribens, vtramque doctrinam præſentem ſcilicet, & quæ in Epidemijs tradita eſt ijſdem, ferè verbis deſcriptã in vnum copulauit, ex pluribus particularibus vniuerſam venarũ anathomem conſtituens. Quo in loco exortũ venarum à quinq. fontibus deducit sũmo, & mirabili artificio, vt in eius explicatione indicabitur. An verò præſens doctrina magni Hipp. ſit, nec nè, id parũ referre mihi videtur: quando non liber ex auctore: ſed auctor ex libri doctrina auctoritatem acquirit. Certum eſt quidem, præſentem de venis tractationem Polybo haud indignam Ariſtotelem cenſuiſſe, quandoquidem cum ijſdem ferè verbis expreſſam ſub Polybi nomine lib. 3. de Hiſt. Anim. cap. 3. regiſtrauit, quam quidem ex hoc loco potius deſumpſiſſe, quam ex lib. de oſſium natura eſt rationabile, vbi plura ſatis de hac materia pertractantur, quæ non ſubticuiſſet Ariſtoteles, ſi indè eam tranſtuliſſet: quandoquidem illius auctoris opinionem de venarum hiſtoria confutare profitebatur. Sed cuiuſcunq. ſit hæc B doctrina, certum eſt, dum eam damnare, & Ariſtoteles, & Gal. contendunt, propriam detegere inſcitiam, quippè qui ſummum Hipp. artificium circa materiam hanc non perceperunt. Sciebat enim Hipp. idque demõſtrauerat apertiſſimè locis allegatis: venas ab hepate radicari, indèque per corpus totum diffundi, ſed præter hanc diſtributionem, quam ratione originis conſiderauit, & quatenus per hanc alimentum toti corpori diſtribuitur, aliam inſuper venarum communionem cognouit, cuius gratia morbi ab vna in aliam partem abſcedunt: variaſque, & à natura, & auxilio artis ſolutiones habere ſolent. Hæc igitur conſiderans quatuor hæc paria venarum à capite ad infernas partes diſtributa excogitauit, quæ ſicuti apparent ſenſu, ita ſumma diligentia hoc anno 1616. in Archihoſpitali, ſancti Spiritus publicè demonſtrauit eccellens Diloaſines Maria Caſtellanes iuuenis maximæ expectationis in arte, & potiſſimum circa eam partem, quæ ad anathomen ſpectat, palamq. fecit omnibus, nihil de venarum diſtributione ab Hipp. fuiſſe conſcriptum, quod oculis non percipiatur. Adnotare C què eſt ſummum Hipp. artificium, qui cognoſcens venas à capite deſcendentes, dum iugulares venas ingrediuntur (à quibus ducto principio & origine ab hepate, ortum ducunt) & indè inferius procedentes in nouas propagines diſperguntur, nihil habere ad inuicem, niſi ramificatio ab eadem venæ parte procedat, ideo in conſtituendis his quatuor paribus venarum prepoſtero ordine procedens à capite in partes inferiores, quæ infernè aſcenderant in caput ſingulas ramificationes in proprium par diſperſit, prout ab eadem venæ parte exortũ habent, quæ ſingula venarum paria ea ratione conſortium habent ad inuicem, quia ijs fibris conſtant, quibus mediantibus omnia naturæ opera perficiuntur, ex hacque venarum diſtributione colligit, quam rationabiles ſint morborum curationes per ſectionem venarum, quæ iuxta allatam venarum diſtributionem fiunt, de quibus alioqui probabilis ratio afferri non poteſt. Ex earumdem fibrarũ participatione euenit, vt exterior vena cubiti promptius euacuet à capD te, quam interior: quia venæ aſcendentes in caput ab eadem parte venæ axillaris exoriuntur, à qua vena exterior cubiti. Et ex conſequenti ex ijſdem fibris omninò conſtat. Valeant ergo anathomici recentiores, qui artem ſecandi corpora nouis inuentis ditaſſe profitentur, quando nec ea, quæ Hipp. tradidit, aſſequi potuerunt, quod quidem non in venis modo præfatis verificatur, ſed etiam in neruis, & multis alijs particulis, quarum cognitio neceſſaria eſt, quæ verò iſti inueniſſe profitentur, ad certam curioſitatem tantummodo inuenta ſunt.

Hipp. de venis loquens defenditur.

Verſ. 230. Enitendum eſt autem, vt ſectiones quam longiſsimæ à locis faciamus, &c. Mar. n. 22.

Ex hoc loco colligimus differentiam inter morbi præſentis curationem, & præſeruationem imminentis, quia in priori caſu venæ ſectio à venis parti affectæ proximioribus molienda eſt, yndè perpetuum fuiſſe præceptori adnotauit Gal. 6. aph. 36. in morbis ſuprà iecur ex brachijs; infrà verò ab ijs, quæ in cruribus, & malleolis, ſanguinem mittere. Cuius rationem adducit E Celſus lib. 2. cap. 9. Neque ignoro (inquit) quoſdam dicere, quam longiſſimè ſanguinem indè, vbi lædit, eſſe mittendum: Sic enim auerti materiæ curſum. At in illo modo in idipſum quod grauat, euocari, ſed idipſum falſum eſt: proximum enim locum primò exharuit, ex vlterioribus autem eatenus ſanguis ſequitur, quatenus emittitur, vbi is ſuppreſſus eſt, quia non trahitur, nè venit quidem. Idem præceptum confirmauit Hipp. de omni euacuatione lo- Mar. n. 55. quens lib. de loc. in Hom. ſect. 2. verſ. 285. His verbis, Cæterum morbi ea parte, qua proximi ſunt, educendi ſunt, & qua parte ſingulis exitus quam proximus eſt, extrahendi. Quod tandem etiam in euacuatione, quæ fit per medicamenta, magis particulariter expreſſit

in

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 29 sur 636

©BIUM

præsentem morbum per proxima vacuandum, imminentè per longissima.

in Aph. 18. sect. 4. qui habet. Dolores suprà septum transuersum, qui purgatione egent, per superiora purgari, significant: quæ verò infrà, deorsum. In præseruatione autem morborum, qui sæpius inuadere consueuerunt; quam longissimè ab affecta parte sanguinem mitti docet in præsenti sententia Hipp. cuius rei duplicem assignat rationem: nè scilicet magna mutatio de repente in parte laborare solita fiat. Nam ex tali mutatione plerumque commoti humores, & parte ipsa amplius debilitata ad eam fluxiones commouentur, vndè consueti morbi excitantur. Quod præceptum plurimi Podagricorum non animaduertentes; dum præseruationis gratia, aut venam sibi ipsis secari iubent, aut pharmacum assumunt: silentes dolores sæpè excitant. Alteram rationem adducit, vt per venæ sectionem à locis distantibus factam consuetudo remoueatur, perquam humores ad partem affici solitam defluere ex quacunque occasione consueuerunt. Ex quibus patet, reuulsionem, quæ à remotissimis fit partibus, in præsentium morborum curatione minimè conuenire, nisi symptomaticas euacuationes sistere opus sit, tunc enim reuulsio facienda est, iuxta Hipp. consilium lib. vi epid. sect. 2. vers. 50. dicentis, reuellere oportet, si non quà oportet, repant. De qua quidem reuulsione contra Gal. mentem agemus in explicat. lib. de Hum. vers. 10. A B

Mar. n. 23.

Vers. 233. Quicunque pus multum spuunt citra febrem, &c,

Quæ ab Hippocrate referuntur symptomata, excretio sputi purulenti sine febre, alui fluxio ex mucosis sanguinolentis, quemadmodum in dysenteria sine dolore, mictioq. vrinæ cum multa subsidentia purulenta, omnia inquam, ab eadem causa ortum ducunt, à plenitudine, scilicet, sanguinis crudioris ex insueto ocio genita. Cur autem sub forma sanguinis, qualis re vera est, non excernatur per sputum, & per vrinam, quemadmodum per deiectiones, rationem assignauit Hipp. pulcherrimam, & verissimam; quia sanguis, vbi è venis egressus statim educitur, nec in via tandiù moratur, vt in aliam speciem transmutari possit, talis excernitur, qualis re vera est, vt contingit, quando in inferiorem ventrem procedit, nam quum via sit decliuis, non potest in transitu diutius morari, vt præfatam mutationem subire valeat. Secus verò in cæteris excretionibus euenit, veluti in ea, quæ fit per sputum. Nam in pectoris cauitate moram trahens corrumpitur, & puris similitudinem contrahit. Huismodi per sputum excretiones nostris quoque temporibus sæpius cõtingere rationabile est, verumtamen medici recentiores in destillationem à capite perpetuò eas reijciunt, quasi humores, qui & à toto, & à qualibet parte in quamlibet fluere possunt, in Thoracem solum necessario à capite defluere datum sit. Vndè mirum esse nemini debet, si circa curationem aberrantes intentum finem nunquam assequantur. Distinguuntur ergò præfatæ excretiones ab illis, quæ à capite originem habent; quia hæ à principio crudæ sunt, & paulatim maturæ expui incipiunt, in prædictis verò statim à principio matura expuuntur, quæ puris nomine intellexit hoc loco Hipp. & alibi etiam frequenter. Quæ vt à vero pure distingueret, quod & tabidi, & empyematici expuere solent, addidit, sine febre, hos enim febris lenta perpetuò tenet. Pari quoque ratione subsistentia apparet in vrinis purulenta, quia pituitosa materia in renibus à sanguine disgregata concoquitur, & in puris speciem cum vrina excernitur, & quia eadem materia vlceratis renibus apparent solet, vt omnis vlceris suspitio tollatur, eam conditionem apposuit, vt absque dolore excernatur, partes enim mictioni destinatas vlcus habere sine dolore est impossibile. Hæc autem iuuenibus, & in vigore constitutis maiori ex parte contingunt: quia ætates dictæ ad sanguinis copiam producendam iuxta præfatum modum sunt dispositæ, tum propter caloris copiam, tum etiam, quia augumentum corporis ea ætate omninò cessauit. Nam eadem ratione sanguinis fluxiones è naribus his admodum familiares esse lib. 1. Prænot. vers. 97. C D

Mar. n. 6.

Hipp. adnotauit.

Mar. n. 26.

Vers. 268. Quibuscunquè verò cruentæ vrinæ sunt, his venæ laborant. Quibuscunque autem in vr[illegible]a crassa existente, &c. E

Tota præsens doctrina tribus aphorismis in quarto eorum secto comprehensa est, quam verò fideliter hæc transumptio facta sit ab Aphorismorum inuentore, in expositione prædictorum aphorismorum adnotabimus. Ij autem aphorismi sunt 75. 76. & 77. citatæ sect.

Mar. n. 27.

Vers. 272. Febres plurimæ à bile fiunt, species ipsarum quatuor sunt præter eas, quæ ab occultis doloribus generantur. Nomina ipsarum sunt, continens, quotidiana, tertiana, quartana, &c.

Hac

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 30 sur 636

A Hac breui oratione Hipp. Febrium humoralium naturam ante oculos nobis proponit, easque à bile originem habere apertè asserit. Quod dictum Gal. 2. de diff. Feb. 1. & alij, quamplurimi medicorum non benè percipientes auctori detrahere non sunt veriti, existimantes, eum asserere, has febres, ita à bile dependere, vt hæc sola earum omnium causa censenda sit: etiamsi contrarium in ipsiusmet verbis pateat manifestè: quando quartanam atræbilis participem dicit, quam tamen inter febres ex bile paulò antè adnumerauerat. Bilem igitur ad harum febrium generationem concurrere intelligit Præceptor, non solam, sed vna cum cæteris humoribus: quatenus scilicet, hæc calorem febrilem primum concipit, indè verò eundem humori sibi associato impartitur. Quæ quidem opinio si diligenter consideretur cæteris omnibus, quæ de generatione febrium receptæ sunt, longè rationabilior apparebit. Humores enim (bile excepta) partim ob crassitiem; partim ob naturalis temperamenti Omnis febris a bile quomodo venarum.
B diuersitatem, febrilem calorem primò concipere non possunt, vndè bilis interuentu opus habent, quæ cum substantia tenuis sit: temperamentoq. calido, & sicco prædita; quorieſcunque cæterorum humorum permixtione non contemperatur, sed ab illis segregata commouetur caloris tantum concipit, vt illum cæteris humoribus illi associatis impartiri possit. Quapropter, quemadmodum ligna viridia, & crassiora, ignem ex silice extractum excipere non possunt, nisi tenuiori esca intercedente: ita humores febrilē caloré absque bile concipere non possunt; & hoc modo febres ex bile fieri intellexit Hipp. Harum ergò febrium quatuor enumerauit species, seu differentias: præter eas, quæ ab occultis, internis scilicet, doloribus oriuntur. Sub hac enim specie eas febres collocauit, quæ pleuritidem, peripneumoniam, phrenitidem, cæteraſque internas inflammationes concomitantur: quæ etiam si non vt principalis morbus considerentur, sed potius, vt accidens quoddam morbi; febres tamen
C reuera sunt, & ab omnibus dicuntur. Dictas igitur quatuor species enumerat: priorémque continentem appellat, quia à principio morbi, ad finem vsque continuo ægrotantem affligit, nec ad internallum aliquod peruenit, quo nomine non continens modò propriè dicta comprehenditur, sed etiam quæcunque ad infebricationem non perueniens continua communiter vocatur. Secundo autem loco quotidianam reposuit, quæ cum manifesta intermissione, singulo die inuadit, cuius gratia quotidiana appellata est. Tertiam verò speciem, & ipsam intermittentem Tertianam vocat: eo quod tertio quoque die repetat. Quarto tandem, & postremo loco quartanam enumerat, ita dictam, quia quarto quoque die inuadit. Harum autem febrium diuersitatem statuit Hipp. non modo circa præfatos typos, sed etiam circa breuitatem, & longitudinem ipsius morbi, cuius causam in bilis copiam maiorem, aut minorem reposuit, ita vt continens omnium breuissima sit, quia plurima bile, eaque meraciſſima
D participat. Hac parum longiorem statuit quotidianam, quia à minori copia bilis dependet. His adhuc longior tertiana est, quia bilis minus particeps est. Omnium verò longissima statuitur quartana, eo quod in ea pauciſſima bilis viget. Veruntamen, quæ de prædictarū febriū longitudine, & breuitate statuta sunt à præceptore quotidianę experiētiæ aduersari videntur: constat enim, tertianam febrem breuiorem communiter esse, quam quotidiana: quippè quæ septimum paroxismum non excedat, cum tamen quotidiana longissima sit, & rarò quadragesimum diem non attingat. Pro huius dubij solutione, quæ de harum febrium perdurationē tradita sunt, eo modo accipienda, vt par acuties, & vehementia supponatur. Datis enim duabus febribus, quæ æqualiter moueantur; illa semper longior erit, quæ tertio quoque die accedit quam, quæ singulo die: ob rationem in continente ab ipsomet illatam, quia citius colliqueſcit corpus frequentius à febre excalefactum, quam quod rarius: ita vt minus per-
E durare homo possit, cui rationi experientia quoque adstipulatur: cum videamus sæpissimè tertianus, quas nothas dicunt, ad menses, & annos perdurare, quamuis (vt existimo) Hipp. de huiusmodi cronicis febribus non veniat intelligendus, sed de illis, quæ communiter fieri obseruantur. Longitudinem verò, & breuitatem harum febrium à minori, aut maiori bilis scopia prouenire, adeò clarum est, vt nemo de hac re dubitare possit, quæ enim propter substantiæ tenuitatem facilius ignem concipiunt, eadem etiam citius absumuntur, consumptionemq. accelerant eorum, quæ illis associantur & comburuntur simul, quarè cum bilis omnium horum tenuissima sit, & de facili consumatur, quo hæc copiosior erit in corpore, eò frequentius febres inuadere est rationi consentaneum. Vndè si per febrem humores ipsi,

quasi

quasi combustione quadam consumuntur, & quasi in cineres conuertuntur: eò citius febrem cessaturam esse credendum est, quò paroxismi frequentius repetunt, perdurantquè diutius; si ad salutem terminaturus est morbus, vel si ad interitum à vehementia, & frequentia paroxismorum colliquescens corpus breuiori tempore corrumpendum fore. Hæ igitur sunt quatuor febrium differentiæ, quæ à bile originem trahentes lib. 2. de Morb. vers. 160. sect. 2. hac præmissa inscriptione febres ex bile descriptæ sunt. Quo in loco primum de quotidiana tractatur ibi: Si bile infestetur homo, febris ipsum corripit quotidiè, & dimittit, &c. Secundo loco de cõtinente hoc in loco appellata: dum inquit; si verò febris, neque noctù, neque interdiù remittat, &c. Tertio describit eam, quæ hoc loco excluditur, eam scilicet quæ ab internis inflammationibus dependet, ibi: Alia febris, foris ad contactum debilis est, intrinsecus autem ardet, & lingua ipsius aspera est, & quæ sequuntur. Postea de tertiana agit. Si tertiana (inquiens) tenuerit, &c. Vltimo tandem loco de quartana, vers. 204. illis verbis. Quum febris quartana ex alio morbo impurgatum apprehenderit, &c. Huic febrium generationi alludens. Septimo aphor. 42. inquit: Si Febris non ex bile habeat, aqua multa capiti affusa febris solutio fit, in cuius aphorismi expositione demonstrauimus, per hanc vocem, non ex bile, omnes febres putridas excludi: ita vt hæc curatio ephimeræ tantumodo conueniat, atque etiam fortasse hecticæ posteriorum. Vndè manifestatur ratio, propter quam lib. de loc. in Hom. sect. 2. vers. 79. in febrium curatione pharmacum cholagogum tantummodo exhibuerit: quamuis generationem earum describens paulò superius, à bile, & pituita oriri demonstrauerit. Bilem enim solam purgari voluit tanquam principalem causam febris, quaque remota febrem accendi sit impossibile, ex quibus omnibus constat, quam conueniens sit, & sibi consona doctrina præsentis libri cum ea, quæ alijs in locis tradita est, contra temeritatem eorum, qui in obscuris sententijs ad verborum permutationem, aut calumniam auctoris confugere, tam facilè solent, quos plerosquè hoc in loco factitasse inuenio. Quare in dubium minimè vertendum est, hanc de febrium natura sententiam Hippocratis germanam esse, quam fortasse distinctius, fusiusque in eo libro nobis explicauerat, quàm de febribus vniuersis composuisse à principio libri, tertij de morbis testatur. Vtinam temporis edacitas eum nobis non abstulisset: quia absque dubio de essentia, & curatione febrium, tot difficultas in arte non extarent. Ex dictis ergò colligimus quemlibet humorem, vt febris subiectum ad febris generationem concurre posse: verum absque bilis interuentu nullum febrem excitare posse, earumque species, seu differentias ab humorum diuersitate non omninò dependere, sed potissimã causã esse, tum bilis copiam maiorem, aut minorem: tum sinceritatem. Hac enim mediante non modo febrilis calor cæteris humoribus impartitur, sed febres quoque citius, aut serius iudicantur, varioisque typos seruare conspiciuntur. Hæc autem quod ad Hippocratici textus expositionem spectat, satis esse possent. Verum quia præsens materia admodum vtilis est, satisque curiosa, & nemo (quod sciam) hanc explicare hucusque tentauit, prædictis hæc pauca addere, opere pretium duxi, non solum vt vera febrium essentia iuxta Hipp. dogmata omnibus pateat, sed etiam vt difficultates, quæ in hac materia moueri solent cauere possimus. Cuius gratia memoria repetenda sunt, quæ supra in hoc opere nos docuit Hipp. morborum scilicet generationem ab humoribus dependere, quatenus aliquis eorum, aut minus fuerit, aut amplius, aut separatur in corpore; & non fuerit reliquis contemperatus, ita vt omnes morbificæ causæ reducantur, ad vitium circa humorum quantitatem, aut qualitatem, aut eorum disgregationem, & quamuis tres præfatæ causæ omnibus videantur communes, humorum tamen disgregatio ita febri conuenit, vt sine ea febrem excitari admodum rarò contingat. Quamdoquidem, dum humores simul permixti sunt ad inuicem, adeò contemperantur, vt febrilis calor in vno, vel altero eorum tantum introduci non possit, quin omnes eodem modo accendantur. At verò humores omnes simul permixtos febrili calore æqualiter accendi, rarò admodum contingit; cum sit necesse, eosdem simul in corpore ita abundare, vt vnus alium non superet, aut mole, aut virtute, quod in morbis vix fieri potest. Huiusmodi tamen febrem aliquando oriri concedit Hipp. & morbum ab omni humore eam appellauit lib. 4. de Morb. sect. 2. vers. 6. Verum quia (vt ipse met testatur) nec fortis est, nec periculosa; ideò inter ephimeras potius ad numeranda venit. Quarè dum assero febrem non excitari, quando humores inuicem permiscentur; eam febrem intelligo, in qua

Mar. n. 36.

Mar. n. 37.

Mar. n. 38.

Species febrium vndè.

Mar. n. 6. Morborum generatio.

Mar. n. 23.

humo-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 32 sur 636

©BIUM

A humiores ità incenduntur, vt ſecundum ſubſtantiam patiantur, ad differentiam illius febris, in qua ſimplici alteratione incaleſcunt: cuius naturæ ephimeræ febres cenſentur, & illa, quam morbum ab omni humore dicebat loc. cit. Hipp. Quotieſcunque igitur pars humorum tantummodo ad febrem accenditur, diſgregationem intercedere neceſſe eſt: vt meritò hæc proxima harum febrium cauſa ſtatuatur, ex quo euenit, vt earum ſolutio à coctione, diſgregationi penitus contraria, dependeat. Deſcribens enim coctionem Hipp. lib. de vet. Med. verſ. 312. eam fieri dixit permixtione, temperaturaq. mutua, quaſi coctura. Si igitur coctio, quæ febrem tollit, humores ſimul permiſcet; quos cauſæ diſgregarunt ad febrem; meritò febris à diſgregatione immediatè dependet. Nec obſtat, quod Hipp. diuerſis in locis alias cauſas febrium ſta tuerit, diuerſas à diſgregatione, ex gr. cibos, & potus, æſtus, exercitationes & alias cauſas calefacientes, quia etiamſi hæ cauſæ omnes febrem introducere poſſint

Digregatio cauſa febris

Mar.n.32.

B niſi hæc fuerit ephimera, non ſunt eius cauſæ proximæ ſed dicuntur cauſæ, quatenus diſgregationem faciunt humorum, quæ eſt immediata cauſa febris. Facta igitur in humoribus diſgregatione febris oritur; non tamen neceſſariò, & ſemper, quia cum bilis tantummodo (vt à principio dictum eſt) febrem accendere poſſit, ſi hæc in corpus non abundauerit, febrem generari eſt impoſſibile. Putredine enim mediante omnes humores calorem febrilem concipere, vt credidit, Gal. etiam ſi probabilitatis ſpeciem prę ſe ferat, tot tamen difficultates patitur, vt non facilè tueri poſſit. Sæpè enim febris in humoribus introducitur abſque vllo putredinis indicio: non raròque putredo viget in corpore, & tamen nulla febris adeſt ſuſpitio. Febreſque huiuſmodi pro maiori parte ab illis cauſis, & eo anni tempore contingunt, quæ obſtructioni, per quam putredinem in humoribus introduci exiſtimauit, plurimum aduerſantur videlicet æſtate, & autumno. Præterea quoties hepar, & lien obſtruuntur ſine

C putredine, & febre? Non nego tamen, per febres putredinem humorum vigere aliquando; hanc enim in malignis febribus cognouit Hipp. verum hæc à febrili calore potius producitur, quam hæc febrem inducat, quod manifeſtis verbis explicauit Hipp. lib. 4. de Morb. ſect. 2. verſ. 94. & ante ſect. 1. v. 338. ex quo euenit, plurimas febres morbi progreſſu malignas fieri, quæ à principio benignæ naturæ erant. Quæ tandem, ſi aliquando febrem excitare concedatur, id erit, quatenus propter putredinem humorum fit diſgregatio, in qua bilis agitata incenditur, quæ proxima febris cauſa ab Hipp. exiſtimatur. Verum hæc præter inſtitutum adducta ſunt: quandoquidem aliena damnare non profitemur, ſicuti hanc opinionem cæteris præferre non intendimus, cum ſcopus noſter tantum ſit, præſentem doctrinam explicare, & Hipp. germanam demonſtrare. Hanc vero circa febris generationem Hipp. fuiſſe ſententiam, vnicuiq. patere poteſt, non modo ex prædictis, ſed etiam ex quam plurimis locis,

Mar.n.25.
Mar.n.21.

D manifeſtiſſimè autem ex lib. 2. morborum Mulieb. ſect. 1. verſ. 212. vbi in quodam fluxu muliebri ex bile & pituita originem habente, febrem excitari bile vehementer commota adnotauit, quam ſententiã ſecutus eſt, tum lib. 1. de morb. ſect. 2. verſ. 254. tum lib. de Inter. affect. ſect. 2. verſ. 264. & 3. ſect. à principio, alijſque locis, quos ſigillatim indicare, tædioſum eſſet. Ad inſtitutum igitur redeuntes, diximus, diſgregatione in humoribus facta, bilem febrem ſolam excitare poſſe, nam ex propria natura adeò calida eſt, vt quotieſcunq. cæterorum admixtione non contemperatur, agitata adeò incaleſcit, vt proximiora quæq. accendere poſſit. Cæteri verò humores quum ſegregantur adinuicem exceſſum aliquem in corpore inducunt quidem, & qui morbum facere aptus eſt, quia vt ſuperius dicebat Hipp. neceſſe eſt, quum quid horum ſecretum fuerit, & per ſe ſteterit, non ſolum eum locum, vndè ſeceſſit, morbidum fieri; ſed etiam eum, in quo ſtat, & in quem propter nimiam copiam diffuſum eſt, dolere, & morbo vexari: Febrem tamen excitare non poſſunt, non enim à diſgre-

Mar.n.12.
Mar.n.27.
Mar. n.33.
Mar.n.42.

E gatione incaleſcunt, quemadmodum bilis, imò refrigerantur potius; quia eorum natura frigida eſt, quæ maximè tunc viget, quando à calidis humoribus diſgregantur, quod ſi ſanguis calidus eſt: quia tamen humidus in ſummo eſt, non ita incaleſcere poteſt, vt calorem febrilem introducat. Verum quidem eſt, dum aliquis humor, ab alijs ſegregatus, in corpore agitatur, fieri vix poſſe, quin bilis, vt leuiſſima, ad motum illius humoris, & ipſa non conturbetur: ita vt quotieſcunque copia notabilis eius in corpore vigeat, ſtatim facta cuiuſuis humoris agitatione febris oriatur, bile ipſa ad illius humoris motum agitata, & accenſa. At contrarium non ita ſuccedit, videlicet, bile commota, cæteros humores ad illius motum

 contur-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 33 sur 636

conturbari: idque propter eorum crassitiem, & grauitatem, bilis respectu. Ob eandem bilis A
tenuitatem alterum peculiare ipsi euenit: hoc autem est, bilem solam, etiamsi disgregata ab
alijs, & conturbata incalescit, non tamen febrem, nisi fortasse ephimeram inducere. Hæc
enim ob tenuitatem calorem tam diù conseruare nequit, vt febris humoralis, quæ constans,
& firma est affectio, introducatur. Aliquem igitur humorem ei associari necesse est, non autem
commiscri ad minima, alioqui bilis contemperaretur, nec caloris excessum conciperet.
Quod si Hipp. asserit, continentem febrem à sinceriſſima bile fieri, hoc est, quæ cæteris hu-
moribus participat nihil, id non simpliciter intelligendum est, sed quatenus hæc quam mini-
mum aliorum humorum recipit, aliarum febrium respectu, quæ cæteris humoribus participat
magis. Quoniam igitur prima febris origo ab humorum disgregatione dependet, vt perfecta
Disgregatio- febris doctrina habeatur, disgregationis præfatæ causas afferre necesse est, quæ cum plures
nis causæ. esse possint, omnes tamen ad tria capita reduci in Hipp. doctrina reperio. Primum est, B
quando aliquis humor eò vsque in corpore augetur, vt cæteros copia longè superet. Altera
causa est motus, seu perturbatio, & agitatio. Tertia est alteratio insignis secundum primas
qualitates potissimum. Humores verò disgregari propter excessum vnius eorum secundum
quantitatem, rationi consentaneum est, ita vt qui cæteris præstat, eis associari, & contempe-
Mar.n.3. rari recusct, & hanc disgregationis causam nobis indicauit Hipp. lib. de Insomn. vers. 31.
dum inquit, repletione enim aliqua intus facta secretio quædam contingit, quæ animam
perturbauit. In cuius loci expositione, indicauimus, per secretionem ibi Hipp. non euacua-
tionem aliquam intelligere, sed disgregationem iam dictam. Verum circa disgregationis
causas adnotare oportet, has aliquando per se, & primò morbum facere absque disgregatio-
ne, aliquando disgregatione mediante, alioqui vna tantum esset morborum causa, disgregatio.
Prima igitur disgregationis causa erit excessus alicuius humoris, secundum quantitatem. C
Per motum verò (qui erat secunda causa disgregationis) humores disgregari ad inuicem, nos
Mar.n.25. docuit Hipp. lib. . de morb. sect. 2. vers. 65. idque exposuit aptissimo Scytharum exemplo, qui
agitatione lactis butirum, oc serũ, & caseum segregant. Alterationẽ pariter secundum quali-
tates eandem disgregationem efficere, eodem lactis exemplo demonstrari potest, quod succo
immisso conglobatur, & circa ipsum inspissatum serum segregatum apparet. Id enim euenire
Mar.n.26. loco citato vers. 124. ait Hipp. quia frigiditas ab immisso succo in lacte introducta est
causa, vt inspissetur, & ab eo sperareturserum. Verum non frigiditas tantum id præstat, sed
quælibet alteratio, quæ magna sit, & quæ ad substantiæ corruptionem procedat, quando vi-
demus æstate, propter excessum caloris lac absque coagulo inspissari, & multa esse, cum ca-
lida tum frigida, quæ lacti imposita illud coagulant, & serum à caseo seperant. Quotiescunq.
igitur humores secundum proprias qualitates ita alterantur, vt alteratio ad substantiæ de- D
structionem tendat (hoc dictum sit ad differentiam simplicis alterationis, per quam humores
à naturali statu minimè remouentur, naturalis eorum vnio dissoluitur, disgreganturq. adinui-
cem, ita vt etiam si singuli in eodem loco permaneant, vnusquisq. tamen iuxtà propriam na-
turam intemperatus redditur: bilisque, vt humor summæ actiuitatis (nisi fortasse eodem tem-
pore ad externam superficiem, aut in aliquam amplam cauitatem secedens ibi refrigeretur)
statim calorem concipit, & modo superius explicato febrem accendit. Quæcunq. igitur hu-
mores augere, aut modo explicato intemperatos reddere, aut agitare possunt, ea omnia
disgregationem facere in humoribus, & ex consequenti febrem excitare sunt apta. Etiam si
febres omnes periodicæ causam disgregationis habeant particulam quandam corporis ad
eam dispositionem redactam, per quam humores, vbi ad eam perueniunt, alterantur primo,
deinde inuicem disgregantur, & tandem febris producitur: quæ certò quodam typo reuer- E
titur, quousq. aut pars prædicta ad pristinam naturam reducatur (quod coctione mediante
fieri demonstrabimus in expositione aphor. 22. primæ particulæ) aut biliosus humor deficiat.
Vndè euenit, vt febres omnes humorales altero horum modo terminari necesse sit: aut per
coctionem, quæ causam disgregantem tollat, aut per humoris biliosi euacuationem, nisi
enim pars aliqua talem reciperet alterationem, febres plerumque in prima accessione cessa-
rent, sublata priori causa, quæ disgregationem fecit. Ex dictis igitur hucusque colligimus,
ad quamlibet febrem, quam putridam dicunt, efficiendam, necesse esse humores disgregari
adinuicem; bilisque tantum adesse, quantum ad alterius humoris accensionem satis est.

Atque

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 34 sur 636

©BIUM

A Atque indè ſequi, in omni febre duos humores neceſſariò concurrere, bilem nempè, febrilis caloris principium, cæteros verò humores ipſiuſmet febris ſubiectum, & pabulum, in quo nutritur, & conſeruatur. Ex quorum humorũ diuerſitate, & bilis copia ſpecies febrium variæ producũtur, quas enumerat Hipp. in preſenti ſermone. Dominãte enim e.g. in corpore bilioſo ſucco, ſi diſgregatio in humoribus cõtigerit, bilis à cæteris ſegregata, quæ illam temperabant, ſtatim proprium calorem recipiens, accenditur, reliquoſque humores proximiores accendit, & potiſſimum pituitam, quæ rarò in corpore non abundat, quæ tamen, ſi bilis reſpectu pauca fuerit, febris oritur vehemens quidem propter bilis copiam, quæ tamen diù perdurare non poteſt: eoquod pituita ignei caloris fundamentum exigua eſt: vndè ab ingenti bilis calore citò abſumitur. Atque huiuſmodi febris ad infebricitationem non peruenit: quia bilis copioſa ſupponitur, quæ vel tota ſibi ipſi continua exiſtens, non prius feruorem conceptum B dimittit, quam tota conſumpta ſit, & hoc modo ea febris oritur, quæ continens propriè dicitur, vel pars humoris, quæ calorem febrilem concepit, non prius abſumitur, quam noua materia ad febris focum perueniat, indèque febris accenditur, quæ continua quidem eſt, exacerbationes tamen periodicas habet. Has igitur duas febrium differentias ſub nomine febris continentis comprehendit hoc loco Hipp. vt à principio adnotauimus. Si verò in corpore tanta bilis copia non adſit, vt tota ſibi continuata exiſtens febrem continentem producat, nec tandiù eius acceſſio perduret, quòuſque noua materia ad febris focum perueniat, quæ continuæ febris acceſſionem repetat; verum hæc abſumatur prius, quam noua ſuperueniat; tunc febris ceſſat, & æger ad infebricitationem peruenit, quòuſq. noua agitatio, & diſgregatio in humoribus fiat, propter quam noua febris inuaſio contingat. atque in hunc modum febres intermittentes producuntur, quarum plures conſtituuntur ſpecies, pro C typi diuerſitate, quam in acceſſu ſeruant. Aliæ enim ſingulo die accedunt; & has quotidianas vocat Hipp. Alternis diebus aliæ, & tertianas appellat, aliæ quarto quoque die, & quartanas eas dicit. Quorum typorum rationem, vt afferrent poſteriores, inſudarunt plurimum, et ſi probabilia protulerunt, nihil tamen, in quo intellectus plenè acquieſceret, attuliſſe mihi videntur. Nos igitur iuxtà præfatam doctrinam, Hippocraticiſque fundamentis innixi, hanc rem faciliori negotio demonſtraturos eſſe confidimus, cuius gratia præter ſuperius enarrata ſupponere oportet (quod apud omnes medicos eſt in confeſſo) illud peculiare à natura humoribus inſitũ eſſe, vt ſingulo die pituita in corpore moueatur, bilis alternis diebus, melancolia verò quarto quoque die; cuius effectus cauſa probabilior eſſe mihi videtur diuerſitas copiæ maioris, aut minoris, qua naturaliter hi in corpore abundant: ita vt quia pituita cæteros copia ſuperat, ideò citius ſuum periodum facit. His igitur præmiſſis, D ſupponamus, diſgregationem in humoribus fieri, propter quam ſinguli per prædictos periodos moueantur, biliſque ex diſgregatione, & motu incaleſcat: & cum ea pituita ſtatim febris oritur à bile, & pituita dependens, quæ eò vſque perſeuerat, donec materia, quæ febrilem calorem concepit, ex toto conſumpta ſit. Die ſequenti pituita, quæ ſingulo die ex propria natura mouetur, agitatur in corpore; quo tempore, ſi tantum bilis adſit, quæ à pituitæ motu agitata, pituitam commotam accendere poſſit. Hæc (bilis inquam) quia leuiſſima eſt, & facilè mobilis, ad motum pituitæ commouetur, ſeparatur, incaleſcit, & febrilem calorem pituitæ impartitur: & hoc pacto fit acceſſio febris die ſecunda. Tertia verò die, in qua bilis ex ſe naturaliter mouetur hora eius adueniente commouetur, incaleſcenſque pituitæ eodem die commotæ aſſociatur: & ſic eodem modo febris accenditur, quæ ſecunda tantò vehementior eſt, quantò hæc à bile per ſe, & ex propria natura mota ortum habet; E ſecunda verò à bile ad motum pituitæ tantummodo agitata. Et hæc eſt ratio, propter quam morbi ferè omnes alternis diebus acceſſiones habent grauiores, quod genus periodi cum ſolæ bili conueniat, certiſſimum argumentum eſt, ad eorum generationem neceſſario bilem concurrere. Hoc igitur pacto febris quotidiana ab Hipp. nuncupata generatur. Quam continente breuiorem facit, quia minori bile participat, & non adeò ſincera, quemadmodum continens appellata. Quod ſi tranſacta acceſſione primæ diei, & ſecunda aduenìente, in qua pituita naturaliter mouetur; tanta bilis in corpore non reperiatur, quæ ad pituitæ motum agitata febrilem calorem concipiat; & pituitæ impartiatur, eo die febris non excitatur. Tertiam verò, in qua & bilis, & pituita ambo naturaliter mouentur (dummodo bilis ſufficiens

Cauſe febriũ differentiarum.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 35 sur 636

©BIUM

adsit) producitur, eamque tertianam vocamus, quia tertio quoque die inuadit. Quam præcedenti adhùc longiorem statuit: quia à minori bile dependet: cuius rei illud est argumentum, quia in secunda die bilis non inuenta est sufficiens, quæ ad pituitæ motum agitaretur in corpore, & febrem accenderet, quemadmodum in quotidiana. Si verò quando in prima die disgregatio humorum facta est, per quam bilem accendi supponimus; pituita non adsit, quæ febrilem calorem concipiat, sed succus melancolicus: bilis melancoliam accendit, febrisque oritur ex bile, & melancolia, quæ materia accessionis consumpta cessat. Die verò secunda, in qua sola pituita naturaliter mouetur, non fit febris, quia pituita febri excitandæ per se non est apta. Neque tertia, etsi eo die, & pituita, & bilis moueantur, quia earum non adest sufficiens copia, quæ febrem faciat. Quarta vero die melancolia in corpore abundans iuxta naturam propriam mouetur, & suo motu bilem iam ex cibis, & potibus copiosiorem effectam commouet, quæ calorem concipiens ipsimet melancoliæ impartitur, & febris producitur; quæ quoniam quarto quoque die inuadit, ideo quartana nuncupatur. Sicque diebus sequentibus ob rationem supra dictam non inuadit febris, quòusque dies motus melancoliæ adueniat, quæ est septima. Atque hoc modo quartanæ typus procedit, quæ à minima omnium bile dependet, quando propter eius defectum, nec secunda, nec tertia die febris accendi potuit. Hic est igitur modus generationis febrium humoralium, quas Hipp. febres ex bile vocat: posteriores verò Galenum secuti putridas dixerunt, de quarum essentia, hæc dicta pro præsentis textus explicatione satis erunt. Quandoquidem ad exactam naturam febrium explicandam particularis tractatio requiritur, circa quam studium nostrum, his laboribus absolutis, impendere decreuimus, si vitæ spatium nobis præstiterit Altissimus. A B C

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De salubri Diæta.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Mar.n.1. ***Vers. 1.*** *Idiotas hac victus ratione viti oportet, &c.*

Diuisionem quatuor anni temporum tradidit nobis Hipp. lib. 3. de Diæta, in cuius loci explicatione, qua ratione ad nostra tempora reduci possit, sufficienter demonstrauimus, reliqua quæ ad verborum significationem spectant, sunt per se nota.

Mar.n.2. ***Vers. 29.*** *Seniores autem siccore dieta maiori temporis parte degere oportet, corpora enim in hac ætate humida sunt, & mollia, & frigida.* D

Senes exsiccandi, cur.

Senum corpora humida, & mollia dixit: quia vt not. Gal. excrementis humidis abundant, nam quoad partes solidas, siccos esse, omnibus notum est. Verum, non ideò reprehendendus est auctor, si humiditatem præfatam respiciens, dieta siccore victitandos esse maiori temporis parte consulit. Non enim partium solidarum humiditatem reparare, & earum siccitatem corrigere, datum est. Imò si id fieri posset, illud tamen procurare non esset tutum: periculum enim esset, nè dum vitæ longitudini, solida humectando, essemus intenti, in humidi corruptionem, aut suffocationem, excrementorum aucta copia, incideremus. Quarè humorem superfluum respicientes sicciori dieta vtemur, quæ in cibis actu, non potentia exiccantibus consistit.

Mar.n.3. ***Vers. 37.*** *Vestes autem puras induere hyeme oportet, oleo imbutas, & sordidas æstate.* E

Tempore æstiuo corpora à calore immodicè calefiunt, vndè sicciora redduntur, hyeme autem humiditatibus imbibuntur, refrigeranturq. nimis, quapropter, si per vestes vtrisq. excessus cauere intendimus, tales eligendæ sunt æstate, quæ refrigerent, & humectent: hyeme, quæ calefaciant, & exiccent. Vestes ergò, aut sunt puræ, & mundæ: aut sordidæ, & oleo imbutæ. Similiter, aliæ sunt leues, & tenues: aliæ densitate graues. Puræ, & mundæ vestes exiccant, humiditatem ex poris cutis extrahendo. Sordidæ è contra, propter humiditatem, quam à sordibus, & oleo habent, molliunt, & humectant. Quia ergò, vt dicebamus, corpora in æstate à nimio calore arescunt: in hyeme verò è contra humescunt

nimis;

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 36 sur 636

A nimis; meritò consulit Hipp. in æstate vestes oleos imbutas gestari: hyeme puras,& mundas. Hac ratione euidentissima non obstante, Hippocraticum consilium Galeno non probatur: quia (inquit) nitidæ, & puræ vestes poros cutis aperiendo, ex accidenti refrigerare potius, quam calefacere possunt. E contra verò sordidæ,quia poros occludunt, & calorem facilius suscipiunt, retinentq. diutius; ideò magis calefaciunt. Vndè colligit omninò contrarium faciendum esse ab eo, quod consulit hoc in loco Hipp. Cæterum, Galenum considerare vellem,vestes puras plus sanè obesse posse,exiccando, quam sordidas calefaciendo, præterquam quod, nè sordidæ calefaciant nimis,tenuitate occurri potest,nec verum est,vnctuosa,& pinguia cutis poros obstruere, quia hæc emolliendo rarefaciunt: sicuti è contrà exiccantia cutim densare obseruantur. Vndè ipsemet Gal. lib.3. de sanit. tuenda cap. 10. cutis densi-

B tati occurrit, tum balneo, tum inunctione ex oleo Sabino. Verum dato etiam, quod pinguia poros occluderent: certum est, id nulla alia ratione præstare, nisi quatenus pingui substantia replentur. At minimè credendum existimo, Hipp. vestes oleo imbutas adeò gestari voluisse, vt pinguedo ab ipsis decidat, & cutim perfundat. Verum hæc Gal. sunt ignoscenda, qui res ratiocinatione potius,quam experientia iudicare professus est, vt mirum non sit, si aliquando ratiocinationi intentus nimis, quàmplura Præceptoris dogmata experimento cognita iniustè reprehendere fuerit ausus. Quod in hac re contigisse, communis nostri temporis vsus manifestat: qui manus aduersus sudores, aliasque æstiui caloris iniurias chirotecis vnguento imbutis (Guanti d'Occagna vulgò appellant) muniri recepit, eò quod manifestè refrigerare obseruatum est.

Vestes sordidæ æstate quidquid Gal contra Hipp.

Vers. 38. *Cæterum pingues, & qui graciles fieri volunt, &c.* *Mar.n.4.*

C Corpora pinguia extenuantur, quando plurimum est, quod consumitur: minimum verò, quod ad restaurandum apponitur. Primum præstant,quæcunque nutrimenti,& humidi substantifici consumptionem adiuuare possunt. Alterum verò euenit, quando alimenta sunt, & quantitate exigua, & virtute, quam minimum nutrientia. Hæc igitur omnia comprehendit Hippocr. in præsenti sententia. Nam ad consumptionem accelerandum, exercitationem proponit ieiuno factam, cætera omnia multæ restaurationi occurrunt, & primo loco assumptio alimenti, dum corpus ab exercitatione adhuc calidum est, proponitur, quia carnes excalefactæ tenuiorem alimentorum partem à ventriculo statim rapiunt, quæ repletæ, solidioris alimenti locus præoccupatur. Sicque tenui, & debili nutrimento reficiuntur, & quod facilè, & citò dissipatur, reliquum verò, vt superfluum cum excrementis secedit. Hac enim ratione Hipp. libro de affect. sect. secunda vers. 150. Sorbitiones in-

Ad gracilitatem inducẽdam.

Mar.n.42.

D terdicit ijs, qui cibos sufficientes conficere possunt, cibos enim (inquit) excludunt, quod si refectionis gratia, has dare volueris, dentur fortiores,& post cænam. Et quia multò facilius tenui alimento replentur carnes, si ante alios cibos vinum bibatur; ideò id consulit Hipp. Vinum enim, cum tenuissimum sit, & naturæ amicum, statim ad carnes peruenit, quo repletæ solidiorem alimentum respuunt. Præterquam quod vinum (præassumptum maximè) quia, vt 2. aphor.21. dicebat Hipp. Famem tollit, est causa, vt homo indè minus comedat. Exhibet verò dilutum, & nè corpus à mero excalefactum lædatur,& quia dilutum minus nutrit, quam merum. Non dat frigidum valdè, tum vt citius per corpus distribuatur, tum maximè, nè ventriculus ab exercitio excalefactus à frigido potu lædatur. Nam ex labore sudanti frigida potio pernitiosissima est, vt Celsus adnotauit, quam noxam, & ipse Hipp. nobis *Mar.n.5.*

E significauit lib.de Humid. vsu. vers.59. dum dixit. Meritò etiam ipse thorax, & ventriculus ipse à frigida superatus molestè fert, & mortem minatur. Superatur autem tunc maximè, cum ieiunus est, eò quod nihil in eo reperitur, quod frigidi occursum temperare queat, & ideò subiungit Celsus, nisi quis calidum præbibat: quod frigidam potionem temperando, eius noxam auertat. Exhibet tandem Hipp. obsonia ex sesamo parata: quia hæc cibis extenuandi facultatem communicant, pinguiaque laudat, quippè quæ satietatem inducunt, & quia ijs diù in ventriculo commorantibus, non adeò citò fames excitatur.

Vers. 43. *Sed & semel in die cibum sumere, & illorum manere, & stratum durum habere, & nudum deambulare oportet, quantum eius maximè fieri potest.* *Mar.n.4.*

Quæ consequenter proponuntur, & ipsa vim extenuandi corpora habent eadem ratione. Nam cibus semel in die assumptus ad corporis extenuationem plurimum facit. Vnde lib.2.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 37 sur 636

©BIUM

Mar.n.25. de diæta vers. 418. legimus. Semel in die cibum capere, attenuat, siccat, & aluum sistit: A propterea quod per animæ caliditatem humiditas ex ventre, & carne consumitur. Prandium contraria facit. quod lib. de Affectionibus vers. 14. sect. 2. confirmatur ea ratione, quia, quod paulatim, & frequenter ingeritur, id totum apponitur, & hoc pacto corpus reficitur, & humectatur, quod verò affatim, & vnica vice diffluit facilius, & euanescit. Nam & terra à longa, & tenui pluuia magis madescit, quam à largo imbre. Balneorum pariter abstinentia per accidens, & ipsa corporis extenuationem inducit. Nam quia balnea humectando, & refrigerando, calorem retundunt, à quo alimenti dissipatio dependet, eorum abstinentia calorem acriorem fieri permittit, vndè ad dissipandum aptior redditur. Scio, calida balnea ieiunos extenuare: quia hoc me docuit Hipp. lib. 2. de Diæta vers. 385. sed de his non intelligit Mar.n.20. modo Hipp. sed de illis, quæ in communi vsu erant, & sanitatis cõseruandæ gratia, non calida, sed tepida administrabantur, aut moderatè calida. Stragula item dura corpus indurant, & exiccant. Mollia è contra molliunt, & pinguefaciunt. Nam somnos profundiores inducunt, à quibus corpus reficitur, & humidius redditur: quatenus calor per eos ad interiora reuocatus alimentum facilius conficit, confectumq. non adeò dissipatur: quemadmodum in vigilia, aut leui, & interrupto somno fieri solet. Nuditas tandem & ipsa corporis exiccationem facit, quæ ab aere ambiente prouenit, quod sensu apparet in rusticis, nautis, alijsq. hominibus, qui toto ferè tempore nudas partes corporis quamplurimas tenent, cutim enim, & duram, & siccam præ cæteris contrahunt. B

Vers. 61. Qui verò graciles sunt, & debiliores, &c.

Mar.n.7. Duo euacuationum genera pro sanitate tuenda proposuit supra Hipp. alterum infernè per ea, quæ clysteré infunduntur, quod æstiuo tempori conuenit, alterum per vomitum, & in hyeme conueniens magis, & sicuti, quæ in anum infunduntur, pro hominis temperamenti C diuersitate euarianda esse docuerat, ita etiam quæ circa vomitum obseruanda proponit, à temperamenti varietate dependent. Quæ omnia satis manifestè explicantur in textu, vt nostra expositio inutilis censeatur. Duo tamen præterire non potui. Alterum in Galeni gratiam, qui Auctorem minus perfectè hanc materiam tractantem taxat, eò quod suorum dictorum rationem non assignauit hoc loco, quemadmodum alibi factum est. Verum considerare auctoris scopum in hoc libro debuerat Galenus. In quo viuendi rationem idiotis hominibus compẽdiosè perscribit, quibus omnium rationem reddere, sicuti longum, ita indecorum esset. Grauissimos enim auctores dedecet, cum imperitis tractando, singulorum afferre causam. Præceptor enim, & Medicus, & docere, & imperare debent, discipulos autem, & ægrotantes, & credere, & obedire decet. Quod si lib. Acut. horum rationem assignauit, id factum est, quia contra Medicos Gnidios disputabat, quo casu nihil absque ratione D adducere licet. Alterum verò, quod hoc loco explicandum occurrit, est ratio eorum, quæ circa vomitum administranda in præsenti textu nobis proponuntur, idque non tantum ob materiæ necessitatem, aut rei difficultatem; quantum propter auctorum, in ea assignanda diuer-

De vomitu in pinguibus. sitatem. Pingues ergo vomere ieiunos, & illotos iubet Hipp. quia cum humidæ naturæ facilè vomant, pro eo facilitando, ea non egent humectatione, quæ gracilibus est necessaria. Balneum enim præcedens non modo corpus humectat; vndè vomitus facilior consequitur: verum etiam prohibet, nè à vomitus violentia vas aliquod in pectore rumpatur, prohibetq. vlterius, ne ab euacuatione gracile corpus exiccetur nimis. Aliorum vero præceptorum rationes non admodum latent, quarè quatuor tantummodo considerabimus. Primo, cur ad vomitum procurandum merum præbibere oporteat. Secundo, cur cibi omnigeni sint deuorandi. Tertio, cur absque potu. Quarto tandem, cur post cibos bibendum sit, sed non statim, à cibo. Merum igitur præpotari existimo, vt pars ventriculi inferior à mero fortior reddita, sursum humores facilius euehat. Nam sicuti partis ventriculi superioris imbecillitas ad vomitus facilitatem plurimum confert, ita & inferioris fortitudo non minimum adiuuat. Præterea præassumptum merum super purgationem prohibere potest, quam violentus vomitus inducere aliquando solet, idque venarum orificijs, per quæ humores ad ventrem confluunt, à mero roboratis, ita vt non facilè laxentur ad super purgationem. Hac eadem enim Mar.n.8. ratione fauces vino austero colluendas post vomitum iubet lib. 3. de Diæta vers. 140. Itanamque venarum oscula constringuntur: vndè vomitione absoluta humorum fluxus ad ventricu-

Meri præpotatio.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 38 sur 636

©BIUM

A triculũ ipſum ceſſat, qui aliquando orificijs præfatis laxatis perſeuerat, quæ eſt ipſa ſuperpurgatio. Quod periculum, quia gracilibus magis impendet ob humorum tenuitatem, ideò hoc præceptum in vomitu eorum appoſitum eſt. Ciborum autem diuerſitas probatur (hoc erat enim ſecundum problema propoſitum) quia hæc turbationem facit in ventre, quam vomitus facile conſequitur. Turbationem verò inducunt cibaria omnigena, & varia: quia quando ventriculi tunica interior in ciborum complexu eorum ſucco imbibitur, iuxta ciborum varietatem vario etiam modo eam alterari neceſſe eſt. Cibi enim ventriculum ingreſſi non ſtatim, imò neque poſt longum tempus permiſcentur, quod vomitiones quotidiè palam faciunt. Propter hanc igitur ventriculi inæqualem, & multiplicem alterationem turbatio oritur, quam vomitus conſequitur facillimè. Altera etiam aſſignari huius poſſet ratio, quia ſcilicet (vt in expoſitione tex. verſ. 1: 2. lib. de Affect. ſect. 2. adnotabitur) alimentorum alia *Mar. n. 39.*

B ſuperiori ventris parti magis amica ſunt, alia inferiori: iuxta quam familiaritatẽ vnumquodq. edulium, poſtquam ingeſtum eſt ad partem ſibi amicam ſecedit. Quando igitur plura, & inter ſe diuerſa commeduntur; dum ſingula ad partem ſibi familiarem ſecedunt, magnam in ventriculo turbationem fieri neceſſe eſt, vndè vomitus facilior redditur. Potum verò prohibet inter cibum: quippè qui ciborum permixtionem accelerãdo præfatam turbationem minuere poſſet, potus enim cum cibis aſſumptus eos liquidiores reddit: vndè citius permiſcentur ſimul. Adde etiam, cibis ſolidioribus pituitam, alioſque humores facilius inuolui, & admiſceri, ita vt cum eis extrahi poſſint facilius. Bibendum tamen iubet temporis ſpatio interpoſito, quo prædicta ventriculi alteratio, & ciborum perturbatio maior ſequatur, & vt cibi à potu diluti facilius euomantur: nec non, vt ab ipſomet potu turbatio augeatur, cuius gratia potum ex triplici vino admixto probat, auſtero (inquam) dulci, & acido, & primò

C meracius, & paulatim, & per multum temporis ſpatium: deindè verò dilutius, & citius, multumque potari iubet. Et hæc dicta ſint in gratiam illorum, qui in omnibus rationes exoptant, quæ dum ipſis non ſuppeditantur, res etiam ſenſu manifeſtiſſimas non admittunt, cum tamen medico ſat eſſe deberet, ſcire inter varios vomendi modos, quos experta eſt antiquitas, hunc tanquam præſtantiorem ab Hipp. probari.

Ciborum diuerſitas ad vomitum.

Sine potu.

Verſ. 9. Fit hic profluuij alui modus, &c. *Mar. n. 11.*

Hoc in loco habitus denſæ carnis contrario modo accipitur, ab eo, quo lib. 1. morb. mulieb. & à principio ſectionis ſecundæ ſexti epidem, quibus in locis, habitum denſum intelligit illum, qui carnem ſecundum proprias poroſitates denſam habet, & paucæ humiditatis capacem, qualem virorum corpus ad mulierum comparatum eſſe demonſtrauit lib. cit. de morbis mulierum Hipp. contextæ veſtis exemplo, & raræ, molliſq. lanæ. Nam mulierum corpus

D ſecundum carnis ſubſtantiam rarum eſt: ſecundum cauitates verò anguſtis venis conſtat. Quarè neque impropriè hoc loco denſam carnem intelligit eam, quæ cauitates habet anguſtas, & exiguas; etiam ſi ipſamet ſubſtantia poroſitatibus amplioribus referta ſit, & per raram; quæ huic contraria exiſtit. Et hanc noſtram expoſitionem confirmant ea, quæ ſubiungit inferius, dum inquit: Venæ enim denſæ cibos ingeſtos non ſuſcipiunt, huiuſmodique naturam acutam, ideſt facilè alterabilem; & parum conſtantem eſſe ait, è contra verò rariores, & hirſutiores habitus laborum tolerantes, & bonæ habitudinis, & ſtabiliores eſſe. His adde, quæ in expoſitione citatæ ſententiæ lib. 6. epidem adnotabuntur.

Denſa, & rara caro quo.

Verſ. 109. Quibuſcunq. morbi à celebro fiunt, &c. *Mar. n. 13.*

Ars tuendæ ſanitatis duo potiſſimum intendit. Primum quidem, præſentis ſanitatis conſeruationem. Secundo verò, imminentium morborum, tum præuidentiam, tum præſeruationem,

E cuius poſtremi inuentorem fuiſſe Hipp. nouimus, eodemmet teſte, tum lib. 1. de Diæta, tum lib. de Inſomnijs, vtranque igitur partem complexus eſt Hipp. tribus libris de Diæta inſcriptis; quorum duo priores partem eam continent, quæ ad tuendam ſanitatem ſpectat. In tertio verò nos docet, quia ratione imminentes morbos præuidere, & præcauere poſſimus. Hoc ſtante non eſt præſentis operis auctor calumniandus, ſi ad calcem libri de Salubri diæta inſcripti nonnulla adiecerit, quæ ad futurorum morborum præſeruationem faciunt; nec vitio vertendum, ſi non omnia exactè, & perfectè tradiderit hoc loco. Sicuti enim in præſenti libro non comprehendit omnia, quæ ad tuendam ſanitatem faciunt, ſed tantummodo principaliora, & quæ idiotæ etiam capere poſſunt, ita rationabile erat, partem aliam de præcauendis

dis morbis eodem stilo, & typo tractantur, & ideò satis ipsi visum est demonstrare, vndè multa mala contingunt, à quibus homines pro maiori parte ægrotare contingit. Quarè cum hæc à triplici potissimum fonte scaturiant. Videlicet, à ventriculi læsione, ab Hipocondrijs malè affectis, & à capite malè sese habente; prædictorum affectiones cognoscere, & qua ratione ijs occurrendum sit, antequam homo grauius ægrotet exemplis quibusdam nobis indicauit. Cum ergo primum de ventriculi affectionibus pertractauerit, deindè verò de ijs, quæ ab hypocondrio læso dependent; restabant mala, quæ à capite ortum ducunt: & de ijs agit in præsenti particula, vbi de natura morborum à capitè dependentium tractatur. Quæ quidem Hipp. doctrinæ penitus respondent. Nam hæc eadem, etiam si perfectius fuere explicata lib. 2. de Morbis vers. 114. ibi: Morbi à capite fientes. Quum repletum fuerit, & ab aliqua ex relatis percalefactum torpor caput tenet, &c. hoc autem libro hæc tantùmodo attigisse voluit in modum exempli, vt proximè dictum est, quia perfectam huius materię doctrinam non profitetur. Et hæc dicta sint propter Hipp. doctrinæ calumniatores: nam alioqui, quæ ab Auctore hoc loco traduntur, ita sunt manifesta, vt nostra expositio superflua sit omninò.

Mar. n. 12.

A

B

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De Genitura.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Mar. n. 2.

Vers. 22. *Sed non est mihi de his, qui per somnum semen emittunt, & de toto morbo quid est, & quæ operetur, & quare coitus locum expleat, sermo.*

C

Seminis per somnum effusio, homines à pluribus malis præseruare, creditur, ab ijs scilicet, quæ ex seminis retentione oriri solent. Aliquando tamen huiusmodi effusio symptomatica est, eamque gonorrheam vocarunt antiqui, quæ tanti est, vt ægrotantes ad interitum perducere apta sit. Quod cuidam contigisse lib. 6. epid. sect. 8. legimus, hunc in modum. Satyrus cognomento Gripalopex vocabatur. Hic cum annorum vigintiquinque esset, sæpè per somnum semen effudit, & interdiù etiam frequenter prodibat: cum autem ad annum trigesimum peruenisset, tabidus fiebat, & mortuus est. Hos igitur seminis profluuij diuersos modos respiciens Hipp. ait: eius intentionem non esse tractare de ijs, qui per somnum semen emittunt, & de toto morbo quid est, & quæ operetur: alludens ijs, qui gonorrhea morbo laborant, dum verò subiungit, & quarè coitus locum expleat; pollutionis nocturnæ salutaris effectum respexit. Hæc enim coitus locum explere dicitur, quia noxas tollit ijs, qui absque coitu sani degere non possunt.

D

Vers. 43. *Porrò genituram dico à toto corpore secerni & à calidis, & à mollibus partibus, & ab humido omni in toto corpore.*

De seminis generatione variæ apud philosophos, & medicos fuere opiniones, Hipp. verò existimauit à toto corpore secedere, & ab omni humido in corpore existente, cuius gratia, simile producit ei, à quo decessit, eandemque opinionem secutus est, tum lib. de Aer. aquis, & loc. vers. 56. tum lib. de Morbo sacro, eamque indè confirmari existimauit, quia à mutilatis parentibus mutilati filij, à Macrocephalis Macrocephali, & à cæsijs cæsij generãtur quandoq. Hanc summi præceptoris sententiam non modo non recepit Aristot. sed etiam penitus euertere (Auctore eius de more suppresso) pluribus argumentis tentauit. Qua quidem in re, consuetam breuitatem excedens, prouinciæ difficultatem manifestauit. Et certè si quis Hipp. sententiam diligenter considerauerit, rationesq. & argumenta, quæ in eum ab Aristotele adducuntur, examinare voluerit curiosè, Hipp. doctrinam impugnare quidem; non tamen expugnare cognoscet. Supponendum est enim, semen ab omnibus partibus corporis secedens facultatem habere, qua in consimilem partem conuertatur, à qua decessit, etiam antequam ad testes, & ad spermatica vasa perueniat: non earummet partium virtute tantum, sed etiam principalium membrorum, quæ sanguinis, & spirituum generationi sunt dicata, quòd quidem explicabitur magis inferius vers. 145. Nam virtus, quæ est in semine, generandi simile ei, cuius est semen, non prouenit à testibus (vt communis est opinio) quamuis, nec Hipp. id senserit,

Mar. n. 36.

Mar. n. 5.

E

Semen a toto quidquid Arist. in Hip.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 40 sur 636

A ſenſerit, nec Ariſt. qui contrarium demonſtrauit lib. 1. de Generib. Anim. cap. 4. duplici potiſſimum argumento, primo quidem, quia piſces, & ſerpentes ſemen abundanter generant, etiam ſi careant teſtibus. Secundo, quia, vt ipſe ait, nullam partem meatuum teſtes complent. Hoc eſt: meatus ſeminis teſtem non ingreditur, vt par eſſet: ſed eius pars ſuperior, quam vaſa præparantia appellarunt poſteriores, inferiori, quæ deferentia dicta conſtituit, continuatur adeò, vt ab illis in hæc genitura immediatè perueniat, abſque quod, teſtium cauitatem ingrediatur, & hoc modo interpretandus eſt Hipp. dum inquit, genituram per medios teſtes, hoc eſt, inter vtrunque teſtem procedere in pudendum; quod ſi eius portio per exiles meatus teſtium ſubſtantiam ingreditur, ea eſt, quā pro nutritione ad ſe alliciūt. His permotus rationibus Ariſtoteli conſentio, teſtes vim procreatricem ſemini nequaquam præſtare, de eorum tamen vſu eius opinioni non adhæreo: vt credam potius, teſtes in eum
B finem conditos eſſe. Primò, vt ſemen circa vnamquamq. corporis particulam redundans, ad ſe attrahendo, corpus vniuerſum ab eo excremento expurgarent; quo retento habitus corporis refrigeratur, effœminatumq. animal redditur, quod in eunuchis, & omnibus naturalibus caſtratis obſeruatur. Secundo verò; vt eodem ſemine ipſimet teſtes nutriantur: nè in vaſis ſpermaticis accumulatum animali à coitu abſtinenti incommodum fieret. Cuius quidem rei illud maximum argumentum eſt: quia natura frigidioribus animalibus, cuiuſmodi ſunt piſces, & ſerpentes, teſtes denegauit, qui ſeminis abundantiam abſumerent: quia cum ſint animalia pauci ſeminis (quando in determinato tantum anni tempore illud produeunt) effundantq. facilè, vt Ariſt. teſtatur 1. de Gener. Anim. 6. teſtibus, qui illud abſumerent, non
C eguère. Quarè ſeminis attrahendi facultate vaſis ſpermaticis impartita, illiſque amplioribus conſtructis, teſtium vſus irritus eſt factus. Genitura ergò vi teſtium attracta, in vaſis ſpermaticis colligitur, permiſcetur, & perficitur. Quæ quidem perfectio in eo conſiſtit, vt non modo ſpirituoſa ſubſtantia humidæ permiſceatur, ſed vt tot, & tam variæ eius partes in vnum corpus redactæ, ita confundantur, vt quælibet ſeminis portio, quamuis exigua, in ſe haberet quidquid continetur in toto, indèque euenit, vt ſemen, quod vnico conceptui conuenit, ſi diuidatur, tot pariat conceptus, in quot partes diuidi in vtero contingat, vt lib. de Nat. Puer. *Mar. n. 44.*
verſ. 522. teſtatur Hipp. Genitura verò mulieris, quam ſub forma ſanguinis conceptum ingredi cum Ariſt. exiſtimo, præfata mixtione, & elaboratione non eguit, & ideò ad vaſa ſpermatica peruenire, non fuit neceſſariū, vt in viris, quia propria virtute non peruenit ad vterum, ſed à virili attracta cognatione, & ſimilitudine, dum ad formationem fœtus de potentia reducitur ad actum, v. g. genitura viri oculum conſtituens, genituram mulieris trahit, quæ ab oculo ſeceſſit, & vtræque ad oculi generationem concurrunt: & cuius genitura in eo præua-
D let, ei oculus aſſimilatur. Hoc eſt enim, quod dicebat Hipp. lib. de Nat. Puer. verſ. 111. *Mar. n. 8.*
Cæterum caro augeſcēs à ſpiritu articulatur, & abit in hac vnumquodq. ſimile ad ſimile, denſum ad denſum, rarum ad rarum, humidum ad humidū, & vnumquodq. in propriam regionem abit iuxta cognationē ad id, à quo genitum eſt, &c. Et hoc pacto mulier ad fœtus generationē concurrit, nam quod Hipp. exiſtimauerit, mulieris genituram virili ſimilem ei in vtero permiſceri, & ambo per ſpiritū fœtus articulationem efficere, apud me difficultatem facit ob rationes, quas ſuo loco adduximus. Sed hoc nihilominus etiā conceſſo, non ob id negat Hip. 1. Morb. mul. verſ. 411. à muliere ſanguinē, & ſpiritum confluere in vterū, ad formandū conceptum, quem nos cum Ariſtotele ſeminis obire vices, exiſtimamus; nec huiuſmodi diuerſitas opinionis Hipp. quidquam detrahit veritatis ſententiæ eiuſdem Hipp. circa ſeminis facultatem, & generationis locum, quem explicauimus. Præfatis omnibus ſuppoſitis, diligenterq. *Mar. n. 83.*
E perſpectis, argumentis ab Ariſt. in Hipp. ſententiam adductis reſpondere, non erit difficile. Imò cum Ariſt. ipſe concludat, ſemen vltimi alimenti excrementū eſſe, illius ſcilicet coctionis, quæ in ipſis particulis perficitur, ab omnibus partibus corporis recedere, cogitur affirmare. Quæ quidem manifeſtant, Ariſt. in hac re ſatis dubium fuiſſe, militantibus ex vna parte rationibus in Hipp. ſententiam adductis, ex altera, ſenſu eorum, quæ circa coitum, & conceptum ipſum contingunt: potiſſimum verò, quia coeuntes titillationem ſentiunt per totum corpus, & omnium partium concuſſionem: vnde à coitu reſoluuntur, & languent, cuius cauſam reddens ipſemet Ariſt. 4. Problem. 22. in Hipp. deueniens ſententiam inquit: An quod ſemen omni ex parte corporis ſecretio eſt? Quamuis materia, quæ ſenſum illum, & reſolu-

tionem

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 41 sur 636

©BIUM

tionem facit in toto corpore spirituosa sit potius, quam corpulenta, ita vt duplex materia in semine agnoscatur, spirituosa, quæ in actu coitus decidit à toto corpore, & humida, & corpulenta, quæ, vt superius dicebam, vi testium attracta in vasis spermaticis adseruatur. Sed re vera Aristotelis argumenta non eò feruntur, vt probet semen ab omnibus corporis partibus non secedere, sed vt demonstret hanc non esse causam, vt vnumquodque simile producat ei, cuius est semen. A

Mar.n.5. *Vers.44. Et ab humido omni in toto corpore.*

Si quod ab omnibus partibus secedit, residuum est illius humoris, quo singulæ partes nutriuntur, qui tandem nihil aliud est, quam id, quod omne humidum appellat Hipp. nempe sanguis ex quatuor humoribus constans, cur modo additur: & ab omni humido in corpore? Respondeo semen, quod ab omnibus corporis partibus secedit, esse humorem quidem à quatuor humoribus proueniente, & ex consequenti ab omni humido, verum non amplius sub forma humorum prædictorum consistit, quando in ipsis particulis nouam alterationem subijt, propter quam facilius tansmutari potest in easdem particulas, à quibus decessit, quam ante præfatam alterationem. At pars seminis ab omni humido proueniens sub forma sanguinis, ad seminis generationem concurrit, quæ & ipsa, vt inferius. vers.145. demonstrabitur, in potentia sese habet ad singula membra, quæ ex eo nutriri debent, quæ quidem potentia resultat in semen, quatenus ex sanguine generatur, ita vt ad productionem similis duo considerentur in semine: & virtus, quæ est in sanguine continente in potentia omnia membra, quæ ex eo nutriri debet, & à virtute membrorum principalium dependet, & virtus, quam materia seminis ab omnibus partibus secedens in ipsismet particulis contraxit. Quæ quidem duæ facultates, etiam si ratione originis distinguantur, vt facit Hipp. dum inquit, & ab omni humido in corpore, re ipsa tamen simul ita conueniunt, vt ad vnicam possint recuci, ita vt potentia, quæ est in sanguine ad omnia membra, perficiatur in ipsis particulis, dum eodem sanguine nutriuntur, quemadmodum fecisse Hipp. apparet inferius hoc eodem libro, dum redderet rationem, cur ex mutilatis parentibus sani, & integri filij plerumq. generentur: in cuius loci explicatione hæc fusius pertractabuntur. Quarè lectores moneo, quibus cordi est materiam hanc de semine, & fœtus generatione assequi, vt non modo hæc percurrant diligenter, & quæ in præcedenti comentario sunt tradita: verum etiam, quæ super textum citatum. vers. 145. & vers. 411. lib. de Morb. Mul. prioris. In his enim omnibus simul copulatis tota hæc tractatio absoluitur. B C

Mar.n.5. *Vers. 45. Sunt autem humidi species quatuor. Sanguis, bilis, aqua, & pituita. Tot enim species congenitas homo in seipso habet.*

Ex præsenti oratione, in qua enumerans Hipp. qui sunt in corpore humores dum sanum est, & sese habet secundum naturam; sanguinem recensет, bilem, aquam, & pituitam; duæ oriuntur difficultates, altera est, quia Hipp. atrambilem, siuè humorem melancolicum præterijsse videtur. Altera verò, quia aquam inter humores congenitos adscribit, quæ cum non nutriat, inepta est, tum nutritioni, tum generationi, constat enim, Hipp. hanc ab humoribus constituentibus humanum corpus omninò segregasse lib. de Natura humana, quo in loco hominis principia recensens, bilem vtranque, flauam scilicet, & nigram, sanguinem, & pituitam enumerauit, de aqua nulla mentione facta. Pro dictarum difficultatum solutione Gorrhei opinio communiter recepta est, & à quamplurimis doctis viris confirmata. Videlicet Hipp. hoc in loco, & alibi etiam, nomine aquæ humorem melancolicum intellexisse, denominatio huic humori satis conueniens, quia plurimo sero præ cæteris refertus est, in cuius rei confirmationem varia adducunt argumenta, quorum quæ plus roboris habere videntur, sunt hæc tria. Primo, quia Hipp. lib. 4. de morb. vers. 20. hanc eandem repetens humorum diuisionem, splenem fontem aquæ constituit, quod quidem viscus melancoliæ receptaculum esse, ab omnibus receptum est. Secundo, quia melancolico prædito temperamento serositatibus maximè abundant, cuius gratia melancoliæ aquæ nomen conuenire visum est Hipp. Tertio, & postremo, quia idem Hipp. lib. cit. de morbis sect. 2. vers. 72. scribit, facta turbatione in humoribus, dum hi à proprijs principijs disparantur, bilem omnium leuissimam in superficiè consistere, sub ea sangninem, tertio loco pituitam, grauissimum verò omnium esse aquam. Hæ sunt præcipuę rationes, quibus probare existimant hi, aquæ nomine melancolicum humorem D E

Quid nomine aquæ intelligendū.

Mar.n.5.

Mar.n.2.

Mar.n.25.

Hipp.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 42 sur 636

©BIUM

A Hipp. intellexiſſe. Et vt à poſtrema incipiam: quantum adducta Hipp. ſententia illis faueat, indicant ſubſequentia. verſ. 125. quibus eandem aquam, quam cæteris humoribus ſubſidere iam dixerat, ſero in lacte inſpiſſato reſpondere ait; quod quidem cum humore melancolico nullam habet ſimilitudinem. Et quæ de loco humorum ibi ſunt tradita, intelligenda ſunt (vt oratio ipſa manifeſtat) de humoribus, dum in corpore permanent; non poſtquam è corpore per phlebotomiam fuerunt extracti, vt ſupponunt aduerſarij; quod non parum diuerſitatis parit circa eorum locum. Quæ enim extrà corpus conſiſtunt, à ſola grauitate deorſum trahuntur, & eleuantur à ſola leuitate. At in corpore viuente, res non ita ſe habet: vbi non vnica eſt cauſa ſubſidentiæ, aut eleuationis, grauitas, & leuitas, nam alia concurrunt, quæ craſſiora, & grauiora eleuant, ſpirituum ſcilicet præſentia, quibus, quia melancolicus ſuccu participat magis, quam aqua; indè euenit, vt hæc ſubſtet melancoliæ: etiam ſi ſit craſſior, & B grauior aqua. Extrà corpus verò, vbi nullus humor à ſpiritibus eleuatur, melancolia omnibus humoribus ſubſtat, quia craſſior eſt, & grauior natura.

Non humor melancholicus, Mar. n. 26.

Etſi melancolici ſeroſitate abundant (quæ erat ſecunda ratio in ordine) non ex hoc colligi debet, ſeroſitatem melancoliam appellari. Non enim, quia ſero abundant, melancolici dicuntur, ſed quia melancolicus ſuccus in ipſis viget. Nam ſerum ex accidenti potius in melancolicis copioſum conſpicitur, quia eorum corpus, cum denſum ſit, & poroſitatibus non adeò refertum, humorem ex cibis, & potibus prodeuntem non imbibit: ita vt neceſſe ſit, in cauitatibus adſeruari, & hoc pacto ſeroſitas in ipſis copioſior apparet. Adde etiam, eorum calorem non admodum vigere: vndè cruditates multæ fiunt, quæ ſanguinem reddunt ſeroſum. Quod ſi denique Hipp. fontem aquæ lienem conſtituit, in quo melancolicum humorem reſidere exiſtimarunt poſteriores: quia hæc non fuit Hipp. opinio, ex eo non poteſt in- C ferri, melancoliam, & aquam iuxtà præceptoris doctrinam vnum, & eundem humorem eſſe. Lienem verò aquæ, non melancoliæ fontem eſſe: & cur ſanguis niger in eo abundat, demonſtrabitur in explicatione lib. 4. de Morb. Sed vanum eſt coniecturis, & argumentis rem hanc proſequi, cum in Hipp. doctrina ſit manifeſtum, aquam, & melancolicum ſuccum duos eſſe humores non modo interſe diſtinctos, ſed etiam oppoſitos omninò. Quia ſi eorum cauſam, & generationem ab eo petimus, de aqua ita ratiocinatur Hipp. lib. 4. de morb. verſ. 119. Aſſero autem, vbi homo bibit amplius & corpus, & ſplen in ſe ipſa attrahere ex ventriculo, & ſi plus traxerit, quam oportet, ſtatim hominem affligi; atque hoc ita fieri, intelligunt quicunq. homines ſplenici exiſtunt. Poſtquam autem traxerit ſplen, optimum eſt, ſi vetus aqua, quæ in ſplene inerat, ad veſicam, aut ventriculum excoletur: & per hæc expellatur, &c. quæ quidem conditiones ſicuti aquæ, ſiuè ſeroſitati conueniunt; ita humori melancolico nullo mo- D do adaptari poſſunt, de cuius generatione totum oppoſitum habemus apud eundem Hipp. Hunc enim autumno generari teſtatur lib. 6. epid. ſeu 1. verſ. 27. & de Nat. Hum. verſ. 138. quia ſiccus eſt & hominem refrigerare incipit; quod etiam magis apertè expreſſum legimus lib. de Aer. Aquis, & locis. verſ. 300. quo in loco hunc ſuccum generari, oſtendit conſumpto eo, quod tenuiſſimum eſt in bile, & ſanguine.

Mar. n. 9.

Mar. n. 14.

Mar. n. 29.

Eadem oppoſitio apparebit, ſi perpendamus effectus, qui ab vtroque eueniunt. Ab aqua (dicebat Hipp. lib. 4. de Morb. verſ. 80. ſect. 2.) non valdè fortis febris oboritur, neque diuturna, nam igni non bonum alimentum aqua præbet. Contra verò lib. de Nat. Hum. ad finem, Atrabilis (inquit) inter omnes corporis humores viſcoſiſſima eſt, & ſedes diuturniſſimas habet, indèque colligit, quartanas febres, quia omnium longiſſimæ ſunt, atræbilis eſſe participes. Si ergò ex ipſiuſmet Hipp. teſtimonio, aqua in corpore augetur à nimio potu, melan- E colia verò ab exceſſu ſiccitatis generatur, illa febres lenes parit, ac breues, hæc vehementes, & diuturnas, quomodo aſſerere poſſumus apud Hipp. aquam, & humorem melancolicum vnum, & eundem humorem eſſe? quorum diſtinctio etiã euidentius ex eo manifeſtatur; quia pluribus in locis de vtroque humore diſtinctè mentionem fecit Hipp. Nam lib. de Medicam. purg. hæc habentur. Oportet igitur primum, bilioſis dare, quod bilem purgat, pituitoſis, quod pituitam, aquoſis quod aquam, & atrabilarijs, quod atram bilem, quæ ſententia repetitur lib. de Affectionibus ſect. 2. verſ. 75. Cum igitur adeò interſe differant aquoſus humor, & melancolia, pro ſolutione propoſitæ difficultatis dicendum; hoc in loco Hipp. humoris melancolici mentionem non feciſſe: quia ſi accipiamus eum, qui naturalis eſt, & à non-

Mar. n. 25.

Mar. n. 28. 29

Mar. n. 2.

Mar. n. 35.

Solutio difficultatis.

nullis

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 43 sur 636

nullis fex sanguinis dictus est,hic nō videtur à sanguine distinctus:vndè nō impropriè sanguis niger vocatur.& ideò huic nullum peculiarem fontem, aut receptaculum destinauit natura, sed sanguini permixtus ab eo non separatur, nisi quando ad nutritionem alicuius particulæ, quæ huiusmodi succo egeat,à sanguine sinceriori separatur, nigriorq. & crassior in ea parte conspicitur: quemadmodum de liene explicabitur suo loco, cum igitur humor iste non distinguatur à sanguine, nisi crassitie, & colore, peculiarem eius mentionem non facit hoc in loco Hipp. quando sub nomine sanguinis, comprehenditur. Si verò humorem melancolicum consideremus exustione genitum,aut assatione,quem posteriores proprio nomine atram bilem vocarunt (quando distinctio hæc melancoliæ, & atræbilis in Hipp. doctrina non obseruatur; qui melancoliæ nomine Græcè μελαγχολία morbum semper intelligit: atrabilemq. vocat perpetuo Græcè μέλαιναν χολὴν humorem ipsum, siuè naturalis sit, siuè per exustionem, aut per assationem genitus, hæc atrabilis, inquam, propriè dicta sub nomine bilis comprehendetur. Nec insolens est Hipp. atram bilem simplici nomine bilis appellare. Nam *Mar.n.23.* lib.1. Morb.mul. vers. 289. dum indicaret modum cognoscendi humorem peccantem in menstruo sanguine ex linteo eo imbuto,indèque abluto, & exiccato, hæc scripsit: Siquidem igitur pituita fuerit,quæ conceptionem impedit,muccosa lintea erunt: si verò per salsuginem, & bilem impeditur, fulua, & liuida, fulua quidem erunt à bile flaua, aut à salsugine, quæ ex bile constat & pituita: liuida verò à melancolico humore,quem simplici bilis nomine significauit, quod etiam clarius vers. 216. paulò ante nobis manifestauerat. Dicebat enim, si *Mar.n.18.* mulier corpore malè habuerit, & menses bilioſi prodierint, ex hoc probè cognosci potest, nigri sunt valdè, quandoque verò nigri, aut splendidi; vt non sit dubium,bilioſos menses melancolicos intellexisse, vndè paulò infra symptomata referens taliter affectas concomitantia, tristitiam, & timorem melancoliæ propria adscripsit. Verum,quia atrabilis hæc in corpore, vt sanum est,non reperitur, ideò inter humores congenitos non erat enumeranda. His igitur de causis quadruplicem humorum diuisionem constituens hoc in loco, humoris melancolici mentionem non fecit, sed eius loco aquam apposuit,humorem congenitum appellans, quia absque ea non fit generatio, quando,nec viri genitura,nec sanguis menstruus,generationis principia,serositate carent, quemadmodum nec aliquis alius humor, imò plurimum eo abundant, & ideo seminis portio media in sinistra parte, à vena emulgente procedit, per quam serositas separatur à sanguine, menstruaq. ipsa sunt pars serosior sanguinis cuius gratia inter excrementa quodammodo reponuntur. Sed dicet aliquis, si huiusmodi serositas adeò est necessaria in homine,cur Hipp.lib.de Nat.Hum.quo in loco hominis principia tradere profitetur,de ea nullam fecit mentionem,sed quatuor humores recensет, sanguinem,pituitam, & bilem duplicem, flauam videlicet,& nigram. Huic respondeo,eo in loco Hipp. inter quatuor humores nigram bilem adscripsisse, quia hic humor, quando sese habet secundum naturam, etiamsi non videatur, formaliter multum à sanguine differre, vsu tamen ab eo realiter distinctus est, quia sunt particulæ quædam in corpore, quæ ex eo generantur,& nutriuntur, & ideò cum ibi intendat explicare naturam hominis, quæ sicuti temperiem sortitur ex primis quatuor qualitatibus calido, frigido, humido, & sicco, ita etiam ex quatuor humoribus constat in quibus prædictæ subsistunt qualitates, ideo præfatos quatuor humores humanæ naturæ principia constituit, nulla aquæ mentione facta, quia si hanc respicimus dum se habet secundum naturam,nihil aliud est, quam serum ipsorum humorum, quo nullus eorum omnino priuatur, dum secundum naturam sese habet, & cum dicit præfatos humores esse hominis principia intelligat associatos proprio serò, vt de eo peculiaris mentio facienda non sit, cum verò copia,aut qualitate peccat, non amplius generationem ingreditur, imò vitiat,& destruit. Huiusmodi tamen serositas non erat prætereunda in ijs libris,in quibus de morbis tractatur, & de eorum curatione: quia hæc, & morborum est causa, & curatrices intentiones parit, quibus ars medica vtitur. Hocque modo propositis quæsitis satisfieri posse censemus.

Mar.n.9. *Vers. 145. Cæterum, quod ex mutilatis parentibus sani, & integri gignantur pueri, vt plurimum contingere solet. Habet enim mutilatum omnia, quæ sanum. Vbi verò morbus, &c.*

Ex mutilatis parentibus mutilati filij generantur sæpe, aliquando tamen sani, & perfecti nascuntur: cuius quidem effectus rationem assignat Hipp. hoc in loco, non minus artificiosam, quam rationabilem, & inquit, ex mutilatis sanos nasci, quia mutilatus omnia habet numero,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 44 sur 636

A numero, quæ ſanus. Hoc autem dixit ſupponendo partibus principalibus, inſitam eſſe virtutem præparandi alimentum, quo totum corpus nutritur; quod quidem ſpiritu, & humore conſtat, & quia nec ſpiritus omnis, nec quilibet humor; aptus eſt conſeruationi, & nutritioni cuiuſlibet particulæ, ideo neceſſe eſt fateri virtutem prædictorum eſſe non modo generandi ſpiritus, & humores in communi, ſed qui peculiarem habeant diſpoſitionem ad ſingulas particulas, quas conſeruare, & nutrire debent, ita vt in ſpiritu, & in ſanguine ab ipſis genito potentia adſint particulæ omnes, quæ ex ijs conſeruantur, & nutriuntur, hac enim præuia diſpoſitione intercedente ſingulæ particulæ humorem proprium attrahentes facilius nutriuntur. Nam etiam ſi quilibet humor partes omnes nutrire poteſt familiaris penuria, ſuplente facultate quodammodo, quæ in ipſiſmet particulis viget tranſmutandi eum humorem in propriam naturam: hæc tamen nutritio ſatis imperfecta eſt, illius reſpectu, quæ ex alimento proprio, &
B familiari perficitur. Hanc igitur principalium membrorum facultatem reſpiciens Hipp. dixit mutilitatum habere omnia numero quæ ſanum habet, quia ſcilicet partibus principibus *Mar.n.5.* eſt præditum, quæ omnia corporis membra virtute in ſe continent, ex quo fit, vt ſemen in quo plurimam partem ſanguinis in eis geniti contineri ait Hipp. à principio lib.4. de Morbis, ſit in potentia partes omnes, quæ ex eodem ſanguine nutriuntur, quæ quidem potentia reducitur ad actum, & in particulis ipſis dum ſanguine nutriuntur, & in vtero quando ex ſemine fit conceptus omnibus, & ſingulis particulis conſtans, quæ erant potẽtia in ſanguine primum, & inde in ſemine, ex eo confecto. Hanc verò potentiam ad partes ſingulas, in ſanguine eſſe, & in ſpiritu, quæ inde procedit in ſemen cognouit etiam Ariſtot. eam enim reſpiciens lib.1. de Gener. Anim. cap.18. inquit. Cum enim illi, quod ex toto ſecedat ſemen eſſe fateantur: nos quod totum ſuapte natura faciat ſemen eſſe fatebimur. Eademque manifeſtatur in ijs,
C quæ fœtibus in vtero contingunt, quia ſi mulier vtero gerens (vt ſuperius hoc eodem lib. ver.33. adnotauit Hipp.) vel ex caſu, vel percuſſione, vel aliquo violento affectu iuxtà partem aliquam lædatur fœtus iuxtà eandem partem mutilatus naſcitur, quæ in matre læſionem accepit, id enim nulla alia ratione euenire poteſt: niſi quia alimentum fœtus à matre proueniens particularem acquirit diſpoſitionem in ſingulis particulis matris, antequam ad eaſdem *Mar.n.4.* in ipſo fœtu nutriendas feratur, & iuxtà diſpoſitionem partium in matre alterantur partes quę nutriuntur in fœtu. Similiter quia vtero gerens, ſi rem aliquam vehementer appetit fœtum parit cum nota referente id, quòd mater deſiderauit; iuxtà partem illam, quam primum manu in ſeipſa in actu deſiderij tetigerit; hoc argumentũ euidens eſt à ſingulis particulis matris ſpiritum ad ſingulas fœtus particulas procedere omnino diſpoſitum, iuxtà diſpoſitionem partium, à quibus procedit, ita vt idem ſpiritus ſpecie imaginatæ rei imbutus ad partem
D matris manu eo tempore tactam procedens: primo: inde verò ad partem illius conſociam in fœtu notam ei imprimat, quam vi fortis immaginationis conceperat, hanc verò notam non contrahit corpus mulieris ob duritiem, quæ ob mollitiem facilè imprimitur in fœtu: concurrentibus hinc inde ijs humoribus, qui cum re imaginata conſortium, aut ſimilitudinem aliquam habent, indeque euenit, vt nota earum rerum in nullo apparet, quorum calores cum aliquo humore in corpore exiſtente ſimilitudinem non habeant. Hanc verò feminis virtutem à membris principalibus prodeuntem conſiderans Ariſt. lib.1. de Genar. Anim. cap.19. (quamuis eam ab anima prouenire ipſe exiſtimauerit) non eſſe neceſſarium credidit ſemen ab omnibus partibus corporis ſecedere, quod voluit Hipp. & maxima cum ratione quidem, alioqui non poſſet reddi ratio, cur ex mutilatis parentibus mutilati filij oriantur, quia ſi facultas hæc producendi ſimile ab anima proueniret, quæ eadem eſt in mutilatis, ac in ſanis,
E ſemper ſanus fœtus prodiret. Hoc igitur conſiderans Hipp. exiſtimauit virtutem generatricem in ſemine quatenus ex ſanguine conſtat, ex maſſa videlicet humorũ omnium, quam ipſe omne humidũ appellat à partibus principibus depẽdere, quæ illius generationi ſunt deſtinatæ: quæ quidem dum ſanæ ſunt humidum præfatũ optimum eſt, ſemenq. ex eo genitum omniquaque perfectum. Verum quando vitium aliquod ipſis aduenit neceſſe eſt, & præfatum humidum morboſum fieri, ſemenq. ex eo confectum imbecille, & generationi perfecti animalis ineptum reddi. Quare natura, vt huic incommodo proſpiceret (quando haud ſemper partes principes valent) feminis materiam non prius ſegregari à tota maſſa voluit, quam ad ſingula membra nutrienda proceſſerit: in quibus exactam acquirens perfectionem materiam

Fœtus notã refert illius quod mater deſiderauit.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 45 sur 636

semini optimam praestat, ita vtlicet defectus aliquis ex membris principalibus praecesserit, in ipsis tamen particulis corrigatur, vt semen indè perfectum proueniat. Ex quo notare est Hipp. non asserere semen in singulis partibus corporis generari, sed ab ijs secedere, quasi in membris principalibus generetur, perficiatur verò, & secernatur à toto corpore, & ideò dum inquit hoc in loco: vbi verò morbus aliquis ipsis, aut humido ipsorum accesserit, ex quo semen generatur (ita enim vertenda sunt verba Graeci contextus, quae aliquantulum extorserunt interpretes) intelligit vitium partium principalium, quae humidum morbosum producunt, & ex consequenti semen indè genitum defectuosum, & imperfectum: si contingat in corpore particulam mutilatam adesse, quae illorum defectum corrigere non possit. Quotiescunq. igitur principia, & humidum ab ipsis procedens sana sunt, semen indè genitum animal perfectum, & nulla parte laesum generat: etiam si pars aliqua mutilata sit in parentibus, quum verò eorum defectum humidum aegrotat, semen oritur imperfectum: ita vt, nisi in ipsis particulis perficiatur, foetum mutilatum oriri necesse sit iuxtà eam partem, quae mutilata in parentibus semini perfectionem dare non potuit, & hoc pacto mutilati filij ex parentibus mutilatis prodeunt. Hanc interpretationem nostram olfeciisse videtur Caluus, dum vertit: Quod verò ex mutilatis integri, sanique semper ferè nascuntur, quoniam mutilatus omnia numero vi, & facultate habet, quae sanus, & integer, causa est. Ex dictis facilè est colligere causam similitudinis natorum, & cur aliquando assimilentur non parentibus sed auis, & abauis imò & nonnumquam consanguineis, & extraneis personis. Cur enim filij parentibus dissimiles nascantur id euenit propter aliquod impedimentum, quod prohibet, ne semen iuxtà propiam, & naturalem facultatem oporetur in conceptu, quod quidem impedimentum cum multiplex esse possit, frequentissimè euenit ex maximis temporum mutationibus. Hipp. lib. de Aere Aq. & hoc vers. 230 causam diuersitatis iuxtà magnitudinē, & formas Europaeorum statuit in magnis, & frequentibus mutationibus temporum, per quas semina in coactione plures corruptiones subeunt, vt prolem similem, & á quo decessit constituere nequeant. Hanc verò, alterationē magis subire eam partem seminis est rationabile, quae imbecillior est; minus verò quae fortior est, & robustior, ex quo fit vt membra principalia, quae ex fortiori generantur frequentius similia propriae origini procreentur, quam exteriores partes, quae ex imbecilliori generantur, ita vt partes exteriores sint, quae potissimū euariant forma à progenitoribus suis. His stantibus si contingat, ex. gr. Petrum generari à Paulo, cui secundum partes principes omninò similis sit; dissimilis verò secundum partes exteriores ob aliquam alterationem, quam semen ex partibus corporis exterioribus procedens subierit in conceptu, aut alias, ex Petro autem generetur Franciscus, in cuius conceptione semen à partibus principalibus proueniens superet illud, quod ex alijs partibus decessit, non est inconueniens secundum partes exteriores dissimilem reddi Paulo parenti, & auo Paulo assimilari propter vim seminis prodeuntis à partibus principalibus, quod in potentia speciem habere singularum corporis partiū iam diximus, species enim exterior in Petro non erat à natura, vt etiam à membris principalibus dependentiam haberet, sed ex accidenti, & ex consequenti in semine ab illis decedente solummodo consistens: quo in conceptione superato illius species introduci nequaquam potest, vndè necesse est resultare eam, quae prouenit à semine à partibus principalibus excreto, quod simile est omnino, & in Paulo, & in Petro: licet in Petro non apparuerit ob suppositum impedimentum. Eadem ratio viget in agnatis ex parte matris, quatenus, & ipsa per sanguinē menstruum sub nomine seminis ad generationem concurrit, vt Arist. sensit. Similitudo verò cum extraneis (si modo haec ex similitudine est, non ex fortuito casu) referri potest ad imaginationem, quae licet per se operari nequeat, concurrere tamen aliquando non est inconueniens, cum fortis est, quatenus spiritus specie rei imaginatae imbutus, permiscetur cum eo, qui vnà cum semine ad efformandum conceptum procedit, is verò superatus ab extraneo secundum propriam naturam operari nequit, sed iuxtà naturam illius, qui imaginatae rei speciem in se arctius continet, & hoc pacto conceptus speciem imaginatae rei suscipit.

A

B

C

D

E

Quomodo ex mutilatis, sani nascātur & mutilati.

Cur filij parentibus dissimiles nascantur.

Mar. n. 43.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 46 sur 636

A

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

Præfatio ad librum de natura Pueri.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Præsens liber de natura pueri inscriptus, vt ex ijs, quæ in fine præcedentis libri de Genitura leguntur, licet colligere, cum superiori coniungitur: vnicam constituentes ambo tractationem de generatione fœtus in vtero, in qua affectiones omnes exponuntur, quæ ipsi contingunt, donec peruenit in lucem. De auctore conueniunt omnes, Hipp. opus esse legitimum, quando Erotianus Hipp. tribuit, & Gal. pariter pluribus in locis, quamuis sibi parum constans
B lib. de formatione fœtus dubitet, an Hipp. sit, an Polybi, sed id scire parum refert, cum alioqui pateat optimam doctrinam, & Hipp. dignam cõtinere, constat tamen ex ipsiusmet auctoris testimonio, hunc, librum, librumq. de Genitura, quartum de Morbis, de Affectionibus, de morbis mulierum, & epistolam de veratri vsu vnum, & eundem habuisse auctorem, vt à principio lib. 1. de Morbis mulierum indicabimus. Quis in hoc libro explicando elaborauerit non noui præter doctissimum Zuingerum. Nos pauca adnotauimus, quia satis familiari stylo conscriptus est, nec multum obscuritatis continet.

Vers. 122. *Et tam etiam supernis partibus spirationem facit, tum ore, tum naribus.* *Mat. n. 9.*

Fœtum in vtero concluſum, & per os, & per nares spiritum attrahere cum præceptore non dubito, verum quia impossibile visum est nonnullis, quorum auctoritas in re litteraria haud exigua est, fœtum in vtero respirare, in quo nihil inanis aeris continetur, sed exactè plenus est
C humoribus, & solidiori materia ad respirationem penitus inepta; imò si respirationem tentaret, ab humore suffocaretur: ideò rem hanc explicare oportet, & eò magis, quia ex hac suppositione nouum dogma deductum est, cordis actionem nullam esse in fœtu, dum in vtero moratur, ita vt ab anima sola matris vita duobus impartiatur. Pro Hipp. igitur dicamus respirationem per os, & per nares fœtui in vtero existenti necessariam esse pro generatione spiritus vitalis in corde, & animalis in cerebro, ab eo motus cordis, & arteriarum dependet, cuius gratia innatus calor conseruatur, & animal viuit, & per hoc motu locali mouetur, Quia etsi natura materiam spirituosam simul & humidam à matre procedere voluit per vasa vmbilicalia, per quam substantia calidi innati, & eiusdem temperies in omnibus corporis partibus conseruatur: hæc tamen solum non erat sufficiens ad vitam fœtui impartiendã, & conseruandam, quam in seipso habet à propria anima prodeuntem, quia motum cordi, & arterijs
D communicare non poterat, cuius principium est anima, vndè animal viuit, notum est enim id sensato testimonio docente Gal. non ex eo moueri arterias, quia replentur, & inaniuntur, sed eatenus repleri, & inaniri; quatenus motu systolis, & diastolis mouentur: qui quidem motus prouenit à facultate animæ, siuè à spiritu ex corde per arteriæ fibras confluente, ex quo fit, vt motus iste arteriarum eundem omninò rithmum seruet, quo cor ipsum mouetur. Nec dici potest arterias fœtus moueri ad motum arteriarum matris, quia hæ non adeò sunt illis continuatæ, vt spiritus per fibras arteriarum matris procedentes, in fibras arteriarum fœtus transfundi possint. Præterquamquod motus cordis, & arteriarum matris improportionatus omninò est calori ipsius fœtus, vt idem rithmus ambobus minimè accommodari possit. His igitur rationibus, & alijs, quæ breuitatis causa omitto, necessaria fuit respiratio per os fœtui moranti in vtero, per quam tantum aeris attrahatur, quantum generationi spiritus vitalis in
E corde sufficeret ad principium motus ipsi impartiendum, à quo eius vita dependet. Necessaria etiam fuit pro generatione spiritus animalis in cerebro, quo mediante fœtus in vtero locali motu mouetur: qui cum ex spiritu vitali, & aere per nares attracto generetur; hic aer à matre impartiri non poterat, & ideò respiratione opus habuit. Verum quia copiosum aerem trahere fœtus in vtero concluſus minimè poterat: ita vt toti corpori ventilando sufficeret; necessariũ fuit spirituosam materiã (vt dicebam à principio) à matre deriuare in fœtum, quæ toti corpori inseruiret, corde excepto, & cerebro: quæ aere simplici vtuntur, & hac ratione arteria vmbilicalis, quæ prædictam materiam perducit in fœtum, non inseritur in cor, sed in arteriam magnam, à qua per totum corpus diffunditur. Quoniam igitur in explica-

Fœtus respirat in vtero.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 47 sur 636

©BIUM

tum vsum etiam minima inspirati aeris portio sufficiens est, hanc à fœtu per os, & nares in spirari, non est difficile, quando ore, & naribus clausis id fieri poterit, nec ex defectu aeris abneganda est huiusmodi respiratio. Nam aeris omnia plena, & sicuti respirat pullus in ouo, etiamsi plenum sit humore, respirantq. in mari pisces, ita fœtus in vtero modicam, & pœne insensibilem respirationem efficere potest. Ex his igitur patet necessarium etiam fœtus respirare in vtero, absurdumq. etiam affirmare cor vitæ principium nullum habere vsum, quamdiu fœtus in vtero moratur. A

Mar.n.9. *Vers. 123. Et venter inflatur, & intestina inflata supernè per vmbilicum assumunt.*

Aliam viam spiritus demonstrat, qui à matre procedens per vmbilicum fertur in puerum, huncqne dispergi ait, ad differentiam illius, quem ore inspirat, hic enim non disperditur per corpus, sed expiratur foras eadem via, per quam ingressus fuerat.

Mar.n.12. *Vers. 151. Conturbatus autem, primus quidem foras prodit, deinde puer.* B

Hanc eandem sententiam ad finem repetit his verbis. Si porrò in caput processerit puer, caput primũ foras prodit, deinde alia membra consequuntur, postremò vmbilicus: ex vmbilico autem secundina tenta est: post hæc aquositas, & muccus sanguinolentus, tum à capite, tum à reliquo corpore secretus præ violentia, & dolore, & calore, atque hic viam sternit purgationi à partu consequenti, quæ quidem verba præsentem doctrinam clariorem faciunt, Nam his significare vult Hip. purgationes partus, viã parare purgationibus à partu, instar aquę affusæ in plano, quæ simul cohærens quieta manet, at si quis digito viam ipsi præstet, statim diffunditur. Notabilis est hoc in loco distinctio inter purgationes partus, & purgationes à partu, de qua nonnulla adnotauimus lib. 1. Morb. mul. sect. 2. vers. 232.

Mar.n.12. *Vers. 159. Si mulier vtero gerens morbum habuerit non cognatum, in puerperio perit.*

De tempore, & natura purgationis à partu determinatum est superius in ijs, quæ toto tempore grauiditatis incolumes fuere, indè verò de illis, quas aliquo morbo tempore grauiditatis corripi contingit, nam ijs purgationes pauciores fieri, & specie deteriores dixit. Nunc verò ait, si mulier vtero gerens morbum habuerit non cognatum, in puerperio perit, antequam purgatio absoluatur, & proindè de tempore durationis eius nihil determinari potest. Non cognatum verò morbum intelligit eum, qui nec patientis naturæ, nec grauiditati conueniens est. Ex huiusmodi verò morbo mulierem perire necesse est, quia id absque forti causa non euenit, quæ mulierem in discriminen adducit, si enim puerperia sanis sunt difficilia: morbo familiari correptis mala, quia specie deteriora, necessariò erunt pernitiosa illis: quas morbus non cognatus vexauerit ante. C

Mar.n.12. *Vers. 160. Si verò non purgetur in prioribus diebus in ventre habens, iam antea sana existens, & non existens sana, commoueatur autem ipsi purgatio siue pharmacis, &c.* D

Quo tempore durent puerperij purgationes, quę statim à principio inceperint Hipp. docuit superius, nunc verò ait si non à principio erumpant, sed quibusdã transactis diebus, siue spontè commoueantur, siuè pharmacis; tam in ijs, quæ tempore grauiditatis sanæ fuerunt, quam in ijs, quæ aliquo morbo correptæ sunt, semper iuxtà determinatum tempus perdurare, in masculis, scilicet diebus triginta à partu: in femellis verò ad quadraginta duo ad summum, non quippe vnica vice procedit purgatio (ita enim sonant verba Græci contextu ἰὸν οὐ κωρεες ες ἅπαξ. ἰὸν namque pro οω, Doricè, & Ionicè vsurpari nouimus) quasi dicat, sicuti non est necesse puerperij purgationes vnica vice procedere, hoc est continuato cursu per totum tempus iam dictum incessanter fluere: quia communiter habent intermissiones, per quas sæpius intermittunt, & repetunt, ita licet circa primos dies non fluant, non ob idest necessarium vlterius produci ad longius tempus ab eo, quod determinatum est suprà. Quod si nec à principio, nec subsequentibus diebus mulier purgetur, morbus magnus ipsam corripiet, & vitæ periculum incurret ob malitiam retentæ purgationis necessariæ. E

Mar.n.21. *Vers. 250. Lac autem ab eiusmodi necessitate fit, &c.*

Quomodo lac generari incipiat in vtero gerentibus docet hòc in loco Hipp. ea occasione; quia absoluta formatione fœtus moueri incipit, & eodem tempore lac in mammis apparet. Vndè vera lactis materia demonstratur, eiusque efficiens causa. De materia inquit, esse pinguissimum ex cibis, & potibus, quod à ventriculo expressum posilit in omentum, & carnem, & indè fertur ad mammas, quam quidem materiam recepit lib. 1. Morb. Mal. sect. 3.

vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 48 sur 636

A verſ. 341. dulciſſimumq. humorem ex cibis, & potibus appellat. Exprimitur autem ſuccus iſte à ventriculo, comprimente vtero ex fœtu in tumorem eleuato. Hunc ſuccum primum ſuſcipiunt, & omentum, & circum ſitæ carnes, potiſſimum verò, quæ ſunt in humeris, nam hæc pars præ alijs craſſior eſt, & carnoſior, & hanc ſpecialiter indicauit in illa ſententia lib. 2. Epid. ſect. 3. verſ. 130. in hunc modum regiſtrata: A cibis, & potibus humeri, & mammæ inflantur: in cuius explicatione eo in loco demonſtrauimus, quod nuper dicebamus præcipuum receptaculum materiæ lactis eſſe humores, à quibus mulieres in actu ſuctionis eam deſcendere ſentiunt manifeſtè. Huiuſmodiq. receptacula materiæ lactis deſtinauit natura, ne in ventriculo diutius retenta in Chylum tranſmutaretur, & minus apta redderetur tranſmutari in lac, in hiſque receptaculis materia, hæc non modo adſeruatur, ſed ad lactis formam ſuſcipiendam diſponitur mediante caliditate, quæ dictis partibus ab vtero impartitur: quę quidem
B diſpoſitio longè diuerſa eſt ab ea, quæ cibis, & potibus communicatur à ventriculo, & ideò huius opifex calor exiſtit, qui ab hepate per amplexum ventriculo communicatur: illius verò, caliditas ab vtero proueniens. Eſtque rationi conſentaneum, calorem actionis auctorem ab ea parte influere, cui eadem actio inſeruit, ita vt chilificatio, quæ in gratiam ſit ſanguificationis, cuius inſtrumentum eſt hepar, à calore fiat ipſiuſmet hepatis, & diſpoſitio materiæ ad lactis formam ſuſcipiendam à calore ab vtero influente omninò proueniat. Lac enim in gratiam vteri videtur factum: quando primum fœtus in vtero exiſtens lacte frui incipit, vt Hipp. indubitatum eſt. Et hic eſt conſenſus vteri, & mammarum, & pectoris, quem toties admirabatur Hipp. Hoc igitur calore mediante præfatæ partes materiam lactis diſponunt, & perficiunt, idque ſignificare voluit Hipp. per illa verba: Pingui enim excalefacto, ac albo effecto, quod edulcatum eſt à caliditate, quæ ab vteris acceſſit, expreſſum tendit in mammas.
C Hanc verò caliditatem mammis impartitur vterus mediante portione quadam ſanguinis, quem per venulas quaſdam transfundit in mammas, & circumſitas partes calefacit, vt lactis materiam dealbare, dulcorare, & perficere poſſint. Hancque portionem ſanguinis ab vtero tranſmiſſam ad mammas, caliditatem vocat hoc in loco, quia etiamſi & ipſa materia lactis euadat, vt demonſtrabitur inferius, reſpectu tamen materiæ à ventriculo expreſſæ, admodum exigua eſt; ita vt qualitate potius, & virtute agat, quam mole. Nam hanc eandem materiam magis propriè expreſſit libro de Glandulis, verſ. 136. vtramque lactis materiam agnoſcens his verbis: Et alimentum, quod in ſe trahunt in lac permutant (intelligit ſuccum à cibis, & potibus expreſſum) & ab vtero accedit ad mammas, quod poſt partum ceſſurum eſt in alimentum, reſpicit enim alteram lactis materiam, portionem ſcilicet dictam ſanguinis ab vtero ad mammas tranſmiſſam, cuius calore materiam lactis præparari, & perfici iam diximus, & *Mar. n. 11.*
D hæc primæ generationi lactis adeò neceſſaria eſt, vt ea deficiente præfatus ſuccus etiam ſi diutius in mammis moram trahat, nunquam tamen in lac tranſmutari poſſit; ex quo fit, vt quamuis in molæ conceptu vterus in tumorem eleuatus compreſſionē faciat in ventriculum, per quam ſuccus dictus ad eas partes exprimatur, vndè mammæ turgent, quemadmodum in gerentibus fœtum; non tamen lac generatur, vt Hipp. teſtatur lib. 1. Morb. Mul. ſect. 3. verſ. 303. quia ſcilicet ob defectum motus (nihil enim in ventre moueri ſigno indicauit molæ conceptum Hipp. loco eodem) illud ſanguinis exiguum non tranſmittitur ad mammas, cuius calorem materia, qua mammæ turgent, in lac tranſmutetur. A motu verò infantis in vtero lactis generationē habere, ex eo conſtat, quia non prius lac in vtero gerentibus apparet, quam fœtus incipiat moueri. Et vbi peperit mulier (ſubiungit Hipp.) lac in mammas procedit ſi lactauerit principio motus facto, ideſt propter motum in ipſo partu concitatum in vtero, dixit autem, ſi lactauerit, quia excluſo fœtu ventris tumor concidit, indèque compreſſio ceſſat
E ventriculi, propter quam lactis materia exprimitur ad mammas: quapropter hac deficiente cauſa, niſi violentia ſuctionis ſuccedat, per quam venæ ampliores effectę vtramque materiam, & ab vtero, & à ventriculo attrahant, vt ait Hipp. lactis generatio ceſſat, quod tempore grauiditatis non euenit, quia ab vteri tumore, & pueri motu vtraque materia concitatur ad mammas, quæ in lac tranſmutatur continuò: dum eius portio ad vterum fertur, vt fœtus ex parte nutriatur, quemadmodum teſtatur Hipp. non hoc in loco tantum, ſed etiam libro de carnibus, & alijs pluribus in locis, reſiduumq. à calore mammarum conſumitur. Ex quibus patet, alio modo lac generari in grauidis, alio poſt partum, in his enim vi ſuctionis materia, *Mar. n. 97.*

Alio modo lac generatur in grauidis, quam in enixis.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 49 sur 636

lactis attrahitur ad mammas, in illis verò vteri compressione, & pueri motu, vndè apparet ratio, propter quam Scythæ (vt Herodotus auctor est lib.4.fol.277.) vteros equarum inflantes flatu per pudendum suflatorijs osseis fistulis similibus immisso, maiorem lactis copiam haberent, vterus enim flatu intumescens comprimendo ventrem, vberiorem succum exprimit ad mammas: vndè copia lactis augetur: simul etiam concurrente motu ab eodem flatu in veteris concitat, à quibus lactis generationem in vtero gerentibus dependere iam diximus. Quare, vtraque causa, & vtroque modo generationis lactis vna concurrentibus non est mirum si lactis copia augeatur. Quæ si vera sunt non rectè sentire videntur illi, qui coitum nutricibus prohibent, lac inde vitiari, & minui existimantes, coitu enim mediante motus concitatur in vtero, à quo lactis generatio dependet, & ex coitu alacritas inducitur mulieri, vndè venulæ laxantur (vt dicebat Hipp.lib.1.morb.mul.vers.416.) quæ ad lactis vbertatem, & bonitatem plurimum conferre indubitatum est, imò si veneri assuetas abstinentia tantoperè lædit, quod viro orbatæ quotidiè experiuntur, quæ varijs morborum generibus fiunt subiectæ, nutrices à proprio viro penitus segregare non est tutum. Ex enarratis igitur patet materiam lactis ex Hipp. duplicem esse, alteram quidem copiosam, quæ ex cibis, & potibus nondum concoctis in ventriculo exprimitur, exiguam alteram, sanguinem scilicet ab vtero ascendentem ad mammas, quæ agentis potius, quam materiæ rationem habere videtur, vndè malè cum præceptore conuenit Galenus, dum totam lactis materiam sanguinem statuit perfectè elaboratum in hepate quæ quidem opinio multos fautores habuit, ita vt communis opinio recepta sit apud Medicos, & Philosophos ferè omnes. Nihilominus, quia Hipp. Medicorum, & Philosophorum principi aduersatur, facilè expugnari posse, non dubitamus. Qua quidem in re breuitati quantum fieri potest de more consulentes ex multitudine argumentorum, quæ in hanc sententiam adduci possent, sex tantummodum in medium attulisse satis erit. Primum igitur argumentum erit hoc. Si tota lactis materia esset sanguis perfectam sanguificationem iam ante consecutus in hepate, impossibile esset mulierem lactantem viuere, ne dum incolumem permanere, constat enim, infantem singulo die vltra duas lactis libras sugere, quod quidem si ex totidem lib. sanguinis constaret, sequeretur à mulieris corpore duas sanguinis libras quotidie excerni. Sed quæ mulier tantam sanguinis iacturam facere potest, quin pereat breui? quando videmus eas, quæ ab immodico fluxu menstruorum vexantur, longe minori sanguinis excretione non longo tempore in cachexiam incidere & perire? namque, nec ventriculus tantam ciborum quantitatē superare, nec hepar sanguificare potest, quæ & corporis nutritioni, & sanguinis excretioni satisfacere queat, & si eadem materia lactis censetur in belluis, certum est, plures singulo die tantam copiam lactis dare, quantam sanguinis non capiunt venæ totius corporis. Nam vaccæ in Epiro, vt Aristot. testatur lib.3. de Hist. Anim. cap.21. singulæ lactis amphoras singulas implent, quæ quidem quantum vis magnæ, facta sanguinis in lac transmutatione exangues omnino redderentur. Amphoram enim 80. libras capere iam notum est. Præterea, si mulieri vtero gerenti non fluunt menses, quia sanguinis exiguum quotidie absumitur in fœtum: quomodo possibile esset, lactanti menstrua fluere, si singulis diebus tanta sanguinis copia in lac absumeretur. Constat enim, plurimis menses secundum naturam fluere, transactis potissimum octo, vel nouem mensibus à partu. Tertio, corpus tantæ sanguinis copiæ generationi assuetus, statim in pernicioſam plethoriam incideret, vbi mulier lac dare cessaret, & tamen nihil incommodi alicui euenisse obseruatum est, imò nec menses ante consuetum tempus ijs erumpunt, nec copia consueta maiori, signum euidens, nihil, aut parum consuetæ excretionis retentum esse, quando nec nimiam quidem sanguinis repletionem inducere potuerit. Quarto, si ex sanguine lac generaretur, siue ab vtero, siue à qualibet parte ad mammas secedente, purgationes puerperij cessarēt omninò, dum lac, secundo à partu die tanto impetu fertur ad mammas, vt puerperarum plerisque febris accendatur, quæ vulgariter febris ex lacte appellatur, ita enim fieret reuulsio maxima ab vtero, sanguine cōfestim ad mammas irruente, & nihilominus eodem tempore, & puerperia copiosè erumpunt, & lac abundat in mammis: signum euidens, aliam esse materiam lactis, aliam puerperiorum, quorum si portio quædam ascendit ad mammas propter motum concitatum in vtero tempore partus, cuius calore excalefactæ mammæ maiorem succi copiam postea trahunt à ventre, vt supra explicatum est; hæc non est tanta, quæ puerpe-

Coitus in nutricibus vtilis.

Materia lactis duplex.

Lac non ex solo sanguine, sed etiam ex cibis, probatur.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 50 sur 636

©BIUM

A puerperia impedire, aut auertere possit. Quinto loco, si tota materia lactis esset sanguis, ab
A vtero transmissus ad mãmas, natura ductus maiores constituisset, eosque continuatos: nõ adeò
exiles, & per anastomosim inuicem communicantes, quotiescumq. enim materia copiosa ad
multam distantiam ferri debet (ad proximiora enim loca sufficiunt porositates, vt de mammis,
& carnibus testatur Hipp.) natura ductus amplos, eosdemq. continuos ipsi dicauit. Sed vasa,
quæ ab vtero tendunt in mammas, adeo exilia sunt, vt plurium anatomicorum nouaculas
euaserint, qui tamen ea cognouere, eo artificio confecta esse testantur, vt superiora à mammis
descendentia secundum extremitates tenuissimas communicentur vasis, quæ ex vtero sursum
ascendunt ad epigastrii regionem, idque à prouida natura factum est, quia si maiores, & con-
tinuati adfuissent ductus ab vtero ad mammas, periculum erat, ne aliquando sanguinis tanta
copia raperetur à mammis, vt fœtus nutrimento priuaretur, quare angusta vasa confecit con-
uenientia paucitati materiæ, sanguini scilicet ascendenti ab vtero ad mammas, & lacti viciſſim
B descendenti ad vterum pro ipsius fœtus refectione, vt Hipp. indubitatum est. Sextum, &
postremum argumentum erit huiusmodi. Si lac ex sanguine generaretur, non ex succo à ci-
bis & potibus expresso, impossibile esset odorem, & facultatem ingestorum adhuc retinere,
quandoquidem nullus odor, aut qualitas manifesta obseruatur in sanguine cibariorum è
quibus conflatus est, & multò minus in ijs, quæ ex sanguine generantur. Contrà verò lac
sæpe odorem retinet, & facultatem ingestorum, vt docet experientia Hipp. ipso assentiente
lib. enim 6. Epid. sect. 2. vers. 38. legimus, Mulier, Capra elaterium, aut cucumerem syluе-
strem comedentes, pueris purgatio. Idque mihi cognitum est experimento. D. Franciscæ
vxor magistri Baptistæ de Castellis cementarij in Vrbe, assumpto medicamento purgante
statim mammam porrexit puellæ aniculæ, quam lactabat, non existimans, tam citò virtutem
C medicamenti ad mammas peruenire posse (nam id à me vetitum fuerat ante) quæ adeò for-
titer purgata est, vt de superpurgatione læthali dubitatum sit. Matri verò ne semel quidem
aluus subducta est, signum euidens medicamentum ad mammas suctionis violentia statim
raptum fuisse, quemadmodum etiam euenit D. Pompiliæ vxori D. Adami Melfi aromatarij
in vrbe notissimi quæ cum purgandi gratia lactis caprini sex libras vnica vice assumpsisset, vi
suctionis totum conuersum est ad mammas, ita vt cum puella, quam lactabat, sugendo non
sufficeret, coacta est plures adhibere infantes, qui sugerent: aliàs mammæ dirumpi præ
turgentia videbantur. Hæc & alia multa his similia quotidiè obseruantur, quæ sicuti
Hipp. sententiam indubitatam faciunt, ita contrarias penitus euertunt, vt non satis mirari
possim non dicam tot medicos, quando plerique à Gal. placitis obcæcati, sæpe ne lucem
quidem Solis videre possunt; sed principem philosophorum Arist. si lactis totam materiam
credidit sanguinem; non portionem tantummodo exiguam ab vtero ascendentem ad mam-
D mas, Hipp. consentiens, quæ & ipsa tandem in lac transmutatur, cognouit enim, à ventriculo
ad mammas per substantiæ porositates ferri, non succum modo tenuem iam dictum, sed etiam
crassiora corpuscula, nam 7. de Hist. Anim. cap. 11. testatur, si lactans pilum cum cibo, aut
potu ingerat, ad mammas peruenire, in earumque papillis consistentem, morbum inducere,
quem τριχίασιν vocat. Sed longè pilis crassiora è mammis cum lacte exijsse cognoui. Narra-
uit enim mihi illustris. & admodum Excell. Prosper Cechinus Chirurgus in Vrbe primarius
aliquando è papilla mulieris extraxisse furculum cicorij, quod vesperi præcedenti come-
derat, præsente D. Antonio eius alumno, qui idem mihi affirmauit, in cuius rei confirmationem
Domina Domitia de Griffonibus matrona nobilis, & omni fide dignissima obseruauerat, pue-
rulum filium suum adhuc menstruũ sæpius cum stercore excreuisse furfures quam pane surfu-
raceũ comedebat nutrix, vt alui adstrictioni immodicæ occurreret. Quæ omnia palam faciunt
E materiam lactis esse succum alimentorum, nondum concoctorum à ventre ad mammas per
carnis porositates attractum, ita vt quò mulier carne rarior est, eò maiorem lactis copiam
producat, vt Hipp. testatur, & ideò non sunt necessarij ductus conspicui, qui præfatum suc-
cum deferant ad mammas: per quos si lactis materia procederet, non obseruatum fuisset à
præceptore, carne rariores, lacte magis abundare; sed quæ venas amplas habent, quæ sunt il-
lis contrariæ. His rationibus, & experimentis si quispiam acquiescere nolit, nutrices ipsas
percunctetur, affirmabunt enim, euidenter per sentire descensum lactis ad mammas, statim in-
gesto cibo, vel multò etiam euidentius à potu, à quo immediatè inanitæ mammæ replentur,

idque

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 51 sur 636

idque adeò euidenter, vt de hac re dubitare, apud ipsas ridiculum sit. A

Mar.n.27. *Vers. 336. Sic etiam inferna terræ pars quum plena sit, & ipsa à seipsa, &c.*

Causam quærens Hipp. cur pars terræ interior hyeme calida sit, eam assignauit, quia in hyeme terra à frigore, & pluuijs fit densa, & compacta, vndè spiritus, siuè vapor ab aqua in visceribus terræ contenta eleuatus, cum propter densitatem egredi nequeat, retrò abit ad aquã ex qua eleuatus est, eamque calefacit, quia spiritus aqua calidior est; augetque, eodem in aquam conuersò, & hac ratione deducit, fontes hyeme calidiores esse, & auctiores. Ex quibus facilè est colligere quæ fuerit Hipp. sententia de fontium origine: materia adeo difficilis, vt philosophorum principes in varias traxerit sententias. Alij enim existimarunt, fontes à pluuijs generari, quatenus terra ab his madefacta in cauitates quasdam reconditas humorem deponit, vndè scaturiunt fontes. Alij à mari, quod montibus altius faciunt, fontes emanare per subterraneos cuniculos, crediderunt. Alij denique mediantibus vaporibus è profundo ad terræ superficiem eleuatis, & ab eius densitate in aquam conuersis fontes generari, existimarunt, opinio ferè communis, quam secutus Arist. videtur, ex hoc loco fortasse mutuatam, quamuis re vera hic integra, & perfecta huius rei causa non exprimatur. Non enim intentio fuit Hipp. hoc loco de generatione fontium tractare. Veruntamen, si diligenter perpendantur, quæ hic referuntur, & quæ alibi de hac materia ab eodem sunt tradita, inueniemus eius sententiam fuisse, tres causas iam enarratas ad fontium productionem concurrere. Nam à mari originem habere fontes, absque dubio existimauit, quandoquidem lib. 1. de Diæta vers. 171. ventriculum mari assimilauit, quod dat omnibus, & ab omnibus recipit: quatenus fontes, & flumina producit, quæ tandem desinunt in mare. Sed certè longè diuersa ratione ab ijs, qui hanc solam causam agnoscunt originis fontium, suppouit enim Hipp. mare per vniuersum terræ ambitum diffundi ad eam altitudinem, quam maris superficies suprema ascendit; eam verò supra terræ superficiem eleuari, nè dum supra altos montes est ridiculum: quomodo enim flumina, quæ superficiem terræ permeant, peruenirent ad mare? fortasse ascendendo? maris igitur superficies inferior est superficie terræ, & iuxtà maris altitudinem terræ ambitus totus madescit, cum sit intimius porosa, & aquæ satis perria, ex terra igitur à mari madefacta perpetuò eleuantur vapores, qui vbi ad eius superficiẽ à pluuijs, & à frigore densatam perueniunt, cum exitum non habeant, retro abeunt ad aquam, & in eam conuertuntur, & hoc modo per vapores aqua in visceribus terræ contenta ad altitudines montium peruenire potest, & in ijs maximè concrescunt vapores, quia terra ibi frigidor est, & densior, vndè minus exhalare possunt. Et hoc pacto & mare, & pluuiæ, & vapores ad fontium generationem concurrunt, quæ quidem opinio, sicuti supremi philosophi Hipp. est, ita omnes probabilitate superat, eamque receperunt posteriorum nonnulli, propriam sibi ipsis felici rapina efficientes. B C D

De fontium origine.

Mar.n.12.

Mar.n.38. *Vers. 450. Si verò violentam affectionem perpetiatur puer, etiam ante præfinitum tempus ruptis pelliculis prodit.*

Admonet nos hoc in loco Hipp. aliquando puerum in lucem exire ante præfinitum tempus, quod in decimum mensem cadit, quoniam alimentum à matre procedens non amplius sufficit pro eo nutriendo, ex quo patet, perperam receptum esse à posterioribus, causam naturalis partus Hipp. statuisse alimenti defectum, quando contrarium potius fatetur, alimenti scilicet defectum causam esse, cur aliquando fœtus ante præfinitum tempus edatur. Huiusq. erroris occasio indè orta est fortasse, quia idem Hipp. paulò inferius, vt demonstraret, mulieres vltra decimum mensem in vtero gestare minimè posse, eadem vsus est ratione: quia scilicet decimo mense transacto alimentum, quod à matre descendit, non est sufficiens puero iam nimis aucto. Verum hi animaduertere debuerant, hoc non asseruisse Hipp. tanquam hæc sit partus naturalis causa: quando contrarium omninò paulò inferius docet manifestè: dum subiungit: Et hoc perpetiuntur magis primiparæ: deficit enim pueris alimentum, vt ad decimum vsquè sufficere non possit. Et hac ratione euenit, vt lib. de septim. partu testetur, fœtus nonimestres non adeò vitales esse, quemadmodum decimestres, qui perfectissimi sunt; sed vt ex abundanti demonstraret, impossibile esse, vlterius in vtero permanere, etiam si nulla alia causa pariendi concurreret. Verum etsi alimenti defectus videatur dici posse causa partus: quia deficiente eo cogitur puer exitũ sibi procurrere, non indè sequitur, quotiescunq. puer in

Alimenti defectus non est causa partus naturalis.

E

lucem

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 52 sur 636

A lucem exit, id fieri, quia ipſi deficiat abimentum. Quia ſicuti multis, vt paulò ante dicebamus) prius deficit alimentum, quā ad exactam maturitatem peruenerint, ita aliquādo exactam maturitatem conſecutus, in lucē exit tempore naturali, videlicet menſe decimo, quamuis ſufficiens alimentū à matre tranſmitti vlterius poſſet, idq. ijs euenire rationabile eſt, qui parui, & debiles naſcuntur, ex matre ſana, & ſucci plena. Plus nutrimenti enim abſumit nonimeſtris ſanus & optimo habitu præditus, quā decimeſtris paruus, ac debilis, quarè ſi nonimeſtri non deficit alimentum, quominus ad decimū peruenire poſſit, nec decimeſtri hac ratione deficere debet: ita vt vltra decimū menſem eius exitus protrahatur, quod tamen nulli adhuc conceſſum eſt. Maturitas igitur perfecta, eſt principalis cauſa partus naturalis, & omniquaq. perfecti: ita vt ſi alimentipenuria ad naturalem partum efficiendum concurrit, id non primario, ſed ſecundario quodammodo præſtat, quia ſcilicet ſtatim ac puer ad exactam perfectionem, & maturitatem
B peruenit, ſimul etiam ei deficit alimentum. Ductus enim, per quos alimentum procedit, attenuantur, conniuentque, vndè via alimento deſcendenti à matre intercipitur, quod eleganter Hipp. lib. de Octimeſt. Part. verſ. 43. hoc exemplo explicauit. Quemadmodum autem (inquit) in his quæ ex terra naſcuntur fructus pleni, & maturi ſecernuntur, & decidunt iuxtà diſcriminationem, qua parte inhærent, ſic etiam pueris maturis, ac perfectis vmbilicus quidem conniuet, & clauditur, reliqua verò aperiuntur, vt & ingredientia ſuſcipiant, & exitus habeant ſecundum naturam, quibus neceſſe eſt viuentes vti. Ex quibus manifeſtè patet cauſam naturalis partus eſſe maturitatem, & perfectionem, quod ſi ante maturitatem, deficiente alimento puer in lucem exeat, partus vitalis quidem eſſe poterit, quia ſecundum omnes partes perfectus eſt, non tamen naturalis omninò dicendus eſt: ſed ante exactum tempus ob cauſam aliquam præternaturalem editus. Ex quibus patet humani partus vnicum
C tempus à natura conſtitutum fuiſſe in quo fœtus perfectiſſimi naſcuntur, & omnium maxime ſuperuiuunt, & facillimè educantur, idque determinauit Hipp. dierum 280. à conceptione. Verum non inde ſequitur, vt quicunq. ante illud tēpus naſcuntur imperfecti, & non naturales haberi debeāt, quoniam vbi fœtus eam perfectionē eſt cōſecutus, quæ ita peculiaris eſt vteri, vt eam aliundè comparare minimè poſſit, tunc perfectus, omnino dici debet, quia vt dicebat Hipp. lib. de ſept. Part. verſ. 17. ratio & tempus, in quod enutritus eſt in vtero, conſtitit, vt omnium particeps ſit, quorum etiam perfectiſſimi participes exiſtunt. Hancque perfectionem fœtum acquirere menſe ſeptimo teſtatur Hipp. ita vt quidquid augumenti, & roboris indè ei accedit vſque ad exactam maturitatem, non ſit ſimpliciter neceſſarium, quia dicta maturitas non prouenit immediatè ex parte fœtus, ſed membranarum ipſum continentium, alioqui non poſſet afferri ratio, cur fœtus, qui perfectionem adeptus eſt ſpatio 183. dierum, maturitatem
D recipere debeat ab vtero eodem omnino tempore in quo fœtus ille qui non niſi 210. diebus ad eandem perfectionem peruenit, conſtat enim intra illud temporis ſpatium fœtus omnes perfectionem aſſequi, quæ peculiaris eſt ſeptimeſtrium, pro vt contingit plus, aut minus ante plenilunium, aut poſt conceptos eſſe: vt docet Hipp. lib. de Sept. Partu, & nos explicauimus ſuper textum verſ. 23. licet omnes exacto tempore 280. dierum perfectam maturitatem conſequantur. Fœtus igitur perfectio quæ ab vtero dependet præſcripto temporis interuallo perficitur, diuerſitatē illam temporis ſuſcipiens, ratione Solis, & Lunę, quæ vt cauſæ videlicet ad illius generationem concurrunt. Maturitas verò, quę eius exitum limitat, à membranarum diſpoſitione pendet, quæ cum à naturali facultate tantummodo ortum ducat, eodem tempore in omnibus contingit. Hanc verò membranarum diſpoſitionē, quæ partus maturitatem limitat in eo conſiſtere ex antedictis licet colligere, quia dum ſanguinem pro fœtus
E nutritione ab vtero exſugunt, indies craſſiores, tum denſiores euadunt, quæ poſtquam eam denſitatem, ac duritiem contraxerunt, vt amplius nequeant vtero adhærere, ſuctio alimenti ceſſat, quo deſtitutus puer, calcitrādo ſibi exitū parat. Fœtus ergo licet perfectionem, & robur ex maturitate acquiſierit, cū nihil ſit, quod illum moleſtat, non prius exitū procurat, quam ab aliqua cauſa compellatur, quæ niſi alia præcedat, defectus alimenti tandē iuxtà rationē allegatā aduenit, quæ illum exire cogit, iſque ſolus eſt partus maximè ſecundū naturam, ad quem efficiendum, nihil violentū, & præter naturā concurrit. Quoniam igitur maturitas hæc, & robur fœtus, non prouenit ab vtero, quatenus generationis eſt inſtrumentum, quando etiam extra vterum ea comparare poteſt, quod palam faciunt ſeptimeſtres, qui ſuperuiuunt, & educantur,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 53 sur 636

cantur, ideò non minus perfecti vera perfectione dicendi sunt septimestres decimestribus, licet hi robustiores nascantur, & magis vitales. Quod si natura vlterius in vtero commorari voluit, id factum est, vt indè robustiores effecti, labores partus, & incommoda, quæ ex loci mutatione contingunt, facilius tolerare possent: à quibus conflictati plerique septimestrium intereunt. Eandem naturæ prouidentiam obseruare est in seminibus, quæ licet post absolutam figuram, & magnitudinem conuenientem, exactam perfectionem habeant, ita vt si adhuc mollia, & viridia colligantur, siccataq. tempore conuenienti terræ mandentur, non minus germinent, ac fructum afferant, quam ea, quæ exactam maturitatem in propria planta fuerint assequuta, argumentum euidens, habere perfectionem à natura intentam, quæ est speciei conseruatio: nihilominus exactam maturitatem, ac fortitudinem, siuè siccitatem in proprio stipite acquirere voluit: nè in terram decidentia ob mollitiem putrescerent, priusquā germinare possent. Quare & in fructibus, & in fœtibus duplicem statum consideramus, alterum perfectionis, maturitatis alterum, ad hanc peruenit fœtus mense decimo, illam verò acquirit, septimo, & sicuti fructus, vbi absolutam maturitatem fuerint assequuti spōtè ex arbore decidunt, qui ante nonnisi violentia euelluntur, modo maiori, modo minori, pro vt à maturitate remotiores fuerint, aut propinquiores, ita fœtus ante decimum mensem, absque violentia, aliqua non nascuntur. Vndè concludendum est ad partum simpliciter consideratum duplicem causam in vniuersum concurrere. Alteram propriam, & naturalem, quæ est maturitas, quæ partum non perfectum modo, sed etiam robustum, & maximè vitalem facit. Alteram violentam, & quodammodo extraneam, sub qua omnes causæ comprehenduntur, quæ fœtum ante absolutam maturitatem ad exitum compellunt, v.g. alimenti defectus, respirationis necessitas, loci angustia, eiusdem fœtus grauitas, & si quæ alia est causa, quæ partum accelerare possit. Et licet maturitas exacta sola ad partum efficiendum rarò concurrat, quin aliqua alia causa associetur, hæc tamen adeò leuis est, vt minimè attendēda veniat. Ante absolutam maturitatem verò, absque aliqua forti & euidenti causa non oritur fœtus, licet modò maior requiratur, modò minor: quò à maturitate remotior fuerit, aut propinquior. Pro harum igitur causarum varietate fœtus nascuntur aliqui septimestes, alij octimestres, & plurimi nonimestres, omnesque verè, ac propriè partus nomen inmerentur, quia perfecti, & absoluti sunt fœtus: licet nondum exactam maturitatem sint consecuti, quæ propria est decimestrium, quæ quidem pariendi diuersa tempora respiciens Arist. 4. de Gener. Anim. 4. dixit, tempus vteri ferendi enorme mulieri tantummodo datum esse, non quia existimauerit, à natura non fuisse constitutum tempus, in quo fœtus perfectus, ac maturus existens maximè secundum naturam nasceretur, sed obseruauit fœtus in prædictis omnibus temporibus nasci, & educari, cum cætera animalia tempus habeant determinatum, in quo pariunt, eo parum, aut nihil euariante. Qua ratione autem mulier, quæ & ipsa tempus habet pariendi determinatum, in tot diuersis temporibus pariat, omissis aliorum opinionibus, dicerem, id euenire ob peculiarem hominis structuram, quia namque corpore erecto incedit, ideò euenit, vt quando mense septimo, iam fœtu absoluto membranæ eum arctè continentes laxantur, secedat inferius, vt docet Hipp. lib. de septim. part. vers. 10. ex quo motu, & loci mutatione alij fortiores sibi exitum procurandi occasionem suscipiunt, vndè septimestres nascuntur. Alij ægrotationis octaui mensis initiū subeunt, quæ quadraginta dierū spatio eos detinet, infirmosque, ac debiles reddit, aliquando vsque ad decimum mensem; vt not. Hipp. lib. cit. vers. 23. quæ imbecillitas est causa, vt ex quacunque occasione fœtus ad exitum compellatur, adiuuante vlterius eadem structura quatenus fœtus eo modo suspensus, grauitate deorsum facilè corruit. Quorum nullum in cæteris animalibus contingit, quæ cum prona incedant, nec ad laxationem membranarum, neque ex qualibet occasione deorsum secedunt, aut ad exitum impelluntur, prius quam membranæ spontè ab vtero separentur, quemadmodum humano fœtui euenire dictum est.

Fœtus primo perfectus, deinde maturus.

Mar. n. 1.

Mar. n. 2.

Mar. n. 41.

Vers. 484. *Nascitur autem ex luteo oui volucris, alimentum verò & augumentum habet ex albo.*

Admiratione dignum est, primos secretorum naturæ interpretes, Hipp. inquam & Arist. circa materiā, quæ sensus inditio determinanda videtur in contrariā sententiā omnino abijsse, ita vt quod hoc in loco de pulli generatione docet Hipp. totum oppositum tradat Arist.

Quando

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 54 sur 636

A Quando 3. de Gener. Anim. 2. ſcripſit: pullum ex albo generari, & nutriri luteo. Vtraque opinio proprios habuit ſectatores, argumentum euidens, rem hanc ſatis dubiam eſſe. Nihilominus ſi mihi licet proprium ſenſum aperire, Hipp. opinioni adhærerem libentius ea potiſſimum ratione, quia contrarium ſentientes, rem ipſam ſenſibus patere exiſtimant. Inquiunt enim quo die rupto putamine pullus nondum perfectus inſpicitur, ſemper in albumine apparere ſeparatum à luteo, propria membrana inuoluto, imò ſi pridie ante exitum pullus extrahatur, lutei portio haud exigua apparet ventri adhærens, quod iam indè pulli aluum ſubit, ibique reſidet, quouſque totum abſumatur membrorum hauſtu, ita vt ſi pullo decimo die poſt exitum reſcindas aluum nonnihil adhuc vitelli reperias, quod Ariſt. teſtatur lib. 6. de Hiſt. Anim. cap. 3. ita vt concludant ex his conſtare pullum, ex luteo nutriri, & augeri. Quæ quidem opinio, quò ſenſu euidentior apparet, eò magis ſuſpecta redditur, quia non eſt veriſimile Hipp. qui tanta ſolertia hanc rem contemplatus eſt quotidiana inſpectione ouorum ſingulorum, vſque ad poſtremum tempus perfectionis, & excluſionis pulli: hæc adeo ſenſui manifeſta non cognouiſſe. Quare potius aſſerendum eſt Ariſt. & eius aſſeclas à ſenſu ratiocinantes deceptos eſſe, quam ſummum præceptorem ſenſu patentia non aduertiſſe, qui cum aſſerat volucrem ex luteo generari manifeſtum omnibus eſſe, qui animum aduerterunt; rationabile eſt credere eos, qui aliter ſentiunt non rectè animum aduertiſſe omnibus, quæ diligentiſſimus Hippocrates, obſeruauit. Conſiderauit enim luteum, vt quid nobilius primo generari, ſuperueniente albo circa poſtremos dies, in cuius medio collocatum eſt luteum quaſi in cuſtodiam, quippè quod principium & opifex animalis futurum eſt. Hoc enim, vt pars oui calidior ad formam membris inſtituendam aptius eſt: quemadmodum nutritioni magis conuenit albumen, vtpote frigidius: quod etiam exiſtimauit Ariſtot. 3. de Generat. Anim. 1. quamuis præter omnium Medicorum conſenſum, & experientiam ipſam, albumini caliditatem tribuerit, & luteo frigiditatem. Conſiderauit etiam Hipp. oua piſcium ſolo luteo conſtare carentia albumine, quod ipſis minimè neceſſarium fuit, quippè qui ex aqua augumentum, & alimentum haurire poſſent, quod ſi generatio dependeret ex albumine, piſces vndè eam haberent, cum careant albumine? Eadem ratione in auibus maior eſt quantitas albuminis, quam lutei, quia maior copia humoris requiritur ad nutritionem, quam ad generationem, excipiuntur aues, quæ in aquis degunt. quibus (vt ait Ariſt. 3. de Gener. Anim. 1.) luteum albumen ſuperat copia, quia ſcilicet propter humiditatem temperamenti, & loci in quo degunt minus alimenti hic pullus eget, quam terreſtres aues, quaſi, mediæ ſint naturæ inter aues terreſtres, quibus albumen copioſum datum eſt, & piſces, quibus omninò denegatum fuit. Hæc omnia perpendens Hipp. vidit pulli generationem inchoari in albumine quidem, ſed ex luteo: quatenus incubante matre, ouum incaleſcit, ex cuius luteo, vtputa calidiore natura ſpiritus eleuantur, & cum eo pars lutei purior, & tenuior, ſemini in viuiparis proportione reſpondens: amboque per albumen procedentes in eo pulli generationem inſtituunt, ea verò ratione albumen tranſcurrunt, quia cum calida ſint refrigerationem ex albumine expetũt, quia vt ſuperius verſ. 20. dicebat Hipp. omne calidum frigido moderato nutritur, & hoc modo fit generatio pulli ex luteo in albumine, quo nutriri debet, quemadmodum in aqua piſces ex ſolo luteo generantur: vt indè alimentum, & augumentum trahant; tranſcurrentes verò ex luteo in albumen ſpiritus, & lutei portio prædicta, vmbilicalia vaſa, hic, illinc conſtituunt, & in hoc decepti ſunt aduerſarij, quia non animaduerterunt diuerſitatem generationis animalium, quæ in vtero generantur, ab ea, quæ fit in ouo, in illa enim quia alimentum non eſt præſens, vmbilicalia vaſa facta ſunt, vt per ea alimentum deferant in fœtum. At in generatione volucris, quia alimentum præſens eſt, alium vſum habent vaſa prædicta, per ea enim non alimentum, ſed materia, & efficiens generationis procedunt. Generatione autem pulli iam peracta, eoque iam perfecto, & ad exitum parato, quia vidit Hipp. albumen in totum conſumptum, indè deduxit hoc fuiſſe illius nutrimentum, quo deficiente intus contineri nequit amplius, & quia interim lutei portionẽ haud exiguam adhuc ſupereſſe animaduertit, cognouit hoc fuiſſe id, ex quo pullus genitus eſt, qui cum ex tenuiori parte confectus ſit, quod craſſius eſt in plumas extremis diebus tandem conuertitur, hoc autem non abire in nutrimentum pulli, illud certiſſimum argumentum eſt (quamuis aduerſarij id pro ſe Martem credant) quia, vt ſupra ex Ariſt. adnotatum eſt, orto iam pullo portio eiuſdem

lutei

An pullus generetur ex albo ouiari viro ex luteo

Mart. n. 2.

lutei per plures dies in aluo apparet, qua si nutriretur pullus interim alimento non egeret, quod tamen statim ab ortu quærit, quia vt de puero docet Hipp. lib. de Octimest. vers. 41. quando meatus alimenti per os aperiuntur, obstruuntur illi, qui ex vmbilico proueniunt. Quare cum pullus à principio ortus alimentum, ex ore suscipiat, signum est residuum lutei, quod gestat in aluo nutritioni ineptum esse, & ex consequenti totum luteū pariter huiusmodi fuisse. Sed inter omnia, quæ Hipp. sententiam confirmant illud maximum est, quod in conceptione monstruosa pullorum obseruatur, nam ex ouis, quæ geminis luteis constant gemini excluduntur pulli; si lutea septo distinguantur, id attestante Arist. lib. 6. de Hist. Anim. 3. sin minus vnicus pullus generatur quadruplicibus alis, & pedibus, vnde hoc nisi quia ex luteo generationis principium & perfectio dependet? quando ad grandines dictas, quæ initio vitelli adhærent, id referri non potest, cum hæ nihil ad generationem conferant ex ipsiusmet Arist. sententia lib. cit. cap. 20. Hæc & consimilia sunt, quæ Hipp. partim oculis perspiciens, partim mente considerans in eam deuenit sententiam pullum ex luteo generari, alimentum verò, & augumentum suscipere ex albo, quæ non recte percipientes multi in contrariam abire sententiam coacti sunt. A B

Mar. n. 42. *Vers. 505. Porro disruptis pelliculis si pueri momentum, &c.*

Superius dicebat Hipp. fœtum in vtero à pelliculis, ita contineri, vt non permitteretur vmbilico libratum secundum caput, etsi natura grauius deorsum ferri, sed sursum potius situatum gestari situs quidem humanæ figuræ respectu secundum naturam: iuxta partium tamen grauitatem, & leuitatem contra naturam. Si ergo dictis pelliculis disruptis, & pueri partibus super vmbilicum instar lancis momenti libratis superiores prædominauerint, ita vt deorsum inclinent, mulier facile parit, quia fœtus in caput procedit. Et hic partus naturalis dicitur; quia secundum naturam est partes grauiores deorsum ferri. Si verò non superauerint obliquus, aut in pedes procedet, & partus non naturalis vocatur, quod sæpè contingere notat: quia momentum illuc inclinat propter causas in testu assignatas, in quibus explicandis immorari non est opus. C

Mar. n. 43. *Vers. 519. Et tum mammæ tum reliqua membra, quæ humidiora sunt.*

Mammas, & reliqua membra humidiora, hoc est humorem in seipsas colligentia rumpi ait: Hipp. quia largiùs humorem fundere incipiunt eo tempore, quo fœtu excluso puerperij purgationes procedunt, quod firmissimum argumentum est, lac ex sanguine ab vtero transmisso nequaquā generari, quia si hoc esset lac euanescere potius, eo tempore quā abūdare deberet. Notat autem Hipp. & lactis, & cæterarum humiditatum minus prodire in primo partu, in alijs verò amplius, & prout pluries pepererunt eo copiosius erumpere. Euacuatis (inquit) venis præ partus purgatione. Nam dū humor aut continetur, aut euacuatur vasa tum continentia, tum fundentia indies ampliora redduntur. Hac enim eadē ratione & principio lib. 1. Morb. Mul. concludebat ex mensibus minus lædi eas mulieres, quæ sæpius pepererunt, quam, quæ nunquam, aut raro. In his enim dilatatæ venæ ob mensium suppressionem, quæ tempore grauiditatis contingit humorum collectioni, ita assuescunt, vt postea non ita lædantur, quemadmodum quibus venæ sunt angustiores, & repletioni non assuetæ. Vasa autem quo sunt ampliora eo plus humoris continere, & effundere indubitatum est. D

Lac non fit ex sanguine ab vtero transmisso.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

Ad librum de Carnibus.

PROSPERI MARTIANI PRAEFATIO. E

Etsi codices Græci omnes præsentis libri inscriptionem habent περὶ Καρνῶν non περὶ ἀρχῶν de principijs, tamen rectius inscribi hunc lib. de princ. quā de carnibus senserūt plurimi expositorum, eo quod hominis principia inquirantur in hoc opere. Quæ quidem hoc in loco considerantur non quatenus ex semine ortum habet: quando de hac materia sufficienter, & in libro de Natura hominis, & de Genitura, necnon & in lib. de Natura fœtus tractatum est; sed quatenus homo, cum ante in rerum natura non consisteret, primam originem habuit, vna

cum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 56 sur 636

©BIUM

A cum cæteris omnibus, quæ hunc mundum conſtituunt: de qua re tam variè ab antiquis phi-
A. loſophis diſputatum eſt. Hipp. igitur (vt in operis progreſſu manifeſtat) exiſtimauit omnia, quæ hunc mundum conſtituunt, originem primam habuiſſe tanquam ex materia, à maſſa quadam informi cuncta ſimul confuſa continente, vndè hanc Chaos, hoc eſt confuſionem appellarunt philoſophi, ex hac igitur calore, & frigore interueniente primum quatuor Elementa, fuiſſe producta credidit Auctor & ex his poſtea cætera omnia emanaſſe. Ex terra autem potiſſimum, quippè quæ cæteris elementis ſtabilior eſſet, & corpulentior; multique calidi particeps, ſublunaria hæc genita fuiſſe, rationabile ipſi viſum eſt, & ideò ex hac intercedente putredine animantia cuncta fuiſſe producta exiſtimauit, indè verò vnoquoquè ſibi ſimile iuxta propriam ſpeciem generante, maris, & fœminę congreſſu eorum ſpecies conſeruari, & perpetuari. Eodem igitur modo ex terra primum hominem ortum habuiſſe narrat: ita tamen, vt
B pro diuerſa materiæ diſpoſitione, variæ hominis partes emanarint. Nam denſiores, & duriores corporis partes ex terræ portione denſiori, rarioreſq. ex rariori productas eſſe eſt rationabile. Has igitur partes omnes ſigillatim recenſet Hipp. earum materiam determinando, ex qua productæ ſunt, ita euidenter, & manifeſtè; vt præfatis omnibus ſuppoſitis nihil obſcurum relinquatur. Quod verò hæc fuerit auctoris intentio, nec pro terra intelligere voluerit (quod aſſerunt huius lib. interprætes) ſeminis portionem craſſiorem, quæ terræ reſpondet, clarè patet ex contextu, potiſſimum verò, dum inquit. Et quantum quidem ex putredine terræ pingue fuit, & minimum humoris habuit, id ipſum per multum tempus caleſcens, celerrimè exuſtum eſt, & in oſſa mutatum: ſemen enim in vtero ſtatim incaleſcit, non per multum tempus. Præterea ſi quæ de terra hoc in libro proferuntur, ad ſemen referre volumus, aſſerendum erit, partes corporis varias ex ſemine produci pro diuerſitate caloris, quem
C ſemen in vtero concipit, non à diſpoſitione ſeminis, quod omnium philoſophorum conſenſu potẽtia eſt, quid quid generat, & producit; quam quidem diſpoſitionem, ſeu potentiam acquirit ſemen ab illis partibus, vndè diſceſſit, ſi Hipp. credendum eſt. Quod quidem quomodo ad actum reducatur, explicauit eleganter libro de Natura Pueri verſ. 112. his verbis. Cæte- *Mar.n.8.*
rum caro augeſcens à ſpiritu articulatur, & abit in hac vnumquodq. ſimile ad ſimile, denſũ ad denſum, rarum ad rarũ, humidum ad humidũ & vnumquodq. in propriã regionem abit, iuxtà cognationem ad id, à quo genitum eſt; & quæcunq. à denſis genita ſunt, denſa ſunt, & quæcunq. ab humidis, humida. Præſens verò opus etſi nonnulla continet, quæ placitis Hipp. non omninò reſpondent, non ob id ſtatim tamquam ſpurium reijciendum eſt: à principio enim proteſtatur Auctor, quam plura ad aliorum opinionem referre, cum neceſſe ſit (eiuſdem verbis vtar) commune principium ſententijs ſupponere eum, qui de arte Medica tractationem
D velit componere. Vſitatiſſimum enim ſcriptoribus etiam grauiſſimis fuit quod in Ariſt. pariter alibi adnotauimus, cum quidpiam docent, aliorum vti opinionibus, ſi modò faciant, ad illud facilius intelligendum. Et eò magis quando hæc alterius fuerint ſpeculationis, vt in præſenti caſu, in quo ea tractantur, quæ ad philoſophiam naturalem ſpectant, cui medicina, ſubalternata eſt: & ex conſequenti principia, & fundamenta propria indè recipere debet. In reliquis verò præſens liber doctrinam ſatis curioſam continet, & ab antiquis ſummopere exagitatam, qui cum lumine fidei, & diuinis reuelationibus caruerint, de huius mundi, & eius partium origine vnuſquiſquè proprio ingenio diſputare conatus eſt. Sed & multa continet ad Medicos ſpectantia, quæ ſi diligenter perpendantur, fructus vberrimos afferre poterunt.

Verſ. 85. Cæterum puer in vtero comprimens labia ex vtero matris fugit, & cum ali- *Mar.n.3.*
E *mentum, tum ſpiritum cordi intrò trahit, vbi ſanè mater reſpirarit.*

Puerum, dum eſt in vtero, modico lacte frui, exiſtimauit auctor libri de Natura Pueri; quomodo autem id fiat, ibi non exprimitur: explicatur verò hoc in loco, quia puer labra comprimendo fugit, idquè duplici ratione probatur: primo, quia ſtatim in lucem editus ſtercus egerit. Secundò, quoniam ſi dum manet in vtero, non ſuxiſſet, poſt exitum fugere neſciret. Quibus rationibus occurrunt illi, quibus, cum Hipp. eos lateat ingenium, hæc videntur ridicula, & priori quidem, quia ſtercus non ex lacte ſucto: ſed ex ſanguine per vmbilicum attracto producitur, cuius ſignum eſt color niger ſtercoris omninò diuerſus ab eo, qui ex lacte generatur; ſecundam pariter defectuoſam notant, nam puer ſtatim in lucem editus multa

Puer in vtero lacte nutritur, & fugit.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 57 sur 636

operatur, quorum nullum in vtero poterat efficere: nam eiulat statim, clamat, nictatq. oculis, quod ante exitum præstitisse, nullus affirmabit. Verùm pro Hipp. tutela dicimus, eum non adeò rudem in arte, quin cognosceret, stercus, quod primum fœtus excernit, reliquias esse sanguinis, quo in vtero per vmbilicum nutritus fuit. Id enim manifestauit lib. 4. de Morbis, sect. 2. vers. 178. Vbi de lumbricorum materia tractans, qui in infantibus generantur, loquitur hunc in modum. Multa enim animalia, scilicet nascuntur, dum puer in vtero est, hoc modo. Vbi ex lacte & sanguine (supponit enim auctor ibi id, quod nunc demonstrat, puerum in vtero modico lacte frui) putrescente, & redundante, vtpotè quod dulce est, pus factum fuerit feruidum, animal isthic generatur. Nascuntur autem, & rotundi lumbrici isthic eodem modo. Signum autem, quod hæc res ita se habet, hoc est. Postquam in lucem editi sunt pueri, mulieres in cibis ipsis offerunt medicamenta, quibus stercus ex intestino exeat, & non comburatur, & simul intestinum dilatetur, vbi verò cibum obtulerunt, multi sanè pueri, & rotundos, & latos lumbricos vnà cum primo stercore excernunt. Hæc Hipp. ex quibus patet: eum cognouisse id, quod in intestinis colligitur toto grauiditatis tempore, esse sanguinis redundantiam, sed quia stercoris diuersitatem quandam, tum in colore, tum in substantia adnotauit; quæ aliam materiam à sanguine arguit, lacte etiam nutriri fœtum in vtero cognouit, idque affirmare non est veritus, etiam si non ignoraret difficile esse, ac operosum id hominibus persuadere, quandò non solum ductus nullus conspicuus à mammis ad vterum deriuatur, sed ne quidem continuatio alicuius corporis, per quod lac ab vtero ipso ad os pueri peruenire possit. Verùm, quia multa alia, & penè innumera naturæ opera fiunt, quæ nobis admiranda videntur, eo quod ratio eorum nobis ignoratur; ideò necesse est aliquando fateri ea, quæ apparent impossibilia. Cuius gratia stercoris formam acquirit. Imò cum lac in grauidis ab eo tempore generari incipiat, quo motum habet fœtus; frustrà id factum fuisset à natura, nisi illud in aliquem vsum traduxisset, quem alium præter explicatum assignare non possumus, & quamuis huius lactis ductus conspicuus ad vterum non conspiciatur, non ob id, illius euidentem vsum tollere oportet, quandoquidem sicuti sanguis ab vtero ad mammas fertur, vt materiam lacti præstet, quod omnibus est receptum, cum tamen (vt supra indicauimus) via nobis omninò ignota sit, ità nihil prohibet eodem modo per cæcos quosdam ductus lac in mammis genitum ad vterum remeare, & tunicas fœtum continentes penetrando alimenti exiguum ei præstare, quo ventriculus, qui solo sanguine nutriri non potest, aliqua ex parte reficiatur, eadem ratione, qua spiritus, siue aer ore attractus ad cor pueri peruenit. Quod omninò necessarium firmissimis rationibus contra Andreæ Laurentij opinionem de cordis quiete, fœtu in vtero existente demonstrauimus, quandò ad generationem spiritus vitalis in corde, & animalis in cerebro, aeris purioris concursus est necessarius, cum spirituosa substantia à matre per vmbilicum procedens, id præstare nequeat. Non est igitur hæc opinio adeò absurda, vt communiter censetur, quandò etiam Gal. in lib. an quod in vtero est animal sit, inscripto, huic opinioni adstipulatur.

Mar. n. 27.

Fœtus in vtero lacte nutritur.

Vers. 216. Porro vita hominis septem dierum est.

Mar. n. 29.

Ex hoc potissimum loco colligi posse existimant nonnulli, præsentem librum diuersum habuisse auctorem ab eo, qui librum de natura Pueri confecit, nam præter horum diuersitatem circa tempus primæ articulationis, præsentis libri auctor abortus septem dierum sæpius conspexisse profitetur, illius verò semel tantum obseruasse in saltatrice muliere confitetur, cum tamen respondeti possit, præsentem librum ab Hipp. iam seniore confectum esse, illum vero eodem adhuc iuniore existente, vt mirum esse non debeat, si formationem foetus, quam in masculo triginta dierum spatio absolui, in fœmellis verò quadraginta duo obseruauerat, primum in lib. de natura Pueri existimauit, posteà vero re diligentius perspecta aliam longè priorem adinuenerit, de qua hoc loco mentionem facit: cuius terminus dies septima statuitur, de qua quidem re cum sensatum testimonium adducat, tanto auctori, viroque adeò ingenuo non est deneganda fides (quod plures facere inuenio) etiamsi hanc articulationem alij non obseruauerint, peculiari enim vsus est artificio, cuius auxilio, eam articulationem videre potuit, quæ cæteris propter tenuitatem penitus latuit. Embrionem enim in aquam coniecit, non modò, vt hæc actuali frigiditate stabilitatem membris præstaret, ne effunderentur, abolerenturq, quod euenire, nedum in hoc tam molli, verum etiam in fœtu quadraginta

Articulationem septem dierum solus Hipp. obseruauit.

A ginta dierum teſtatus eſt Philoſophus 7. de Hiſt. Animal. cap. 3. Sed etiam (quod nullus adhuc obſeruauit) in ipſamet aqua illum conſpexit, quod quidem manifeſtius verba Græci contextus exprimunt quam latina conuerſio, ita namque legunt. τάυτην τὴν σάρκα ἐς ὕδωρ μέλαν σκεπτόμενος ἐν τῷ ὕδατι, εὑρήσεις, ideſt, hanc carunculam in aquam coniectam ſi conſideraueris, in ipſa aqua inuenies, &c. Hoc eſt enim Hipp. artificium; nam aqua particulas illas minimas embrionis ſubleuando, & maiores conſpectui offerendo (id namque aquam præſtare, notum eſt) efficit, vt quæ extrà aquam oculos effugiunt, in ea conſpecta diſtinctè appareant eodem planè modo, quo atomi per aerē volitantes in radio ſolis ab omnibus videntur in vmbra verò nequaquā. Hoc igitur aquæ beneficio diſtinctā membrorum formationē vidit 7. die Hipp. quam cæteri vix 30. diebus obſeruare potuerunt, & hæc eſt prima articulatio, cur verò poſterioribus tēporibus hucuſq. nullus tam celerē articulationē obſeruauerit, licet aquę

B beneficio vtātur omnes, eam cauſam exiſtimo, quia nulli datum eſt huiuſmodi abortus videre ſtatim à corruptione excretos, quales fuere, quos vidit Hipp. à meretricibus illis viſpontè eiectos: ſed eos qui caſu corrupti aliquo tempore poſt corruptionē in vtero commorati ſunt. Vnde à loci caliditate ob mollitiem in humorē diſſoluti euanuerunt, antequam eiecti in conſpectum venirēt. Quæ vero articulatio ſit die trigeſima, aut quadrageſima ſecunda in fœmellis ſecunda etiam appellari poteſt, quæ quidem plurimum differunt interſe, nam quæ ſit ſeptima die, à virtute dependet, quæ eſt in ſemine, per quam vnumquodq. ſimile ſecundum ſpeciem producitur. Altera verò à formatrice facultate perficitur, quæ eſt ipſis animæ inſtrumentum. Præterea illius principalis materia ſemen ipſum exiſtit: Huic verò ſanguis maternus ſuperueniens materiam præſtat, dum à particulis ipſis, ſeminis virtute iam delineatis, attrahitur, circumponitur, illiſq. & craſſitudinem & augumentum præſtat. Vnde Hipp. lib. cit. de natura.

C Pueri, tempus purgationis à partu, quæ nihil aliud eſt, quam ſanguinis in ea articulatione abſumpti redundantia, cum tempore eiuſdem articulationis conuenire adnotauit. Quia verò die ſeptima omnium membrorum diſtincta formatio abſoluta eſt, hinc colligit Hipp. Hominis vitam ſeptem dierum eſſe. Nam cum homo dicatur, quod corpore, & anima rationali conſtat; animum in corpus infundi eo tempore aſſerendum eſt, quandò omnibus Theologis receptum eſt, tunc animam in corpus infundi, cum corporis formatio abſoluta eſt. Quod ſi diuinarum, humanarumq. legum interpretes longius tempus, quā ſeptem dierum animationi (quam dicunt) corporis ſtatuiſſe inueniuntur, non ob id illis imponendum cenſemus. Scimus enim prudentiſſimos viros Principem philoſophorum Ariſt. in hac re determinanda conſuluiſſe, qui quoniam articulationem in maſculis diebus quadraginta, in fœmellis 60. fieri lib. 7. de Hiſt. Anim. teſtatus eſt, ideò animam præfato tempore infundi ſtatuēre. Eorum

D enim ſeculo Hipp. opera penitus latuiſſe certum eſt, quouſq. Clemens VII. Pontifex Max. Fabio Caluo Rauenati, ea ex Græco in latinum idioma ex membranis Vaticanis, vbi aſſeruabantur, conuertendi onere impoſito, Hipp. quaſi è mortuis reſurgendum procurauit. Hunc enim auctorē ſi ipſis videre licuiſſet, illius opinionem, vt valde rationabilem abſque dubio recepiſſent. Hac quippe ſententia recepta non eſt neceſſe varias animas ſibi ipſis inuicem ſuccedentes humano corpori aſſociare, ita vt primò embrió vita plantæ, anima vegetatiua mediante viuat, cui ſenſitiua ſuccedens anima vitam animalis ei impartiatur, quouſq. rationali adueniente, hominis vita viuere incipiat. His enim poſitis tot difficultates occurrunt, vt quicquā ratum vix conſtitui poſſit, cuius rei apertum præbent teſtimonium lites, & controuerſiæ, quæ circa hanc materiam inter Thomiſtas, & Scotiſtas dictos iam diu exagitatæ, adhuc indeciſæ permanent. Dum modus, & ratio quæritur, quo vna anima alteri ſu-

E perueniat. Nam iuxtà præſentem Hipp. ſententiam primis ſex diebus tota actio circa embrionis formationem ex ſeminis facultate dependet, quæ corpus efformat, articulatq. iuxtà naturam, & figuram illius, cuius eſt ſemen, nec priuſquam formatio abſoluta ſit, embrio vllo modo viuere dicitur; ea vero abſoluta, anima ſtatim infunditur: eaque quæ illi conuenit nequaquam verò aliena, rationalis inquam, per quam homo eſt: nec prius viuit embrio, quam homo factus ſit. Sicque omnis controuerſia prædictorum tollitur. Hanc verò de ſeptimæ diei formatione, & animatione ſententiam præter Hipp. auctoritatem pluribus rationibus confirmari poſſe non diffido: Verum ne longius ſermo protrahatur, eas præteribo, argumentumq. ex ritu Sanctæ Rom. Eccleſiæ deſumptum (vt reuerenter ſacra profanis miſceantur)

Cur tempore noſtro hæc articulatio non obſeruetur.

Tēpore Clementis. VIII. Hipp. in latinum idioma conuerſus fuit.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 59 sur 636

omnibus satisfacturum pro certo habeo. Quæ articulationem perfectam, & animæ infusionem septimæ diei recepisse in tempore gestationis Beatæ Virginis, determinando demonstrat manifestè. Hæc quippè sacratissimæ Dei genitricis grauiditatem etiam si in principio, & fine miraculosam agnoscit; in gestationis tamen tempore, cæteris mulieribus congruentem vt indicaret, à die conceptionis ad diem partus dies 274. intercessisse decreuit: quandoquidem incarnationis Verbi festiuitatem in 8. Cal. Aprilis, eiusdem verò natiuitatem in nocte 9. Cal. Ianuarij præcedente celebrari iussit. At certum est in Hipp. doctrina, quem præceptorem in hac materia omnes receperunt, tempus quo perfectissimi fœtus in vtero morantur, à conceptione inquam ad horum partus, dierum esse 280. idque testatur libro de septimestri Partu vers. 76. & apertius hoc eodem libro vers. 240. Quod si idem Hipp. Fœtus vndecimo mense aliquandò in lucem edi testatus est, ex quo huiusmodi partus vndecimestres appellauit, non ob id existimandum est (quod pleroſque feciſſe inuenio) hos vltra præfatum tempus dierum 280. in vtero permanere voluisse. Vndecimestres enim dicuntur, quia vndecimum attingunt mensem, non quia illum expleuerint. Idque expressis verbis nobis significauit lib. de octim. Partu vers. 49. hunc in modum. Cæterum decimestres, & vndecimestres partus ex septem quadragenarijs eodem modo fiunt, velut ex dimidiato anno septimestres, quem quidem modum lib. de sepim. Partu fieri demonstrauerat, quandò conceptio in postremam mensis partem incidit, partus verò in vltimi principium, quod etiam paulò inferius eodem libro in partu vndecimestri exponens inquit; ex his enim omnibus necessarium est, pleraſque mulieres circa plenilunium, & vltrà concipere, vt 280. dies sæpè vndecimum mensem apprehendere videantur. Quum igitur tempus præfatæ gestationis in vtero communiter dierum sit 280. quandoquidem, qui antè hoc tempus nascuntur fœtus, ob aliquam violentiam euenire idem Hipp. lib. de Pueri natura vers. 470. testatur) tempus verò quo Christum Dominum in vtero sacratissimæ genitricis commoratum fuisse ab Ecclesia statutum est, sit dierum 274. sequitur differentiam horum duorum temporum in sex diebus consistere, qui exactè tempus constituunt, quo articulationem conceptus absolui, & rationalem animam infundi ab Hipp. statutum est. Hos enim in tempore grauiditatis Beatæ Virginis adnumerari noluit Ecclesia, quia in eodem instanti, & conceptum, & efformatum, animatumq. fuisse Christum Dominum indubitatum est. Quapropter ijsdem etiam demptis à communi partu diebus, à tempore absolutæ articulationis, & infusionis animæ à tempore partus perfectissimos fœtus in vtero materno commorari diebus 274. resultabit, cui conditioni, vt se perfectissimum hominem præstaret, subijci voluit Dominus. Non est ergò absurda hæc Hipp. opinio: Articulationem fœtus septimo die perfici, & in eo animam infundi, vt homo dici possit, imò admodum rationabilis, & fortasse etiam vera, quantum in occultis penetrandis cognitioni humanæ datum. Nam indubitata veritas à Deo solo est.

A B C D E

Mar.n.5. Vndecimestris partus ratio assignatur.

Mar.n.38.

Mar.n.21. *Vers.* 225. *Satis etiam manifestum est harum rerum peritis, quod mulier, quum in ventre concepit, statim horret, &c.*

Hoc subiunxit auctor, vt dubitanti occurrat, quomodò ille embrio cognoscatur esse octo dierum exactè? aitque id optimè notum esse mulieribus in hac materia peritis, norunt enim quandò conceperunt, & proindè tempus conceptionis non ignorantes, quot dierum sit fœtura, optime norunt, cognoscit verò se concepisse mulier ex quibusdam signis in ipsa conceptione contingentibus, v. g. horrore, calore, dentium stridore, & alijs in textu explicitis, quæ vnusquisq. sibi legere potest.

Mar.n.23. *Vers.* 249. *Et quinti in duodeuiginti diebus, hoc est duabus hebdomadis & dimidia.*

Hoc in loco supponit Auctor, tertiam septimanam in vigesimum primũ die incidere, non in viginti, & ideò infert secundam hebdomadam cum dimidia in 18. diem, non in decimum-septimum incidere. Hoc autem supposito sententia Hipp. manifesta redditur.

Mar.n.24. *Vers.* 259. *Et in septem annis sunt, & ratione & numero exactè hebdomades trecentæ, & sexaginta.*

Hunc locum varij variè exponunt, omnes tamen quos vidi vitiosam esse lectionem existimant. Ego autem legitimam, & sanam esse censeo, si eam sequamur, quã omnes Græci contextus retinent, quæ est huiusmodi: ἐσὶ δὲ λόγῳ, καὶ ἀριθμῷ ἑπτακὶς ἑβδομάδων ἑξήκοντα καὶ τριηκόσιαι. Hoc est, sunt autem ratione, & numero exactè decades hebdomadum sexaginta,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 60 sur 636

A ginta, & trecentæ quorum quidem verborum recta expoſitio dependet à vocibus illis, ratione, & numero, his enim indicatur prædictorum computationem faciendam eſſe, non ſimpliciter pro vt communiter numeratur, ſed iuxtà numerum, & rationem ſuperius explicatam, dum dies enumeraret ſeptimanæ, in quibus morbos iudicari contingit, videlicet per dimidiatas, & per integras hebdomadas. Hac enim computatione ſtatuerat, quintum numerum criticum in diem 18. incidere, & hos numeros omnes tanquam hebdomadas recipit, & hebdomadas appellat, tum quia cum pars ſit hebdomadæ, hebdomada vocatur: eadem ratione per quam menſis diem menſem appellauit lib. de ſeptimeſtri, & octimeſtri partu, tum quia per hos dierum articulos iudicationes contingunt, quæ per ſeptenarios, ſiue hebdomadas procedunt, à medio enim primæ hebdomadæ ad medium ſecundæ hebdomada integra intercedit. Si ergo iuxtà hanc rationem numerando dies decem & octo, ſunt hebdoma-
B dæ quinque, dies triginta ſex, erunt hebdomadæ decem, qua computatione vlterius procedendo inueniemus ſexaginta decades hebdomadum, dies 2160. continere, qui exacte numerum ſex annorũ conficiunt, menſibus ex diebus triginta, annum verò ex 12. menſibus conſtituendo, vt Græcis, & Hipp. maxime vſitatum fuit. Dum enim inquit Auctor, hos numeros in ſeptem annis compleri, non ità eum intelligere oportet, vt aſſerat ſeptem annis completis comprehendi, ſed in ſeptimo anno, hoc eſt ſex abſolutis, & ſeptimo inchoante. Nam cum de his loquatur, quatenus hebdomadum virtute mutationem in corpore efficiunt, ſicuti tranſacta die ſeptima non fit criſis, aut mutatio in corpore, quæ ſeptimæ diei tribuitur, ſed eo inchoante, ita alteratio, quæ à ſeptimo anno dependet, non ſeptimo tranſacto fit, ſed eo inchoante, quam quidem interprætationem ex ipſomet Hipp. colligimus, qui lib. de Nat. hum. verſ. 155. teſtatur morbos hyeme contingentes æſtate terminari, & æſtiuos hyeme, certum
C eſt enim horum morborum ſolutionem à virtute ſeptenarij dependere, ſeptimi (inquam) menſis. Verum ſicuti inter hyemem, & æſtatem ſex tantumodò menſes completi cadunt, & tamen iudicatio in his temporibus contingens menſi ſeptimo tribuitur; ità indicationes, quæ ſeptimo anno tribuuntur, non ſeptimo tranſacto, ſed ſexto, ſeptimoq. inchoante euenient, cuius ſeptenarij virtute lib. de ſeptim Partu à principio, principium perfectionis fœtui aduenire dimidio anno tranſacto, & ſeptimo menſe inchoato apertè nobis ſignificauit. Cum igitur ſpatium ſex annorum, dies 2160. exactè contineat, qui numerum præfatum hebdomadarum comprehendit, nomine hebdomadum, tam medias, quam integras hebdomadas accipiendo, meritò concludit Auctor in ſeptem annis decades hebdomadum ſexaginta computari. Subiungit indè: & trecentæ, nam præfatus dierum numerus trecentas hebdomadas comprrehendit, verum integras tantumodò numerando, ſeruata ſemper præfata computandi
D ratione, per quam, ſicuti dies decimus octauus hebdomadas medias quinque numero conſtituunt, & dies 2160. Hebdomadum decades ſexaginta, hoc eſt hebdomadas ſexcentas; ità hebdomadæ trecentæ integræ eundem numerum dierum 2160. conſtituunt, qui eſt idem numerus ſex annorum iuxtà computandi rationem ſuperius aſſignatam. Hæc quippè computatio aliquo modo violenta eſt, quandoquidem quinque integræ hebdomadæ diebus conſtant trigintaquinque, potius quam trigintaſex, verum tum facta computatione per medias etiam hebdomadas, vt explicatum eſt; probabilitatem quandam præſefert, quæ ſufficiens viſa eſt Auctori pro cauſa reddenda effectus naturæ adeò obſcuri, per quaternarios ſcilicet, & ſeptenarios procedentis, cum eandem materiam fuſius explicare intenderet in libro, in quo de cauſa huius neceſſitatis naturę ſe tractaturum eſſe pollicetur
E quod quidem preſtitit fortaſsè, verum hic liber vnà cum alijs multis vetuſtate periit.

Declaratur virtus ſeptenarij. *Mar.n.17.*

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 61 sur 636

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

Ad librum de septimestri partu

PROSPERI MARTIANI PRAEFATIO.

Huic libro de Septimestri partu inscripto, in quo naturam, & causas partus septimestris recenset Hipp. Ferdinandus à Mena Hispanus non aspernenda commentaria dicauit, & ideò vnumquemque moneo, vt ea diligenter legat. Quia tamen non omnia videtur assecutus, præsentes labores nostros inspicere ne pigeat.

Mar.n.1.

Vers. 1. *Septimestres autem nascuntur diebus centum, & octoginta duobus, ac dimidio, & insuper accedente diei particula, &c.*

Vt partus verè septimestris, & ex consequenti vitalis existat, ad perfectionis principium fœtum peruenisse necesse est. Quæ, quidem perfectio à duobus potissimum causis vniuersalibus dependet, à Sole inquam, & luna, à Sole quidem vti luminis, & caloris fonte: à luna verò, quippe quæ astrorum omnium proximior existit. Perfectionem verò Sol his inferioribus, & embrioni maximè impartitur sex mensium spatio: quo tempore scilicet, sex Zodiaci signa percurrit, quod insinuat Hipp. dum dixit: Et est tota summa dimidij anni vnà cum aliquantula diei parte. Quum igitur adhoc perfectionis principium partus peruenerit, matureſcente fœtu, & robore multum augeſcente, &c. (Hoc autem temporis spatio principium perfectionis fœtui contingere determinauit inferius vers. 95. dum inquit. Vnde sanè septimi menses his, quæ vterum gestant. Fœtus in principium perfectionis existunt) quarè septimi mensis inchoantis virtute, perfectionis principium fœtui euenire dimidio anno transacto ex Hipp. constat, quæ à nulla alia causa procedit, quam à Sole, qui cum sex signa Zodiaci percurrerit, quæ facultates, & virtutes omnes continent, à quibus virtutes corporis regi, & gubernari creduntur, iam corpus ab eo recepit, quæ ad perfectionis principium requiruntur. Verum, quia hæc perfectio non sufficit ad hoc, vt fœtus sit vitalis, sed Lunæ etiam virtus requiritur, quæ integram perfectionem ipsi impartiatur, ideò non est satis fœtum dimidiatum annum excessisse: sed vlterius necesse est, Lunam septies ad minus, Soli configurari: eoquè configurationis aspectu, per quem maiorem virtutem his inferioribus transmittit. Huiusmodi verò aspectus est oppositio, in qua plurimum luminis in terram remittit, quoque lumine mediante in hæc inferiora plus minusue agere communiter receptum est: idque ab Aristot. confirmatum legimus 4. de Gener. Anim. cap. 2. Propter hanc igitur rationem ad perfectionem fœtui integrandã satis est tempus moræ fœtus in vtero plenilunia septem attingere, nec integros menses absolui necesse est. Idque nobis significauit Hipp. computatione, quam in modum exempli adducit, hoc pacto. Si enim primi mensis dies quindecim supputaueris (supponit enim conceptionem factam esse ante plenilunium; ità vt ab eo puncto ad principium secundi mensis dies quindecim intercedant) & hæc est prima ex septẽ oppositionibus Lunæ ad solem, quas ad exactam fœtus perfectionẽ requiri dicebamus: cui mensibus quinq. integris copulatis, qui dies continent 147. ac mediũ (mensem enim accipit Lunarem, qui diebus 29. cum dimidio circiter cõstat) summam constituunt dierum 157. cum dimidio. Vndè ad dimidiatũ annum explendũ desunt dies viginti cum quarta circiter diei parte, hosque intellexit: dũ dixit: His igitur sic habentibus ad septimũ mensem supersunt dies, plus quã viginti (ità namq. legitur Græcè, cur verò negationẽ addiderit Interpres non video) hoc enim dierũ spatio septima Lunæ oppositio contingit, quæ fœtui exactam perfectionem impartitur. Hac igitur ratione fœtus dierum 182. & duabus tertijs septimestris erit, & perfectus, ea perfectione, vt vitalis dicatur, aliter verò nequaquam, quia si contingat, conceptum statim à plenilunio fieri, ita vt primi mensis sint dies quatuordecim tantum, fœtus 182. & medio diebus natus non erit perfectus, neque ex consequenti vitalis: quia perfectio illa desideratur, quæ à septimo plenilunio dependet: vndè vt perfectus euadat, necesse est ad sequens plenilunium protrahi partum, fietque eo casu summa dierum ad minimum 206. E contrà verò si fœtus antè sex menses transactos oriatur, quamuis Luna septies se soli opposuerit, v. g. si primi mensis, & postremi dies quindecim comprehendat, non tamen perfectus erit, cum ipsi perfectio illa deficiat,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 62 sur 636

A deficiat, quam à Sole prouenire diximus, eſſent enim tantummodo dies 177. cum dimidio. Quarè tempus ſeptimeſtris ad minimum erit dierum 182. & medio circiter, de quo modo tractat hoc loco Hipp. ad ſummum verò dierum 210. de quo libro præcedenti de carnibus ſtatutum eſt. Habet autem (dicebat) & ſeptimeſtris partus tres decades hebdomadum, & in vnaquaque decade dies ſeptuaginta, quæ ſummam 210. dierum conſtituunt. Atque hoc pactò partus ſeptimeſtris intrà hos duos terminos naſcetur, videlicet à die centeſimo octuageſimo ſecundo, & duabus tertijs ad diem ducenteſimum decimum. Præſentis textus occaſione maxima orta eſt inter Hippocratis expoſitores altercatio: ijs hinc indè dubitantibus, an computatio menſium geſtationis in vtero facienda ſit per menſes lunares an per ſolares. Hic locus manifeſtè lunaribus fauet, dum aſſerit duos menſes, vndeſexaginta dies continere. Verum his menſibus receptis longiſſimus terminus ſeptimeſtrium, quem ex libro de carnibus
B ad ducentos decem dies extendi nuper indicauimus, in menſem octauum incidet. Septem enim lunares menſes dies continent 206. cum dimidio, à quo die menſem octauum lunarem inchoare certum eſt, vt propter hanc rationem dicendum ſit, non lunares, ſed ſolares dierum triginta accipiendos eſſe, quod clarius expreſſum legimus lib. 2. epidem. ſect. 3. verſ. 128. vbi inquit Hipp. Aut à menſium fluxu numerandi ſunt nouem menſes, aut à conceptione, & ad ſeptuaginta, ac ducentos dies Græci menſes fiunt. Quomodò enim dies 270. nouem menſes diceret, niſi menſes ex diebus triginta conſtituerentur? eandem menſium quantitatem reſpiciens lib. de octimeſtri partu verſ. 53. inquit, oportet autem, vel maximè, hoc conſiderare, quod nouilunium, quod dies vnus exiſtit, exactiſſimè trigeſima menſis pars eſt; duo autem dies, quindecima circiter menſis pars ſunt: tres verò dies pars menſis decima ſunt, quod denique apertiſſimè explicauit lib. de carnibus, dum inquit: Habet autem, & *Mar. n. 5.*
C ſeptimeſtris partus tres decadas hebdomadum, & in vnaquaque decade, dies ſeptuaginta. Pro hùius difficultatis ſolutione ſupponendum eſt alio modo fieri ſupputationem menſium, & annorum iuxtà communem, & vulgatam rationem: alio modo iuxtà exactã quantitatem, quam verè obtinent. Illo enim modo vtimur, cùm rem ipſam ſimpliciter referre intendimus. Hoc verò, quando effectuum cauſas ſimul demonſtrare ſtudemus, exacta igitur, veraque menſis quantitas (quia per menſem intelligimus tempus, quod à Lunæ configurationibus ad Solem dimetitur) eſt dierum viginti nouẽ cum dimidio circiter, tot enim diebus Luna à Solis coitu denuo ipſi iungitur. Anni verò quantitas vera eſt, dierum 365. & paulò amplius, hoc enim tempore Sol duodecim ſigna Zodiaci percurrit. Facta igitur anni diuiſione in menſes duodecim, menſis conſtituetur ſolaris, qui diebus conſtat triginta, & horis decem circiter. *In grauidis quomodo ſit facienda cõputatio.*
Quia ergo tempora hæc integris diebus non exactè conſtant, nam vt dicebat Hipp. libro præ- *Mar. n. 20.*
D notionum verſ. 312. Nec annus, & menſis integris diebus numerari poſſunt, ideò iuxtà veram quantitatem eorum computatio fieri non poterat, vndè homines pro communi vſu tempora per annos, & menſes integros menſurare volentes, annum præfatum ex menſibus duodecim, menſem verò ex triginta diebus conſtituère, ita enim computatio facilior eſt, & vulgarium captui accommodata. Nam etſi effectus, qui ex motu aſtrorum prædictorum dependent, non omninò exactè huic computationi reſpondent: quam proximè tamen accedũt, quandoquidem in medio vtriuſque aſpectus ferè conſiſtit: ita vt quod anno ſolari per menſes tricenarios enumerando detrahitur, ſuperadditur lunari, illum enim ex diebus triginta, & horis decem conſtare iam diximus, hic vero viginti nouem cum dimidio. Quotieſcunque igitur apud Hipp. ſimpliciter fit mentio menſium, & annorum; quatenus ſunt temporis menſura tantum, intelligimus menſem communem ex triginta diebus, quo vtebantur Græci.
E Quum verò doctrinæ gratia eorumdem mentionem facit, & ſimul rationem adducit eiuſdem rei, quæ ex motu aſtrorum horum dependeat, menſem verum ex diebus 29. cum dimidio ferè conſtituit, annumq. ex 365. circiter, & ideò in præſenti libro, in quo docere profitetur, non modo, quo tempore ſeptimeſtris partus contingat, ſed etiam rationem probabilem afferre, menſem, & annum iuxtà veram quantitatem accipit.

Verſ. 8. Quum itaque ad hoc perfectionis principium partus peruenit, matureſcente, &c. *Mar. n. 1.*

Septimeſtris fœtus ſpatium, ſiue tempus determinauit Hipp. in præcedenti particula, nunc verò naturam eiuſdem exponit, in eoque conſiſtere ait, quia cùm puer ad tempus præfatum peruenit, iam principium perfectionis adeptus eſt, cuius gratia membranæ ipſum inuoluentes

laxantur,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 63 sur 636

laxantur, quemadmodum spicarum membranæ, dehiscunt, quandò triticum perfectam integritatem, & maturitatem acquisiuit, quæ circa illud coactæ erant antè maturitatem. Hoc igitur modo laxatis membranis fœtum continentibus, quicunq. eorum fortissimi sunt, quasi vinculis exoluti violantes, ac disrumpentes membranas, exitum properant: & hoc modò fit partus septimestris: quorum etiam si nonnulli viuant, & educantur, plurimi tamen intereunt ob rationem, quam Hipp. subsequenter assignat, his verbis. A

Mar.n.1. *Vers.* 13. *Quum enim parui sint, transmutatione maiore, quam alij vtuntur, & quadraginta dierum afflictionem perferre coguntur ex vtero egressi: idquod etiam ex decimestribus multos peremit.*

Quia etiamsi, vt dictum est, qui septimo mense nascuntur, fortissimi sint, & plenissimi, respectu eorum, qui in vtero permanent: decimestribus tamen comparati, parui sunt, & debiles, ex quo fit vt maiorem transmutationem, seu alterationem subeant, quam decimestres ab ipso partu: sed & coguntur affectiones quadraginta dierum perferre post partum, quæ sunt fœtibus adeò infensæ, vt non septimestres modò interimant, sed etiam plures decimestres, ex quo euenit, vt multi fœtus in primo quadragenario intereant, quod Celsus adnotauit lib. 2. cap. 1. necnon Plin. lib. 7. Nat. hist. cap. 5. B

Mar.n.1. *Vers.* 16. *Sunt autem ex his septimestribus, qui etiam superstites maneant ex multis pauci, propterea quod ratio, & tempus, in quod enutriti sunt in vtero constitit, vt omnium participes sint, quorum etiam perfectissimi participes existunt, maximè qui, &c.*

Cur septimestres viuant. Nonnullos septimestres viuere, etsi admodum paucos, ait Hipp. cuius quidem rei duplicem assignat causam, altera est, quia id habent, quod perfectissimi fœtus habere solent, idque omnibus septimestribus conuenit, tum quia iam ad principium perfectionis peruenerunt, vt supra demonstratũ est: tum etiam quia, qui hoc tempore nascuntur, hi omnium sunt plenissimi, & robustissimi, sed huiusmodi perfectione etiam hi participant magis, qui superstites manent, & educantur. Altera verò causa, cur viuant nonnulli septimestres, est, quia in lucem exeunt, antequam ægrotent in vtero, ægritudine octaui mensis, quo tempore si quis in lucem exeat, impossibile est superstitem esse, propter affectiones ex partu contingentes, quorum violentia octimestres omnes, multosq. decimestres interire iam dictum est. Ex quibus colligimus, ante septimum mensem fœtus non educari, quia nondum sunt perfecti, post septimum verò, quia imbecilles sunt propter ægritudinem octaui mensis, vt labores ex partu sufferre minimè possint. C

Mar.n.1. *Vers.* 23. *Cæterum multi fœtus septimestris ætatis, quum pelliculæ laxantur, secedunt in id, quod cedit, & hic alimentum sumunt, primo quidem quadraginta diès laborantes, alij plus, alij minus, propter permutationem autem loci, &c.* D

Dixerat paulò ante, cum fœtus ad tempus perfectionis peruenit, laxari membranas, vndè nonnulli, quasi vinculis exoluti, eo ipso tempore in lucem exeunt, & hi sunt partus septimestres appellati, qui verò non exeunt laxatis pelliculis (subiungit modo) secedunt inferius, & ibi morantes ægrotant spatio quadraginta dierum, alij plus, alij minus, causam verò cur ægrotent, inquit esse potissimum, quia secedente puero vmbilicus trahitur, distenduntur q. membranæ, eo magis aggrauante, quam vbi arctè continebatur, ex quo non fœtus modò laborat, sed etiam mater propter vterum, cui vmbilicus, & membranæ alligantur. Ex quibus colligere licet, principium octaui mensis fœtibus adeò infensi, inchoare statim à laxatione membranarum, ac perdurare spatio quadraginta dierum, quod patebit inferius. Septimum verò mensem, qui nonnullos vitales producit, in puncto ferè consistere, in actu scilicet laxationis membranarum, nam si antè illud tempus nascatur, non viuit, quia perfectionem nondum est assecutus, si post, interit, quia in laboribus octaui mẽsis nascitur. Quapropter dũ superius tempus septimestris partus ex Hipp. statuimus, à die 182. cum dimidio, vsque ad 210. id non est accipiendum eo sensu, vt vnus, & idem puer intra illud spatium oriri possit septimestris, & ex consequenti vitalis: sed respectu diuersorum fœtuum, qui pro ratione mensis, in quo concepti sunt, respectu Lunæ, & anni respectu Solis, citius, aut serius ad principium perfectionis perueniunt, in quo essentiam partus septimestris consistere iam diximus. E

Principium mensis octaui quando inchoet.

Mar.n.1. *Vers.* 28. *Multæ vero mulieres etiam febricitant his contingentibus, quedam etiam, &c.*

Hæc sunt mala, quæ mulieribus euenire octauo mense adnotauimus supra, quando laxatis membra-

©BIUM

A membranis fœtum coarctantibus ſecedit puer: cuius gratia non modo ipſe ægrotat, ſed etiã mater, nam eo tempore multæ febricitant: aliquæ vnà cum fœtibus intereunt, omneſque tandem, aut multum, aut parum ab hac labe contaminantur, id enim verba Græca ſignificare mihi videntur πρῶται δὲ πᾶσαι ἐν ὀλίγῳ περὶ πεύτεω.

Verſ. 31. Eſt autem octauus menſis non ſolum hoc tempus, ſed etiam dies accedunt à ſeptimo menſe, & à nono, & ab ipſo anno. Mar. n. 2.

Demonſtrauerat Hipp. infortunium octaui menſis dependere ab ægritudine, quam incurrit fœtus in vtero, quando laxatis membranis, à quibus arctè continebatur, ſecedit inferius, ita vt & ob loci tranſmutationem, & membranarum tenſionem malè afficiatur, tum puer, tum eius mater, idquè euenire dixit, cum primum fœtus ad principium perfectionis peruenit, & quia huiuſmodi ægritudo in octauum menſem perpetuò cadit, vt inferius demonſtrabitur, hinc eſt, quod totum tempus ægrotationis mènſis octauus dici poteſt, quod B facit Hipp. in præſenti textu, inquit enim, eſt autem octauus menſis, non ſolum hoc tempus (ſpatium triginta dierum) ſed etiam dies accedunt à ſeptimo menſe, & à nono detractis huiuſmodi enim ægritudo ſpatio quadraginta dierum perdurare ſolet, quod ſextum quadragenarium comprehendit, cuius gratia octauus menſis, qui indè denominationem recipit, vltrà proprios terminos producitur, modò ad ſeptimum menſem ſe extendens, modo ad nonum idquè (vt ſubiungit Hipp. in textu) pro vt contigerit mulierem in ventre concipere, tum tempore, tum menſe diuerſo, & vario v. g. ſi contingat mulierem concipere parum antè plenilunium, quia perfectionis principium, vt in præcedenti textu demonſtratum eſt, in diem 182. cum dimidio incidit, ſi eo tempore non egrediatur in lucem fœtus, ſed relaxatis membranis ſecedat inferius, indèque, vt par eſt, ægrotare incipiat, principium ægritudinis, à qua menſis octauus denominationem recepit, in ſeptimi menſis partem cadet, primos quindecim C dies pro menſe numerando. Dies enim 183. qui principium ægrotationis ſupponitur menſis ſeptimi, decimus octauus erit, & hoc pacto ad menſem octauum dies duodecim ſeptimi menſis accedent. Si verò vice verſa conceptio ſtatim à plenilunio contingat, v. g. die decimaquinta Lunæ, fœtus eo caſu ad principium perfectionis (quod ſeptem oppoſitionibus abſolutis contingit) die decima quinta octaui menſis perueniet (octauum pariter appello, dies quatuordecim primi menſis, pro menſe cum Hipp. accipiendo) octauiq. menſis labores, quos diebus quadraginta perdurare iam dictum eſt, explicabiturq. inferius) ad vigeſimum quintum diem noni menſis ſe extendent. Sicque vera erit Hippocrat. ſententia menſem octauum, hoc eſt octaui menſis labores, aliquandò ad ſeptimum menſem ſe extendere, aliquandò ad nonum, & ab ipſo anno: videlicet à medietate anni, quam neceſſariam ſtatuit à principio ad perfectionem fœtus, nihilominus, & hæc anni medietas aliquandò exceditur eadem ratione, D vt de menſe ſeptimo, & nono dictum eſt. Cuius quidem rei diuerſitas prouenit à diuerſitate temporis, quo mulier in vtero concipit, vt ait Hipp. & à nobis explicatum eſt. Ad quam diuerſitatem, non attendentes mulierum quamplures, non eſt mirum ſi ſæpius decipiantur, pariunt enim aliquando in ſeptimo menſe, aliquando in nono: vndè eos partus vitales credunt, cum tamen octimeſtres verè ſint, eiuſque infortunio ſubditi. Non decipiuntur autem in hoc, quod dicunt de octauo menſe, & quod in eo iudicatio difficilis eſt, & puero, & matri infauſtus menſis. Quia etiam ſi octaui menſis ægrotatio aliquando ad ſeptimum, aliquandò ad nonum ſe extendat, perpetuò tamen in partem, eamque plurimam octaui menſis incidit, vt ſemper verum ſit dicere, octauo menſe fœtus in vtero ægrotare. Quia ſi pars vndecimi menſis, menſis dicitur ab Hipp. ad finem lib. de octimeſtri, ita vt fœtus eo tempore editus, vndecimeſtris dicatur (quamuis pars illa admodum exigua ſit) quantò rationabilius eſt dicere, ægrotationem puero in octauo menſe contingere, quandò hæc ſemper pars eſt memorabilis, & notatu digna? quod quidem de ſeptimo dicere non poſſumus, neque etiam de nono, quandoquidem, etſi huiuſmodi labores dictorum menſium partes aliquandò attingant, id tamen non eſt ita frequenter, quemadmodum de octauo dictum eſt, eorumque pars octaui reſpectu exigua eſt.

Vtero gerentes decapiuntur in computãdis menſibus.

Verſ. 47. Quum autem ſeptimo menſe pellicula diſrumpantur, & fœtus ſeceſſerit, labores, qui circa octauum menſem, & ſextum quadragenarium fieri traduntur corripiant, &c. Mar. n. 3.

Præſentem textum per ſe ſatis manifeſtum, difficilem reddidit Corn. addendo particulam

in

in partu, quæ in vulgatis testibus non reperitur, & si adesset, superflua foret, longè enim diuersi sunt labores octaui mensis, à laboribus in partu contingentibus. His igitur demonstrare intendit Hipp. quomodo fœtus in vtero ægrotet ob membranarum relaxationes, & quomodo post ægrotationem quadraginta dierum ad fœlicem exitum roboretur. Verba vt dicebam sunt manifesta, eorumq. sensus apertissimus. Quare ad reliqua transeamus. A

Mar.n.4. *Vers.* 63. *Qui verò fœtus alio tempore fortiter ægrotant, pereunt prius, quam ipsis abscessus huiusmodi fiant.*

Hic causam assignat, propterquam omnia mala, à quibus fœtus in vtero mutilantur, in octauo mense contingant; non autem in alijs mensibus, quia scilicet quicunq. mutilantur in vtero, id ab abscessu aliquo magnum morbum consequente patiuntur. At huiusmodi morbi, si in alijs mensibus eueniant, pueros occidunt, ità vt mutilari indè non possint. Cur autem ægritudines magnæ in octauo mense contingentes, non adeò læthales sint, quemadmodum, quæ in alijs mensibus eueniunt, plures causæ adduci possent: quarum, hanc potissimam censeo: quia scilicet, quæ in octauo mense eueniunt, causam habent procatharticam membranarum præfatam relaxationem, quæ morbis plurimum periculi, & prauitatis detrahit. B

Mar.n.5. *Vers.* 74. *Seruabitur autem vel maximè talis puer, si nouem mensium fuerit in exitu.*

Hoc est si permanserit. Ità enim longius aberit ab ægrotatione octaui mensis, à qua omne malum dependet, & propter hanc causam, decimestres omnium facillimè educantur, fortissimi enim sunt, & longissimè absunt à tempore, quo in vtero ægrotarunt.

Mar.n.8. *Vers.* 103. *Hic enim terminus ponitur à quibusdam pro harmoniæ ratione.*

Hippocratis sententia est: quadragesimum diem decretoriorum terminum esse, eumque perfectissimum: quandoquidem vbi morbi ad diem quadragesimum peruenerunt, non amplius fit numeratio per quaternarios, & septenarios: sed per vicenarios tantum, & quadragenarios. Aliqui tamen (inquit) quæ quadragesimo conuenire diximus, quadragesimo secundo tribuunt, non experientia ducti, sed pro harmoniæ ratione, hoc est ob numerorum consonantiam, & proportionem potissimum septimi, qui cæteros virtute antecellit, septimus enim numerus, per sextum ductus, quadragintaduo, non quadraginta constituit. Verum experientia, cui maximè innititur Hipp. quadragesimum præfert. At verò quoniam de hac materia agere, non erat præsentis loci, ad aliud opus lectorem transmittit. C

Mar.n.8. 105. *Contemplari autem sic oportet per ternarios, & quaternarios: ternarijs quidem omnibus copulatis: quaternarios autem, duobus ad duos connexis.*

Præsens sententia, quæ primo aspectu non posse explicari videtur, rectè perspicienti omnium apertissima redditur, cum enim, vim dierum decretoriorū maximam esse demonstrauerit Hipp. qua ratione hi dies inueniantur, pulcherrima regula nos docet, & inquit, dies decretorios constitui per ternarios procedendo, & quaternarios: ità tamen vt ternarij perpetuò simul coniungantur omnes; quaternarij verò duo ad duò tantum, annexi numerentur, copulantur autem numeri hi, quandò vltimus dies numeri præcedentis primus constituitur subsequentis, vt v. g. tertius dies est vltimus primi ternarij, si ergo hic fiat principium secundi ternarij, ternarius secundus in quintum diem terminabitur, qui decretorius est, cui tertio copulato ternario, dies septima constituitur, indè nona: & sic de reliquis subsequenter. Quaternarij verò dies criticos constituunt: verum duo tantum, ad duo sunt copulandi, duo enim quaternarij simul coniuncti modò nuper explicato diem septimam constituunt, & rursus tertius, & quartus quaternarius simul coniuncti, diem decimamquartam iudicatoriam producunt. Hanc eandem interpretationem in Ferdinando post scripta inueni, quemadmodum nonnullarum aliarum sententiarum huius operis, quas describere omisi, hanc verò retinui, ex quo scripta erat, propter eos, quibus præfatum interpretem videre non datur. D

Regula pulcherrima inueniēdi dies decretorios.

E

Mar.n.8. *Vers.* 112. *Similia enim longius tempus in simili sunt, & tardius discernuntur propter consuetudinem, & amicitiam, quamquam, &c.*

Cur fœmina masculo serius in vtero augumentum, & perfectionem accipiat; vtero autem egressa, contrarium eueniat, rationem assignat Hipp. satis rationabilem, quia scilicet fœmina in corpore fœminæ viuit, quæ ipsi similis est, similia verò in similibus tardius discernuntur, & separantur propter amicitiam, & consuetudinem, fœmina igitur, quia humidior est, & in humido loco manet, non habet quicquā, quod eius formationem & perfectionem acceleret,

vndè

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 66 sur 636

©BIUM

A vndè in eodem ſtatu diutius permanet. Maſculus verò, propter caliditatem, & ſiccitatem maiorem, ad augmentum, & perfectionem celeriter tendit. Poſtquam verò à loco, ſibi familiari egreſſa, fœmina in ſicciorem locum peruenit, contrarium accidit; adiumentum enim ex ambientis diſſimilitudine ei accedit; vndè citò perfectionem conſequitur. Maſculus verò, quia ad locum peruenit proprio temperamento magis congruentem, poſt ortum præfata ratione ſerius augetur. Hanc verò poſtremam quæſiti partem ſubticuit auctor, quia ex præcedentibus ſponte conſequitur. Reliqua ſatis clara exiſtunt quor. &c.

Verſ. 121. *Peculiarem quidem ſapientiam in corpore ineſſe manifeſtum eſt, in prima ſanè die. Nam in ſomnis, &c.* *Mar.n.9.*

Quia pueri ſtatim, ac in lucem editi ſunt, in ſomnis ridere, & plorare conſpiciuntur, atque etiam aliquando ſponte dum vigilant, nequaquam autem ſi irritentur, & titillentur, priuſq.
B dies quadraginta pertranſierint. Hinc colligit Hipp. homini ſapientiam à natura inſitam eſſe. Per ſapientiam enim actiones animæ interiores intelligit, videlicet intelligere, & ratiocinari, quaſi rideant pueri in ſomnis ſuper obiecta delectabilia, & iucunda, quæ intellectus intelligit, & ratio ſuper illa diſcurrit, plorent verò, contrariorum ratione. Quia verò neutrum faciunt irritati, eo quod irritamentum non percipiunt, nam virtus ſentiens hebetatur in muccis; vndè neque triſtia, neque iucunda ſenſibus percipiunt, hinc deducit principium ſcientiæ, & cognitionis per obiecta ſenſibilia deforis aduenire non poſſe. Quo argumento propriam ſententiam circa animæ eſſentiam, & eiuſdem facultates confirmat. Quid eſſe immortale cuncta cognoſcens, & intelligens, non mediantibus ſenſibus, vt cum Ariſtot. tota Philoſophorum ſchola tenet, ſed propria virtute, & inſita facultate. Quam opinionem ab Hipp. mutuatus Plato, propriam ſibi fecit. Quod verò inquit Hipp. pueros antè quadra- Sapientia à natura inſita eſt.
C geſimũ diem minimè plorare, abſurdum exiſtimatur, quandoquidẽ puer in lucem editus plorare ſtatim creditur. Vndè Plinius ſeptimo Natur. Hiſt. in Proœmio, hominis deplorans miſeriam ità inquit. Hominem tantum nudum, & in nuda humo natali die abijcit natura, ad vagitus ſtatim, & ploratum, nullumq. tot animalium aliud ad lacrymas, & hos protinus vitæ principio. Verum non ignorari velim, vagitus, quos ſtatim pueri edunt, non propriè planctum dici, quo nomine gemitus, cum lachrymas ſignificamus. Vndè Ariſt. 7. de hiſt. Animal. hanc Hipp. ſententiam referens, propriori voce vſus inquit. Infantes autem primis quadraginta diebus, neque rident, cum vigilant, neque lachrymantur; ſed noctu, & per quietem, vtrumq. interdum faciunt.

Verſ. 124. *Quanquam mors etiam per fatum ſit ſorte deſignata.* *Mar.n.10.*

O Pulcherrimam ſententiam, & religioſo medico, qualem ſe perpetuò demonſtrauit Hipp.
D dignam. Dixerat enim ſuperius verſ. 83. Verum enimuerò conceptus, & abortus, & partus *Mar.n.6.* mulieribus in eo tempore fiunt, in quo etiam morbi, & ſanitas, & mors omnibus hominibus fiunt. Hæc verò omnia partim ſecundum dies, partim ſecundum annum ſignificationem ſui præbent. In omnibus enim his temporibus inſunt, ad vnumquemq. & vtilia multa, & hoſtilia multa. Ex vtilibus igitur ſanitas, & augumentum contingit, ex contrarijs verò morbi, & mors. His verò enarratis, & prædictis numeris explicatis, præcedentem reaſſumens ſermonem hoc in loco inquit. Quanquam mors etiam per fatum ſit ſortè deſignata. Quaſi diceret, quæcunq. de virtute dierum decretoriorum explicata ſunt, ad ſanitatem, aut mortem inferendam ægrotantibus, eatenus vera ſunt, quatenus naturæ progreſſus ſequuntur, quandoquidem ſæpè mors, & ſanitas peculiari quodam modò à Deo prædeſtinata eſt, ità vt dierum prædictorum vis nullo modò in ijs effectum ſortiatur. In quem ſenſum recepta eſt
E à quibuſdam Hipp. ſententia lib. Prognoſticorum regiſtrata, vbi dicebat. Etſi quid diuini eſt in morbis, etiam huius prouidentiam ediſcere. Quamuis aliam expoſitionem in eius loci interpretatione ſecuti ſimus, & ni fallor veriorem.

Verſ. 127. *Vt hoc exempio omnibus ſit, quod omnia exiſtentia, quæ naturã ex ijſdem habent, tranſmutationes per tempora venientia habeant, declaratur autem in ſingulis, cum alia naſcantur, alia corrumpantur.* *Mar.n.10.*

His axioma illud tantopere celebratum confirmatur, generationem vnius alterius corruptionem eſſe, idque euenire ait Hipp. quia omnia ex ijſdem elementis conſtant, quæ cum continuò ad inuicem tranſmutentur, temporis progreſſu omnia permutari eſt neceſſe. Quia

quæ

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 67 sur 636

©BIUM

quæ elementa in mixto à principio prædominum habent, temporis progressu hebetantur, & A
à contrarijs vincuntur. Huius rei causam assignabat lib. 1. de Dieta vers. 66. inquiens. Neu-
Mar.n.4. trum enim superare penitus potest ob hanc sanè causam. Igni quidem, vbi ad extremitatem
aquæ peruenit, deficit alimentum, auertitur autem eò, vndè nutriri potest. Aquæ verò vbi
ad extremitatem ignis peruenerit, deficit motus, sistitur itaque in hac, quum verò steterit, non
amplius potens est, sed ab illabente igne in alimentum consumitur. & propterea neutrum
penitus superare potest. Hæc Hipp. ex quibus sequitur, horum transmutationem necessariam
esse, vndè compositi destructio, seu corruptio tandem contingat, quæ causa est, vt mors &
corruptio cunctis sublunaribus sit fatalis, & ineuitabilis.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De octimestri partu B

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Mar.n.1. *Vers.* 8. *Nam perfectissimus est fœtus in primis quadraginta diebus, &c.*

Tres sunt quadragenarij, in quibus pueri in lucem exeunt, & partus eorum exitus, non
abortus nominatur, eo quod perfectionis principium, quòd septimo mense fieri vidimus su-
prà, sunt sortiti, primus est à conceptione quintus, qui circa septimum mensem contingit.
Huic, secundus succedit quadragenarius, à conceptione sextus, qui octauum mensem includit, in quo, si fœtus oriatur, necessario perit. Sicuti in primo aliquando vitalis nascitur. Ter-
tius verò quadragenarius, & à conceptione septimus, quo fœtus vitales omnium nascuntur.
Dum ergo inquit. Nam perfectissimus est fœtus in primis quadraginta diebus, non affert ra- C
Ratio cur nonnulli ex septimestribus viuant. tionem proximè dictorum, sed potius, cur nonnulli ex septimestribus viuant. Nam perfectis-
simus est fœtus (inquit) in primis quadraginta diebus, qui scilicet circa septimum mensem
contingunt. Dum autem subiungit. Vbi verò plures accesserint, perit, intelligit de secundo
quadragenario, qui sextus est à conceptione, in quo omnes fœtus interire dictum est sæpius,
eamque reddit rationem: quia coguntur multa in pauco tempore assumentes, ac perferen-
tes, multum ægrotare: ex quibus mors consequitur, non enim tempus ipsis datum est, quo
immorantes in vtero multis assumptis, seipsos reficiant à prægressa ægritudine, quemadmo-
dum decimestribus, imò potius affectio ipsis augetur, multa insuper perferentes, labores
nempè, qui à partu contingunt, ex quibus omnibus, eos perire necesse est. Qui verò sint
isti labores partus, consequenter docet nos: inquit enim. Incipit autem laborare puer ante
partum, & interitus periculum subit, cùm in vtero vertitur, &c. Laborat quippè puer dum D
ad partum conuertitur, vndè in ea conuersio e plures fœtus periclitantur vmbilico impliciti.
Qui verò hoc periculum effugiunt, & facile exeunt, afflictionibus tamen quamplurimus subij-
ciuntur. Nam cum plures non perfectæ maturitatis beneficio, sed aliqua cogente necessi-
tate exitum properent, siue hæc sit loci angustia, siuè alimenti defectus, siuè aliqua alia affe-
ctio, vt lib. de Natura pueri vers. 450. dicebat Hipp. his prædicta ad exitum eos compellens
Mar.n.38. necessitas, sit causa affectionis prædictarum, eamque significauit, dum dixit, ex necessitate in
ventre lib rati, &c. propter quam affectionem multos nonimestres, etiam interire adnotauit.
Quia etsi aliqui horum crassiores, & habitiores appareant, maioresq. quam illis conueniat,
Mar.n.5. (nonimestres enim tenues nasci dicebat lib. de Sept. Partu vers. 72.) nihilominus crassities il-
la non est ex augumento, & perfectione: sed ex oedemate morboso, vndè horum multi inte-
reunt tertium verò, laboris genus fœtibus contingit, post exitum ex mutatione loci, vi- E
ctus, & amictus, quæ omnia enarrantur, & confirmantur ab Hipp. adeò manifestè, vt in his
expositio nostra superflua sit. Hæc autem sunt apposita propter illos, qui existimant Hipp.
per illa verba. Vbi verò plures accesserint perit, intelligere de illis, qui vltrà constitutum
tempus nouem mensium, in vtero commorantur, quique decimestres, & vndecimestres di-
cuntur, quasi Hipp. sententia sit: fœtus ea ratione interire, quia grandiores effecti pluribus
insuetis, respiratione scilicet maiori, & alimento copiosiori egent: vndè magis læduntur.
Hæc enim expositio, & rationi, & Hipp. dogmatibus repugnat omninò, quandoquidem ra-
tionabile est, puerum, quò longius ab ægrotatione octaui mensis oritur, quæ ipsum debilem

reddidit,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 68 sur 636

©BIUM

A reddidit, eò etiam robuſtiorem fieri. Nam ratione huic contraria, nonimeſtrium paucos viuere, & extenuatos, & debiles naſci lib. de Septim. partu verſ. 70. adnotatum eſt. Quicunquè verò (inquit) ægrotans in vtero, ad nonum menſem peruenit, & in hoc menſe natus fuerit, ſuperſtes erit, & ſuperuiuunt quidem non minus hi, quam ſeptimeſtres, verum pauci etiam ex his educantur. Neque enim craſſitudinem habent, quam perfectiſſimi habent, & labores in vtero, non diù antè tolerauerunt, vt tenues euaſerint, &c. Si ergò, quo diutius manent in vtero, robuſtiores fiunt, & quò robuſtiores fuerint, eò etiam facilius labores partus ferunt: in partu etiam minus lædi eſt rationabile. Qua quidem ratione idem Hipp. lib. de ſeptimeſtri concludebat, decimeſtres maximè omnium educari, quod fortiſſimi ſint, & longè abſint ab ægrotatione octaui menſis. Quod ſi quis exiſtimet Hipp. per ſupradicta verba intellexiſſe eos, qui tranſacto ſeptimo quadragenario naſcuntur, nouum dogma Hipp. tri-

B buit. Nunquam enim exiſtimauit Hipp. fœtum vltra diem 280. naſci poſſe. Quod quidem demonſtrat inferius, decimeſtres autem inquit, & vndecimeſtres ex ſeptem quadragenarijs, eodem modo fiunt, veluti ex dimidiato anno ſeptimeſtres, quæ ſententia ſi alicui obſcura videtur, noſtram conſulat explicationem. Sed hoc apertiſſimè demonſtrauit libro de Natura pueri verſ. 467. *Mar.n.39.*

Verſ. 47. Singula enim ſegregantur repentia iuxtà aggregationem. Optima autem ſunt, quæ maximè ſoli connutrita ſunt. *Mar.n.4.*

Ad fructus ſermonem conuertens, repetit, quod ſuperius dixerat. Singula nempè ex terra naſcentia, repentia, ideſt deorſum grauitate inclinantia, quod omnibus ferè arborum fructibus euenit, cum iam ad naturalem magnitudinem ſunt aucti (excipiuntur autem nonnulli, qui ſuper ramos ſuſtentantur, nè grauitate deorſum repant) qui igitur deorſum repunt, vbi ad

C maturitatem peruenerunt, ſegregantur, iuxtà illam partem, ſecundum quam ramo arboris annectuntur. Optima autem ſunt, quæ maximè ſoli connutrita ſunt; ſunt enim fructus omnes ſapidiores, & meliores, quam, qui in vmbra. Sed quorſum hæc? vt inferat, nullam aliam eſſe cauſam, cur fructus perfecti decidant, quam maturitatem: non quia ſoli ſint expoſiti, aut in vmbra.

Verſ. 49. Caterum decimeſtres, & vndecimeſtres partus ex ſeptem quadragenarijs eodem modo fiunt, velut ex dimidio anno ſeptimeſtres. *Mar.n.5.*

Qua ratione partus decimeſtris, aut vndecimeſtris dicatur, explicat Hipp. in præſenti particula, & ait: quemadmodum ex dimidiato anno ſeptimeſtres fieri, ſuperiori libro demonſtratum eſt, ità ex ſeptem quadragenarijs, decimeſtres, & vndecimeſtres naſcuntur. Septimeſtres verò fiunt (dicebat Hipp.) hoc modo, ſi primi menſis dies quindecim ſupputaueris, Quomodo partus ut decimeſtris, ut vndecimeſtris dicatur.

D deindè quinque menſium, dies centumquadraginta ſeptem cum dimidio, ad ſeptimum menſem ſuperſunt dies plures, quam viginti, & eſt tota ſumma dimidij anni, vnà cum aliquantula diei parte. Sic igitur in vndecimeſtribus. Si exẽpli gratia primi menſis dies quinque ſupputaueris, ſupponendo conceptionem factam eſſe die vigeſimaquinta menſis, & nouem menſium ſequentium dies 270. Indè verò ſequentis menſis dies quinque, fiet ſumma dierum 280. quæ eſt terminus ſeptimi quadragenarij, in quo perfectiſſimi eduntur fœtus, quo caſu, quoniam partus in principio vndecimi menſis cadit (priores quinque dies, & quinque poſtremos, vtroſque pro menſe computando) ideò vndecimeſtris dicitur. Hæc autem ſimilitudo in ſola denominatione conſiſtit, non autem in reali computatione, quia ſicuti ſeptimeſtris dicitur partus, eoquod primi, & ſeptimi partem capit, ità etiam vndecimeſtris vocatur, quia vndecim menſes eodem modò attingit. At in reali computatione diuerſo modo procedimus:

E quia in vndecimo conſtituendo ſatis eſt partem quantumuis minimam menſis attingi, at in ſeptimi computatione neceſſe eſt primi, & poſtremi plus medietate comprehendi, quod quidem neceſſarium eſt, non vt ſeptimeſtris ſimpliciter dicatur, nam ad hoc ſatis eſt, vnum diem attingere, ſed vt vitalis exiſtat. Ex quo alterũ circa vſum menſium dictorum obſeruare oportet, quandò computatio facienda eſt in gratiam denominationis tantum: hoc eſt dum ſimpliciter quæritur, an vndecimeſtris dicendus ſit. Sicuti huiuſmodi denominatio à vulgari conſuetudine dependet, ità etiam vulgi denominatio eſt attendenda; quod in menſiũ computatione menſis partem, quamuis minimam, pro menſe numerat, ſi verò id fiat, vt indè fœtus diſpoſitio, & ſtatus deducatur; non quælibet pars menſis pro menſe computanda:

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 69 sur 636

sed tantum, quantum eius naturæ conuenit, cuius gratia ad hoc, vt fœtus septimestris sit vi- A
talis, vltrà mensis medietatem attingere necesse est, vt supra vidimus. Quod non considerantes plurimi interprætum, à difficultatibus se explicare nequeunt. Ad rem nostram igitur redeuntes. Postquam determinauit Hipp. vndecimestris partus naturam, & conditionem; qua ratione talis partus contingat explicare aggreditur, & inquit: Plurimis autem mulieribus necessarium est in ventre concipere post menstrua purgamenta, vbi ab his exolutæ fuerint, & reliqua in textu enarrata, quæ quoniam plurimũ obscuritatis in se continent, vt exactè percipiantur, sex conditiones in textu appositas examinare oportet. Quarum prima est. Plurimis mulieribus necessarium esse in ventre concipere post menstruas purgationes, vbi ab his exolutæ fuerint. Secunda, oportere mulieri tempus dare mensis, in quo purgatio contingit, quod tempus, quibus breuissimum fit, sunt tres dies. Tertia, alia multa esse impedimenta, etiam in viris, ex quibus conceptus retardatur. Quarta, quod nouilunium, quod dies B
vnus existit, exactissimè trigesima mensis pars est, duo autem dies, ferè quindecima mensis pars sunt, tres verò dies pars mensis decima, & reliqua iuxtà eandem rationem. Quinta, non esse possibile, in paucioribus diebus fieri, neque menstruorum solutionem, neque fœtuum conceptionem. Ex quibus omnibus concludit, hoc modo. Sextam conclusionem, ex his igitur necessarium est, pleraſq. mulieres circà plenilunium, vt vltrà in ventre concipere, vt 280 dies sæpè vndecimum mensem apprehendere videantur. Quia igitur postrema conclusio à præcedẽtibus dependet, eas prius explicare oportet, & quo ad primã, plurimas mulieres post menstruas purgationes, & vbi statim cessarunt, concipere, Hipp. indubitatum est, tam sæpè asserenti, conceptionis idoneum tempus esse incipientibus, & desinentibus mensibus, cuius rei ea est ratio, quia tunc maximè vterus aperitur, & genituræ viam præstat. Sed horum
Mar.n.38. Idoneum tẽpus conceptionis examinatur. duorum temporum longè aptius est, vbi desinunt, cuius causam assignauit lib.1. Morb. Mul. C
sect.2.vers.13. hunc in modum, quum purgatæ fuerint mulieres, maximè in ventre concipiũt, consuetudinem cum viro habentes, & genitura ipsis corroboratur, si quandò oportet coiuerint, & semen viri facilè ammiscetur, & si præualuerit, illi accommodatur, & appropriatur: tunc enim maximè os vterorum hiat, distentumquè est post purgationes, & venæ genituram attrahunt. Quoniam igitur plurimæ mulieres post menstruas purgationes in ventre concipiunt, ex hoc illud deducit, ergò oportet mulieri tempus dare mensis, in quo purgatio ipsa contingit. Cuius consequentiæ ratio, vt innotescat, supponendum est: Mulieres quia nullo euidentiori signo se in ventre concepisse cognoscunt, quam ex cessatione menstruorum, iuxtà illud aphoristicum, si mulieri menses defecerint, neque rigore, neque febre accedente, in vtero habere suspicandum est, ideò tempus conceptionis ab ijsdem deducere consueuisse. Quem modum secutus Hipp. inquit: tale tempus dandum esse mulieri, ità scilicet, vt totum D
tempus fluoris in die conceptionis constituendo detrahatur, ab eo die, quo menses fluere notabiliter inceperunt, quod quidem tempus trium dierum ad minus supponitur. Sed, & alios etiam dies esse detrahendos admonet propter impedimenta, quæ ex parte viri contingere possunt, à quibus retardatur conceptio, ne statim à cessatis mensibus fiat. Hæc autem
Quæ requiratur viri dispositio ad cõceptionẽ impedimenta in eo consistunt, quia sæpè vir non prestò est, vt cum muliere coire possit, nam aliquando est absens, aliquandò à libidine non concitatur, nonnumquam non est, vt par esset, dispositus, particularis enim viri dispositio requiritur ad conceptionem, quam Hipp. lib. de sterilibus, his verbis expressit. Vir autem non sit ebrius, nequè vinum album bibat, sed
Mar.n.11. quod fortissimum est, & meracum, & cibos edat fortissimos, & calida non lauetur. Quia igitur viri dispositio ad conceptionem requiritur, quæ sæpè desideratur, ideò impedimenta ex parte viri accedunt, quæ conceptionem retardare solent, hos igitur dies mulieri etiam E
dare oportet, & in computatione à die eruptionis menstruorum subtrahere. Hoc explicito subiungit quartum, & inquit: oportet autem, & hoc considerare: quod nouilunium, quod dies vnus existit, exactissimè trigesima mensis pars existit, &c. ex quibus inferre vult: ea ratione nouilunium, hoc est primum mensis diem mensem dici, quia mensis pars est, ità vt conceptio, siuè partus ab illo mense, cuius dies ille est principium, denominari possit, & eo magis, si in secundo, aut tertio die mensis contigerit. Et non est possibile in paucioribus partibus fieri, nequè menstruorum solutionem, nequè fœtuũ conceptionem; subiungit Hipp. secundam, & tertiam reassumendo conclusionem, quibus probauerat necesse esse tempus

dare

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 70 sur 636

A dare mulieri, in quo menses fluunt, quod ad minimum sunt tres dies: & tempus illud, in quo ex parte viri conceptio frequentissimè retardatur, quod tempus si duos ad minimum dies comprehendere supponitur, quinque dies saltem erunt, quos à menstruorum apparitione subtrahere oportet. Non enim possibile est (inquit) in paucioribus mensis partibus, scilicet quam dierum quinque fieri, & menstruorum solutionem, & fœtus conceptionem, ex quibus colligit sextam conclusionem. Necesse esse pleraſque mulieres in ventre concipere, non in ipso nouilunij, aut plenilunij die, propter dies prædictos, quos subtrahere oportet: sed circà plenilunium, videlicet, parum, antè, aut parum post: Ratio huius consequentiæ dependet ex suppositione temporis, quo prout plurimum menstrua erumpere solent, quod quidem, & principium, & medium lunaris mensis esse, videlicet coniunctionis, & oppositionis tempus, præter experientiam, ex Hipp. doctrina facilè deducitur, lib. enim de nat. Pueri vers. 86. causam afferens, cur purgationes in mulieribus singulo mense contingant, id fieri ait, quia mensis, à mense differt in caliditate, & frigiditate, hoc est (vt ego interpretor) pars mensis ab eiusdem mensis parte, pars inquam decrescentis lunæ, à parte, in qua augetur lumine, quæ differentia, & diuersitas cum maximè vigeat in præfatis aspectibus, sequitur in ijsdem pro maiori parte menstruas purgationes contingere. Id verò tanquam nouissimum substituit Hipp. quod ab Auicennà eleganter explicatum inuenio, libro enim de natura animalium cap. 1. ait: Et plus accedit de menstruis in principio mensis, & in medio, & fortasse hoc est, quia luna quandò mutatur, manifestè in suo lumine mutat humiditates in animalibus, sicuti in mari, & flumine, & fluxu, & refluxu. Si ergò mulieres, pro maiori parte purgantur, aut in nouilunio, aut in plenilunio, & à die purgationum computandi sunt tot dies, quot retardatur conceptio, sequitur, quod ait Hipp. necessariò plurimas mulieres circa plenilunium, & vltrà concipere. Ante illud quidem concipiunt, quæ in coniunctione purgantur, & quibus per plures dies purgationes menstruæ fluunt, & vbi impedimenta ex parte viri diutius conceptionem protrahunt. Post plenilunium verò, & non diutius conceptionem protrahunt. Post plenilunium verò, & non longè abeo concipiunt mulieres, quibus in plenilunio menstrua fluunt, spacioque breuiore, & quandò impedimenta ex parte viri, conceptionem non multum retardant, longius verò à plenilunio, & vt ait Hipp. vltrà plenilunium concipiunt, quibus pluribus diebus perseuerant menses, & ab alijs, ex parte viri impedimentis diutius retardatur conceptio. Et suppositis casibus in duobus postremis euenit, quod ait Hipp. partum septem quadragenariorum, hoc est dierum 280. in vndecimum mensem incidere. Nam si conceptio fiat proximè à plenilunio, v. g. die sexto, qui dies est vigesimusprimus mensis, partus in primũ diem vndecimi mensis incidit, si verò vlterius conceptio retardatur, v.g. vsq. ad decimumtertium diem à plenilunio; in die vigesimooctauo mensis, partus in diem octauam vndecimi mensis cadet. Sicque patet ex præmissis hanc consequentiam deduci. Necesse esse plures mulieres circa plenilunium, & vltrà concipere; vt ducenti, & octuaginta dies sæpè vndecimum mensem apprehendere videantur, appositi autem particulam illam sæpè, propter illas, quæ proximius à plenilunio concipiunt, quam sex dierum spatio. Has enim vndecimum mensem attingere est impossibile: quod quidem, quia admodum rarò contingit, ideò contrarium sæpè euenire ait.

Cur mulieres circa plenilunũ concipiant.

Mar. n. 6.

B

C

D

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De superfœtatione.

E

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Vers. 2. Si verò in altero cornu superfœtationem habuerit, posterias ipsam insuper parit non vitalem: vbi vterus laxatus, & humectus fuerit, vitali exoluto. Mar. n. 1.

Parit secundum fœtum, non vitalem, quia in vtero non permanet, quòusq. ad perfectionem perueniat: vndè vitalis euadat. Non enim perfectionem æquali tempore cum primò fœtu habet, quia posterius ipso conceptus est, cur verò non permaneat in vtero vsque ad perfectionem, causam assignat Hipp. quia vterus laxatus, & humectus in exitu fœtus vitalis,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 71 sur 636

superfœtationem non amplius arctè continet, vndè illabitur, laxari verò vterum intelligit, quandò id quod continet, non amplectitur, idque necessario euenit, postquam puer in lucem editus est, maiori spatio in vtero remanente; cum statim in seipsum recurrere, & contrahi non possit propter humorem, à quo humectatur. Humectatur verò vterus à partu, quia membrana abrupta, serositas primum exit, deindè muccus sanguinolentus, & tandem omnium humorum congeries, qui puerperij purgamenta constituunt, à quibus omnibus vterus humectatur. A

Mar.n.2. Modi facilioris partus.

Vers. 14. *Si verò alicui vnà cum secunda.*

Partus facilioris tres modos hoc loco describit Hipp. Primus est, quandò fœtus vnà cum secunda egreditur: qui modus, eo quod non admodum frequens est, ideò hoc dicendi modo vsus est, si alicui, &c. Secundus est, quandò puer secunda inuolutus, ad os vteri peruenit, indèque secundina abrupta, primum fœtus exit, deindè secunda. Tertius modus est, quandò puer egreditur, secunda nondum auulsa, sed intimius adhærente, etiam puero exoluto. Verba contextus sunt per se manifesta: & ideò hæc attigisse satis erit. B

Mar.n.5.

Vers. 44. *Cæterum si secunda non facile excidat.*

Quam hoc in loco docet secundinæ extractionem, tunc solum facienda est, quandò puer mortuus est, nam viuens nimis læderetur, si statim post exitum, nudus in aere frigido contineretur, quòusque administrentur ea, quæ ab Hipp. proponuntur. Quarè viuente fœtu tutius erit, & medicamentis, & sternutatione eam excludere, vt ipsemet Hipp. docuit, tum libro de Nat. Mul. tum lib. 1. morborum mul. necnon in Epidemijs. In mortuo autem fœtu hæc esse administranda, non in viuente, præter rationem allatam, sermonis continuatio palam facit. Loquebatur enim de mortuo fœtu extrahendo, quo excreto, quid faciendum sit, si secundina non sequatur, docet consequenter, & vt hæc præcedentibus connecterit, vsus est hoc dicendi modo, secunda verò si non facilè excidat, &c. particula namque illa, verò, connexionem quandam, & relationem ad antedicta significat. C

Quando secundina sit extrahenda.

Mar.n.6.

Vers. 66. *Si puer immortuus fuerit.*

Inter signa mortui fœtus hoc est præcipuum, quod hoc in loco proponitur: quando scilicet, ex transmutatione matris à latere in latus, fœtus translabitur, & vertitur instar lapidis; quod signum tanti faciunt pleriquè medicorum, vt hoc solo conspecto, mortuum esse fœtum pro certo affirmare non dubitent, etsi re vera hoc signum non sit sufficiens, cuius rei indubitatum testimonium facit, Herpalidæ soror, cuius historia lib. 7. Epidem. vers. 131. narratur, huic enim vtero gerenti puer velut mortuus translabebatur modo iam dicto, quem tempore viuum peperit, & ratio est, quia hoc signum non magis mortem, quam imbecillitatem summam significat. Quod cognoscens Hipp. pro rei certitudine, huic signo aliud etiam insuper addidit inferius, videlicet frigiditatem pectinis mulieris. His enim duobus concurrentibus signis, fœtum viuere videtur impossibile. D

Signa fœtus mortui.

Mar.n.6.

Mar.n.7.

Vers. 77. *Muliere ægre pariente, si puer in genitalibus locis hæreat, &c.*

Quandò puer in exitu diù in genitalibus hæret, præterquam quod maximè defatigatur, & comprimitur propter vmbilici, tum extensionem, tum compressionem, spiritu destitutum, vlterius laborare contingit, ità vt, & si indè à molestijs exoluatur, nihilominus, & propter debilitatem, & spirituum penuriam, viuere vix possit, quin exolutus non longè post exitum moriatur. Hoc igitur periculum, vt euitetur, admonet Hipp. ne statim vmbilicus recensetur, sed tamdiù immoretur, quousq. cæteræ viæ aperiantur; per quas transpirationem efficere, & spiritum reuocare possit. Ità enim natura comparatum esse nos docet lib. de octimestr. partu, vers. 38. vt cum statim vmbilicus recluditur, cæteræ viæ aperiantur quarum apertionem attendens, à suctione tandiù immorandum iubet, quousq. puer, aut mingat, aut sternutet, aut vociferetur. Interim namque per vmbilicum recreari poterit, quod, quidem cognoscemus, si vmbilicus infletur à spiritu, & moueatur, hoc enim perspecto, vmbilicus tutò resecari poterit, sin minus, persistendum aliquantisper: nam non longè post viuet puer, & transpirationem per vmbilicum faciet, ità enim mihi videntur interpretanda illa verba postrema (si verò non inflatur vmbilicus, neque moueatur tempore accedente viuet) Quorum verborum obscuritate permotus fortasse Caluus, negationem præter omnium codicum fidem addere fuit coactus. E

Quandò vmbilicus non sit reficādus.

Mar.n.4.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 72 sur 636

©BIUM

A *Verſ. 99. Mulier, quæ præter naturam craſſa eſt, ac pinguis, &c.* Mar.n.9.

Quæ præter naturam, hoc eſt præter naturale ipſius temperamentum, craſſa eſt mulier, quod ex eo cognoſcitur, quia cum antea eſſet tenuis, craſſa, & pinguis effecta eſt, non concipit hoc tempore, videlicet, dum in ea craſſitudine perſiſtit. Huius rationem addidit in aphoriſmo, quia ijs omentum, os vteri comprimit, & priuſquam extenuetur, non concipit. Quæ verò ex natura talis eſt, horum gratia concipit ideſt, non modò ab his non prohibetur conceptio, imò ſi indè extenuetur, periculum eſt nè conceptio tollatur. Vide etiam, quæ adduximus ad aphoriſmum, eſt enim 46. quintæ particulæ. Tenuis mulier quę craſſa facta eſt, non poteſt concipere.

Verſ. 144. Si cui vterus ſuppuratus fiat, aut poſt partum, aut ex abortu, aut quomodocunq. alias, &c. Mar.n.13.

Pus in vtero colligitur aliquando, non ex abſceſſu, aut tuberculo in eo abrupto, ſed facta
B in eo ſuppuratione ex partu, aut ex abortu, aliquandò etiam, ex ſuppuratis menſibus, alijsvè ſuppurationibus in eo contingentibus, de quibus Hipp. pertractauit in lib. Gyneciorũ, potiſſimum verò lib. 1. ſect. 1. verſ. 83. & verſ. 96. ſect. 3. quibus caſibus, ſi materia ſponte non exeat, ſpecillo, quo vnguenta extenduntur, os vteri aperiendum eſſe nos admonet, hocque præferendum eſt ignito ferro, quo tubercula aperiri ſolent, quæ operatio ſi ſuccedat, medicamentum poſteà adhibet purgatorium, & exterſorium, quo vterus purgetur. Verum quia huiuſmodi operatio locum habet tantumodò, quandò pus in capacitate vteri continetur, ideò eam appoſuit conditionem, vt pus in vaſe, aut tunica non contineatur. In abſterſorio autem medicamento addidit erucas ſuper Tythimalum degentes, à quo virtutem purgatoriam ſuſcipiunt, monetque, aculeos, quos in capite habent, eximendos eſſe, quia fortaſſe hæc pars quidpiam deleterij habet, idque diligenter eſſe faciendum, nè eo reſecto ſuccus ab herba
C exhauſtus deperdatur. Cæterum verba contextus explicatione non egent.

Verſ. 213. Et vbi marem generare voluerit, &c. Mar.n.18.

Quamuis maris, aut fœminæ generatio à ſeminis conditione maximè ortum ducat, exiſtimante præceptore genituram, & maſculinam, & fœmininam ab vtroque parente produci, & quæ in conceptu prædominatur, eam fœtum ſibi ſimilem producere. Nihilominus, quia id totum à ſeminis temperie dependet (calidius enim maſculum, frigidius verò fœmineum eſſe omnibus receptum eſt) ideò quæcunque ſeminis caliditatem augere poſſunt, ad prolis maſculinæ generationem, quæ verò eiuſdem calorem hebetare apta ſunt, ad fœminæ conceptionem facere, exiſtimandum eſt. Hinc euenit, vt loci diſpoſitio, ad id plurimum conducat, & quam plura alia, quæ ſeminis temperiem alterare poſſunt. Has ergo cauſas omnes conſiderans Hipp. in hoc textu, quo ingenio maſculus, aut fœmina arte procurari poſſit, nos
D breuiter docet, & principio vteri diſpoſitionem conſiderans ad maris conceptionem requirit vterum à menſibus perfectè expurgatum, & ſiccum. Humiditas quippè vteri ex menſibus, ad fœminæ generationem procliuis eſt. Secundo loco alterationem, quam ſemen incurrit conſiderans, coeuntem virum conſulit intimius intrudere penem, quo ſcilicet ſemen vteri ſinum immediatè incidat, ità enim in ipſa eiaculatione non refrigerabitur, & ad maſculinæ prolis conceptionem aptius erit. Monet etiam, ne virile membrum à muliebri pudendo extrahatur, priuſquam in totum deſæuierit, dum enim à ſpirituum copia turget, & calet, in vulua permanens, vteri calorem quoquo modò fouet, & auget. Quod ſi è contrà adhuc tumens extrahatur, externus aer ingrediens ſeminis calorem non parum hebetare poteſt. Tertiò denique loco ſeminis virilis naturam conſiderauit, & quia calidius, & perfectius (hoc maſculinum vocat) illud eſſe rationabile eſt, quod à dextro teſticulo attrahitur, tum quia
E dextræ partes ſiniſtris ſunt calidiores, & robuſtiores, tum maximè, quia vas ſpermaticum dextræ partis à vena caua procedit, quæ ſanguinem continet calidiorem, & craſſiorem, quod verò à ſiniſtra parte progreditur, à vena emulgente deriuatur, quæ ſanguinem frigidiorem, ſeroſioremque continet. Ideò, quandò maſculum generare intendimus, procurandum eſt, vt genitura maſculina (quemadmodum ipſe loquitur) fœmineam ſuperet, idque ſiniſtro teſticulo alligato. Nam hoc pacto, cum minima pars ſeminis à ſiniſtris partibus proueniat, à dextris verò plurima; maſculina genitura fœmineam ſuperabit: vndè maſculus concipietur. Fœmina verò generabitur dextro teſte alligato, ob rationem contrariam. Quo ingenio maſculus aut fœmina arte procurari poſſit.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 73 sur 636

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De Dentitione.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Mar.n.2. *Vers. 15. Qui plus mingunt, quam egerunt pro ratione habitiores sunt, qui non pro ratione mingunt, verum aluus frequenter cruda à pueris egessit, morbosi sunt.*

Quæ hic afferuntur, omninò contraria esse videntur ijs, quæ superius sunt enarrata: vbi dicebat Hipp. Si pueri sugentes, multum mingant, minimè aniculi fiunt, quibus aluus multum profluit, & benè concoquunt, hi saniores sunt. Contradictio autem tollitur, si consideramus ciratam sententiam pertinere ad infantes adhuc teneros, & partui proximiores. Hanc verò ad adultiores, & in dentitionis tempore iam constitutos. Ideoque primi, cum propè ortum adhuc sint, quo tempore infantium temperies humidissima ex natura esse debet; si calidior, & siccior fiat, eorum humidum substantificum exiguum esse, argumento est; vt vita parum duratura sit: & ideò eos minimè aniculos futuros esse pronuntiandum est. His ergo conuenit aluum mollem esse, quia id temperamento illius ætatis congruens est, è contrà verò, quia puero iam grandiori effecto tanta humiditas naturaliter non viget, vt aluus perpetuo mollis fluat; ideò id ab aliqua præternaturali causa euenire est necesse, videlicet ab affectione ventriculi, aliarumq; partium, quæ naturali facultati inseruiunt, vndè hunc puerum morbosum esse necesse est.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De corde.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Præsens de corde inscriptus liber huius visceris structuram, & actiones adeò exactè describit, vt quidquam addere super hanc materiam, posteritati relictum minime fuerit, quod quidem antiquorum præstantiam in corporibus secandis attestatur. Qui si plurima præteriere, non imperitia, vt vulgus credidit, sed tanquam inutilia contempserunt. Auctorem verò huius fuisse, neque magnum, quem dicunt Hipp. neque aliquem eiusdem scolæ Medicum, multa suadent: potissimum verò, quia cor venarum principium statuit, quod Asclepiadum
Mar.n.8. placitis aduersatur, lib. enim de Alimento vers. 72. de his ita loquitur Hipp. radicatio venarum hepar, radicatio arteriarum cor, ex his aberrant in omnia sanguis, & spiritus, & calor per hæc meat, & hac fortasse ratione, nec Galenus, nec Erotianus in explicandis vocibus Hipp. de hoc libro mentionem fecere. Ab aliquo tamen antiquorum, eoquè non vulgari confectum fuisse, ipsum opus attestatur, cuius opinionem de corde principe, & omnium facultatum auctore recepe unt Aristoteles, Crisippus, & alij Philosophi præstantiores, eamquè defendi posse, multi ex recentioribus Medicis adhuc contendunt. Affirmantes cor non arteriarum modò, & venarum, neruorumq. principiũ esse: sed & mentis & sapientiæ sedem esse, quod expresse testatur Auctor in hoc libro, hunc in modum. Mens enim in sinistro ventriculo insita est, & reliquæ animæ imperat. Sed & huius opinionis antiquitatem nobis confirmat
Mar.n.18. Hipp. dum lib. de Morbo sacro in eam inuehitur hunc in modum. Porrò dicunt quidam, quod corde sapimus, eo quod hoc est, quod angitur, & quod curam gerit: verum hæc non ita sese habent. Vbi constat opinionem hanc, non modò non recepisse Hipp. imò strenuè confutasse. Illi autem hunc librum attributum fuisse verisimile est; quia mortuo Hipp. in eius bibliotheca sine Auctore inuentus, vt Hipp. receptus est. Hunc pariter librum dilucidauit Zuingerus, verum quia multa obscura continet, non est mirum, si nonnulla ipse præterierit, circa quæ labores nostros impendere cogimur.

Mar.n.3. *Vers. 26. Quomodò enim hominis alimentum sunt ventus, & aqua, quæ cruda sunt.*

Ventum, aerem scilicet, & aquam cruda vocat, quia coctioni non subijciuntur, idque ex eo po-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 74 sur 636

©BIUM

A eo potiſſimum euenit, quia craſſeſceſcere non poſſunt, conſtat enim coctionem fieri incraſſando, vndè, quæ non craſſeſcunt, cruda perpetuò manent, & cruda dicuntur.

Verſ. 32. Sed ille etiam omninò amplioris ventris, & gracilior multò eſt, quam alter, neque extremitatem cordis attingit; ſed caudam eius derelinquit, ſolidus idem eſt, veluti extrinſecus aſſutus. Mar.n.4.

Ventriculorum diſcrimina recenſet, quæ in tribus conſiſtunt, primum quia dexter amplior eſt ſiniſtro. Secundò, quia gracilior, nam latera ſiniſtri, adeò craſſa ſunt, vt in cordis medio collocatus videatur. Tertiò, quia iſte non peruenit ad extremum cordis, ſed cuſpidem relinquit in ſuo latere: ſiniſter verò vſque ad extremum deducitur, in tenuem deſinens cuſpidem, inſtar piramidis, quæ verò ſit eius ſubſtantia, figura, & ſitus concludit tandem, & inquit, & ſolidus eſt, & veluti extrinſecus aſſutus: quem non ineptè Valuerdus in ſua Anatome,

B paruo marſupio lateri maioris in parte exteriori addito aſſimilauit.

Verſ. 45. Craſſa enim vena ex altero excurrens, viſum decipit, ſi fuerit reſecta. Mar.n.5.

Venam craſſam appellat, quam cauam dicimus, quæ poſtquam cor ingreſſa eſt, omninò aboletur: quia in cordis ſubſtantiam tranſit, nec venæ arteriali continuatur, quarè dum cor integrum eſt, manifeſtè patet venam magnam in arterialem deſinere, verum eo diſſecto, nequaquam. Hanc continuationem venæ magnæ cum cordis ſubſtantia conſiderans Ariſtot. 3. de Part. Anim. cap. 4. Cor venarum ſtatuit principium, huic Auctori conſentiens, qui ex prædictis hanc elicit concluſionem. Hi fontes ſunt humanæ naturæ, & hinc flumina ſunt, quibus totum corpus irrigatur, atque hi etiam, vitam homini conferunt, & vbi reſiccati fuerint, homo moritur.

Verſ. 51. Verum ſunt organa, quibus natura aerem rapit, &c. Mar.n.6.

C Vſum auricularum cordis declarat, appoſitaſque eſſe aſſerit ad cordis exhalationem præſtandam, quandò, & ſanguinem, & ſpiritum copioſiorem admittit, quam eiuſdem capacitas permittat, cum enim cordis ſubſtantiam denſam, & ſolidam eſſe conueniret, & hæc extenſionis non ſit capax, dum ſanguis à venis effunditur in ipſum, & ſpiritus à pulmone, ne, ab eorum copia ſuffocaretur: natura igitur vt huic periculo proſpiceret, has appoſuit auriculas, quæ dum dilatantur, cordis capacitatem quoquo modo maiorem faciunt. Cor autem repleri ſæpiſſimè contingit: tum quia attractionem maximam facit; tum quia cum caloris ſit receptaculum, ſæpè magna ventilatione eget, vndè aerem copioſiorem attrahere cogitur. Hunc autem verum eſſe harum auricularum vſum, eo probat argumento, quia dum cor ventilatur, per proprium motum, diaſtolis, & ſyſtolis; ad talem motum auriculæ non inflantur, ſed priuato, & peculiari alio motu. Quomodò autem cor præfato motu ſyſtolis, & diaſtolis mo-

D ueatur; & qui ſit illius vſus exponit, & inquit id euenire; quia venæ operantur reſpirationem in ſiniſtrum ventriculum, arteria verò in dextrum: dum ſcilicet aer, & ſanguis inuicem permiſcentur, vt indè ſpiritus vitalis generetur, nam quantum ſanguine participat ventriculus dexter, tanto ſpiritu ſiniſter abundat. Harum autem auricularum ſubſtantiam mollem, ea, ratione factam eſſe ait, quia molle magis attrahit, & dilatatur facilius, quam denſum. Cur duæ factæ ſint, non vnà, rationem aſſignat, quia non ſiniſter modo ventriculus caliditate participat, ſed etiam dexter; quamuis non æqualiter. Nam dextri calorem remiſſum eſſe, ait inferius. Perperam igitur Interpres hanc particulam negatiuam fecit, quæ affirmanter legitur in Græco exemplari. Quia ergò auriculæ ad cordis ventilationem factæ ſunt, & in, vtroque ventriculo calor viget, meritò vtrique auriculæ ſunt appoſitæ. Verum aliquis dicere potuiſſet: ſi cor copioſo, & ſanguine, & ſpiritu eget; cur ſummus opifex amplam ei capa-

E citatem non dedit, auriculis relictis? Huic tacitæ obiectioni reſpondet Auctor, & inquit, quia cor caloris eſt receptaculum, qui aerem ſibi proportionatũ, & quantitate, & qualitate requirit: ſi amplos ventriculos recepiſſet, dum calor, ſiuè ſubſtantia calida in eis contenta exigua foret, ab aere copioſo ingrediente ſuperaretur, & extingueretur; cui periculo ventriculorum anguſtia natura occurrere voluit, ſuffocationis verò periculo auricularum appoſitione, quibus mediantibus, ventriculorum capacitas maior fieri, neceſſitate cogente poteſt.

Verſ. 71. Atque hæ magis in ſiniſtri ventriculi oſculis exactius, & meritò ſanè obortæ ſunt, mens enim hominis in ſiniſtro ventriculo, &c. Mar.n.8.

Oſtiolorum, quæ in ſiniſtro ventriculo, & principio magnæ arteriæ exiſtunt, declarat offi-

cium,

©BIUM

cium, eaque apposita esse inquit, nè materia in arteria magna contenta, sinistrum cordis ventriculum ingrederetur. Nam, cum in eo mens hominis omnium facultatum nobilissima contineatur, non materia ex cibis, & potibus genita nutritur; qualis est, quæ in arteria continetur, est enim sanguis ex prædictis genitus; sed ex puriori substantia, & sanguine ipso mirabili quodam modo discreta: sinister enim ventriculus alimentum suscipit ex proxima sanguinis cisterna, ex dextro scilicet ventriculo radios suos eo mittens perseptum inter vtrumquè ventriculum positum, cuius densitas, & crassities nihil penetrare permittit, quod tenuissimũ, atque purissimum non sit, eo quod cõmune alimentum, quod ex ventriculo, & intestinis corpori accedit, ipsi improprium, & non naturale existit. Cum igitur, qui in arteria continetur humor sit ineptus nutritioni sinistri ventriculi, & propter continuam fluctuationem, qua sanguis in arteria mouetur, facilè in cor trahi posset à calore, qui in ipso ventriculo continetur: ideò natura prędicta ostiola apposuit, quibus prohibetur ne quid eorũ quæ in arteria continetur in cor cõtrahatur; idq. significant verba illa οκως δὲ μὴ ανακωχῆ τὸ σιτίον τὰ ἐνεόντα ἐν τῇ αρτηριῃ εξάλη ἐὸν ἀποκλείει τὴν ἐπ' αὐτὴν κελεύθον, idest nè autem, quæ intus sunt (calor inquam, & spiritus) in sinistro ventriculo contenti cibum in fluctuatione, in arteria constitutum retrahant, viam in eum occlusit (hoc est in cordis ventriculum) magna enim arteria ventrem depascitur, & intestina, idest humorem continet à ventre, & intestinis prouenientẽ, plenaq. est alimento, non principali, & actioni, quæ operatur in sinistro ventriculo, penitus inepto.

Mar. n. 9. *Vers. 79. Quod autem non nutriatur sanguine apparente, &c.*

Cordis sinister ventriculus non nutritur sanguine.

Probat sinistrum cordis ventriculum non nutriri sanguine communi, & apparenti, quem supra, modò cibum, & potum: modò impuram substantiam; aliquandò alimentum non principale appellauit, & inquit, arteriam ipsam indicare nobis, ventriculum sinistrum non nutriri sanguine communi, quia mactato animali, & sinistro ventriculo dissecto, totus desolatus apparet: hoc est vacuus omninò, excepto quodam seroso humore, flauaque bile, & pelliculis quibusdam. Arteria verò, sanguine non est destituta, neque ventriculus dexter, signum euidens diuersum esse alimentum arteriæ, ab alimento sinistri ventriculi. Quarè præsentis textus obscuritas, à Corn. versione ortum habuit, voces illas ερημίη πάσα, quæ ad ventriculum referuntur, ab articulo fœminino deceptus, ad arteriam referens, transtulit: tota desolata apparet, cum verti debeat, totus desolatus apparet. Quomodò enim hæc ad arteriam magnam referri poterunt: de qua paulò anteà dicebat. Arteria enim magna ventrẽ depascitur, & intestina, plenaque est alimento non principali? quam contradictionem, vt deuitaret, vocem alteram addidit, quæ in nullo exemplari legitur. Præsens ergo sententia ex Græco contextu ità verti debet. Quod autem non nutriatur sanguine apparente, arteria ipsa manifestum (facit) hoc modò. Mactato enim animali, & sinistro ventriculo dissecto, totus desolatus apparet, modico seroso humore excepto, flauaq. bile, ac pelliculis. Arteria autem sanguine non est destituta, neque ventriculus dexter.

Mar. n. 10. *Vers. 88. Debilis est enim hic calor, frigiditatis facultate superatus, &c.*

Vsum aperit earum pellicularum, quæ in orificio venæ, sanguinem à dextro ventriculo in pulmonem deferentis, collocatæ sunt, earumque vsum esse inquit, vt sanguinis aditus in pulmonem pateret: regressus verò impediretur, & ideò in pulmonis vasa aperiuntur, in cor verò clauduntur, non tamen exactè; quo aeris portio à pulmone dextrum ventriculum ingredi posset; exigua tamen, nè ab aeris copia ventriculi calor, qui remissus est, extingueretur. Calorem verò dextri ventriculi debilem esse, probat Auctor, dum inquit, frigiditatis facultate superatus. Sanguis enim non est natura calidus, neque alia aliqua aqua, sed calescit, cuius rationis fundamentum à causa caliditatis dextri ventriculi dependet, & à naturali sanguinis temperie, qui in eo continetur, supponit enim dextrum ventriculum calorem habere, non ex se, quemadmodum sinister, de eo enim dictum est supra. Nam insitus à natura ignis non est in dextro, verum quia sanguinem in se continet copiosum. Cum igitur quidquid habet caloris ventriculus dexter, id totum à sanguine in eo contento dependet, qui non ex propria natura calidus est, sed ascititia; sequitur necessario eius caliditatem remissam esse, ac satis debilem, quia calor à naturali frigiditate sanguinis superatur. Sanguinem verò natura frigidum esse existimauit hic Auctor, quemadmodum, & cætera fluida, in quorum generatione aquã, quæ frigida supponitur, prædominium habeat, in his enim omnibus, vbicunque

Sanguis non est natura calidus.

calor

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 76 sur 636

A calor ab aliqua causa introducitur, eadem cessante rursus ad naturalē frigiditatem redeunt, quia calor ille aduentitius à frigiditate in ijs potentia existente superatur, & ad propriam, naturalemque frigiditatem reducuntur. Qua ratione autem sanguis non per se calidus dicatur, explicauit Arist. 2. de histor. Animal. cap. 2. Quoniam igitur quidquid habet caloris ventriculus dexter, à sanguine recipit, qui nō natura, sed adscititio calore calet, sequitur huius calorem debilem esse, ita vt ab aere copioso eum ingrediente extingui facilè possit.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De Glandulis.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

B *Vers. 8. Aegrotant autem non valdè, sed cum reliquo corpore.* Mar.n.1.

Proprio morbo ægrotare pars dicitur, non modò quandò & primò, & per se afficitur, sed etiam quandò proprio, & peculiari morbo ægrotat, & qui cæteris particulis non contingit, v.g. Nephritis morbus proprius est renum, quia nulla alia pars huic morbo subiecta est, è contra verò, cum toto corpore pars ægrotare dicitur, quandò à morbo corripitur, qui singulas corporis partes inuadere solet. Hos morbos communes: illos particulares dicimus. His ità explicatis sententia Hipp. omnibus aperta, & clara euadit.

Vers. 62. Si enim multa, & acris influxerit, &c. Mar.n.5.

Quod hoc in loco asseritur ab Hipp. quotidiè obseruatur in praxi, dolores inquam ad aures fieri, quotiescumq. glandulæ, quæ sunt in faucibus, inflammantur, morbus quidem pro
C maiori parte salutaris, de quo ita concludit Hipp. lib. 2. de Morb. sect. 2. vers. 73. His adhi- Mar.n.28.
bitis multi sani fiunt, est enim hic morbus minimè lęthalis, si verò fluxio pituitosa, & multa, ac lenta fuerit strumas producit, quas, pessime colli morbum vocat: non eo quod sit læthalis: sed quia contumax, & curatu difficilis est, quod insinuauit Hipp. dum dixit. Quum stabilis Mar.n.6.
humor existat, nam difficilè cedit medicamentis.

Vers. 103. Cerebrum autem cladem perfert, & ipsum sanum non existens, &c. Mar.n.9.

Hoc in loco Apoplexiam describit Hipp. in qua mentem desipere, cerebrum conuelli, & totum hominem distrahi, voce priuari, & suffocari testatur, quæ symptomeata à communi apoplexia longè abesse primò aspectu videntur, si tamen rectè, & diligenter perpendantur, Symptomata apoplexiæ declarantur.
apoplexiam veram constituere inueniemus. Mentem enim desipere, non intelligit Hipp.
D delirium, in quo mens errat: sed priuationem potius intelligentiæ significat, & ideò vsus est, verbo ἀφρονεω, priuatiuum verbi φρονεω, quod intelligo significat, vndè ἄφρων dicitur non solum, qui desipit, sed etiam, qui intelligentia caret, in quam significationem vsus est etiam lib. de Morbo sacro vers. 185. quare malè interpretatus est Corn. vtroque in loco desipit, quia Mar.n.8.
vertendum erat potius, non intelligit, quod apoplecticum esse, omnibus est notum. Et cerebrum conuellitur, cerebrum in apoplexia conuelli, non quidem obseruatur, imò conuulsio, apoplexiæ penitus aduersari videtur, quandò hæc motus priuationem, illa verò motum inuſſum, & præter naturam importat. Sed Hipp. acutissimus speculator causam apoplexiæ respiciens, quæ acris, & rodens materia existit, impossibile esse existimauit, cerebrum non conuelli, dum ab illa materia acri irritatur. Quandoquidem 7. epid. 378. vt suo loco demonstrabitur, conuulsiui motus omnes, quemadmodum, & ipsamet conuulsio, à stimulata facul-
E tate dependent. Quia igitur cerebrum ab acri materia roditur, facultatem irritari necesse est, quæ vt quod molestat expellat, cerebrum motu conuulsionis mouet, verum quia, spiritus animales per neruos ad motum præstandum ferri prohibentur, motus illi conuulsiui cæteris partibus non communicantur: & ideò motus nullus ad sensum fit conspicuus, quare prudenter dixit, cerebrum conuellitur, non corpus totum, aut aliqua illius particula. Distrahit totum hominem, qui non solum intelligentia caret, sed cæteris omnibus functionibus exterioribus priuatur, adeò vt neque sentiat, neque audiat, neque moueatur, quasi à se ipso destitutus omninò, quæ quidem symptomata omnia in apoplecticis quotidiè obseruantur, & potissimum vocis priuatio, cuius nomine aliquandò omnium sensuum priuationem Hipp.

signifi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 77 sur 636

significata testatur Gal. vbique suffocatur, quia in apoplexia respiratio læditur; iuxtà cuius læsionem debilis apoplexia à forti distinguitur: vt omnibus receptum est. Hæc igitur veræ apoplexiæ sunt symptomata, non adeo tamen quin etiam epilepsiæ conueniant, sicuti non est inconueniens vnum, eundemque humorem modò apoplexiam, modò epilepsiam inducere, quandò quotidie obseruatur epilepticorum plerosque à superuenienti apoplexia è medio tolli: imò quotiescunque humor, qui cerebrum infestat, acris est, & mordax, quia facultatem indè non irritari, non est possibile, ideò conuulsionis motus semper inducitur. Verùm si idem humor acri qualitate sanguinem in cerebri sinibus existentem corrumpat, ità vt sistatur, & naturali motu priuetur (in hoc enim essentiam apoplexiæ reposuit Hipp.) quia spiritus animales ad motum efficiendum concurrere non possunt; ideò conuulsio, quæ in motu præter naturam consistit, in partibus vltra cerebrum non percipitur: quamuis ipsum cerebrum irritatum, intimius concuti, conuelliq. rationabile videatur Hipp. sed motus, & sensus priuatio tantummodò apparet: quæ duo simptomata apoplexiæ essentiam constituere, existimantur. Si verò à prædicto humore non fiat corruptio, & congelatio in sanguine, quæ lationem impediat animalium spirituum, sed facultatem tantummodò ipsius cerebri irritet, tunc spiritus importuno illo motu agitati, conuulsionis motus faciunt, ijsdem, quos molestat, expellere tentantibus: vndè totius conuulsio oritur, quæ communiter epilepsia dicitur. Hanc verò distinctam causarum apoplexiæ, & melancoliæ, quam subsequenter adducit Hipp. inferens, hanc in eo consistere: quia si humor acri qualitate lædat, apoplexiam facit: si copia melancoliam; non facilè admittunt recentiores, qui existimant apoplexiam fieri ab humore frigido, & pituitoso, nullius acrimoniæ participe, melancoliam verò ab humore melancolico, qui raro acrimonia caret: & potissimum, si atrabilis dicta fuerit, etiam si hæc Hipp. sententia in opinionem Gal. trahi possit, qui 3. de loc. a. 7. testatur, humorem melancolicum si cerebri lædat temperiem, melancoliam fieri, si corpus, & eius constructionem, oriri epilepsiam. Quandò probabilius est, humorem acrem cerebri cauitates lacessere, quam eius substantiam, in quo naturalis temperies fundata est, quia natura ab humoris acrimonia irritata, non permittit, cerebri substantiæ adeò insinuari, vt propria vitietur temperies, quod facilè est humori minimè acri, & copioso. Ex hoc autem loco elicimus, apoplexiæ causam ità in acrem, & erodentem humorem referri apud Hipp. vt qui hac eadem caret, apoplexiam facere non possit, vnde lib. 2. de Morb. vers. 82. eam apoplexiæ speciem, quæ ab humore frigido sanguinem congelante ortum ducit, non apoplexiam: sed Βλάβος nominauerit. Qui quidem affectus, quantum à vera apoplexia differat significata ab Hipp. in textu apposita satis manifestant, idque nulla alia ratione nisi quia illius materia frigida est; apoplexia verò acris, & mordax, & ideò in hac spirituum cessat motus, non ratione obstructionis simpliciter, sed quia ab aeri qualitate sanguis corrumpitur quodammodo, & sistitur. In illa verò, sanguis à pituitæ defluxu refrigeratur paulatim, nec ità subito congelatur, vt spirituum intercipiatur motus: & vera apoplexia constituatur; quemadmodum in explicatione loci citati de morbis vers. 82. demonstrabimus, explicantes naturam apoplexiæ: iuxtà eius causam, & differentias.

In quo consistat apoplexiæ essentia.

Mar. n. 2.

Vers. 123. *Alius morbus oritur ex defluxione capitis, &c.*

Mar. n. 10.

Mar. n. 18.

De hac eadem fluxione mentionem fecit Hipp. lib. de locis in Homine vers. 176. quo in loco tria morborum genera indè oriri posse demonstrauit, primum est Tabes: cum in spinalem medullam fluxio contigerit, secundum est Hydrops: cum ad vertebras, & carnes fluxus consistit. Tertium genus est coxendicus morbus: si fluxio ad vertebras delapsa, in coxendicem firmata fuerit. Quæ quidem doctrina, satis conuenit cum ijs, quæ hoc loco afferuntur, & quantum ea ad præsentis loci explicationem faciunt, tantum claritatis hæc illis præstare possunt, quia enim hoc in loco de Hydrope nulla fit mentio, signum est, hic duas tantummodò defluxionis vias attendi, alteram intrinsecus per ipsamet spinalem medullam: vndè tabes oritur. Alteram extrinsecus per vertebras, ex qua coxendicus morbus, alijque articulorum dolores oriuntur, libro autem de locis in homine, tertiam addidit, per carnes vertebris adiacentes, quæ quoniam maiori ex parte copiosa est, tum ob loci capacitatem, tum ob viarum laxitatem; ideò hanc hydropem consequi plerumque, rationabile est, è contrà verò, quæ per vertebras procedit, ob loci angustiã tanta esse nequit, vt hydropem faciat, nec partes eas lædit, quæ cum venis eam connexionem habeant, per quas aqua in ventrem tran-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 78 sur 636

©BIUM

A transfundi possit, vt proprio loco indicabitur. Tabem verò facit, non coxendicum modò, sed etiam totius corporis, quam occultam ibi appellauit Hipp. quia nullius partis affectio, quæ tabem inferre solet, in ea conspicitur, sed neruosum genus debilitando est causa, vt partes ipsæ nutrimentum proprium segniter trahant, & indè contabescant; experientia enim demonstrat, quibus particulis sentiendi, & mouendi sensus hebetatur, eas paulatim extenuari.

Vers. 31. *Habet enim, & Tonum, &c.*

Textus Græcus legit hoc modo. ἔχει γὰρ καὶ τόνον καὶ ἄλλη ξύνοδος ἐν ταὐτὰ πάλιν τοῦ σώματος, Mar.n.10.
Idest, habet autem, & tonum, & alius est hic rursus consensus corporis. Cornar. verò videtur legisse πόρον pro τόνον. Toni ergo vocantur nerui œsophagi vtrinque distenti, in quē sensū accepit Poll. lib. 2. Sensus ergò erit à cerebro præter enarrata mala, aliæ insuper affectiones contingūt, & morbi: deliria scilicet, & alia periculosa, eo quod habet neruos toti corpori cōmunicatos, & hic est alius consensus corporis, per quem morbi enarrati contingunt. Dixerat
B enim ob communionem venis mediantibus defluente à capite humore oriri, & tabem, & coxendicū affectum, nunc verò ait, per aliam communionem, per tonos scilicet dictos, deliria, & insanias toti corpori communicari, vndè periculi haud parum accedit. Zuingerus aliam interprætationem secutus est haud ineptam, quam vnusquisq. apud eum videre potest.

Vers. 135. *Et alimentum, quod ad se trahunt, in lac permutatur: & ab vtero accedit ad mammas, quod post partum puero cessurum est in alimentum.* Mar.n.11.

Duplicem materiam lactis hoc in loco agnoscit Hipp. quemadmodum in expositione lib. de nat. Pueri vers. 250. à nobis explicatum est, alteram per illa verba: Et alimentum, quod in se trahunt, in lac permutant, intelligit enim tenuem, & dulcissimum succum, quem à cibis, & potibus mammæ ex ventriculo eliciunt. Alteram per reliqua contextus verba, est enim
C hæc portio sanguinis exigua transmissa ab vtero ad mammas, cuius calore, & virtute succus præfatus transmutatur in lac: quemadmodum in expositione loci citati de natura Pueri indicauimus sufficienter. Mar.n.21.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

Ad librum de ossium natura.

PROSPERI MARTIANI PRAEFATIO.

D Præsens liber de ossium natura inscriptus, in Græco exemplari inchoat ab illis verbis: Ossa manus sunt vigintiquatuor, &c. At Cornarius in sua translatione, hæc ad ossa spectantia, præposuit ex lib. Mochlicon desumpta, quorum gratia in titulo libri de Ossium natura addidit mochlicon, idest vectiarius, quamuis maiorem partem libri, imò totam materiam mochlicon, quæ de reponendis per mochlicon, idest per vectem luxatis, tractat, dereliquit omninò. Ad librum igitur de ossibus redeuntes, Hippocraticum opus esse non dubito, nam & Gal. in Exegesi, & Erotianus talem recepisse videntur. Aristoteles verò occasionem dubitandi de hac re videtur præstitisse: dum 3. de Hist. Animal. cap. 3. venarum distributionem à capite ad inferiores partes referens, quæ hoc in libro continentur ad verbum, Polybo auctori tribuit. Quæ tamen, cum etiam lib. de nat. humana sint tradita; ex hoc libro potius ab Aristotele desumpta fuisse, quam ex illo, certò affirmari non potest. Imò, quia reliquam tractationem de ve-
E nis, quæ hic traditur, non meminit, Arist. ratio dictat, eandē ex hoc libro minimè desumptam fuisse; sed potius ex libro de Natura humana, in quo ea tantummodò continentur, quæ referuntur ab Aristot. Eius verò libri auctorem mentitus est fortassè, tum quia ea confutaturus Hipp. auctoritatem timuit, tum maximè, vt illius opera, à quibus maiorem partem suorum dogmatum transtulerat, se legisse dissimularet. Constat enim Aristotelem nullibi Hipp. nostri nomen meminisse. Cum tamen ridiculum sit credere Arist. variarum lectionum studiosissimum, Auctorem tanti nominis, & à præceptore Platone honorificentissimè celebratum, nec legisse, nec percepisse. Ea verò sub nomine Polybi recensuit, quia fortasse tunc temporis extabat liber Polybi, in quo hæc eadem venarum distributio ab Hipp. præceptore recepta, Aristot. opera Hipp. nostri se vidisse dissimulauit.

ijsdem

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 79 sur 636

ijsdem verbis traderetur. Hoc enim pactò dissimulari poterat, librum Hipp. de Natura, ex quo quatuor elementa, aliaque præstantiora dogmata desumpserat, ab eo fuisse perspectum. Totus liber anatomicus est, & in eo multa vtilia continentur, & venarum distributionem tanto artificio depinxit, vt à posterioribus imitari nondum potuerit: à varijs partibus earum exortum ducens, prout varij effectus contingunt, tum in sanis, tum ægrotis; quorum causæ ad humores referuntur, qui per venosum genus transcurrunt. De venis enim vndè primam habeant originem determinare sicuti difficile est, & operosum, ità inutilis labor, quia si effectus considerentur, quorum gratia venarum anatomes instituta est; venæ omnes quasi per circulum quendam, vt ipse ait, diuagantur per vniuersum corpus, & ideò haud minus ab hepate venarum fonte (vt creditur) ad caput progrediuntur morbi per venas: quam à capite per easdem in hepar. Quare hæc attendens Hipp. in venarum distributione, quinque principia statuit: quia affectiones, quæ venis mediantibus cõtingunt, ab his quinque principijs, pro vt plurimum originem habere solent. A corde primum, quod fontem omnibus cognatum appellat (iuxtà veriorem interpretationem, quam secutus est Caluus) à quo venæ distributionem bifariam constituit, alteram deorsum, vers. 60. vbi, vena tendit per septum transuersum hepar, &c. Sursum alteram ibi. Altera autem ex corde sub alas, &c. & iuxtà hanc venarum distributionem partes, per quas transeunt, & in quas desinunt, cordi facilè consentiunt, & cor illis. Qua ratione autem hæc eadem vena per costas distribuatur, & recurrat in cor, docet infrà vers. 82. vsque ad 92. Secundum exortum ducit à vena magna, renibus adiacente; quia renes cordi formam æmulantur, quatenus vena hæc renibus implantatur, quemadmodum superior cordi. Hanc venam emulgentem dicimus, quæ à renibus erumpens in vesicam procedit, vrinam eo ducens. Hancque inter venas adnumerauit ratione similitudinis, quamuis vena sanguiflua dici minimè possit. Tertium principium ducit ab hepate ascendens, à quo per septum transuersum, ad dexteramq. cordis partem, vsque ad clauiculas fertur, vers. 92. ibi est autem iuxtà lumbum quidem supernè arteria, infrà autem sanguiflua ab hepate, &c. & hac mediante ab hepate affectiones varijs partibus corporis contingunt: & ab illis viciſſim transmittuntur in hepar. Quartum exortum deducit ab oculo, vers. 105. ibi ex oculo iuxtà supercilium, per dorsum, iuxtà pulmonem sub pectore, altera, ex dextra in sinistram: altera, ex sinistra in dextram transit: & quæ sequuntur. Hanc autem venarum distributionem ab oculis, animaduersione dignam existimauit, tum quia plurimi abscessus, hinc indè ab oculis ad partes, quibus hæ venæ communicantur, viciſſim fieri obseruauerat frequenter, tum etiam quia cognouit nullam corporis particulam adeò firme de statu, & conditione ægrotantis testimonium præstare quam oculum, vndè 6. Epid. sect. 4. vers. 46. Scriptum reliquit: Oculi pro vt validi fuerint, ita etiam corpus, quantum verò possint oculi ad præsagiendum, indicant ea, quæ de signis ex oculis desumptis apud Hipp. leguntur passim: potissimum verò lib. præcitato sect. 1. vers. 37. & lib. Coac. Prænot. vers. 336. Quòd certè aliundè enenire non potest: nisi ob peculiarem consensum, quem habent oculi cum certis partibus corporis, venis mediantibus: quod medicum latere non oportebat. Quintum tandem, & postremum exortum venarum deducit à capite, à quo quatuor paria venarum constituit: quæ varios progressus habentia, per totum corpus disseminantur: quorum ratione caput omnium morborum radix appellatur. Nec fit vllus in corpore morbus, qui à capite aliqua ex parte non foueatur, vt non sit mirum, si pro morborum cuiuslibet partis curatione, capitis purgationem prætermiserit rarò. De summo autem eius artificio, in constituendis his quatuor paribus venarum, nostram aperuimus sententiam, in expositione lib. de Nat. hum. vers. 206. vbi eadem ad verbum referuntur. Ex quibus patet non casu quodam, & confusione, hæc de anatome venarum ab Hipp. conscripta esse, vt nonnulli recentiorum ausi sunt dicere qui quidem si artem secandi corpora profitentur, melius sibi ipsis, & Reipublicæ, literariæ consuluissent, prædictas venarum distributiones in cadaueribus perlustrare, & demonstrare, quam inconsultè reijcere, & damnare, si verò ignorant: quomodò cæci de colore iudicant? Hæc annuisse volui, vt aliquem ex anatomiæ professoribus concitarem, qui præsentem librum anatomen Hipp. continentem exponendum suscipiens, historiam venarum ad mentem illius demonstraret, & in vsum medicinæ reuocaret. Nam alioqui liber stylo adeò familiari conscriptus est, vt pro verborum intelligentia interpretis labor sit omnino superfluus.

Venarum distributio.

Mar. n. 7.

Mar. n. 9.

Mar. n. 11.

Qua ratione caput omnium morborum radix appelletur.

Mar. n. 20.

A B C D E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 80 sur 636

©BIUM

A *Verſ. 60. Arteriæ fons cognatus cor.*

Græca exemplaria vnico conſenſu legunt: καὶ ἀρτηρίης, καρδίης πηγὴ ξυγγενὴς φλέψ. &c. quæ ad verbum ſonant, & arteria. Cordis cognati ſcaturigo vena, &c. quæ certè ſenſum conſtituunt omninò diuerſum ab interpretatione communi, coniunctio enim, & vocem arteria copulat cum ſuperiori eo ſenſu, vt doceamur, renes ex neruis procedere de ſpina, & arteria, magna ſcilicet lumbis adiacente, ad regionem ipſorum renum. Indè verò per ſubſequentia verba inchoat diſtributionem venæ à corde, eamque ſcaturiginem appellat, cordis omnium cognati, ijs conſentiens, quæ lib. 4. de Morb. verſ. 20. leguntur, vbi ſanguinis fontem cor ipſum conſtituit Hipp. vt meritò omnium venarum cognatum dicatur. *Mar. n. 2.*

Verſ. 73. Vndè enaſcuntur ex ipſo venæ in veſicam, qua parte potus trahitur per venas in renes, & per ipſa inteſtina, per quæ procedit. Deinde verò, velut per qualum, per renes aqua B *percolatur.* *Mar. n. 2.*

Pro excretione ſeroſitatis duplicem viam conſtituit hoc in loco Hipp. alteram quidem per renes, & veſicam, alteram per inteſtina: ijs omninò conſentiens, quæ lib. 4. de Morbis, verſ. 119. leguntur hunc in modum. Aſſero autem, vbi homo bibit amplius, & corpus, & ſplenẽ aquã in ſeipſa trahere ex ventriculo, & ſi plus attraxerint, quã oportet, ſtatim hominem affligi, atque hoc ita fieri intelligunt quicunq. homines ſplenici exiſtunt. Poſtquam autem traxerit ſplen, optimum eſt, ſi vetus aqua, quæ in ſplene inerat, ad veſicam, aut ventriculum excoletur, & per hæc expellatur, cuius verò facultate prædictæ excretiones fiant, hoc in loco non determinauit Hipp. quamuis illius, quæ fit per inteſtina, cauſam tribuiſſe videatur attractrici venarum, quæ in ventriculum tendunt, lib. cit. de Morbis, verſ. 129. quo in loco multas venas ex ventriculo deorſum tendentes apparere ait, quæ ex infernis partibus ad ſeipſas C trahunt, vbi ſicciores fuerint, quam prius erant. Veruntamen excretionis, quæ fit per veſicam, neque hoc in loco, neque alibi cauſam ſatis expreſſit, quamuis non ignorauerit, & hanc pariter attractione mediante fieri: & ideò dixit ſimpliciter potum trahi per venas in renes, per quos veluti per qualum percolatur. Galenus verò lib. 1. de Natur. fac. de attractrice facultate diſputans contrà Aſclepiadem, necnon, & contrà Eraſiſtratum, excretionem hanc mediante attractione renum fieri ſtatuit, explosaq. vtriuſq. opinione alio modò vrinæ excretionem fieri impoſſibile exiſtimauit, præter quam mediante attractione ipſorum renum: Hancque Gal. opinionem ſecuti ſunt plerique poſteriorum. Verumtamen ſi quis exactè perpendat ea, quæ hoc in loco de renum officio ſtatuta ſunt ab Hipp. eum contrariam habuiſſe ſententiam inueniet. Nam ſi renes ad huiuſmodi excretionem concurrunt, vt expreſsè ait Hipp. & eorum ſtructura manifeſtat, vt per ipſos coletur, eiuſdem attractio illis tribui non D poteſt, ſed potius veſicæ; cuius figura huic operationi maximè competit. De ea enim hæc leguntur lib. de veter. Med. verſ. 390. Quæ igitur ex his trahere ad ſeſe, allicereq. humiditatem ex reliquo corpore maximè poſſunt? Num cauæ, & expaſſæ, an ſolidæ, & rotundæ, aut cauæ, & in arctum ex amplitudine coactæ? Equidem puto tales eſſe, quæ ex cauitate, & amplitudine in arctum ſunt coactæ, & poſt nonnulla in prædictorum confirmationem adducta, quæ ſint huiuſmodi partes exponit, inquit enim: Verum intrà hominem natura, & figura talia ſunt, veſica, & caput & vterus in mulieribus, quæ quidem palam faciunt Hipp. ſententiam fuiſſe, vrinæ attractionem opus eſſe veſicæ potius, quam renum; Hipp. auctoritati accedit ratio, quia ſi attractio fit familiaritate, vt ſæpius teſtatur de Nat. Hum. & 4. de Morb. Hipp. neceſſe eſt humorem attractum in eadem parte retineri, nec prius expelli, quam in ea copia collectus ſit, vt natura ſtimuletur ad expulſionem, nam quod familiare eſt, non expellitur, niſi E copia ſtimulet, vndè apparet, quod adnotauit Hipp. loco cit. de Vet. med. eaſdem partes plenas eſſe attractæ humiditatis, hoc eſt in membris attractioni alicuius humoris à natura dicatis, ſemper reperiri portionem humoris attracti, idquè verificatur in veſica: non autem in renibus, in quibus nunquam vrina conſpicitur: eò quod cum vrina nullam familiaritatem habent, vt ea mediante attrahatur ab ipſis. Eadem ſententia ex Gal. fundamentis confirmatur, qui lib. 5. de Vſu partium cap. 11. teſtatur, veſicam omni genere fibrarum conſtare: vndè per rectos attractionem facit, expellit per tranſuerſos, & per obliquos retinet, qua ratione permotus, eorum immemor, quæ aduerſus Aſclepiadem, & Eraſiſtratum ſcripſerat, necnon eorum quæ ſtatuerat lib. 6. de locis aff. cap. 3. Veſicam non attrahere à renibus aquoſitatem, ſed à re-

Vrina non trahitur à renibus, ſed a veſica.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 81 sur 636

nibus attractam in vesicam deponi) vesicam proprium excrementum ab alijs secretum attrahere expressis verbis testatum reliquit lib. citato de vsu part. cap. 7. & 3. de Nat. facult. cap. 12. An verò huiusmodi attractio, tum vesicæ, tum aliarum partium, quæ communi vsui inseruiunt per villos fiat, eorumque vsus sit, qualem censuit Galenus, cui consensit communis medicorum schola; apud me valdè dubium est. Tum quia multæ sunt partes, quæ, & trahunt, & retinent, ac expellunt, etiam sine villis, præfatis actionibus dicatis. v. g. hepar, lien, mammæ, testes, vt aliæ huiusmodi. Aliæque vice versa, villis præfatis participant, quæ tamen prædictis actionibus non inseruiunt: cuiusmodi sunt, membranæ, septum transuersum, musculi, & alia; Tum maximè, quia dum fit expulsio materiæ in aliqua cauitate contentæ; v.g. in vesica, tota in se ipsa contrahitur: quod quidem fit non actione villorum transuersorum tantum, quibus expulsio tribuitur: sed, & rectorum, & transuersorum simul: quod etiam testatur Galenus 5. de vsu par. cap. 11. Si ergo in expulsione, & recti, & transuersi, & obliqui villi operantur, in ea contentio, & confusio fiet facultatum naturalium, rectis villis trahentibus; retinere contendentibus obliquis, atque expellentibus transuersis. Quarè probabilius videtur, villos confectos esse, partim vt firmitudinem, & robur præstarent particulis, partim vt facilius extendi possent in amplitudinem; fortitudinem, & robur præstant villi longi, & transuersi, obliqui verò extensioni potius inseruiunt, nam & textores telas ad robur, & fortitudinem ex filis, tum rectis, tum transuersis construunt, quæ extendi aliqua ex parte volunt, obliquis filis componunt, ex quo fit, vt ventriculus, vterus & vtraque vesica obliquis villis constent, quia ea in amplitudinem extendi necesse est; intestina verò nequaquam, quia eorum extensio animali incommoda fuisset; stercus enim dilato intestino ità crassum redderetur, vt podex illud admittere non valeret, & sic de alijs eadem ratio assignari potest. Concludamus ergò, attractionem vrinæ insitam esse vesicæ facultate mediante, cuius virtute serositatem trahit à toto corde, postquam vrinæ formam acquisiuit; & quia sibi ipsi familiaris est, ideò eam retinet, quousque, aut copia, aut qualitate animalem facultatem stimulet ad expulsionem. Nec inconueniens est, vesicam naturali facultate, vrinam etiã acrem trahere familiaritate substantiæ, quæ tamen sui acrimonia animalem facultatem irritet ad expulsionem.

Mar. n. 13. *Vers. 13c. Sunt autem & à ventre venæ per corpus multæ, & omnigenæ, per quas alimentum corpori venit, procedunt autem & à crassis venis in ventrem, ac reliquum corpus, & ab extremis, & ab intimis, & inter se mutuò distribuunt internæ foras &c.*

Venarum anathomes duplicem finem habere potest, alterum quidem, vt hac mediãte varij morborum progressus, & decubitus hinc indè ab vna in aliam partem, nec non vt morborum præsentium curatio, aut imminentium præseruatio per venæ sectionem aptius fiat. Alter verò, vt indè pateat, quomodo totius corporis nutritio, & singularum eius partiũ per alimenta fiat. In priorem finem tendunt omnes venarum distributiones, quas in præcedentibus descripsit: à quinque principijs originem trahentes, prout adnotauimus in procemio, & ideò ex earum progressibus venarum secandarum electionem pro morborum curatione exemplis quibusdam nos docuit, in historia quatuor parium venarum à capite exorientium. In gratiam verò præseruationis, qua ratione ijsdem venarũ distributionibus vtendũ sit, docet subsequenter his verbis: Venæ igitur sectiones facere oportet iuxtà hos modos, operamque dare oportet, vt quam longissimè à locis, vbi dolores fieri solent, ac sanguis colligi, secemus. In alterum verò finem, quæ est distributio alimenti per totum corpus, historiam venæ hepatitis describit, cuius origo primaria, quia à venis prouenit, quæ à ventre in crassas venas procedit, ideò, antequam illius distributionem inchoet, harum venarum à ventre prodeuntium vsum aperit per contextum præsentem: qui quidem est, vt per eas alimentum corpori accedat, venis crassis, hoc est hepatiti mediante, & vicissim à venis crassis inanitus vêter refectionẽ quandam suscipiat. Præfatam verò varietatem distributionis venarum necessariam esse existimauit Hipp. (quod posteriores non animaduerterunt) quia si simplex distributio venæ hepatitis per totũ corpus attenderetur, in venarũ sectionibus nulla distinctio habenda esset, quia eũ ab vno fonte procedant omnes, iuxtà hãc rationẽ omnes inuicẽ consentiũt, nec hęc secta in hoc morbo magis prodesset, quã illa. Quarè cum vsus docuerit, peculiaris venæ sectionem peculiari morbo prodesse, ideò necesse fuit, alias venarũ distributiones indagare, quæ dictorũ effectuũ diuersitatẽ ostenderent, quod ab Hipp. summo artificio factum esse, indicauimus antè.

IN

A

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De locis in homine.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Hic liber compendium eſt quoddam totius medicinæ, phyſiologiam enim cõtinet partium corporis humani: earũ affectiones deſcribens breuiter, tum naturales, tum etiam præter naturam: vndè inſcriptionem meruit: De locis in homine. Doctrina auctore Hipp. digna eſt: talemq. recepiſſe & Gal. & Erotianum conſtat in explicatione vocum Hipp.

B *Verſ.* 1. *Mihi quidem videtur principium corporis nullum eſſe* Mar.n.1.

Nullum corporis principium eſſe intelligit Hipp. nullam eſſe in corpore particulam, quæ ita ſit aliarum principium, vt hæc cæteris, tum ſanitatem, tum ægritudinem faciat, cæteræ autem illi ſuas affectiones nequaquam tranſmittant. Nulla eſt enim pars in corpore adeò princeps, quæ etiam infimæ non conſentiat, vndè vulgatum illud. Conſenſus vnus, & conſpiratio vnà, & conſentientia omnia. Haneque opinionem confirmat exemplo. Nam venter capiti, caput carnibus, & ventri morbum facit, & reliquæ omnes partes iuxtà eandem rationem ſibi ipſis ſuas affectiones tranſmittunt, & communicant.

Verſ. 4. *Quod enim ſiccius eſt morbos magis recipere, ac magis dolere à natura ſolet.* Mar.n.1.
Humidum verò minus.

His rationem adducit Hipp. cur vna pars facilius, & grauius altera patiatur, nam quæ ſiccior eſt, ad morbos paratior eſt, & afficitur vehementius. Sed cur hæc referuntur hoc loco?

C Quia cum dixerit morborum nullum eſſe principium in corpore, ita vt pars aliqua inueniatur, quæ alteri morbum faciat, quæ ab eadem viciſſim non afficiatur. Aliquis obijcere poterat, dari quaſdam particulas, quæ promptius affectiones ab alijs partibus ſuſcipiunt, quam alijs tranſmittant, quod quidem aliquem eſſe inter illas principatum oſtendit. Huic tacitæ obiectioni reſpondens, inquit, id non euenire, eoquod pars aliqua ab alia dependeat, & illius quodammodo principium ſit, ſed ob ſubſtantiæ partis naturam, nam quæ ſiccior eſt, cum facilius & grauius patiatur, ideò prõptius alterius ſympatia laborat; quã ipſa alias in conſenſũ trahat.

verſ. 24. *Propterea quod minima corporis pars omnia habet, quæ & maxima.* Mar.n.3.

Venas ſcilicet, arterias, neruoſq. quibus ſpiritibus omnium generum participant: hiſque mediantibus particula quamuis etiam minima patiente totũ corpus quodammodo afficitur.

D Sed ſi hoc verum eſt, quæ erit pars ὁμοιομερὴς. ideſt eiuſdem generis, ad quam pars altera proprias affectiones tranſmittit? Quia ſi æqualiter omnibus prædictis participant, non erit pars peculiaris in corpore, ad quam affectiones iure gentilitatis tranſmittantur. Reſpondetur, omnes particulas in eo conuenire, vt prædictis omnibus participent, neruis, inquam, venis, & arterijs, ſed inter has aliæ neruis participant magis, alia venis, alia arterijs, & ſecundum hanc diuerſitatem affectiones vnius particulæ citius, & facilius huic, quam illi communicantur, idque ratione gentilitatis fieri dicitur, quia id à naturali diſpoſitione contingit, & hinc fit, vt læſa parte neruoſa affectio promptius neruorum origini communicetur, & conuulſio exemp. gratia ſuperueniat: quam carnoſa parte affecta, & ſic de cæteris.

Verſ. 37. *Eædem etiam viſum extinguunt, vbi fuerint reſiccatæ.* Mar.n.5.

Hæc eſt cauſa illius cæcitatis, per quam integro remanente oculo tollitur viſio, quam affe-

E ctionem guttam ſerenam noſtri vocant, Græci autem pareptoſis dicitur. Hanc ad exiccationem reducit Auctor neruorum opticorum, quos venulas vocat, eò quod venarum inſtar ſunt perforati. Per exiccationem verò, non intelligit intemperiem ſiccam, aut humoris priuationem, quandoquidem ab humorum affluxu aliquando euenire hunc morbum ab omnibus receptum eſt, quarè ſtatim, & derepente inuadit; ſed obſtructionem potius: exiccationemq. vocat, quia humorum, ſpirituumq. tranſitus occluſus eſt, ac ſi reſiccatio vera eſſet.

Verſ. 44. *Nam amplius eadem permanens, poſtquam fuerit vulnerata.* Mar.n.5.

Qua ſtatim corrumpitur, denigratur, vel quem fungum vulgò dicunt, facit, quemadmodum docet experientia.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 83 sur 636

©BIUM

Mar. n. 9. *Vers. 77. Et natura venis in humore est, in carnibus.* A

Venarum naturam, & essentiam consistere in humore & carnibus, ait Hipp. in humore quidem, respectu illius, quod continent, in carnibus verò, quia tunica venarum ad carnis naturam potius accedit, quam nerûorum; & maximè quando per carnes disperguntur.

Mar. n. 15. *Vers. 145. Fluxiones autem, & perfrigerata valde carne, & percalfacta fiunt, ac super tumefacta.*

Fluxionum causæ. Triplicem fluxionum causam affert in præsenti textu Hipp. refrigerationem nimiam: caliditatis excessum: & repletionem. Singulasq. causas exponit diligenter: & qua ratione ab illis fluxiones excitentur, demonstrat. Verum etsi præfatæ causæ fluxiones moueant, non tamen ita recipiendæ sunt, vt fluxionum causæ proximæ existant. Quia si hoc verum esset, sequeretur, fluxiones omnes per contrariam alterationem tolli, aut per euacuationem: quod

Mar. n. 32. ipsimet Hipp. repugnat, qui lib. de veteri Medicina vers. 300. cõcedit quidem aliquas fluxiones à simplici alteratione oriri, sed eas esse leues, & citò, immò sponte sanari. Cæteras autem non euacuatione, neque alteratione, sed coctione sedari. Quæ concoctio cum, eodem auctore, fiat ex permixtione, temperaturaq. mutua, quasi coctura, sequitur, causam immediatam fluxionum esse humorum disgregationem. Quam causam tertio loco recensuit B

Mar. n. 6. inter genera causarum, à quibus hominem ægrotare contingit lib. de Nat. Hum. vers. 62. Quia ergo hæc humorum disgregatio ortum ducit sæpissimè, aut à caliditatis, aut frigiditatis excessu, aut ab humorum copia; has causas attendens Hipp. fluxionum causas dixit: non vt immediatas recenseret, sed vt effectrices, & quæ in conspectum veniunt maximè. Cum igitur ad omnes destillationes concurrat humorum disgregatio, siue hæc concurrat sub ratione causæ externæ, siue internæ, & proximioris, vt lib. de morb. sacro explicatum est, iam patet ratio, propter quam opium concoquere dicatur Dioscoridi, & quarè medicamenta C stupefacientia appellata destillationes miraculo quodam sistant, & ex toto interdum etiam curent; cum enim per hæc humorum, & spirituum motus sistatur, non modo fluxiones compescunt, quæ in motu humorum consistunt, sed etiam prohibent disgregationem, quæ est fluxionis causa.

Mar. n. 18. *Vers. 179. Postquam autem in thoracem fluxerit præ frigore, bilis fit etiam.*

Quia frigus per compressionem fluxiones facit, ideò à frigore frequenter bilios excitatur, pituita enim sæpè à frigore crassior redditur, & fluxioni inepta. Quarè etsi vtraque causa, vtriusque humoris fluxionem mouere potest, experientia tamen docet, frequentius à caliditate pituitosam excitari fluxionem, dum à calore liquescit pituita, à frigiditate autem biliosam, vt hoc in loco testatur Hipp.

Mar. n. 18. *Vers. 183. Quare sanè, cum tenuia sint foramina, constringuntur, ipsaquè sibi ipsi medentur.* D

Modum explicat, quo fluxio copiosa per carnes fluens hydropem faciat. Hæc autem fit duplici potissimum ratione: & primo, quia fluxio humorum à capite per posteriores partes carnes plurima humiditate replet; secundo, quia exteriores cutis pori constringuntur, vt nihil indè euaporare, aut exudare queat. Adnotanda est autem metaphora, qua vtitur Hipp. dum inquit, exteriora foramina constringi, & sibi ipsi mederi. ita vt nihil per illa pertransire possit. Metaphora enim ab operationibus medicis desumpta est. quia sicuti dum medicus præsidia adhibet, vt aliquid operetur, tunc mederi dicitur. ita quicunque aliquod opus eorum, quæ à Medicis fieri solent, perficit, mederi dici potest, siuè bonum illud sit, siuè malum: quandoquidem & bona, & mala adest curatio. Quia igitur foramina cutis, interiorũ partium respectu constringuntur sponte: quod opus à medico aliquando fieri solet, meritò ea sibi ipsis mederi dicuntur. De hoc autem hydrope quispiam dubitare posset. qualis sit, an ille, qui Anasarca dicitur, quique proprius affectus est carnosæ partis. an propriè dictus hydrops, qui ascitis vocatur. Scio communiter receptum esse, hoc in loco Hipp. Anasarcam intelligere, verum quia, vt alibi demonstrauimus, hic affectus sub nomine hypropis numquam ab Hipp. est appellatus, contrariam sententiam amplecti cogimur, hypropis nomine eum accipientes in quo, aqua in abdomine contenta, affectioni proprium nomen imposuit. Et sicuti ex leucophlegmatia hydrops ascitis generatur: aqua à carne in ventrem diffusa: ità humore perfusæ carnes, cum eum per cutis poros iam occlusos expellere non possint E

in

©BIUM

A in ventrem tandem diffundi neceſſe eſt, & ſic verus hydrops generatur. Hunc tamen modum non ſatis expreſſit Hipp. vt quid ex ſuppoſitis neceſſitate contingens. Cæterum ſi hæc vera ſunt, quomodo ſententiam Galeni tuebimur, quam receperunt omnes poſteriores: In omni hydrope hepar perpetuò laborare: quandoquidem in hoc affectu nullo modo læſum hepar videtur? Reſp. In Hipp. ſchola hanc opinionem penitus erroneam haberi, cum verus hydrops hepate illæſo generari poſſit, quod quidem ex ipſiuſmet Galeni fundamentis probari poteſt. Quia ſi verum eſt, quamlibet actionem lædi, vel vitio facultatis, vel vitio inſtrumenti, vel propter errorem externum: quo nomine ea omnia comprehenduntur, quæ neque ad facultatem, neque ad inſtrumentum ſpectant, dato quod hydrops ſit læſio ſanguificatricis, quæ neceſſitas cogit, vt hæc ſemper lædatur vitio facultatis, aut inſtrumenti. & non poſſit vitiari ob errorem externum? v.g. ſi quis ſiti vexatus copioſam aquam bibat, nec eam

Non in omni hydrope patitur hepar.

B reijciat, aut vomitu, aut deiectione, aut per aliam viam: vndè in abdomine delapſa hydropem conſtituat, quid viti habet hepar in hoc morbo? Quod ſi dicamus in omni hydrope confirmato neceſſario affectum eſſe hepar, Galenum Hippocrati conciliantes, probabile erit dicere, hepar in omni hydrope laborare, quamuis non primario, ſed ſæpius ſecundario. vt in adducto exemplo, & alijs caſibus quamplurimis, in quibus aqua prius colligitur, quam afficiatur hepar. afficitur tamen indè aqua ipſa, & priori affectione id in conſenſum trahente. Hipp. tamen Hydropem ab hepate appellat tantummodo illum, in quo hepatis affectio hydropis primaria cauſa exiſtit. in alijs enim etiamſi tandem hepar affici concedatur, quia tamen hæc affectio non eſt primaria hydropis cauſa, huius mentionem faciendam eſſe non exiſtimauit. In hydrope ergo, de quo nunc agit Hipp. hepar nullo modo affectum eſt, quia aqua eius defectu non generatur, ſed in carne, vbi pituita à capite delapſa liqueſcens, in

C aquam conuertitur, quæ dum recluſis poris retinetur in carne, venæ per ipſam diſperſæ ab aquæ præſentia contaminantur. Læſionemque & vitium proximioribus communicantes hepati tandem malum impartiuntur, quo quidem affecto aqua in ventre celerius cumulatur, morbuſque, & illius cauſa geminantur.

Verſ. 190. *Si autem modicus fluxus fuerit, coxendicum, & articulorum diuturnam affectionem facit, vbi fluere ceſſauerit.* Mar. n. 19.

Fluxio, quando copioſa eſt, hydropem facit eo modo, quo explicatum eſt, quia partes fluxionem ſuſcipientes à materiæ copia oppreſſæ eam expellere nequeunt; quum verò modica eſt, quia partis facultas dominatur, vel eam concoquit, & abſumit, vel ſaltem ad ignobiliores partes detrudit; ad articulos nempe, & potiſſimum ad coxendicem: vbi dolores diuturnos facit. Notat verò Hipp. id fieri non eo tempore, quo materia fluit, eò quod natura

D humorem in motu exiſtentem regere non poteſt; quod omninò neceſſe eſt, vt abſceſſus fiat ad articulos, verum fluxione ceſſata. Abſcedit verò ad articulos potius, quam ad aliam partem, tum propter imbecillitatem, tum etiam propter cognationem. Nam cum partes poſteriores, ad quas fluxio fertur, ſint anterioribus neruoſiores; ita etiam cum articulis connexionem maiorem habent, quam cum cæteris particulis.

Verſ. 261. *Quum ambo latera doluerint, reliqua autem ſimilia, velut in priore fuerint; hæc quidem peripneumonia, illa verò pleuritis.* Mar. n. 24.

Hæc ſententia adeò exagitauit Virum eximium, & in Hipp. doctrina ſummopere exercitatum, vt coactus fuerit aſſerere, pleuritidem omnẽ pulmonis inflammationem eſſe, & eò magis huic inſtitit opinioni, quatenus cum plura cadauera pleuritide interemptorum ſecuerit, omnia pulmones læſos habuiſſe conſpexit. Et hæc apud ipſum tanti fuere, vt cætera omnia Hipp.

E loca reijcere ſtuduerit, in quibus latus, quod coſtis, carne, & membranis conſtat, in pleuritide affici teſtatur. Verum ei conſiderandum fuerat, Auctorem hoc in loco de pleuritide non exquiſita ſermonem habere, ſed de ea, quæ à deſtillatione à capite ortum ducit. quæ à vera, & exacta pleuritide plurimum differt. potiſſimum verò ratione materiæ, nec non etiam quodammodo loci affecti. In hac enim materia pleuritidem, aut peripneumoniam faciens in pulmonis cauitatibus continetur, dum à capite deſcendens per aſperam arteriam fertur, vbi quoniam inflammationem excitare non admodum eſt apta, niſi ex propria natura calida ſit; ideò Hipp. hanc appoſuit conditionem: ſi bilis fuerit. Sic enim humor in pulmonis cauitatibus conſiſtens caloris, tantum inducere poteſt, vt inflammatio in eo excitetur, quod

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 85 sur 636

©BIUM

rarò alijs humoribus euenit. In vera autem pleuritide, aut peripneumonia, quia materia non A
à capite descendit, sed à toto, & à proximis partibus ad affectos locos procedit, vt apertissimis verbis testatur Hipp. libro tum 1. tum 2. de morbis, ideò hæc facilè inflammationem in parte, ad quam fluit, inducere potest: dum à venis egressa, per carnesq. & earum porositates dispersa, putrescit, indèque incalescens inflammationem inducit. Notum est enim quemlibet humorem à venis egressum, & per substantiæ porositates diffusum statim putrescere, vndè affectus contingunt, qui communi vocabulo inflammationes nuncupantur. Ex quo altera notatur prædictarum affectionum differentia, quia ad veræ pleuritidis, aut peripneumoniæ generationem bilis, & pituita simul concurrunt, vt locis allegatis testatur Hipp. in his verò, de quibus hoc in loco tractatur, bilis sola requiritur, alioqui bilis pituitæ admixtione ita contemperaretur, vt in cauitatibus pulmonum ob aeris frigidi consortium accendi esset impossibile, & in hoc consistit differentia inter hunc affectum, & veram peripneumoniam, in qua bilis, & pituita, quia (vt Hyp. test. lib. 1. de Morb.) à toto ad interiores pulmonum cauitates B
fertur, eorum pertransiens substantiam, statim incalescit, ita vt cum ad internas cauitates peruenerit refrigerari non possit, quèmadmodū euenit in hoc affectu, in quo materia à capite descendens ad pulmonis cauitates immediatè peruenit, in quibus statim refrigeratur, vt inflammationē excitare non possit, nisi bilis simplex fuerit, eaque copiosa, vt ait Hipp. in textu, cum igitur adeò interse differant prædicti affectus, eorum essentia minimè simul confundenda est. Et si ab Hipp. pleuritidis & peripneumoniæ nomine sunt denominati, id ob similitudinem symptomatum factum est. Cum enim apud omnes constet, pleuritidem affectionem esse lateris, peripneumoniam verò pulmonis inflammationem, & quia pleuritis pro maiori parte vnum tantum latus occupat, rarò vtrumq. propter distantiam dextri lateris à sinistro, è contra verò peripneumonia ob pulmonis loborum connexionem, & continuitatem, rarò euenit vnā eius partem inflammari altera permanente illæsa. Hæc omnia respiciens Hipp. qui mor- C
In quo pleuritis, & peripneumonia conueniant. bos à capite oriundos describere profitebatur, vt demonstraret & Pleuritidem, & peripneumoniam à capite originem habere posse, pleuritidis nomine vnius tantum lateris affectionem appellauit, Peripneumoniam verò vtriusque affectum. Nec pleuritidis huius denominatio improp opria censeri debet, quia si pleuritidis nomen ἀπὸ τοῦ πλευρου, idest, à latere deductum est, quod in ea perpetuò afficitur, in hac etiam latus affectum esse demonstrat Hipp. quia vt ipse inquit, fluxione bilis in pulmones dilabente pulmo repletur, repletusq. intumescit adeò vt latus attingat, cui adhærens inflammationem ei impartitur, vndè dolor oritur, non ratione inflammationis pulmonis: quia ob sensus exiguitatem pulmo minimum dolet, sed ratione affectionis ipsius lateris, cuius gratia non impropriè pleuritis appellatur. Peripneumonia verò dicitur, quando inflammatio vtramque pulmonis partem occupat, quia vt proximè dictum est, hoc in peripneumonia est frequentissimum, nec impropriè peripneumonia vocatur, D
etiam si dolor ex latere affecto dependeat, cum pulmo inflammatus supponatur, quandoquidem etiam in vera peripneumonia dolor infestat, non ratione inflammationis pulmones occupantis, sed partium pulmoni adiacentium. Ita enim ait Hipp. lib. 1. de Morb. sect. 2.
Mat. n. 24. vers. 225. Peripneumonia fit, cum commota, & calefacta pituita, ac bile, pulmo præ caliditate attraxerit in se ipsum de vicinis locis ad ea, quæ iam sunt in ipso, & percalescit quidem totum corpus, & dolorem exhibet, maximè autem dorso, & costis, & humeris, ac spinæ, nimirum ab his in se ipsum trahens plurimam humiditatem, & super exiccantur hæ partes, & nimium incalescunt. Hæc Hipp. Quæ omnia vir præfatus animaduertere debuerat, nec ex hoc vnico loco, & in quo de his affectibus non ex professo tractatur, cætera omnia reijcere, in quibus de his peculiariter agitur. Quod si in omnibus sectis cadaueribus pul- E
mones læsos in pleuritide semper reperijt, considerare debuerat Romæ id obseruasse, vbi propter cœli inconstantiam, & humiditatis excessum morbi à capite pro maiori parte ortum ducunt, vt mirum non sit, si pleuritides, & peripneumoniæ, quæ hic vagantur sint ferè omnes de numero earum, de quibus hoc in loco fit mentio. Scio quidem in Archihospitali S. Spiritus, ad quod pauperes ex Romano agro curandi adferuntur quotidie obseruari cadauera pleuriticorum, in quibus latus læsum, & corruptum reperitur, cuius rei præter excellentissimos illius Hospitalis medicos assistentes, aliosque rei medicæ studiosos, oculatus testis esse possum. Quarè quotiescunque pleuritis est vera, cuius signa, generationis mo-

dum,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 86 sur 636

A dum, & affectum locum diligenter explicauit Hipp. lib. 1. de Morb. verſ. 200. ſect. 2. & quæ *Mar. n. 23.*
à rigore incipit vt lib. cit. teſt. Hipp. ipſe ex communi ſententia, non autem à deſtillatione
à capite, ſemper latus affectum inuenietur, pulmone illeſo apparente, niſi vbi contigerit pleu-
ritidem in peripneumoniam tranſmutari. Similiter peripeumonia vera pulmones ſemper læ-
ſos tenet, cuius dolor, etiamſi prout plurimum vtrumq. latus occupat ob rationem à nobis
ſuperius aſsignatam; aliquando tamen vnum tantum latus affici contingit: quod verbis adeò
manifeſtis teſtatur Hipp. vt veritatem nullus diſſimulare queat. Libro enim coac. Pren. ſect. 2.
verſ. 282. Peripneumonicis (inquit) quibus tota lingua alba, & aſpera ſit, ambæ pulmonis
partes in flammatæ ſunt, quibus verò dimidia, vna iuxtà quam apparet. Si igitur Hipp. hoc
in loco peripneumoniam totum pulmonem occupare dicit, id aſſumpſit tanquam quid com-
muniter contingens, & ob ſymilitudinẽ ſymptomatum, vt proximè adnotatum eſt à nobis, ita
B vt quantum peculiare eſt peripneumoniæ, vtrumque latus occupare, tantum pleuritidi con-
ueniat, vnum tantummodo latus eſſe affectum.

Verſ. 273. Si verò nona die duobus diebus interpoſitis, &c. *Mar. n. 25.*

Hanc Aſclepiadum obſeruationem fuiſſe, credendum eſt, videlicet peripneumonicorum,
cui febris die ſeptimâ ſedata, nona repetit, eum vel mori, vel ſuppuratum fieri. Similiter, ſi die
duodecima corripiat, & hunc ſuppuratum fieri, ſi verò decimaquarta repetat, non ſuppura-
tum fieri, ſed ſanari. Quorum effectuum cauſæ non ſatis patent. Dicerem tamen ego.
Quando morbus adeo acutus eſt, vt quemadmodum proximè dicebat Hipp. niſi ſeptem
dierum ſpatio febris, aut remittatur, aut ſedetur, impoſſibile ſit, ægrum ſuperſtitem fieri, ſed
die ſeptima ſuffocatur, aut moritur, ſi contingat febrem die ſeptima remitti, indè nona exa-
cerbari (id enim ſignificare voluit per illa verba. Si verò nona die duabus diebus interpoſitis
C corripiat) vt plurimum hic etiam, aut moritur, aut ſuppuratus euadit, per duos enim inter-
miſſionis dies quoquo pacto refectâ naturâ diutius morbum ferre poteſt, ita vt niſi moriatur
ſuppurationem perferre poſſit. Ad ſuppurationem quidem deueniet, ſi exacerbatio febris
erit ſymproma ſuppurationis, quæ dum fit, febrem exacerbari neceſſè eſt, in mortẽ verò ter-
minabit; ſi illa exacerbatio fuerit, veluti recidiua prioris morbi. Si verò duodecima die febris
diẽ ſeptima ſedata) repetat, ſuppuratus fit: quia febris die ſeptima ſedata, ad duodecimam
diem recidiuã producere non poteſt, vndè neceſſe eſt, hanc febris inuaſionem à ſuppuratione
dependere, vt neceſſario in hoc caſu ſuppuratio conſequatur. Quod ſi tandem ad decimum-
quartum diem febris inuaſio protrahatur, hõ ſequitur mors, quia huiuſmodi exacerbatio non
poteſt eſſe recidiua quam in morbo acuto citius, ſequi neceſſe eſt. Verum neque etiam acci-
dens ſuppurationis, quæ in illum diem protrahi non ſolet, ſed potius naturæ conatus erit, quo
D morbum tollere omninò ſtudet, & ideò in die critica hoc fit, quæ dies eſt naturæ, & termi-
nus acutorum morborum, vndè materiæ arguitur benignitas, cuius gratia morbi ſolutio abſq.
ſuppuratione expectatur.

Verſ. 276. Et quicunque ex peripneumonia, aut pleuritide ſuppurati fiunt non moriun- *Mar. n. 25.*
tur, ſed ſani fiunt.

Enarrare incipit modos Hipp. quibus homines ſuppurati fiũt, & primo loco ponit eam ſup- Suppuratio pleuritidi ſuccedésque ſalutaris.
purationem, quæ peripneumoniæ & pleuritidi ſuccedit. Hancque ſalutarem dicit: quia homi-
nes ex pleuritide, aut peripneumonia in mortis periculo verſantes, per ſuppurationem libe-
rantur, veruntamen ex his non intelligas Hipp. exiſtimaſſe, omnes ex pleuritide, aut peripneu-
monia ſuppuratos ſanari, quia etiam ſi verum ſit, omnium ſuppurationum, quæ in ventre ſu-
periori contingunt, minus læthales eas eſſe, quæ pleuritidi, aut peripneumoniæ ſuccedunt, de
E quarum curatione tractans Hipp. lib. 1. de Morb. verſ. 285. ita concludit: Hic ſi ſtatim aſſu-
matur curandus, ſanus plerunq. fit: ſi verò negligatur, perit. Nihilominus lib. 2. ſect. 2. verſ. *Mar. n. 23.*
215. ſuppuratorum ex pleuritide alios euadere, alios perire teſtatur. Quapropter ſuppura-
tiones omnes ex his morbis contingentes ſalutares omninò dici non poſſunt, ſed illæ tantum-
modo, quæ ei pleuritidi, & peripneumoniæ ſuccedunt, de quibus hoc loco tractatur, quæ
ſcilicet à deſtillatione à capite ortum ducunt, quarum natura parum ante à nobis explicata
eſt. In his enim, quia ſuppuratio in pulmonis cauitatibus conſiſtit, pus facilè educitur, nec
vlla pulmoni, aut pectori læſio timetur, ſecus autem in alijs peripneumoniæ, & pleuritidis
ſpeciebus; in quibus, quia materia ad ſuppurationem conuerſa non in cauitatibus, ſed in
ipſiuſ-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 87 sur 636

©BIUM

ipsiusmet partis inflammatæ substantia, & porositatibus continetur; facta suppuratione, vt pus exeat, rumpi abscessum necesse est, & ex consequenti vlcus induci, cuius consolidatio, quia non facilè succedit; hinc fit, vt morbus protrahatur, ex quo tabis periculum accedit, qua tandem homo corruptus perit. A

Mar.n.26. *Vers. 278. Suppurati vt plurimum fiunt, quum fluxus in idem, velut in bile contingit, &c.*

Omnes suppurationum species. Secundam speciem, seu modum suppurationis describit inquiens, illum esse, per quem materia à capite descendens in eum locum peruenit, in quem bilem ferri dixerat superius, in pulmone, quæ tamen non fuerit adeò copiosa, quemadmodum de bile dictum est, sed pauca, tandiuq. perseueret fluxio, quousq. nihil, aut non sufficienter expuente egro, materia in pectore collecta suppuretur, & Empyema inducat. Verum interrogare Hipp. posset quispiam. Si materia fluens non sit bilis, quæ pleuritidem, aut peripneumoniam dictam inducat, sed pituita, nec pauca sit adeò, vt suppurationem iuxtà Hipp. decretũ constituat, sed copiosa, quid B inde sequetur? Huic pro Hipp. respondere, tusses asthmata, aliaque similia, quæ à destillatione dependent. Cum enim ad suppurationem dictam requiratur materiæ collectio in pectore, & hæc colligi non possit, quando natura ad eius expulsionem incitatur, ideò necesse est ita latenter fluere, vt sensum quodammodo effugiat: quod fieri non potest, quando copiosa est, quarè ad huius suppurationis generationem requiritur, vt materia pituitosa sit, acrimoniæq. expers, & in pauca quantitate, paulatimq. fluat, nè ad eius expulsionem natura stimuletur.

Mar.n.26. *Vers. 280. Fiunt etiam suppurati, quum minus excreant, quam influit in pulmonem.*

Hæc est tertia suppurationis species, à præcedenti in eo differens: quia in ea nihil expui supponitur: in hac verò sputum procedere quidem, verum non pro ratione copiæ influentis materiæ, quarè in hac specie non est necesse destillationis materiam acrimoniæ expertem esse, & latenter fluere, & paulatim, vt in præcedenti, cum satis sit materiæ partem retineri, G quæ in pus conuersa pulmones corrumpat; vt ait Hipp. in textu. Hancque suppurationis speciem incurrunt illi, qui natura, aut ex accidenti pectus imbecille habent, vndè ab influente materia in totum se liberare nequit.

Mar.n.26. *Vers. 286. Fiunt præterea etiam ab vlcere suppurati, & leuior hic morbus existit.*

Quartam suppurationis differentiam proponit ex vlcere prouenientem, quam cæteris faciliorem dicit, non certè quo ad curationem, nam hæc cæteris periculosior existit, vt quæ necessariò tabem inferat, sed faciliorem dicit, quia sensim fit, nec ægrotantem admodum affligit, dum scilicet pus ab vlcere emanans intus colligitur. Nisi per vlcus intelligamus, non pulmonis, quodque causam habuerit materiam acrem, aut putridam pulmones erodentem, aut putrefacientẽ: nam huiusmodi suppurationis species sub præcedenti continetur, quod ipsiusmet contextus verba palam faciunt, dicebat enim quam proximè. Simulq. ex vlcerato in D thorace, ac pulmone magis fluit, & vlcera agitata refringuntur, vt etiam si fluxus à capite cesset, is, qui ab ipsis vlceribus venit, sufficiens sit, morbum facere. Sed eam suppurationem intelligamus, quæ à vulneribus, aut vlceribus pectoris contingit, quando pus ex vlcere emanans in Thoracem colligitur, & empyema facit. Nam re vera huiusmodi suppuratio leuior est, quia satis est vlcus sanari, & pus educi, quod præstare non est omninò difficile, nam alioqui nihil remanet, quod curationem difficilem præstet, & hanc interpretationem confirmare videntur, quæ subsequuntur verba, quibus postremam suppurationis differentiam describit, inquit enim: Fit etiam extra pulmonem (quasi dicat velut præcedens) maximè quidem à ruptione, & vbi caro contusa fuerit, cum enim huius in præsenti nulla fiat mentio, sub præcedenti specie comprehensam esse dicendum est, quemadmodum ea, de qua Hipp. coac. Prænot. vers. 353. sect. 2. loquitur hunc in modum. Quicunquè vulnerati in thoracem externa vul- E neris parte sanati sunt, interna non, periclitantur nè suppurati fiant.

Mar.n.30. *Vers. 321. Febris sedanda non est per septem dies.*

Non prohibet Hipp. febrem sedare ante septimum, tanquã malum sit in hoc morbo sedari, aut remitti febrem ante septimũ diem, sed vt moneat, non conuenire eo tempore ea medicamenta, quæ cum frigida sint, pro febris curatione vsurpantur, hæc enim frigiditatẽ constipando plus lædere, quã prodesse possent. Notẽt ergo recentiores, & considerent, an vsus aquæ stillatitiæ ex floribus papaueris siluestris à principio pleuritidis suspectus sit, quẽ adeo familiarẽ sibi fecerũt. In huius doctrinæ confirmationẽ, vide quibus Hipp. 1. curat. absol. 3. de Morb. v. 301.

Sectio

A

Sectio secunda.

Vers. 9. Postquam autem febris remiserit, sorbitiones quam debilissimæ offerantur. Mar.n.3.

Quia pleuritidis, de qua hoc in loco tractatur, acutissimus est morbus, & qui primo septenario terminatur: ideò intendit Hipp. ægrum solo potu continendum esse, donec febris remittatur, videlicet aceto mulso, & aceto, & aqua. Nam etiamsi, inquit, & ad sorbendum dandum est quidquid excreationem facit, non intelligit sorbitiones nutrientes, sed medicas: quale esset Eclegma aliquod eorum, quæ expurgationis causa exhibentur. Remissa ergo febre, quia paulò vberius nutrire expedit, sorbitiones dari iubet: verum debilissimas, quia à potu ad fortiores statim transire, non conuenit.

B *Vers. 10. Si verò euacuatio oboriatur, si quidem iuuenile adhuc est corpus, potus auferendi sunt. Si verò febris dimisit triticeis sorbitionibus vtaris.* Mar.n.30.

Zuingerus hunc locum ita vertit. Quod si alui fluor corpori, quod recens in morbum incidit superuenerit, à potu auferendum erit. Quam quidem interpretationem, si Auctoris intentionem considerauerimus, satis congruam fatebimur, subiungit enim post hæc: Si verò febris dimisit, &c. quasi in hoc morbo duo tempora considerentur. Alterum est, quando circa morbi principia febris viget, nullaquè apparet excretio. Alterum verò, in quo iam febris remittitur. Inquit ergo Hipp. si alui excretio à principio, & febre nondum remissa superueniat, potus prædicti auferendi sunt, non quidem vt penitus sine potu degere debeat, sed nè in ea copia, quæ suprà exhibebatur, talis enim potus dupliciter in hoc casu lædere posset, & quatenus copiosus est, & quatenus ex aceto mulso constat. Hunc enim aluum ducere, & ramenta adnotauit tertio acutorum vers. 76. lædit etiam copia, aluique excretionem C Mar.n.28. mouet, quæ causa est, vt sputi excreatio, quæ in hoc casu maximè omnium expetenda est, supprimatur. Vt ergo hæc mala caueamus, potus ille copiosus ex aceto mulso dimittendus, aliusque idoneus eligendus est, & parcè assumendus erit. Subiungit postea. Si alui fluor superueniat, iam febre sedata, triticeis sorbitionibus vteris. Hæc enim alui fluorem aliquantisper compescere suo lentore possunt, eas tam en exhibere non oportet, priusquam febris sedata sit, quia alimentum plenius præstant, quam in hoc morbo conuenire existimauerit Hipp.

Vers. 14. Et quum principium morbi adhuc non est: sed fluxus vertitur, &c. Mar.n.31.

Suppuratis morbi principium dici potest, quando suppurationis signa apparere incipiunt, inter quæ illud supra adnotauerat, dum dixit, tussis fit & pus excreat, &c. Dum ergo inquit, & quum principium morbi nondum est, vult significare, quando nondum pus excreare incepit, D humore ad aluum secedente, eo igitur tempore summo studios puti excreatio procurãda est, antequam æger ab alui fluore debilitatus, puris excreationis ineptus reddatur, & quia sæpè alui fluxus à materia à capite defluente contingit, vt ipsemet Hipp. testatur lib. de Acr. aquis & loc. vers. 49. meritò deriuationem ad nares faciendam iubet.

Vers. 52. Medicamentum in potu purgatorium præbe, & infernè aluum lacte infuso elue. Mar.n.35.

Interpres vocem ἐλατηρίου elaterium deorsum purgans transtulit: fortasse Galeni auctoritate permotus, qui in lib. vocum Hipp. inquit, hanc vocem significare non modo id, quod ex siluestri cucumere confectum est: sed quidquid per infernas partes purgat, Erotiano consentiens, qui ἐλατήρια exponit: cõmuniter pharmaca inferioris ventris partes purgãtia: Verum (pace tantorũ virorũ dictum sit) licet concedã, sæpius ab Hipp. vocem hanc ἐλατήριον vsurpari ad omnia medicamenta purgatoria, falsum tamen esse existimo, significare tantummodo ea, E quæ infernè purgant: non etiam ea comprehendere, quæ sursum euacuant. Nam loca adsunt quãplura, in quibus Hipp. hac voce supernè purgantia significauit, imò in præsenti sententia in hunc sensũ accipiendã esse existimo. Non enim rationabile est in tabe, de qua habetur sermo, per inferiora purgari voluisse, quod expressè prohibet l. 2. de morb. vbi tabidos omnes helleboro purgat, cuius proprium est sursum purgare, imò in tabe ex pulmonis affectu v. 335. sect. 2 Mar.n.46. ita temperari iubet, nè aluum infernã moueat. Vult ergo Hipp. prius dari medicamentũ per superiora purgans, deinde infernam aluum infuso lacte elui, imum dum dicit, & infernè aluum elue, indicat præcedens medicamentum purgasse superiorem, alioqui vox infernè superflua esset omninò. Verum non hoc in loco tantum vocem hanc ad supernas purgationes accommodauit

De elaterio.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 89 sur 636

Mar.n.16. modauit,sed etiam pluribus alijs in locis, & potissimum lib. V. epidem ver. 248. in historia eius,qui ex Euboea venit: vbi hæc habet Hipp. Deinde cum puraret,purgatione sursum opus habere ζήτην ἐλατήριον,ideſt, radicem purgatoriam bibit,quam rectè quidē,licet non omninò fideliter,radicem veratri transtulit idem interpres. In vtranque significationem recepit libro de Int. Affect. ver.420. quo in loco communi nomine purgationem instituens, ait. Mar.n.19. Huic cum sic habuerit ἐλατήριον πίσαι, purgatorium potandum præbe. Quale verò esse debeat exponit subiungens: Aut thapsiæ radicem, aut veratri, aut succum scamonij. Quarè cum thapsiæ radix,& veratri (album enim intelligit simpliciter prolatum, vt alibi demonstratum est.) sursum purget, sequitur elaterium medicamentum communi significatione non minus per superiora, quam infernè purgare, vndè distinctionem aliquando addidit, vt lib. 2. de Mar.n.20.21 Mor. mulierum ver.375. ἐλατήριον κάτω, ideſt, purgatorium deorsum, quæ particula deorsum omninò superflua esset,si elaterium deorsum purgans tantummodo significaret. Quarè de huius vocis significatione apud Hipp. ita sentio. Aliquando propriè accipi pro medicamento ex succo cucumeris siluestris confecto, quemadmodum hoc in loco, & libro de superfœt. Mar.n.12. ver.140.vbi post vsum medicamenti ex medulla cucumeris siluestris confecti,subiungit indè. Mar.n.3. Sed & elaterium hoc modo præparatum apponere potes, similiter & eodem lib. de superf. Mar.n.17. verſ.27. item lib.3. de Morb. verſ.235. & alijs in locis, quæ singula recensere non est opus. Aliquando communi significatione vsus est pro purgatorio medicamento vt lib. V. Mar.n.10. epidem. verſ.143. vbi inquit: Huic debili datum est ἐλατήριον, ideſt,purgans medicamentum Mar.n.16. debile,aquosum, & paucum, & paulò infra verſ.254. Quinam homo Euboeus πίων ἐλατήριον, Mar.n.19. ideſt, poto medicamento purgante.Et libro supra citato de Int.Aff.ver.420.inquit ἐλατήριον, exhibe, aut thapsiæ radicem, aut hellebori. Sæpè tandem adiectiuum nomen constituens eo vtitur, ac si purgatorium diceret, vnde modo pharmaco apposuit vt hoc in loco pharmacum ἐλατήριον, ideſt, medicamentum purgatorium præbe. Item lib. V. Epid. ver. 37. & pharmacum bibit ἐλατήριον, ideſt purgatorium, libro pariter Acutorum ver.15. ait φάρμακα ἐλατήρια διδόναι, ideſt medicamenta purgatoria dare. Aliquando materiæ medicamenti adiunxit, vndè radicem ἐλατήριον, ideſt purgatoriam dixit loco superius citato, Catapotia, Mar.n.9. pariter purgatoria, ἐλατήρια dixit, vt legere est lib. V. Epid. ver. 131. Huic datum est ἐλατήριον καταπότιον ἰσχυρότερον, catapotium purgatorium fortius, & paulo infra verſ. 243. ijsdem vocibus vtens inquit. Datum est ipsi catapotium purgatorium. Hic est ergo verus huius vocis vsus apud Hipp. quam quidem cum in communi significatione extendit ad quælibet medicamenta purgantia, etymologia haud ratione caret. Quia enim inter medicamenta purgantia elaterium fortitudine cunctis præstat, iure meritò purgatorium per excellentiam elaterium dicitur. Non absimili denominatione Bezoartica dicimus alexiteria medicamenta omnia, quia lapis bezaar Arabum cætera omnia virtute antecellabat olim: cuius nomen tantum nobis relictum est, & opinio; si experientiam consulimus, ac notas attendimus, quas descripsere illius seculi medici. Verum licet tam variè hæc vox ab Hipp. vsurpetur, non tamen confusionem in eius doctrina parit, si quis adnexis mentem adhibeat, ab eodemque Hipp. eius significationem perquirat: non à Gal. alijsque expositoribus, quod Cornarium fecisse constat, non in præsenti sententia tantum, sed vbique cum manifesta veri sensus iactura, & Hipp. doctrinæ sinceritatis perturbatione,qui præ alijs inculpatam versionem nobis reliquisset,si in dubijs græchizare aliquando, non omnia in Latinam locutionem traducere voluisset.

Verſ.62. Et edulia pituitosissima offerenda.

Mar.n.36. Qui omnem lienis tumorem extenuantibus perpetuò curant,Auctorem hoc in loco damnabunt, qui contraria exhibet pituitosissima: non considerantes lienis tumorem generari sæpissimè, quia corpus liquatur à febre: eiusque colliquatio in aquam conuersa à liene attrahitur, vndè in tumorem assurgit: pro cuius curatione, vt efficiens causa remoueatur,ea sunt exhibenda,quæ extenuationi resistunt, talia autem sunt, quæ hic pituitosissima vocat Hipp. Hanc eandem tumoris lienis causam cognouit lib.1. Morb. mul. sect. 3.verſ. 43. de Hydrope ex liene affecto tractans, de qua ita locutus est: fit autem splen aquosus ab hac affectione, Mar.n.87. quum febris habuerit, & non dimiserit hominem, & sitis ipsum corripuerit fortis, & biber, & non reuomuerit &c.

Verſ.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 90 sur 636

©BIUM

A *Vers.71. Pleuritis sicca citra fluxũ fit, quũ pulmo valdè exiccatus fuerit præ siti necessaria.* Mar.n.37.
Non eadem est pleuritis sicca, de qua hoc in loco agitur, cum ea, quam sine sputo lib.1. de Morbis appellauit, quia in illa pulmo non laborat, qui in hac primario afficitur, etiam si pleuritidis nomen sibi abrogauerit, eo quod lateri morbum faciat. Conuenit quidem cum peripneumonia sine sputo, de qua ibidem actum est, cum in ambobus eadem sit pars affecta: morbique eadem essentia, vt non sit mirum, si earum curationes plurimum conueniant.

Vers. 79. Febres porrò propterea fiunt, &c. Mar.n.38.
Quamuis generalem febrium doctrinam instituere videatur hoc in loco Hipp. dum rationem, & modum assignat, quo febres in corpore excitari solent, particulares tamen febrium differentias respexit, de quibus in hoc libro agendum sibi visum est: quatenus præ alijs febribus causam habent euidentiorem. Has igitur excitari ait: quando corpore excalefacto carnes intumuerint ad differentiam earum, in quibus carnes à calore exarescunt, à quibus ephimeræ febres oriuntur, quas indè in hecticas transire existimauit Gal. verum hanc febrem hecticam posteriorum non nouerat Hipp. An verò huiusmodi febres dari possint: quæ scilicet continuato, & æquali semper motu procedant absque aliqua interna alicuius partis affectione permanente, cæteris iudicandum relinquo; miror quidem vehementer, ab antiquis memoratas non fuisse, si humanã naturam lacessere consueuerunt, scio quoque harum febrium essentiam, quam in calida, & sicca cordis intemperie reposuit Gal. Hipp. dogmatibus aduersari. qui morbum à sola intemperie sine materia produci non posse, ex antiquorum consensu longa disputatione demonstrauit lib. de vet. Med. vers. 216. Ad institutum igitur redeuntes, ait Hipp. Quum corpore excalefacto, siuè à laboribus, siuè à cibis, & potibus; siuè ab alia simili causa cutis pori obstruuntur, tum calor incluſus pituitam, & bilem accendit in febrem, quippè quæ ab ambientis frigiditate, & cutis transpiratione non ventilantur, & quia hæc causa febres eas excitare solet, quas ephimeras dicimus (has enim à cutis adstrictione frequenter generari notum est) ideò Hipp. curationem primo tentat ijs, quæ ephimeræ conueniunt, nam eadem vsus est Gal. lib. ad Glauconem cap. 3. quæ balneis, illitionibus, calefactorijsq. absoluitur, ita vt hæc sola sufficiat ad declarandum Hipp. hoc in loco de illis febribus non tractare, quas ex bile ipse appellare solet, & putridas dixere posteriores, nam harum curatio à præsenti omninò diuersa est, & ideò si præfatis remedijs adhibitis trium, aut quatuor dierum spatio (eò vsque enim ephimeras produci aliquando notum est) febris non soluatur, signum est putridam, quam dicimus, ephimeræ succesisse, & ideò curandi ratione putridis febribus conuenientem præscribit: quæ in purgatione, & refrigeratione consistit. Circa purgationẽ verò consideratione dignũ est Hipp. pro febris curatione bilem solã purgare, non simul, & pituitã: etiam si vtrũq. humorũ ad eius generationẽ concurrere dixerit. Hoc enim ab eo factũ est, memor eorũ, quæ de febrium putridarũ generatione dixerat lib. de Nat. Hum. vers. 272. has inquam febres ita à bile ortum ducere, vt (quemadmodum in eius loci expositione indicauimus) sine hac febrem excitari sit impossibile, bilem igitur solam purgat, quia hanc educere facilius est, quam bilem, & pituitam simul, hacque è corpore educta febrẽ cessare necesse est, præterquã quod educta bile pituita remanens in corpore sua frigiditate febrili calori quodãmodo aduersatur, & febri medetur, quo beneficio priuantur Gal. sectat. qui omnes humores peccantes educũt. Mar.n.27.

Vers. 89. Febrienti cibum nè offeras. Mar.n.39.
Per febrientem intelligit Hipp. eum, quem actu febris tenet, vndè tempus interualli excluditur earum febrium peculiare, quæ ad intermissionem deueniunt. Nam eo tempore cibos concedere nouimus, libro enim de affectionibus ita inquit: Si verò febrilis calor apprehenderit, & dimiserit, grauitas autem corporis ipsum detinuerit, hunc quidem, donec calor tenuerit, sorbitionibus, & potibus curato, quum autem non tenuerit, etiam cibos dato, ex quo notent recentiores, quantum ab Hipp. decretis recedant, dum febrientibus & panem, & carnes exhibent quotidiè, quod alias etiam adnotauimus.

Vers. 90. Neque sorbitionibus aluum subducas. Mar.n.39.
Considerationẽ dignum est, cur Hipp. febrienti sorbitiones subducentes prohibeat, qui inferius medicamentum purgans præbet. Hipp. enim decreti ratione perspecta, quæ purgatio in febribus sit administranda, & quæ fugienda, parebit. Supponendum igitur per sorbitiones aluũ subducentes non intelligere eas, quas attractorias 4. acut. y. 20. appellauit, quibus pharmaco

maco impoſito peculiarem humorē ducimus,ſed eas,quæ ſubducendo humores in aluo exiſtentes,& eorū Ichores à venis educunt,quæ in numero leuium pharmacorū,de quibus paulò A
Mar.n.45. infrà mentionem faciet,reponuntur,& lib.1.de Mor.Mul.ſect.2.verſ.103. humores laxantia appellauit. Noſtri lenientia medicamenta dicunt. Quia igitur humores febrem efficientes non in aluo, ſed in venis continentur, ſi in febribus purgatio inſtituenda eſt, eligendum eſt pharmacum, quod humorem à venis educat, qualia ſunt purgantia propriè dicta, non ſorbitiones,aut potiones aluum ſubducentes. Hæc enim quia non humores peccantes,ſed eorum
Medicamēta lenientia in febribus dānantur. ſeroſitates tantummodo educunt, duplex incommodum afferre poſſunt, alterum eſt, quia, humores peccantes non educunt, ſed commouent magis: vnde crudiores, & ſæuiores reddūtur, quod quidem incommoduin nobis inſinuauit 4.acut.verſ.136. vbi noxas ex importuno pharmaco exponens inquit: Si quid enim circa ventrem commoueris, vrina non concoquitur, & morbus abſque iudicatione protrahitur, ad quas referri etiam poſſunt ea, quæ B
contingunt mala, quando bilis commouetur, & non educitur, quæ lib. de Medicam.purgantibus ab Hipp. referuntur. Alterum inconueniens eſt: quia fit euacuatio eorum, quæ minimè peccant, ex quo duplex etiam malum ipſi ægrotanti euenit. Nam & æger vlterius debilitatur,quod in eo aphoriſmo nobis ſignificauit Hipp. Si talia purgentur, qualia oportet, confert, & leuiter fertur, ſin minus è contra, experientia etiam atteſtante, quandoquidem ex quacunque euacuatione ægros debilitari manifeſtè apparet,potiſſimum verò,quando humores non peccantes educuntur, cum enim ſua præſentia peccantes quodammodo retundant, ijs eductis eos ſæuiores reddi neceſſe eſt: vndè febris non parum exacerbatur, & eò magis
Mar.n.25. quando ſeroſitates educuntur, quæ, vt adnotauit Hipp. 4.de Morbis ſect.2.verſ.113. febrili calori ſunt infenſiſſima, & febri maximè reſiſtunt. Vndè experientia docet: quotieſcunque deiectiones aquoſæ fiunt, ſemper febris exacerbatur magis, quod non conſiderantes me- C
dici à medicamentis aquoſa educentibus abſtinere neſciunt. Harum autem purgationum abuſum ab ignorantia, nè dicam malitia quorundam originem habuiſſe conijcio, qui cum pharmacum electiuè purgans humori peccanti adaptare neſcirent, nè purgatio moleſta contingeret, ad lenientia, & ſeroſitates educentia confugère, ſatis ſibi eſſe exiſtimantes, pharmaco potato laſana deiectionibus repleri, etſi non ignorarent, deiectiones (vt ait Hipp.) non multitudine exiſtimandas eſſe, ſed ſi talia deijciantur,qualia oportet. Quicunque igitur,non adulatoris, ſed Medici munus exercent, Hipp. conſilio lenientia ſimpliciter medicamenta in febribus curandis fugiant, & ea potiſſimum, quæ ſeroſos tantum humores educunt: cuius naturæ eſt manna, & fortaſsè etiam roſarum infuſio, quibus ſi tandem vti velint, ſaltem medicamenta electiuè purgantia ijs admiſceant, cum plura adſint, quæ ſatis blandè id præſtant. Talia ſunt Electuaria Scamonium recipientia, cuius facultate bilem, quæ perpetuò in febri- D
bus purganda eſt,educunt, ita enim faciendum eſſe præcipit ſubſequenter hunc in modum. Hunc itaque medicamentum potare oportet, quod educat, qua parte febris magis hæret ſiue ſuperne, ſiue infernè: & ſiquidem ſuperne hæreat,ſuperne: ſin infernè, infernè. Verum quia quis interrogare eum potuiſſet, quid faciendum ſit, ſi æger debilis fuerit, ita vt fortia medicamenta ferre non poſſit: ideò ſubiungit Hipp. Non oportet autem etiam debiles fortia medicamenta potare, ſed ſimiliter: aut ſolum ſic,vt fortibus quidem forte,debilibus verò debile exhibeas, quæ quidem in eum ſenſum non ſunt accipienda, vt in febribus purgatio inſtituatur, illud genus medicamenti eligendo, quod ægrotantis vires indicabunt: quaſi non morbi magnitudo remedij fortitudinem indicet, ſed virium robur. Verum vt demonſtret præcipuam purgandi intentionem in morbum dirigendam eſſe,cuius gratia in febribus medi-
camentum forte indicatur,à quo electiuè humor noxius purgetur, quod ſi ob virium imbe- E
cillitatem id non liceat, ſæpius abſtinendum ſatis eſt, quam ægrotantem in diſcrimen adducere,quod quidem præceptū confirmatur lib. de affectionibus verſ.31. vbi reddens rationem
Mar.n.2. Hipp. cur à morborum principio purgatio facienda ſit,hæc ait. Si verò omiſſo principio ad finem iam vergente morbo exhibueris in delaſſato iam corpore, forte quiddā exhibere veritas, periculum eſt nè magis delinquas, quam ſucceſſum conſequaris. Si igitur febris forte medicamentum expoſcit, & vires debiles non permittunt ſequetur,fortibus tantummodo ægris medicamentum eſſe exhibendum, quod voce illa ſimiliter ſignificare voluit Hipp. non autem in eum ſenſum, vt medicamentum ſemper ſimile exhibeatur ei, cui exhibendum eſt,

ad

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 92 sur 636

A ad quid enim subiunxisset, aut saltem sic, vt fortibus quidem forte, debilibus verò debile exhibeas? si id voce similiter intellexisset, sensus est ergo. Fortia medicamenta in febribus exhibenda esse. Verum hæc debiles assumere non debent, sed similiter, hoc est eos tantummodo, qui fortibus medicamẽtis, sunt similes, fortes inquã, aut solum sic, vt fortibus quod forte, debilibus verò debile exhibeas, quod quidẽ subiunxit Hipp. quia aliquando cõtingunt casus, in quibus non videtur saluari posse æger, nisi purgatio ipsi exhibeatur. Verũ si debile medicamentũ (instabit adhuc aliquis) ea ratione prohibetur: quia humores nõ peccantes educit, febrem verò efficientes naturæ infensiores reddit, cur hæc debilibus permittit? nonnè multò grauius lædetur debilis, quã robustus? Huic respondeo, debilia medicamẽta in corporibus debilibus plus habere virtutis, quam in fortibus: vndè eorum facultas vlterius etiam ad venas peruenire poterit, & hoc modo humor peccans educitur, verum quia id ambiguum est; ideò
B id faciendum non est, nisi necessitate cogente, & ea insuper cautione adhibita, vt inter hæc ea eligantur, quæ bilem respiciunt. Notum est enim, etiam lenientium medicamentorum alia bilem, alia pituitam, alia melancoliam subducere, quod in Hippocratis doctrina passim colligere licet, potissimum verò ex libro 2. de Diæta vers. 292. Hæc verò in gratiam purgationis in febribus dicenda mihi necessarium duxi, tum quia id ad praxim plurimum conducit, tum quia melius præsentis sententiæ verus sensus elicitur. circa hanc materiam de purgatione in febribus vide quæ quarto acutorum adnotauimus vers. 84. 94. 131. 211. Mar. n. 14.

Vers. 94. Quum verò gracilem existentem febris vrat, manifestum est, quod non propter corporis tumorem febris occupet &c. Mar. n. 39.

Præsentis curationis ratio à causa gracilitatis dependet, quæ si alimenti defectus, inanitioue fuerit, repletione curatur, si ab humorum vitio, purgatione tollitur. Harum causarum
C distinctionem ab experimento deducit, quia si corpore vberius nutrito æger in melius procedat, satis erit, sin minus, ad euacuationem confugiendum est; signum enim erit, morbum à cacochimia foueri, quo casu alimentis reficere non conuenit: Impura enim corpora quantò plus nutries, tantò magis lædes, ex hac sententia videtur desumptus aphorismus octauus secundæ particulæ, in quo legimus. Si ex morbo cibum capiens quis non corroboratur, corpus vberiori alimento vtitur, si verò cibum non accipienti hoc contingat, nosse oportet, quod euacuatione eget. Quod verò ait, etsi neque sic conducat, palam est, quod non oportuerit febrem inducere, idem est, ac si dixisset. At si corpore abundanter nutrito febris non soluatur, palam est, quod non oportuerit copiosè nutrire. Adeò constans est & firmum, febrem ab ingestis alimentis semper augeri: ex hac textu colligo, febrem aliquando Nota.
ab inedia, & extenuatione augeri, quo casu euacuatio quælibet suspecta est.

D *Vers. 99. Nihilò autem minus oportet, etiam debiles fortia medicamenta potare &c.* Mar. n. 36.

Hæc verba explicata sunt paulò superius in enarratione tex. ver. 90. quarè vnum tantummodo circa Cornarij interpretationem adnotare volo illorum ἀδὲν δ' ἧσσον δεῖ &c. quę dum ea ad verbum in Latinum sermonem transtulit, cõtrarium sensum ei accommodauit, affirmatiuam reddens sententiam, quæ negatiua legenda est, duæ enim negationes, quæ apud Latinos affirmatiuam constituunt, efficacius negant apud Græcos. Mar. n. 40.

Vers. 123. Cæterum medicamenta bilem ducentia nè propinato.

Dum Cholagoga medicamenta vetat Ictericis, nè bilis conturbetur magis, non ex eo inferendum, medicamenta alios humores purgantia permittere. Hæc enim tantò minus conueniunt, quantò humorem peccanti contrarium, & diuersum educunt. Bilem verò purgantia prohibet, tanquam ea, quæ in hoc casu exhibenda essent; in cuius sententiæ confirmatio-
E nem libro acutorum 4. vers. 369. purgationem simpliciter Ictericis interdixit, de qua re quid nostra ferat sententia, in illius expositione declarabitur. Mar. n. 64.

Vers. 127. Sed & alia vlcera frigefaciẽtibus oblinięda sunt, & super ipsa humectãtia imponẽda. Mar. n. 41.

Hac denominatione: Alia vlcera, non intelligit cætera omnia præter recensita, quia cum vlcera quatenus talia exiccationem exposcant, non dixisset Hipp. humectantia esse superimponenda, intelligenda ergò sunt alia vlcera, quæ cum prædictis conueniunt, tum ratione vlceris, tum confluentium humorum.

Vers. 143. Febrienti caput nè purgato, nè furiosus fiat. Mar. n. 44.

Per capitis purgationem Hippocratem intelligere eam, quæ fit per medicamenta nari-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 93 sur 636

©BIUM

bus indita, vnicuique in ipsius doctrina etiam mediocriter versato est manifestum. Vndè non est inconueniens, medicamenta caput per nares ingredientia caliditate sua illud excalefacere, & quia dum huius præcepti rationem reddit, supponit talia medicamenta facultate calida esse, indè colligimus nos, quæ minimè, aut leuiter excalefaciunt, tolerari posse, nec ab Hipp. improbari. A

Mar.n.45. *Vers.* 155. *Non à gentilitatis cognatione violatur.*

Bilem supernè, aut infernè excerni malum est, si id spontè, non à medicamento contingat, rationem assignat Hipp. quia hæc spontè commoueri non solet, & absque violentia corpori illata, per quam succi in bilem corrumpuntur, & secedunt. Hanc verò corruptionem, aut transmutationem in bilem non omnes succi incurrunt; sed ij tantummodo, qui cognationem cum bile habent. Inquit ergò Hipp. si bilis spontè eruperit, aut supernè, aut infernè, difficilius sedatur; quoniam quæ spontè procedit præ violentia corpori facta, B expellitur, per quam succi, qui cum bile cognationem habent, in eam transmutantur, & continuò excernitur, si verò à medicamento fluat, non gentilitatis cognatione (propter quam succi in bilem transmutantur) remittitur, & compescitur facilius.

Mar.n.47. *Vers.* 175. *Vlcus callosum factum electa primum duritia per putrefactorium medicamentum, constringere deindè oportet.*

Hac breui oratione methodum tradit Hipp. curandi vlcera callosa, quæ duabus intentionibus absoluitur. Altera est, vt callus putrefactorio medicamento emolliatur, putrefactorium verò medicamentum intelligit causticum, & quod erodendi facultate pollet, de quo Mar. n.34. lib. 1. de Mor. Mul. vers. 423. locutus est hunc in modum. Quæ enim tenuia, & feruida, sunt, calli duritiam diffundunt. Secunda intentio huic succedens est calli putrefacti emollitio, de qua ita ait loco citato. Vbi verò emollitus fuerit callus, tunc mollibus curato. His C enim non solum emollitus callus decidit, sed & vlcus repletur, & constringitur. Huiusmodi medicamentorum facultates, & naturam descripsit idem Hipp. lib. de Affect. sect. 2. vers. Mar.n.37. 103. eaque esse testatur, quæ calida, & pinguia sunt magis, tumefacientiaque hoc in loco appellat, hæc enim emolliendi, & calefaciendi virtute partem laxant, calefaciuntq. vndè nutrimentum vberius ad se trahit, ex quo caro augetur, eumque cibum vocat Hipp. quia à cibis, & potibus prouenit. Absterfionis verò hoc in loco non fit mentio, quæ in alijs vlceribus carnis generationem præcedere debet, eò quod cum medicamentis moderatè exiccantibus fiat, hæc calli generationem denuò efficere possent. Quarè abstergentia medicamenta tunc solum in vsum venire debent, cum non durus callus, sed caro leuis, & fungosa generatur, vndè vlcus sordidum fit, quod absterfione, & exiccatione eget, alioqui carnem generantia, quæ tumefacientia appellat, vlcus morbosius, & magis impurum reddunt, D & hoc significare voluit Hipp. per illa verba, corpus ægrotum nutrit, quod vlcus habet, quia enim huiusmodi medicamenta humores copiosiores (vt dicebamus) ad vlceratam partem ducunt, eam vberius nutriri faciunt, vndè sicuti impura corpora quàtò plus nutries, tantò magis lædes, ita impura vlcera quantò magis replere studueris, tantò impuriora efficies. Hoc autem in callosis vlceribus nō euenit, quia subiungit Hipp. renutrita caro à cibis propulsat eam, quæ à medicamento putrefacta est, & simul cum natura debellat, quod in carne molli non contingit, & ideò medicamentis eget detergentibus, quæ eam extenuant, & gracilem reddunt, quod quidem præstat ratione penitus contraria ab ea, per quam emollientia carnem generare, & vlcus replere dicebamus. Sicuti enim hæc pingui, & molli substantia rarefaciendo, emolliendo, & calefaciendo nutrimentum ad vlceratam partem euehunt, ita vice versa abstergentia attenuant, & exiccanti facultate succos ad vlcus confluentes exiccant, & E absumunt: quam intensionem respiciens Hipp. gracilem per cibos facere dixit. Et hæc est vera curandorum vlcerum Methodus, & distinctio, quam vllum post Hipp. olfeciſſe nondum inueni. Cætera in textu his ita explicatis, clara ni fallor redduntur.

Mar.n.48. *Vers.* 182. *Tristes, anxios, & errantes, ac se strangulare volentes mandragoræ manè in potu data minore pondere, quam quod insanire facit, curabis.*

De Mandragora. Mandragoræ facultates varias, & inter se contrarias reperio. Nam Hipp. ad vteros purgandos ea vsus est lib. 1. Morb. Mul. sect. 3. & 4. idque non immeritò, quandoquidem vim purgatoriam helleboro similem ei tribuit Dioscorides, sed & eadem ad fluxus muliebres

sisten-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 94 sur 636

©BIUM

A sistendos vsus est lib. 2. citato, sect. 3. vers. 240. Stupefacientem verò (quam vocant) facultatem habere communiter receptum est. Vndè quibus aliquod membrum secandum foret, antè mandragoræ potu stuporem inducere consueuisse Medicos testatur Dioscorides. Harum autem facultatum varietas à partium diuersitate, & earum vtendi modo prouenit. Succus enim, quia eius tantummodo tenuiorem partem elicit facultatem purgatricem helleboro albo similem obtinet, cuius contrariam in semine facultatem reposuit idem Dioscorides, eò quod pars siccior totius plantæ existit. Vndè ad fluores rubros sistendos cum sulphure commendauit, quod remedium ab Hipp. recepisse existimo. Nam lib. 2. Morb. Mul. sect. 3. vers. 240. ita (Cornario interprete) habetur: Si fluxus sanguinolentus, aut albus, aut qualiscunque fuerit, sulphur, & mandragoram in vino meraco territo, & lana excepta apponito, in quorum verborum translatione à communi lectione recessisse apparet, Mar.n.76.

B nam quod habet Græcus contextus μανδραγύρου τὸ ἄκρητον, idest, vinum mandragoræ, ipse transtulit, ac si legeretur μανδραγόραν τὺ ἄκρητο πρίειν. Dioscorides verò fortasse, pro dictione ἄκρητον καρπὸν nec perperam in suo Hipp. legerat, & ideò mandragoræ semini hanc facultatem tribuit, sed ad nostra redeamus. Succus vt dicebamus purgandi facultate pollet, semen fluxus sistit. Radixque vuluæ apposita purgat. Quandoquidem ad purgandos veros Præceptor eam vsurpauit lib. 1. Morb. Mul. sect. 3. & sect. 4. Hæcque tandem in potu assumpta opij, & Hyoscyami facultatem obtinet, & ideò ad quartanã cum semine Hyoscyami dedit Hipp. lib. 2. de Morb. sect. 2. propter rationem eodem in loco à nobis explicandam, propter quam similiter hoc in loco ad tristes, anxios, & errabundos, ac se strangulare volentes probatur, quia scilicet (vt ibi est demonstratum) quietem in humoribus, & in spiritibus inducit, qua intentione pariter inferius in conuulsionis curatione eandem vsurpauit. Quia verò hæc in maiori copia exhibita insaniam facit, hoc admonet nos Hipp. verum C quæ sit hæc quantitas, non adnotauit. Ad quantitatem vnius oboli dari posse existimo: vt in expositione loc. cit. 2. de Morb. indicabimus. Mar.n.39.

Vers. 188. *A ruptura febris non corripit amplius, quam tres, aut quatuor dies, si verò corripiat, & quis putat à ruptura habere, &c.* Mar.n.48.

Ῥῆγμα dicitur violenta carni incidens affectio, siuè hæc à re exterius contundente oriatur, siuè à materia interius per carnes impetuosè irruente; vndè sanguis è venis egressus per carnes diffunditur, quia ergo non fit febris à simplici ruptione, nisi quando materia è venis egressa suppurationem contrahit, quod ante tertium diem fieri est impossibile; sequitur febrem, post ruptionem accedentem non à ruptione, sed ab aliqua alia causa dependere, si ante tertiam diem superueniat.

D *Vers.* 190. *Quum homo manibus, & pedibus distentus, ac tortus fuerit, insaniã sibi ipsi facit.* Mar.n.48.

Συντεταμένος dicitur ille, qui dum obstinatè, & pertinaciter aliquid facere astantibus renuentibus contendit: aut renuit ea, quæ circa eum moliri expedit, manibusq. & pedibus insistit, & conatum magnum facit. Hoc igitur maniæ imminentis euidens signum existit, quod vt significaret Hipp. vsus est hoc dicendi modo, insaniam sibi ipsi facit, quasi illud sit causa effectrix insaniæ. Si verò præfatam vocem Συντεταμένος cum Interprætibus manibus, & pedibus distentum, & tortum vertere libet; sensus verborum quidem clarus erit, verũ huius ratio afferri non valdè potest. Nisi dicamus, hæc esse atrabiliaria symptomata distentioni neruorum superuenientia. Quia sicuti Epileptici fiunt melancolici, vt dicebat Hipp. & hi rursus Epileptici, ita distentioni neruorum manuum, & pedum quæ particularis Epilepsia dici potest, atrabilaria symptomata aliquando succedere non est inconueniens.

E *Vers.* 191. *Venam porro sic vrere conuenit commodam ad morbum, &c.* Mar.n.49.

Præsentem textum ex Græco ita latinitati darem. Venam porro sic vrere oportet commodam ad morbum, ex quacunq. tandem quis ægrotarit. Si vstus fuerit homo, & fluxerit sanguis (à vena exusta) velut non periculosum ipsi vtrinq facere licet (hoc est vstionem reiterare in vtraq. exustæ venæ parte, id enim absque omni periculo facere licet) si perfectè vsteris ipsum in dolore, cuius gratia vrebatur, non coalescit (in posterum vena amplius) & fluxui prodest, si enim perfectè vsta fuerit, non fluit. Nam postquam, &c. Docet enim, quomodo venarum vstio facienda sit antiquis familiaris, ad fluxum humorum intercipiendum ad partem aliquam concitatum. Primum igitur ea vena eligenda est, quæ morbo sit commoda, ea scili-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 95 sur 636

©BIUM

cet, per quam fluxio procedit; eaque diligenter inurenda. Et si facta vstione sanguinis à vena exusta fluxerit, signum est venam non in totum exustam fuisse. Nam quando perfectè vsta est vena, exarescit, escaraque superinducta sanguinis exitum prohibet, & hæc est perfecta venæ vstio, per quam dolor, siue alius quilibet affectus contumax fluxione intercepta tollitur, ex aduerso autem, si quid venæ relictum fuerit non exustum, per illam partem non exustam humor fluit, qui totam venam humectando illius exiccationem prohibet, sicque fluxio non tollitur, & morbus perseuerat adhuc. Quum igitur vstione adhibita sanguis fluit, vstio reiteranda est, quandoquidem ex hac re nullum periculum impendet: venaque vtrinque eodem modo inurenda est, id enim important verba illa ἀμφοτέρα ταυτ' ἐστι ποιεῖν, hoc est vtraque extremitas venæ exustæ inurenda est; ita enim fluxus intercipitur. A

Mar.n.56. *Vers.291. Omnia autem, quæ foris extenuant, intra corpus assumpta tumefactionem inducunt: eadem autem, & ventrem sistentia, & pituitosa, ac tumefacientia existunt.* B

Id autem euenit, quia dum illa exiccando, & extenuando aluum sistunt, corpus replent, & tumefaciunt, non quippè sola, sed vnà cum cęteris alimentis ad repletionem concurrentibus. Quæ verò de subducentibus asseruntur, ita accipienda sunt: vt pro maiori parte vera esse intelligantur. Nam vt demonstraret variam esse, & multifariam medendi occasionem, satis ipsi fuit indicasse, quamplurima contrarios effectus producere. Hęcque in exemplum adduxisse, quæ plerumq. contingunt.

Mar.n.59. *Vers.321. Et quum quidem vteri osculum suum non demittentes, & pudendi eminentias non contingentes transmoti fuerint foras, leuissimus morbus est.*

Vteri descensum, etiam si extra pudendum exeat, leuissimum esse morbum, & hic asserit Hipp. & mulieres quotidiè experiuntur, quæ ab huiusmodi affectione nullam læsionem persentiunt. Hoc autem euenit, quando in huiusmodi descensu os vteri rectus ad pudendum vergit, ita vt in nullam inclinet partem, aut anteriorem, aut posteriorem, neque in pudendi labia se inserat, alioqui purgationis menstrualis exitus intercluditur, quo casu grauissima symptomata parit, de quibus Hipp. in Textu. C

Mar.n.60. *Vers.329. Si verò sursum ascendens auersus, & obturatus fuerit, &c.*

Propter raritatem vteros dum ascendunt dolorem inducere, ait Hipp. cuius oppositum ratio suadere videtur: nam propter densitatem potius, quia menses supprimuntur, dolores produci est rationabile, quam videntes difficultatem, tum Caluus, tum Cornarius particulam, ac coarctationem addidere, quæ in Græco contextu non legitur, an verò in suo legerint nescio, vtcunque sit, vtroquè modo sententia mihi videtur rationabilis, inquit enim, dolores fieri propter raritatem, & inferius hos dolores explicans inquit, quum verò propter hoc ægrotarit, coxendicum, & capitis dolorem facit. At certum est capitis dolores ex vtero fieri potius propter raritatem, quam propter densitatem, imò cum hac dolorem capitis produci videtur impossibile, cum vapor eorum, quæ in vtero continentur, ad caput peruenire à densitate prohibeatur, quo argumento lib. de Steril. vers. 150. dedit nobis signum, per quod mulieres ad concipiendum ineptas cognoscere possemus. Nam Galbano in vterum vesperi subdito, si reticulum capiti obuolutum mane galbanum oleat, signum est vteros ad concipiendum esse dispositos: sin minus, nequaquam, idque propter vteri densitatem, quæ vaporem medicamenti ad caput peruenire non permittat. Hac igitur ratione vtero sursum vergente, & purgationes menstruales non demittente, dolores capitis mediante raritate oriri possunt. Coxendicus verò dolor etiamsi diuerso modo producatur, ita vt absque raritate etiam fieri posse videatur, dummodo repleti vteri coxendices attingant, vt ait Hipp. in textu; nihilominus vteri raritas huic plurimum conferre potest, quia non solo contactu excitatur dolor: sed quia vapor aliquis, aut humor tenuis ex vtero in coxendicem se insinuat. Vndè non modo dolor soluta continuitate excitatur, sed aliquando etiam suppuratio in ea parte contingit, vt Hipp. adnotauit tum lib. de Nat. Mulieb. vers. 72. tum 2. de Morb. Mul. Quia ergo hæc omnia vteri raritate concurrēte fiunt, meritò propter raritatem hos dolores excitari dictum est. Quod si cum Interpręt. & coarctationē addere libet, sensus erit, propter raritatem capitis dolores excitari, propter coarctationē verò dolores coxendicis, quatenus humor ob densitatem in vtero coarctatus illum replet, repletusq. coxendicem attingit. hæc expositio tolerari posset, nisi communis lectio Græca meliorem sensum reciperet, qualem nos indicauimus. D E

Mar.n.11.

Mar.n.6.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 96 sur 636

A *Verſ. 338. Et fomenta ne adhibeto.* Mar.n.60.

Per fomenta intelligit Hipp. euaporationes, quæ ignis virtute ab humoribus eleuantur: Mar.n.61. cuius exemplar proponitur inferius verſ. 346. ibi, Hunc morbum fomento primum tali curare oportet. In vinum groſſos immittito, ipſumque vinum calefacito, & cucurbitam circum oſculum vaſis, in quo calefiat, hoc modo, &c. Huiuſmodi fomenta igitur prohibet nunc Hipp. in ſimplici vterorum deſcenſu: quia humidæ euaporationes omnes, etiam ſi ab aſtringentibus liquoribus eleuentur, laxandi tum vim perpetuò obtinent, tum quia aſtrictoria virtus, quæ in partibus craſſioribus fundatur, non facilè euaporat, hoc indicat aqua per euaporationem genita, quæ nullum ferè ſaporem retinet eorum, à quibus extrahitur. Tum quia ſi tandem vim aliquam adſtrictoriam habere concedatur, plus ad laxandum poteſt actualis calor, & humiditas corporis: quam eiuſdem adſtrictoria facultas ad roborandum, & contrahendum.

B Hancque eſſe veram Hipp. intentionem, ex eo colligere licet, quia fotus per ſpongias decoctis adſtringentibus imbutas non prohibet in hoc caſu, imò probat maximè, lib. enim de Nat. Mul. verſ. 45. (vt alia loca præteream) de procidentia vteri tractans, decoctione ramentorum Mar.n.4. loti, & baccarum myrti pudenda perfundi iubet, tum quia per decoctionem adſtringentium virtus maior extrahitur, quam per euaporationes, tum etiam quia actu frigida adminiſtrari perfuſio poteſt, quod in euaporationibus fieri eſt impoſſibile, quamuis per ſolam emacerationem vim adſtrictoriam aliquando extraxerit Hipp. 1. de Morb. Mul. n. 111.

Verſ. 355. Et per debilia, quæ vomitum faciunt: ne inanitio ex magna euacuatione fiat. Mar.n.61.

Perpetuum eſt Hipp. purgationem per inferiora vteris aſcendentibus fieri, per ſuperiora autem, ijſdem deſcendentibus, quod præceptum vbique notatum legimus: potiſſimum verò lib. 2. de Morbis Mul. ſect. 2. verſ. 162. vbi ait Hipp. Si verò adhæc non ſoluatur, pharmaco

C ſurſum, aut deorſum purgare, vtrum tandem opus fuerit, cognoſces autem id hoc modo. Si enim ad inguina, & pecten, & veſicam irruerint, hæ purgatione ſurſum opus habent, ſi verò ad laterum mollitudinem, & Hypocondria, hæ pharmaco deorſum purgante indigent. Quod ſi aliquando neceſſitate vrgente per contrarias regiones purgandum ſit, id medicamentis omninò leuibus faciendum eſſe, hac ſententia docemur, huciuſq. rationem aſſignat in vomitu, qui infernæ purgationi ſubſtituatur. Ne inanitio magna fiat, ex qua vteri magis eleuentur, quandoquidem inter cauſas aſcenſus vteri primum locum ſibi vindicauit inanitio, vt lib. 1. Morb. Mulieb. verſ. 95. teſtatur Hipp.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

D

De Aeribus, Aquis, & locis.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Præſens opus de Aeribus, Aquis, & locis inſcriptum omnes alios Hipp. libros, & doctrinæ vbertate, & eruditione, & eloquentia ſuperare mihi videtur, continet enim doctrinam non Medicis tantummodo neceſſariam, ſed & hiſtoricis, coſmographis, politiciſq. vtiliſſimam, quibus dogmata adeò firma, ſtabiliaquè tradit, vt præfatarum ſcientiarum fundamenta iacuiſſe videatur. Stylum verò ſi quis contempletur Hipp. ſui quodammodo oblitum dicet. Nam orationis grauitas cum inſolito lepore, & lenitate procedit. Non eſt igitur mirum, ſi tot viri celebres in hoc libro exponendo laborarunt. Nam vt antiquos præteream, quorum

E ſcripta tempore periere, Hieronymus Cardanus, Baccius Baldinus, Zuingerus, & Ludouicus Septalius ampliſſima commentaria in eum tradiderunt, quæ nullo modo ab Hipp. medico prætereunda ſunt. His enim auctoribus perſpectis, quid noſtri præſtiterint labores, patere poterit.

Verſ. 34. Quod ſi cui hæc ſublimiora videantur, &c. Mar.n.2.

Qui Aſtrologiam iudiciariam profitentur, ſcientiam hanc eſſe, veramque & medico neceſſariam vt perſuadeant, Hipp. eam calluiſſe, ex hoc loco potiſſimum deducunt. Quibus dabo quidem, Aſtrologiam multa præuidere poſſe futurorum euentuum, & maximè quæ ad temporum mutationes pertinent. Verum dicere, Hipp. notam fuiſſe, & de ea locutum eſſe dum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 97 sur 636

©BIUM

Astronomia confert ad Medicinam, non Astrologia.

inquit, non minimam partem conferre ad rem Medicam ipsam Astronomiam, vanum est omninò, quod vt ijs breuiter ex more demonstretur verba Hipp. in proprio sensu veniunt interpretanda. Dixerat igitur superius, inter alia Medico necessaria illud esse, vt obseruet temporum mutationes, & astrorum Ortus, & Occasus; ita enim præcognoscet de anno, qualis futurus sit, morbosus, an salutaris. Verum in quo consistere debet hæc obseruatio? In animaduersione eorum, quæ contingunt circa mutationes tempestatum ex calido in frigidum, & ex frigido in calidum, similiter ex sicco in humidum, & ex hoc in siccum, obseruando non solum, an magnæ sint, & repentinæ, sed etiam in quo anni tempore hæc contingant, an scilicet circa æquinoctia, an circa solstitia, in ortu Arcturi, an Canis, an Pleiadum, quia alio modo alterabunt corpora frequentes pluuiæ circa Canis, ac circa Pleiadum Occasum, & sic de singulis. Quarè ijs verbis nihil aliud significare vult Hipp. nisi quod Medicus obseruare debet temporum mutationes, in quo anni tempore contingant. Quæ quidem tempora quia nullo alio modo distinguebãtur olim, nisi per quorundam syderum Ortus, & Occasus, æquinoctiaq. & solstitia, vt ex lib. 3. de Dieta vers. 22. constat, nec aliundè cognitio hæc haberi illis temporibus poterat, quam ex Astronomia, ideò hanc Medico necessariam esse dixit. Hancque fuisse Auctoris intentionem patet ex ijs, quæ in progressu traduntur. Quum enim ad finem huius partis, quæ vicem procemij obtinet, se deinceps traditurum esse promittat, quomodo singula, quæ proposuerat, scrutari, & explorare oporteat, in ipsa tamen tractatione nihil aliud docet de Ortu, & Occasu syderum, & de obseruatione mutationum temporum, nisi ea, quæ diximus, & iuxtà interpretationem à nobis allatam. Hæc enim tradere incipiens inferius

Mar. n. 2.

Mar. n. 25.

vers. 255. inquit. Cæterum de annis hoc modo consideratione facta quis cognoscere poterit, qualis nam annus futurus sit, salubris nè, an morbosus, si enim secundum rationem fiant signa in astris occidentibus, ac orientibus, & in autumno aquæ fiant, & hyems sit moderata, &c. Ex quibus patet, nihil aliud considerandum voluisse circa Ortus, & Occasus syderum, nisi quatenus temporum diuisionem, naturamq. attestantur, pro quorum varietate tempestatum mutationes varios, diuersosq. morbos producere aptæ sunt, quo loco etiam palam facit per verba illa, prænoscet de anno, qualis futurus sit, se intelligere circa eius salubritatem, aut insalubritatem: non autem, an serenus futurus sit, aut pluuiosus, ventis vè carens; aut ventis perflatus, quæ quidem prædicere profitentur Astrologi. Quorum scientiam sicuti non omnino negat: ita ipsi incognitam fuisse, manifestè demonstrauit, dum lib. de Humoribus vers.

Mar. n. 8.

182. ita inquit. Colligenda igitur sunt, quæ in qualibus aquis, aut ventis morbi significant, & audiendus est, si quis nouit, quod tali hyeme prægressa, tale ver, aut æstas erit. Astronomiam ergo Medico necessariã existimauit Hipp. quatenus hæc astrorum motus varios docet, eorumquè configuratione ad inuicem obseruans, quo tempore ver, æstas, Autumnus, Hyemsque incipiat, decernit, Astrorumq. Ortus, & Occasus certos præfigit, in quibus mutationes variæ tempestatum contingentes varios, diuersosq. morbos producere aptæ sunt. Quæ omnia in epidemijs Hipp. diligenter obseruasse constat. Nec alio modo, nec in alium finem Astronomia vsum fuisse, quam in eum, quem nos explicauimus, quispiam in Hipp. doctrina inueniet.

Vers. 42. Et necessario non sublimes.

Mar. n. 2.

Quum omnes contextus Græci hanc sententiam negatiuè legant, temerarium est, vt difficultas vitetur, dempta negatione affirmatiuam facere. Quia igitur verbum μετεωρον aliquando leue significat (si Hesychio linguæ Græcæ peritissimo, & antiquissimo credendum est in lexico) rectè dixit Hipp. aquas ad Austrum scaturientes salsas esse, & necessariò non leues, sed stomaco graues. Nam aquas salsas dulcibus grauiores esse, & ratione, & experientia adeò constat, vt meritò dicatur necessario tales esse, quod affirmari non posset, si iuxtà communem interpretationem μετεωρον, hoc est sublime accipiamus, non enim necessarium est, aquas omnes salsas sublimes esse, ita vt aliquando à profundissimo fonte scaturire non possint.

Vers. 43. Et quæ quidem vrbes benè sitæ sunt, &c.

Mar. n. 3.

In hac parte textum corruptum esse, indubitatum est, quandoquidem omnes Græci contextus præsentem particulam, vsque ad vers. 286. ibi, & lyenteriæ, & hydropes, non habent, &

Mar. n. 27.

quæ hoc in loco desiderãtur, perperam ad finem lib. de Vulner. capitis leguntur, quamuis variè satis, & diuerso ordine in multis codicibus scripta reperiantur. Id verò contigisse satis

ratio-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 98 sur 636

©BIUM

A rationabile eſt credere imperitia illius, qui primum exemplar inuenit, aut tranſcripſit, nam cum fortè codex vetuſtate conſumptus aliquod folium haberet ſeparatum, proprium ignorans locum, illud vbi ſors tulit, repoſuit. Qui verò ſubſecuti ſunt Medici videntes ſeriem verborum exactum ordinem, orationiſq. continuitatem non habere, vnuſquiſq. ſuo arbitrio textum emendare conatus eſt, indèque lectionum varietas orta eſt, & quamuis alij aliam correctionem magis probauerint: Ego tamen Cornarij lectionem cæteris antepono, quam & Zuingerum, & Baccium ſecutos eſſe video. Illis verò, qui hæc nullam habere connexionem cum præcedentibus videntur, & ideò alibi collocanda exiſtimant; hoc modo ſatisfieri poſſe credo. Dixerat nuper Hipp. eos, qui diligenter temporum mutationes, & Ortus, & Occaſus ſyderum obſeruauerint, prænoſcere poſſe de anno, qualis futurus ſit, an ſalubris, an morboſus. Dixerat etiam obſeruandos eſſe locorum ſitus, & quibus aquis incolæ vtantur, tanquam res ad prædictorum præcognitionem plurimum conferens. Nunc verò doctrinam

B propoſitam tradere incipiens, naturam locorum deſcribit, iuxtà poſitionem, & eorum ſitum reſpectu ſolis, ventorumq. ibi maximè vigentium. Verum inchoato ſermoni documentum vniuerſale inſerit, veluti per parenteſim quandam, admonens eas ciuitates, quæ benè ſitæ ſunt ad Solem, & ventos; & quæ bonis aquis vtuntur, minus à temporum mutationibus affici, quam quæ lacuſtribus aquis vtuntur, & non benè ſitæ ſunt ad Solem, & ventos, cuius rei duplex afferri poteſt ratio, prima quia, qui regiones incolunt ſalubres, & optimis alimentis vtuntur, ij robuſtiores ſunt, vndè temporum mutationes, & iniurias facilius ferunt, quam debiliores. Altera ratio eſt, quia quæcunq. in vno exceſſu peccant, hi magis à contrario læduntur, quam, qui in mediocritate conſiſtunt. Regionem enim auſtralem incolentes (hos exempli gratia adducit Hipp.) & qui aquis lacuſtribus vtuntur: etiam ſi non adeò lædantur æſtare ſicca exiſtente, quemadmodum regionem temperatam incolentes, vndè morbi breues ipſis fiunt, æſtatis ſiccitatē humiditatis regionis exceſſu quoquo modo corrigente; à con-

C trariā tamen, pluuioſa ſcilicet, & auſtrali inſigniter læduntur, & longè magis, quam, qui regionem temperatam incolunt, quapropter morbi ipſi diuturni fiunt, & phadegenæ ex omni occaſione oriuntur, ſi vlcus ipſis contingat: quia humiditatis exceſſus in his augetur. Quod ſi hyems frigida fuerit, & ſi ratione temperiei contrariæ regionis (calida enim, & humida ſupponitur) ab exceſſu frigiditatis minus lædi deberent, offenduntur tamen magnopere; quia cum eorum capita pituita abundent, ab hyemis frigiditate deſtillationes excitantur, à quibus ventres ſæpiſſimè exturbantur, vndè corpus alimento deſtitutum imbecille redditur, & morbis obnoxium. Vndè conſtat ciuitatis ad Auſtrum ſitæ exemplo, eas ciuitates, quæ benè ſitæ ſunt ad ſolem, & ventos, & quæ bonis aquis vtuntur, à temporum mutationibus

D minus affici, quam, quæ non benè ſitæ ſunt, & aquis lacuſtribus, & malis vtuntur. Qui verò morbi ciuitatis ad Auſtrum ſint peculiares, exponit ſubſequenter verbis adeò manifeſtis, vt in earum explicatione immorandum non ſit. Sed video contra hanc noſtram expoſitionem mihi obijci poſſe, quia tanquam peculiare Auſtralis regionis accipio id, quod omnibus eſt commune. Vbique enim ſiccitates morbos breues producunt: humiditates verò diuturniores. Vnde 3. aph. 7. legimus. In ſiccitatibus febres acutæ fiunt, & ratio eſt in promptu: quia tunc bilis viget, quæ morbos citò terminantes producit. Talia igitur obijcientibus reſpondeo: falſum eſſe hoc dictum ſimpliciter, & vniuerſaliter prolatam: per ſiccitates morbos oriri perpetuò breues. Nam contrarium in Hipp. doctrina inuenio. Inferius enim hoc eodem libro verſ. 299. exponens morbos in ſicca Autumni conſtitutione vigentes, cui Aeſtas ſicca *Mat. n. 29.*

pariter præceſſerit, bilioſos à febribus diuturnis infeſtari ait: rationemque aſſignat, quia

E bilis à ſiccitatis exceſſu craſſior efficitur. Vndè colligimus, ſiccitates pituitoſis quidem, humidiſq. corporibus morbos breuiores efficere, quia ex magna ſiccitate huiuſmodi humores tenuiores, & calidiores redduntur: vndè citius abſumi, & diſſipari queunt. At bilioſis totum contrariū euenit, bilis enim à ſiccitatis exceſſu craſſeſcens ad atræ bilis naturam vergit: quam morbos diuturnos producere indubitatum eſt. Si ergò ſiccitates talibus ſunt cauſæ longitudinis morborum, certum eſt præſentem ſententiam vniuerſaliter veram non eſſe, ſed tantummodo in ea ciuitate, in qua ob ſitus poſitionem pituitoſi humores, non bilioſi dominantur, qualem eſſe eam, quæ ad Auſtrum ſita eſt, ex Hipp docemur. Nec Aphoriſmus citatus huic determinationi aduerſatur, cum non ſit inconueniens, per ſiccitates febres acutas fieri, quæ in

bilioſis

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 99 sur 636

©BIUM

biliosis corporibus ab acutis decidentes, in longum tempus producantur, idque euenire frequenter in praxi obseruatur. A

Mar.n.5. *Vers. 68. Primum quidem aquæ & duræ, & frigidæ vt plurimum dulcescunt &c.*

Quomodo aquas frigidas, & duras dulcescere velit Hipp. me ignorare fateor, nisi intelligamus eas dulcescere, & concoqui, siuè superari in corpore, postquam potatæ fuerint, idque non respectu aquarum, sed virtute calidi innati; quod hominibus eam regionem incolentibus plurimum, & forte est. Non enim percipere possum, quomodo cum sint frigidæ, extra corpus dulcescant, si enim vbi nobis offeruntur potandæ, iam dulces factæ sunt; quomodo eas crudas, & duras dicere possumus? Præterea si antequam potentur, dulcescunt, quomodo causam sterilitatis mulierum, & penuriæ lactis esse ait, quia ibi aquæ duræ sunt, crudæ, & frigidæ? Quare dicendum est aquas quidem frigidas, & duras esse, verum dulcescere, & superari à calore vehementi incolarum, itaut ab earum potu minimè lædantur, quemadmodum in alijs regionibus euenit, cuius quidem expositionis illud maximum argumentum est, quia mulieres lædi ab aquarum duritia asserit, viros autem nequaquam, quandoquidem virile corpus calorem habet fortiorem, quo mediante aquæ cruditatem superare potest. Quod si in viris vasorum ruptionem parere ait, id in ipso actu bibendi propter actualem frigiditatem euenire, intelligendum est, iuxta Aphor. 24. sect. quintæ, frigida velut nix, & glacies pectori inimica, tusses mouet, venarum ruptiones, & destillationes facit. B

Mar.n.8. *Vers. 97. Matutinum enim tempus ipse aer, vt plurimum occupat.*

Solem emergentem aquas fontium castigare, & puras reddere dixit; quæ nisi à sole illustrentur, impuræ redduntur, aere crasso ipsis admixto: tempus enim matutinum aer vt plurimum occupat, hoc est tempore matutino maiori ex parte aer turbidus viget, qui aquæ claritatem tollit. Ita exponit Septalius: vide ergo eius commentarium doctissimum. C

Mar.n.9. *Vers. 106. Et tum calidi venti præterflant, & tum frigidi ab vrsis.*

Eas ciuitates situ morbosissimo esse colligit Hipp. quæ ad occidentem vergunt, quia & calidi venti ab austro scilicet, & frigidi ab Vrsis lateraliter pertranseuntes ibi spirant: cuius consequentiæ virtus, & ratio à morborum causa exterius adueniente dependet, quæ in temporum mutatione consistit. Quia igitur in dicta ciuitate venti, modo frigidi, modo calidi spirant, hinc sequitur frequentibus mutationibus esse dispositam, & ex consequenti morbis quamplurimis obnoxiam. Verum idem de ciuitate ad orientem sita dici posse videtur, quando & ibi spirant à latere venti, tum frigidi ab vrsis, tam calidi ab austro. Huic instantiæ igitur respondet inferius Hipp. dum inquit. Non enim perseuerant venti, & qui perseuerant, ac ipsis incumbunt aquosissimi existunt, tales enim sunt venti ab occidente spirantes. Quasi diceret, etiam si in ciuitate ad orientem sita venti spirent inter se contrarij, quemadmodum in occidentali plaga, quia tamen, qui è directo perflat, mitis est, & temperatus, & longo tempore ibi spirat; hinc euenit, vt contrariorum ventorum excessus corrigatur: quod in ciuitate ad occidentem posita non contingit; vbi ventus, qui è directo spirat, & plurimum viget in illa ciuitate, aquosissimus est, & intemperatus: quales sunt omnes venti occidentales, ita vt lateralium intemperantias corrigere non possit. D

Mar.n.9. *Vers. 116. Qui verò perseuerant, & incumbunt ipsis, aquosissimi sunt &c.*

De Zephyro an salubris. Hoc in loco dubitationem mouent expositores, qua ratione Hipp. insalubritatem ciuitatis ad occasum sitæ referat in ventos occidentales, tanquam insalubres, & aquosissimos, cum constet, ventos occidentales, quos Zephyros vocant, grauissimorum Auctorum testimonio, experientia ipsa confirmante, placidissimos, temperatissimosque, & saluberrimos esse. Nam Arist. 26. sect. problem. 2. 31. 50. & 52. Fauonium, siue Zephyrum iucundissimum, serenum, moderatissimum, gratissimumq. appellat, & Homerus Zephyros delectabiles vocat, dum eos per campos elyseos spirare finxit. Sed dubitandi occasio augetur, quia vnus & idem Auctor contrarias facultates ijsdem ventis tribuisse obseruatur. Aristoteles enim 23. problem. sectionis citatæ Zephyrum, quem iucundissimum, serenumq. & gratissimum dixerat, nubes congregare maximas, & pluuias concitare, testatus est. Homerusq. de eo ita cecinit. At veluti nubes Zephyrus cum dissipat acer. Quid pro huius dubitationis solutione, & prædictorum locorum conciliatione interprætes in medium attulerint, videre est apud Septalium, qui singulorum expositiones affert, quibus vt meam quoque sententiam adij- E

ciam.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 100 sur 636

A ciam præfatæ difficultatis ſolutionem à Theophraſto lib. de ventis elici poſſe exiſtimo: vbi diuerſitatem naturę huius venti optimè explicaſſe videtur, eiuſque duplicem aſſignat cauſam. Alteram ex tempore, & modo, quo ſpirat, alteram ex loco à quo, & per quem ſpirat, ex tempore quidem, quia cum duplici potiſſimum anni tempore ſpiret, & vere poſt hyemem, & rurſus autumno. Qui vere ſpirat, frigidus eſt (inquit) quia ab occaſu ex mari, campiſque apertiſſimis ſpirat, atque vere poſt hyemem ſole adeò nuper vigente. Nubes verò maximas agit (ſubiungit paulò inferius) quando ex pelago, & iuxtà mare ſpirat, vt hac de cauſa ex multo illo humore nubes ampliores colligere valeat. Porrò auem hybernus, ac moleſtus afflat; quia poſt hyemem (quod & antea dictum eſt) quo tempore aer adhuc frigidus eſt, ſpirat. Quandoquidem, & autumnalis Fauonius talis non eſt, & paulò poſt. At enimuero (inquit) quum æquabilis, ac lenis ſpirat, gratum ſe reddere ſuo motu videtur, quamobrem
B & quo loco talem ſe præbet, ibi gratiſſimus ſentitur. Alteram verò huius diuerſitatis cauſam aperit, dum inquit. Quæ autem ratione ſingulorum locorum ei conueniant, ex ipſorum locorum poſitione, & alijs, quæ ei contingunt, elicere oportebit, & contemplari; in huiuſmodi enim cauſis ferè differentiam inuenies. Veluti in Italia quidem. Locrenti agro, & locis proximis ſalubris Fauonius ſpirat, cum ex mari illis adueniat, quod quibuſdam alijs regionibus non euenit, ſed etiam nonnullis alijs nocet. Rurſuſq. Cretæ oris, quæ circa Gortynam ſunt, nutrimentum affert, in aperto enim ſunt collocatæ, ibique ex pelago Fauonius oritur, non nullis verò alijs damnum, in quas ex terra, & montibus irruit, corrumpit autem in Maliaco omnia, tum annua, tum arbores: Atque in Theſſalia circa Pierium, amborum enim locorum eadem eſt natura, & ea quæ continent ſimiliter ſe habent, ſiquidem regiones ambæ ad ortum collocatæ ſunt, & montibus altis circumdantur, & poſt multa concludit, loca per quæ venti tranſeunt, & à quibus exoriuntur, maximi eſſe momenti, tum ad alia multa,
C tum ad eorum caliditatem & frigiditatem. Hæc autem etſi Hipp. ignota non fuiſſe credendum ſit, tamen (tum quia in proprijs regionibus morboſus eſt hic ventus, tum etiam quia, ſi alicubi ſalubris ſpirat, adeò tamen leniter id facit, & tam breui tempore, vt aliorum ventorum contrariorum frequentes mutationes corrigere non poſſit) eos ſimpliciter tanquam infalubres ad ſitus occidentalis inſalubritatem concurrere ait. Nec ideò reprehendendus eſt, ſi vniuerſaliter eſt locutus, quum exceptionem quorundam locorum addere debuiſſet, in quibus huiuſmodi venti occidentales ſalubres ſpirant, quia cum propriæ ſententiæ rationem addiderit, exceptionem ſub allata ratione comprehendi voluit. Hipp. enim (vt ſæpius Mos Hipp.
adnotatum fuit à nobis) ſuorum dictorum rationem reddere tantummodo ſolet quando exceptionem aliquam recipere cognoſcit, vt intelligamus illa tantummodo verificari in illis
D caſibus, in quibus allatam rationem vigere contingit, ex quo docemur, in Regionibus, in quibus venti occidentales placidi, & ſalubres frequenter ſpirant v. g. in Italia, ciuitates ad occidentem ſitas non adeò inſalubres eſſe, quia venti hi ſalutares lateralium inconſtantiam corrigunt, quemadmodum de orientalibus in orientali plaga dictum eſt, eius tamen ſalubritatem minuunt aquæ, & alia, quæ in hac poſitione inſalubria vigent, itaut ſimpliciter hæc regio ſalubris dici omninò poſſit nullibi.

Verſ. 117. *Nam venti occidentales ſimiles ſunt autumno &c.* *Mar. n. 9.*

Hunc locum manifeſtè mendoſum ita reſtituit Septalius. Quoniam tales ſunt venti occidentales. Similis autem eſt autumno maximè ſitus huius ciuitatis ſecundum diei mutationes, eò quod magnum ſit diſcrimen) caliditatis ſcilicet & frigiditatis, inter matutinum tempus, & veſpertinum. Nam propter frigiditatem noctis antequam ſol ibi manè appareat,
E frigus viget, apparente verò ſole, quia iam ſuper verticem ferit, ſtatim calorem inducit, vndè ſtatim ingens mutatio frigoris, & caloris viget, quod eſt Autumni peculiare, idque in ſitu orientali non euenit: vbi ſol ſtatim exoriens nocturnum frigus paulatim expellit, calorq. ſenſim augetur.

Verſ. 125. *Ac bilioſas.* *Mar. n. 10.*

Quomodo aqua bilioſa dicatur ab Hipp. non hoc in loco tantummodo, ſed etiam libro acutorum, varij variè exponere conati ſunt: minus probabile exiſtimantes aquam, quæ ex propria natura frigida eſt, & humida; in bilem, quæ calida eſt, & ſicca, conuerti poſſe. Pro huius materiæ intelligentia adnotare oportet, aquam bilioſam dici, eò quod dum corrum- Aqua quomodo bilioſa.

pitur

pitur, plerunque amarorem contrahit, qui quidem in corpore nihil aliud est, quam bilis ipsa. A
Et quamuis pluribus de causis corruptionem subire possit, potissimum tamen corrumpitur à calore, & maximè dum quieta manet. Id sensu patet in aquis Soli expositis, vel etiam in vmbra tempore æstiuo, quam citissimè corrumpuntur, vndè non solum amaritudinem quandam contrahunt, sed etiam colorem herbaceum proprium bilis genitæ per corruptionem à calido, & humido, quæ frequenter conspicitur in excrementis infantium, quia eorum natura consistit in calido & humido. Cum igitur aqua ex statione, & calore corrumpatur in bilem, meritò aqua lacustris, & palustris hoc in loco biliosa dicitur, quia dispositionem exterius contraxit proximam corruptioni in amarorem, & ex consequenti in biliosum succum, dum quieta manens continuis alterationibus subijcitur, & potissimum frigoris & caloris, à quibus tandem corrumpitur sæpe. Hac igitur ratione aquas lacustres & palustres biliosas dixit Hipp. Nam quæ vitio caret, non est simpliciter biliosa, imò biliosæ naturæ eam conuenire di- B
cebat 4. in 6. epid. ver. 32. sed tantummodo in subiecto malè disposito, cuius gratia aqua in corpore corrumpatur. Et sicuti extra corpus ex statione, & calore corrumpitur, ita in corpore, in quo magnus viget calor, dum in hypocondrio diutius moratur, corrumpitur & in
Mar. n. 30. bilem transit. Hac quippè ratione aquam damnabat Hipp. in morbis acutis 3. Acut. ver. 97. Est enim (dicebat) naturæ biliosæ biliosa, & hypocondrio mala, imò pessima sit, & biliosissima, ex quo loco adnotare oportet Hipp. non dixisse, aquam simpliciter biliosam esse: sed in biliosis naturis morbo acuto laborantibus, de quibus erat sermo, & in ijs, in quibus hypocondria malè sese habent, nam in illis diutius permanens calore febrili accedente, & complexione calida non potest aqua non corrumpi, & in bilem transmutari. Cur autem hæc, dum prædicto modo corrumpitur, amarorem potius, quam alium saporem contrahat, duplex concurrit causa, altera ex parte ipsiusmet aquæ, altera ex parte agentis, ex parte agentis quidem, C
quod cum sit calor, effectum propriæ naturæ conuenientem producit: nempè quid calidum; & hoc pacto aqua à calido corrupta in bilem, quæ calida est, transit. Ex propria verò natura, & dispositione sibi insita, aqua dum corrumpitur amarorem contrahit, eò quod partes in se continet, quæ in amarum promptè transmutantur; hæ sunt verò partes quædam terreæ exustæ, quas aqua in propria generatione contrahit, dum scilicet ex vapore generatur. Etenim cum nullus vapor exhalatione omninò destituatur, & exhalatio dictas partes in se contineat; hinc est, quod aqua ex vaporibus genita, prædictis partibus carere non potest, & hac fortasse de causa aqua maris ex longa alteratione, primum salsa, deinde amara euadit, quod in mari mortuo euenire obseruatur. Quod si absque euidenti corruptione aqua amarorem contrahere extra corpus potest, multò magis id in corpore ei continget, vbi corruptrices vigeant causæ. His igitur de causis aqua, dum corrumpitur, amarorem contrahit: quod manifestatur in D
ijs, quibus ab aliqua causa os amarescit, ij enim si aquam potauerint, statim os amarius fit, quam antea & à vino corrigitur, & remittitur, vndè sicuti oris amaritudini vinum occurrit, aqua verò è contra aduersatur, ita ijs, quibus cibus in ventriculo acescit, nihil est, quod eos magis lædat, quam vinum potatum, idque ob promptitudinem, quam habet transmutari in acetum, quæ tanta est, vt vix curari ille possit, cui cibus in ventriculo acescit, nisi vinum dimittant, quod alias adnotauimus De vet. Med. Vers. 434. scioque plurimos horum post multa incassum tentata sola vini abstinentia curatos esse, quod & Valesium super 2. Auctorum Tex. 9. proprij commentarij adnotasse memini.

Mar. n. 16. *Vers.* 173. *At verò mentiuntur homines de aquis salsis propter imperitiam; in eo quod per aluum secedere, eamque soluere putantur.*

De salso. Quia in textu quodam manuscripto hęc addita reperiuntur ἄναυ τὰ ἄλινα, ideò Septalius E
Zuingerum secutus ita hanc sententiam interpretantur. At verò mentiuntur homines de aquis salsis ob imperitiam, propterea quod existimant salsa esse deiectoria, vndè sententia sit Hipp. ea de causa errare homines circa naturam aquæ salsæ, quia existimant omnia salsa esse deiectoria, & ex consequenti, etiam aquam salsam, quasi senserit Hipp. salsa omnia sistere aluum, non mouere, quæ quidem lectio sententiam Hipp. aduersariam reddit, qui &
Mar. n. 11. lib. 2. de Diæta, vbi de piscibus salitis tractatur, & lib. de Affectionibus sect. 2. vers. 254.
Mar. n. 49. cibis salsis faciliarem deiectoriam tribuit. Quapropterà vulgata lectione, & ab Hipp. doctrina nō recedentes dicamus, aquas salsas in potu assumptas aluum sistere, cibos verò salitos

eam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 102 sur 636

©BIUM

A eam laxare, & ſoluere. Nec id rationi repugnat. Nam cibi ſalſi ob acrimoniam, quam à ſale contraxerunt, pungẽdo expultricem facultatem irritant ad expulſionem: vndè aluus ſoluitur. Aqua verò ſalſa propter tenuitatem citò permeat ad vrinas, humiditateſq. ſecum trahit: vndè aluus reſiccatur, & adſtringitur. Præterquam quod tunicæ ventriculi, & inteſtinorum facilius exiccantur in tranſitu à ſalis facultate in humore diffuſa, quam vbi in ſolidiori ſubſtantia fundatur: quatenus humor interiora corporum peruadit, ſolida verò nequaquam. Cum igitur præceptoris ſententia ſit, ſalſas aquas aluum adſtringere, cibos verò ſalſos illam laxare; quo iure reprehendiſſet illos, qui ſalſa in communi aluum deijcere exiſtimabant? Quarè communi lectione ſeruata præſentis ſententiæ ſenſus erit. Vulgares homines circa aquæ ſalſæ facultatem deceptos fuiſſe, hanc aluum deijcere exiſtimantes, cum eam ſiſtat potius, erroriſque cauſam fuiſſe credendum eſt, quia cum obſeruauerint aliquando
B ab illius potu aluum exturbari, quod & nos in aqua Tettutij quotidiè obſeruamus, id naturæ aquæ tribuerunt. Quod nequaquam verum eſt, quia ſi aquæ ſalſæ mouent aluum, id euenit, quando in ea copia aſſumuntur, vt ſtatim deſcendant, nec tandiu in corpore retineantur, quòuſque exiccatoriam, & adſtrictoriam facultatem exercere valeant. Id manifeſtè patet in aqua Tettutiana prædicta, quæ ſi non ſtatim excernatur, & in corpore retineatur diutius, quã par ſit; ſiuè id contingat, quia in pauca quantitate aſſumatur: ſiuè quia vrinæ vias arripiat, aluus non ſolum non laxatur: ſed etiam adſtringitur magis, huius cauſam aſſignat Hipp. quia crudæ ſunt, & concoqui non poſſunt, quarè calori diù reſiſtentes in ipſum agunt; exiccantemq. facultatem partibus ſolidis imprimunt, vndè aluus adſtringitur.

Verſ. 204. *Verum opus habent, vt decoquantur, ac excolentur.* *Mar.n.19.*

Hoc verbum ἀποσηπεσθαι, & Cornar. & Zuing. exponũt, excolentur. Alij verò proprietati vo-
C cis proprius accedentes, non putreſcant, vertendum eſſe exiſtimant. Veruntamẽ horum verſio mihi non ſatisfacit: ita enim & manca, & inepta redderetur ſententia, quia etiamſi aqua poſt elixationem non putreſcat, nihilominus niſi excoletur, optima non redditur, cum malum odorem retinere poſſit, eaquè mala inferre, quæ ab Hipp. ei imponuntur, inepta verò, imò ridicula redderetur, quia quis ignorat, aquam optimam putrefactam eſſe non debere? Retinenda ergò communis interpretatio mihi videtur, quæ non multum à vocis proprietate recedit. Si enim σήπεσθαι putridum eſſe, corruptum, & vitiatum ſignificat; & præpoſitio ἀπο priuationem ſignificat ἀποσηπεσθαι non impropriè auferre, quod vitioſum eſt, ſignificabit. At quid aliud eſt id quam defęcare, & clarificare? Quarè ſatis appoſitè defæcare tranſtulit Baecius Baldinus. Poteſt enim aqua defæcari, & pura reddi, abſque quod percoletur, veluti ſi elixata, ſub dio exponatur, & in aliud vas tranſfundatur, alioquè ſimili artificio. Cur enim
D reſtringere ſe debuit ad ſolam percolationem, ſi alijs etiam modis defæcari, & corrigi poteſt? nè malum odorem habeat. Ex quibus colligimus, aquam pluuialem ciſternarum artificio percolatã, quia malo odore caret, & pura eſt, ęquè ſalubrẽ eſſe, ac ſi decocta, & defęcata eſſet.

Verſ. 231. *Quorum quidem aluus ſatis fluida eſt, ac ſana, &c.* *Mar.n.22.*

Declarat in hac ſententia Hipp. quomodo aqua impura, & permixta ad lapidis generationem in veſica concurrat, & qua ratione non omnibus eadem aqua vtentibus id contingat. At verò, quò mens Auctoris percipiatur, ſupponendum eſt, Hipp. intentionem eſſe demonſtrare, quomodo prima lapidis concretio in veſica fiat. In qualibet enim, tum ætate, tum temperamento lapis in veſica exiſtens augeri poteſt, non tamen primam generationem acquirere vndè ipſemet Hipp. lib. Coac. Præn. ſect. 3. verſ. 146. à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum tertium non naſci lapidem in veſica teſtatus eſt, niſi antea extiterit, ex quibus do- De lapide.
E cemur, primam lapidis concretionem ea ætate non fieri in veſica, etiamſi materia lapidis apta non deficiat, à qua lapis in veſica antè exiſtens augeri poſſit. Experientia enim quotidiana demonſtrat, ea ætate ex lapillis à renibus in veſicam deſcendentibus, noua ſuperaddita ſemper materia in calculos magnos augeri. Primam igitur lapidis generationem in veſica fieri duabus concurrentibus cauſis, demonſtrat: materia inquam, ex qua lapis generatur, quæ eſt pars craſſior vrinæ, & efficiens cauſa ipſiuſmet concretionis, calor nempè excedens ipſius veſicæ, qui quidem dupliciter ad lapidis generationem concurrit, primo quatenus materiam lapidis concoquit, incraſſat, & tandem adurit, & hoc caloris ipſius veſicæ eſt opus. Secundo, quatenus os veſicæ anguſtiatur, vt non citò, nec facilè craſſam materiam excernere poſ-

ſit,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 103 sur 636

©BIUM

sit, & huiusmodi calor ad ostium vesicæ pertinet. Qua ratione autem dictus calor vesicæ communicetur, demonstrat, & inquit. Quibus aluus feruida est, ijs calor vesicæ impartitur, vesica verò excalefacta proprio orificio calorem communicat, & hoc pacto lapidis generationi homo disponitur. Quam quidem Hipp. doctrinam experientia ipsa satis euidenter confirmat: qui enim hunc morbum incurrunt, omnes aluum adstrictam ferè habent: quæ causa est non modo, vt copiosa materia ad renes deferatur, quam fit lapidis materia, sed etiam, vt venter exardescat, calorque excedens primo vesicæ, deinde eius stomaco communicetur. A

Nota. Has verò concretionis lapidis causas obseruare vellem eos, qui pro illius curatione incidentibus, & attenuantibus vtuntur, non animaduertentes, huiusmodi curationem lapidis causas augere, & eiusdem augumento suppetias ferre: His igitur hunc in modum explicatis patet, communem lectionem Cornarij, quam etiam Zuingerus secutus est, vbi legitur; Neque stomacus vesicæ valdè coardescit, longè rationabiliorem ea, quam nonnulli receperunt, legentes hoc pacto. Neque stomacus vesicæ valdè obstructus est, primo quia illa particula valdè, superflua esset, cum ad lapidis generationem quælibet etiam leuis obstructio sufficiens esse possit, dum hæc est causa, cur vrina non facilè expellatur. Sed & priorem lectionem manifestè confirmant ea, quæ subsequuntur: dum modum aperit, quo calor præfatus ori vesicæ communicatur, & inquit. Quorum verò aluus feruida fuerit, in his necesse est etiam, vesicam idem perpeti, quum enim præter naturam fuerit excalefacta, stomacus ipsius inflammatur, vbi verò hæc patitur, vrinam non dimittit, sed in seipsam concoquit, & adurit, ex quibus patet Hipp. causam, cur facilè vrina non excernatur, non referre in obstructionem, sed in calorem oris vesicæ obstructionis causam. B

Mar. n. 23. *Vers. 246. Et plerique sanè hoc modo lapidem, & calculum contrahunt, &c.*

Hoc ait Hipp. quia sciebat aliquando lapidem in vesica generari, non vitio ipsius vesicæ, sed vitio renum, quod quidem euenit, quando lapillus in renibus concretus in vesicam descendit, in qua si retineatur, augetur in calculum, ex quo monemur (quod neminem hucusq. adnotasse inueni) splendidum ad similitudinem seri non mingere eos, qui calculo vesicæ à renibus delapso laborant. Hi enim vrinam potius crassam mingunt, in qua muccosa plurima resident, & ratio est, quia in his non viget causa illa succos adurens, & humidiorem partem secernens, quam ad lapidis primam concretionem in vesica concurrere, nos docuit Hipp. Quam quidem exustionem respiciens, quod in vrina residet crassissimum, & biliosissimum appellauit, non enim asserendum est, vitium in littera adesse (quod nonnulli crediderunt pro χολωδεσατον. ideſt, biliosissimum, θολωδεσατον. hoc est turbidissimum legentes, cum non sit inconueniens, vbi caloris adest excessus, biliosum succum vigere, qui exustionem passus crassus reddatur, quandoquidem lapidis vesicæ causam in infantibus lac biliosum statuit ipsemet Hipp. C D

Mar. n. 24. *Vers. 250. Muliebribus autem pudendis non similiter contingit, &c.*

Quæ fuerit Auctoris intentio in hac particula ambigitur, tum propter exemplariorum varietatem: tum etiam, quia ipsemet proprium sensum non satis exprimere videtur. Alij enim asserunt, hoc in loco adnotari signum illud, quo pueros calculo laborare cognoscimus, dum scilicet manu fricant, & trahunt pudendum, non adeò fœminis conuenire, quemadmodum masculis. Alij verò crediderunt, Hipp. asserere, non ita frequenter puellas in lythiasim incurrere, quemadmodum masculos: propriam confirmantes sententiam ex lectione manuscripti Gadaldini, qui à principio ita legit τοῖσι δὲ θυλεσι λιθοι οὐ γινονται ομοιως. ideſt mulieribus autē calculi non similiter generantur. Verum posteriorem sententiam probabiliorem mihi facit, non tantum Gadaldini textus auctoritas (eum enim à communi, & veriori lectione sæpius recedere nouimus) quantum verba illa. Neque enim manu pudenda fricant, veluti masculus. Quia si hoc probandum suscepisset, eodem non vsus fuisset pro probatione eiusdem. Existimo igitur Auctoris scopum esse demonstrare, cur in fœmellis non ita generetur lapis in vesica, quemadmodum in masculis, causamq. refert in retentionem crassioris excrementi, quæ proxima causa determinata est generationis ipsiusmet lapidis, quia huiusmodi retentio non adeò in fœmellis contingit, quemadmodum in masculis: eò quod meatus vesicæ in illis breuior est, & amplior, vt non facilè obstruatur, etiamsi æquè inflammetur. Huius verò signum adducit, quia fœminæ non fricant manu pudenda, quemadmodum masculi: quod quidem E

eos

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 104 sur 636

A eos facere dixerat ſuperius, quando vrinæ expulſio ijs intercipitur, exiſtimant enim impedimentum frictione auferri poſſe, cum igitur non ſcalpant pudendum fœminæ, quemadmodum pueri, ſignum eſt, ijs non adeò contingere vrinæ retentionem, quemadmodum maſculis. Quomodo autem ſit fœminis meatus breuior, demonſtrat, & inquit: Ad pudendum enim perforatus eſt ità, vt paucum intercedat ſpatium ab orificio externo meatus vrinarij ad veſicæ ingreſſum. Concluditq. tandem, cur fœminæ non ità laborent calculo, dum ait, & quia meatus ſunt ampli, & quia plus bibunt, quam maſculi, quibus verbis duas allatas cauſas generationis lapidis à fœminis excludit, alteram ex parte ipſorum membrorum, anguſtiam ſcilicet ſtomaci veſicæ, dum inquit, quia meatus ſunt ampli, alteram ex parte ipſius materiæ craſſioris à calore veſicæ exuſtæ, quum ait: Et quia plus bibunt, quam pueri, copia enim potus eſt cauſa, vt facilius exuſtioni reſiſtat os veſicæ, & pars craſſior vrinæ diluitur magis; ex quibus colligo, potum pueris non adeò denegandum. His hunc in modum explicatis manifeſtum eſt, non eſſe opus à communi lectione Baſilienſis textus, & Latini interpretis recedere, cum hæc optimum, verumq. ſenſum recipiat.

B

Verſ. 305. *Maximè autem obſeruare oportet magnas temporum mutationes, &c.* Mar. n. 30.

Per mutationes temporum non debemus intelligere exceſſus, tum caloris, tum frigiditatis, ſed permutationes ex calido in frigidum, & ex frigido in calidum, & quæcunq. alia, quæ corpora noſtra inſigniter alterare ſolent: qualia ſunt anni tempora, quæ referuntur in textu, in his enim magnæ mutationes plerunq. in aere contingunt, quarum occaſione morbi tunc maximè iudicantur, partim ad mortem, partim ad ſalutem; alij etiam in alios morbos tranſmutantur. Hac igitur ratione in his temporibus à generoſis præſidijs abſtinendum, nè fortè per ea naturæ motus impediretur, aut ſi mors tunc ſequeretur, adſcriberetur Medico. Cum ergò Hipp. præcepti hæc ſit ratio, iam conſtat per hæc non prohiberi eas purgationes, & remedia, quibus præſeruationis gratia vtimur, in quibus præcepti ratio non militat, ſed ea tantummodo, quæ pro curatione præſentium morborum adhibentur.

C

Verſ. 318. *Et cultiores.* Mar. n. 31.

Si vox ευεργεες cultum, & elaboratum ſignificat: non video quid textum immutare nos cogat, vult enim hac voce ſignificare Hipp. Aſianos corpore cultiores eſſe, cum omnia præſtent, quæ illi pulchritudinem, & bonam habitudinem præſtant. Sunt enim luxui maximè dediti. Nam vt infra videbimus non ſunt audaces, aut laborioſi, ſed perpetui amatores, & voluptas in ipſis vincit, quæ omnia ad corporis cultum facere, nullus dubitabit.

Sectio Secunda.

D

Verſ. 17. *Verum auſtris perflatur.* Mar. n. 32.

Notiare habet Græcus contextus, quæ vox non magis auſtrale, quam humidum ſignificat. Hoc autem in loco iuxtà ſecundam ſignificationem accipienda mihi videtur: in quam ab Ariſtotele vſurpata eſt ſect. 1. Prob. vlt. Si enim auſtris perflatur, quomodo niues in ea vrgent, non enim eſt rationabile, in regione calida niues abundare, ſi etiam à calidis ventis perflatur, quales ſunt auſtri.

Verſ. 25. *Certumq. eſt, hanc regionem proximè accedere, &c.* Mar. n. 33.

Hæc ſententia tot modis in latinum conuerſa eſt, quot expoſitores eam interpretari ſtuduerunt, quorum interpretationes ſingulas recenſens Septalius; omnes confutat, propriamq. illis anteponit; quæ tandem ſi alicui non plenè ſatisfaciat, præſentem conſideret, quæ talis eſt. Rationiq. conſentaneum eſt, regionem hanc talem eſſe (qualem ſcilicet ſuprà dixit) eò quod quam proximè accedat, ideſt natura ſua, & moderatione ad naturam, & moderationem temporum ſuorum. His enim demonſtrat, hanc regionem eſſe, qualem deſcripſit, eò quod temperies, & moderatio communiter illius regionis talis eſt, qualis eſt anni conſtitutio moderata illiuſmet regionis. Quia ſicuti quando anni tempora propriam ſeruant naturam in ea regione, quæ temperatiſſima eſt, nullum exceſſum præſeferunt, aut caliditatis, aut frigiditatis, aut ſiccitatis, aut humiditatis, ità regio ipſa nullum prædictorum exceſſuum communiter habere ſolet. Hæcque id ſignificant. Hanc regionem ita moderatam, & temperatam eſſe, vt temperatiſſimas, moderatiſſimaſq. temperies communiter præſeferat. Hancque

E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 105 sur 636

legitimum esse præsentis sententiæ sensum, confirmat particula τοῦ, cui altera, vt Græcis vsitatum est ἕνεκα subaudienda est, ac si hunc in modum scriberetur ἕνεκα τοῦ εἶναι, &c. A

Mar.n.33. *Vers.* 28. *Quæ ratio est multiformes partus generari, præcipuè in feris.*

Voluptatem esse causam, cur in Asia multiformes generentur partus, testatur Hipp. quia ob voluptatem, & luxuriam animalia etiam diuersarum specierum insimul miscentur, vndè monstra varia producuntur, ex quo ortum fuit illud vulgatum: semper aliquid noui adfert Aphrica: nam plurimas Aphricæ regiones in Asia collocauit Hipp. & hæc ratio longè probabilior est ea, quæ communiter videtur recepta. Inquiunt enim, quia Aegyptus, & illa Aphricæ pars, quæ à Nilo irrigatur, aquis carent, quæ solum in quibusdam locis humilioribus post Nili inundationem retinentur, hinc euenit animalia cuiuscunq. speciei ob aquæ penuriam ad eadem loca, bibendi causa, concurrere, quæ ob consortium, & familiaritatem, etiamsi specie non conueniant, simul tamen commiscentur: indèque monstra generantur, quæ quidem opinio satis ardua est, nisi libido vehemens concurrat, quæ est in causa, vt animalia etiam inter se inimica coeant. Id norunt, qui canes fœminas à Lupis, & Pantheris impleri student, vt indè canes fortiores, & audaciores procreentur, eas enim siluis exponunt, & alligant, vbi prædictæ feræ diuersantur. Si ergò contingat, aliquod ex prædictis animalibus illuc accedere, quod luxuria concitatum sit, nulla habita diuersitatis speciei, aut naturalis inimicitiæ ratione, cum cane illa coit, sin autem secus, canes deuorat, & occidit potius. Non est igitur, vt vocem πολυμόρφα, idest, multiformes, præter veram eius significationem, multiplices interpretemur, ita vt asserat Hipp. multiplicari partus in illa regione, quia etiamsi hoc verum sit, non tamen id modo asseritur, cum suprà dictum sit, pecora etiam ipsa pleniora prouenire, quæ & pariunt sæpius, & optimè educantur. Vndè ex his reijcitur sententia eorum, qui fœcunditatem Aegypti in aquam Nili reijciunt, quæ ab aeris temperie, & moderatione potiùs dependet. Nostram interpretationem Baccij Baldini expositioni conuenire tandem conspexi. B C

Mar.n.34. *Vers.* 38. *Videbit enim quorundam naturam, montanis, siluosis, &c.*

In varietate lectionum, quæ in hac particula circumferuntur, eam amplexandam esse existimo, quam habuit Caluus, & quam secutus est pariter Zuingerus, etiamsi primo aspectu absurda omninò videatur. Vbi enim Cornar. legit ἀνύδροισι, idest, inaquosis. Caluus, & Zuingerus εὐυδροισι, idest, benè aquosis legunt, & inferius pro ἐνυδροις, quam vocem Cornar. aquosa vertit, ἀνυδροις, idest, inaquosa legendum cum prædictis censeo. In quam sententiam plura me inducunt; maximè autem, quia impossibile est, regionem esse montanam, aquisque carentem, quæ etiam nuda non sit, quarè cum dicat, eandem esse nemoribus, siluisq. refertam, signum est, nullo modo siccam, & aquis carentem esse: arbores enim in sicca regione non

Mar.n.55. nascuntur, & viuunt. Præterea ad calcem præsentis operis vers. 257. vbi, quæ hoc in loco summariè proponit, fusius pertractantur, hanc regionem describens inquit. Quicunq. regionem montanam, asperam, nudam, & inaquosam incolunt, &c. quo in loco adnotandum est, Cornarium vocem ὑψικην quam habent omnes Græci contextus, nudam perperam transtulisse, altam enim significat: vt notum est, quod etiam Septalius obseruauit. Similiter alteram ενυδον, quæ aquosam significat, inaquosam interpretatus est, ac si ανυδρον legeretur, quam lectionem nullus Græcus contextus habet. Verba igitur præfata hunc in modum sunt transferenda. Quicunque regionem montanam, asperam, altam, & aquosam incolunt, &c. quæ sententia eadem est, quæ habetur hoc in loco. Quod vlterius confirmatur ipsomet Hipp. testimonio. Cum enim ad extremum libri explicare intendat has quatuor locorum differentias, ità inquit. Quæ verò in his, hanc diuersitatem faciunt, in præcedentibus dixi: dicamq. amplius manifestius. At certum est, tractationem, de qua mentionem in præcedentibus fecisse ait, aliam esse non posse, præter hanc: in qua Europęorum naturam inter se diuersam ob soli diuersitatem tantummodo proponit, rem exactius suo loco infrà explanaturus. Cum igitur regionum harum quatuor constituantur differentiæ, primo loco posuit montanam, siluosam, aquosam: cuius naturam in extremo libri diligentius exponens, inquit. Quicunque regionem montanam, asperam, altam, & aquosam incolunt, his mutationes temporum contingunt magnæ, & diuersæ: vndè & hominum formas magnas progigni conuenit, qui etiam ad laborem, & ad viriliter agendum, à natura præstant. Quibus feritas, & immanitas non mediocriter à natura sit congenita. Secundo loco hic enumeratur regio tenuis, & sicca, de D E

qua

©BIUM

A qua infrà loco præfato ita philosophatur. Qui verò macra, aquis carentia, & nuda loca tenent, & quæ temporum mutationibus non sunt permixta, horum formas necesse est, esse asperas, & vegetas, flauas magis, quam nigras; mores etiam horum rigidi sunt, pertinaces, & contumaces &c. Quibus docemur, per terram tenuem, rarain, macramq. & sterilem significare. Hoc verò in loco prætereundum non est, vocem illam οὐ κεκραμένας, quam interpres, non permixtam interpretatur, vitiosam legi, Septalium existimasse, & eius loco οὐκ ἐνκρίτους ἔχει Galeni consilio, & quorundam exemplarium auctoritate, substituendum esse, quamuis lectio vulgata eundem sensum recipere possit. Nam quid est, habere mutationes temporum inter se varias, ita vt modò frigus vigeat, modò calor, quàm eadem habere impermixtas? Nam sicuti ex mutua permixtione, & calidi, & frigidi temperata oritur temperies, ità impermixta dicuntur anni tempora, quæ non sint inuicem contemperata, sed per se modò calor vigeat, modò frigus. Tertio loco recensetur regio pratensis, & paludosa: cuius natura loco proprio explicatur his verbis. Qui verò loca concaua, pratensia, &
B æstuosa habitant, ventosque calidos plus sentiunt, quàm frigidos, & aquis vtuntur calidis; hi magni quidem esse non possunt, neque benè temperati, & longi, & erecti, sed in amplitudinem à natura producti, & carnosi sunt, & capillis nigris; immò etiam ipsi toti nigri magis, quam albi, & qui minus de pituita habent, quam de bile &c. Quartò tandem loco ponit regionem planam, nudam, & siccam: quam in fine loco sæpius citato vers. 284. exponens. Vbi autem regio (inquit) nuda, natura munita, & aspera; quæque à frigore hyberno præmatur, & à sole æstiuo exuratur, ibi duros, & robustos, & articulis probè disiunctis, vegetosq. & hirsutos reperias homines, & in quibus à natura laboris tolerantia, & vigilantia insit: quique & mores habent pertinaces, & ad iram procliues, & contumaces, magis
C feritate participantes, quam mansuetudine; insuper ad artes etiam acutiores, & plus solertes, & ad res bellicas apriores. Hæc Hipp. in quorum versione parum fideliter se gessit interpres, nam vocem ἀτειχέος, natura munitam interpretatur, cuius oppositum potius significat, vnde Zuingerus natura non munitam vertit, verum quia aliam vocem arboribus addidit, Hipp. sensum se non percepisse, manifestat. Hac enim voce, non munita, significare voluit non nudam arboribus, sed id, quod in præsenti textu, tenuem dicit. Nam sicuti densitas ad robur facit: vndè vetus illud, virtus vnita fortior, & qui fortis est natura, munitus dici potest, ità terra, quæ rara est, non simul compacta, immunita dici potest; cuius contraria erit densa, & pinguis, nam & hæc Italico, ac vulgari sermone, *terra forte* dicitur. Hoc igitur modo Europæ regiones partitus est Hipp. in qua diuisione mirabilis illa quadruplex rerum distinctio eluceſcit, iuxtà quam omnia producuntur, conseruantur, & cum perpetui-
D tate permutantur, & à quâ tota rerum natura dependet, iuxtà quam tandem omnia inter se conueniunt, & proportionem quandam habent. Sub hac primum quatuor elementa continentur, indè quatuor in animalibus humores, ætatesq. totidem resultant, in vniuerso quatuor anni tempora, item lunaris mensis, & diei itidem partes inter se distinguuntur, quæ quatuor illis participant qualitatibus, calido inquam, frigido, humido, & sicco inuicem se se amplexantibus, & se inuicem corrumpentibus. Igni namque respondet bilis inter humores, iuuentusq. inter ætates: ex anni temporibus æstas, in mense plenilunia, & in die meridies. Aeri pariter corrispondet inter humores sanguis, in ætatibus pueritia, inter anni tempora vernum, in lunari mense à primo quadrato ad pleniluniuin, & inter diei partes maturinum tempus, & sic de reliquis, quæ vt medicis omnibus nota referre non oportet. Sub eadem igitur quadruplici diuisione distinguuntur regiones ab Hipp. in præsenti libro. Nam prima regio mon-
E tana, siluosa, & aquosa, vt frigida, & humida hyemi, & reliquis eiusdem generis respondet. Secunda tenuis, nuda & sicca, cum frigida sit, & sicca, Autumno respondet, & eò magis, quia hæc omnium inæqualissima statuitur, qualis est, & ipse autumnus. Tertia pratensis, & paludosa, quæ calida est, & humida, veri assimilatur. Et quarta denique plana, nuda, & sicca, vtpotè in calore, & siccitate excedens, Æstati respondet. Sed aliquis mihi obijcere posset, eò quòd regionem pratensem, paludosamque, & concauam veri similem constituerim, quasi hoc anni tempus in calido & humido excedat, cuius contrarium cum Gal. tota, medicorum scola tenet, est enim temperatum, & ideò omnium saluberrimum. Hæc verò obijcientibus respondeo, Ver etiamsi cæterorum anni temporum respectu ad mediocrita-

Mar. n. 56.

De veris temperie.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 107 sur 636

©BIUM

tem accedat, per se tamen consideratum calidum est, & humidum: itaut, & temperatam naturam, & moderatam anni constitutionem excedat. Vndè Hipp. lib. de Nat. Hum. sanguinem in vere abundare testatur, quia illius naturæ maximè conuenit, vt potè calidum, & humidum existens, quam quidem temperiem in excessu quodam consistere, illud argumento est, quia etiamsi cæterorum respectu ver omnium saluberrimum dicatur, peculiares tamen morbos producit, quod non eueniret, si in mediocritate, & commoderatione consisteret. Quod si aliquando id euenire concedatur, hæc temperies non in toto vere, sed in aliqua eius parte apparebit, & in ea regione tantum, in qua æqualis, & moderata temperies connaturalis esse solet, qualem Asiam esse, suprà dictum est, & quia huiusmodi temperies tunc viget, dum ab vno excessu in alterum fit transitus, hinc fit, vt breui tempore perseuerare possit. Quod cognoscens Hipp. quadruplici explicatæ naturę regionum, quia omnes in excessu quodam consistunt, quintam addidit tanquam æqualiter contemperatam, & ab omni excessu remotam: eamque hoc pacto depinxit. Quicunque enim (inquit) altam habitant regionem, planam, ventis expositam, & aquosam, eorum formæ magnæ, ac inuicem similes, & erectæ: Animi quoque eorum existunt mansuetiores, quæ omnia sunt effectus temperatæ regionis, cuius temperiei causa est, quia cum alta sit, & plana, omnes ventos recipit, ex quorum mutua vicissitudine temperies aeris resultat, quam, nè in excessum siccitatis propter altitudinem declinet, aquarum copia prohibet, & sic inter omnes qualitatũ excessus tẽperata existit.

Mar. n. 38. *Vers. 82. De Natura ergò, ac diuersitate, & forma eorum, qui Asiam, & Europam incolunt, ita habet.*

Hæc colligit Hipp. etiam si de Europæis particularem tractationem non habuerit: eò quòd quæcunque de Asianis dicta sunt, in comparatione ad Europæos allata fuere. Ab initio enim præfatæ tractationis locutus est hunc in modum. Volo autem, & de Asia, & Europa demonstrare, quantum differant inter se per omnia, & de gentium formis &c. cum igitur Asianorum naturam, quatenus Europæis contraponitur, exactè pertractauerit, ex consequenti Europæorum naturam illis contrariam indicauit. Non est ergò, vt vocem illam, & Europam, expungamus, quod Doctissimus Septalius faciendum existimauit, cum præsertim, (quemadmodum ipse confitetur) in omnibus codicibus, tum manuscriptis, tum impressis reperiatur.

Mar. n. 39. *Vers. 87. A quibus verisimile est, iram exasperari &c.*

In huius sententiæ translatione interpretes omnes longè satis à verborum significatione recesserunt. Verba enim illa ἡ τοῦ γνώμονος καὶ θερμοῦ μετέχειν μᾶλλον ità exponũt: cogitationemq. siuè mentem, & calorem amplius excitari, cum ità ad verbum sonent, & mentis, & caloris participem reddi magis. Vndè sententia Hipp. erit; ea ratione Asianos Europæis timidiores, & effœminatiores, ac minus bellicosos esse, & moribus mansuetiores, quia his tempora non magnas faciunt permutationes à calore ad frigus, & à frigore ad calorem, vndè neque mentes percelluntur, & excitantur, nec corpora magnas incurrunt transmutationes, à quibus verisimile est iram excitari, & exasperari, caloriscq. & mentis participem reddi, ira quippè, siuè irascibilis facultas, quæ animosa pars animæ est, θυμὸς dicta Aristoteli, per caloris participationem ad actiones obeundas excitatur, quæ frigiditate torpescit, & ociatur. Vt verò homo consilio, & prudentia procedat, necesse est eandẽ iram mentis participem fieri: alioqui furiosus, & temerarius esset. Vtriusq. igitur, caloris inquam, & mẽtis particeps fit ira, vbi temporum frequentes mutationes contingunt. Quandoquidem, qui regiones habitant, in quibus sola viget frigiditas, si quidem viribus pollẽt, quia eorum irascibilis caloris fit particeps, (his enim calor in partibus interioribus maximus est) ingenio tamen minimè pollent: quia eorum irascibilis non fit mentis, & cogitationis particeps. In calidissimis verò regionibus contrarium euenit, ibi enim homines ingenio pollent, viribus tamen nequaquam, eò quòd in his ira mentis quidem, non tamen caloris fit particeps. Quam veritatẽ cognoscens Arist. 15. problemate sect. 14. quærit, cur in locis calidis homines sint sapientiores, quam in frigidis, rationemque affert, eò quòd sapientiores sunt, qui sedes interiores mentis frigidas habent. At verò in locis calidioribus degentes, sicuti exterioribus partibus calent, ità in interioribus refrigerantur, cuius contrarium in frigidis regionibus contingit. His igitur rationibus quicunque regionem incolunt ità temperatam, vt nullum excessum, aut frigoris, aut caloris

patian-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 108 sur 636

©BIUM

A pæsentur, hi sunt timidi, & effœminati, nec ingenio, nec viribus admodum pollent. Qualem esse Asianorum genus docuit Hipp. Quod si Arist. 7. Polit. 7. Asiam incolentes mente incogitando, & artibus inueniendis solertes vocat, id intelligendum est de ea Asiæ parte, in qua calor mediocritatem excedit. Qui verò frigidas incolunt regiones, hi quidem fortes sunt (vt supra dictum est) bellicosi, & laborum tolerantes, moribusque feri potius, quam mansueti, ingenio tamen non multum pollent. Qui verò in calidis degunt regionibus, hi pollent ingenio, viribus nequaquam. At quicunque regiones habitant, in quibus magnæ contingunt temporum mutationes, qui scilicet æstates calidissimas, hyemesque frigidissimas sentiunt, hi & ad fortitudinem, laborisque tolerantiam sunt dispositi: quod ab hyemali
(frigiditate contingit, cuius gratia ira eorum (vt inquit Hipp.) exasperatur, & caloris fit particeps. Sunt etiam ad prudentiam dispositi: quia ira mentis fit particeps, dum æstiuus calor
B in illis viget. Idque Europæorum peculiare facit Hippocr. quia in Europa tales vigent mutationes.

Vers. 91. Atque adhuc amplius propter leges. Mar. n. 39.

Non leges simpliciter Asianorum gentem imbellem, etiam vltrà propriam naturam efficere ait Hipp. quibus regibus obediunt; nam & Respublicæ etiam proprias habent leges, quibus homines subijciuntur, sed propter eas leges, quibus Regibus subditi fiunt, per eas enim non modo pro Regibus bella administrare coguntur, sed etiam sæpè ab armorum exercitationibus subtrahuntur; dum sibi ipsis timentes, arma populis prohibent; sub hac conditione nunc viuunt, tum Græci, tum aliæ nationes Turcarum Imperio subditæ, quibus arma denegata sunt, vt perduellionis occasio illis subtrahatur. Hancque fuisse Hipp. mentem palàm faciunt, quæ inferius hanc repetens sententiam subiungit, vt certum sit (inquit) leges
C plurimum ad magnanimitatem conferre; si enim ad magnanimitatem leges conferunt, non propter leges simpliciter homines imbelles redduntur, sed propter certas leges.

Vers. 99. Proindè neque his hominibus regionem frequenter habitatam esse, necesse est, &c. Mar. n. 40.

Præsentis textus duplex in Græcis codicibus lectio reperitur. Altera, quam secutus est Cornarius, etiamsi non omninò fideliter transtulerit, eandemquè secuti sunt, & Caluus, & Baccius Baldinus, quippèquæ conueniat cum Basilien si, Aldino, alijsque etiam manuscriptis codicibus, eam igitur ita vertit Baccius. Præterea horum hominum terram ab hostibus, & ocio desolari necesse est. Quapropter etiam si quis magnanimus, ac virilis sit natura, animum à legibus retrahi, cui quidem translationi expositionem satis probabilè adiunxit, quam apud ipsum videre licet. Zuingerus verò aliam secutus lectionem, ita vertit. Deinde verò huiuscemodi hominum animos mansuescere necesse est, etiam propter inertiam bellicam, &
D ocium, cum vt quis maximè natura virilis sit, & animosus, legibus tamen à militari studio auertatur. Hancque lectionem secutus Septalius, veriorem esse contendit. Postremam quidem lectionem satis rationabilem esse, indubitatum est. An verò talem habuerit Hipp. an à Zuingero, aut aliquo alio in hanc formam accòmodata sit, constare non potest. Ego autem, vt liberè dicam, quod sentio, in lectionũ varietate communiorẽ semper libẽtius sequor, dummodo aliquem sensum probabilem admittat, & si altera clariorem; cum probabilius sit ex obscura, & difficili in clariorem permutatam fuisse; quam è contrario, ex clariori in obscuriorem.

Vers. 168. Fluuida verò fiunt, & lata primum; propterea quod, &c. Mar. n. 47.

In varietate versionum, quæ hoc in loco adhibentur, retinerem eam, quam Cornarius habet, quæ & Græcę lectioni vulgatæ accommodatur, & sententię Auctoris adaptatur maximè, cum constet eam ab interpretibus reiectam esse, eò quod mentem Auctoris non sunt assecuti;
E quæ meo iudicio talis est. Dixerat nuper Hipp. vstione, quam Nomades satis frequentabant, corpora eorum præter alia, articulorum vsu potentiora reddi; quia igitur ad constringendos, roborandosq. articulos vstione vtebantur, argumentum est eos, corpora habuisse, iuxtà articulos fluuida, & lata, ideſt, nimio humore perfusa, à quo, & fluuida, & rara, laxaque, & ad vsum impotentiora redderentur. Huius ergò fluxibilitatis, & laxitatis triplicem assignauit causam, prima est, quia proprios infantes fascijs non inuoluunt, quemadmodum Aegyptij solent: nam deligatione firmiores, & densiores articuli redduntur. Secundam causam adducit, quia non animaduertunt, quomodo inter equitandum equis insideant, vndè cum membra figuris ineptis situentur, non est mirum, si eorum articuli malè dispo-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 109 sur 636

©BIUM

nantur. Tertiam verò, & postremam causam in ocium reducit, ocio enim torpescunt membra, indèque humiditate superflua replentur, quæ corpori, & articulis potissimum fluxibilitatem, & laxitatem inducit. His hunc in modum explicatis communis lectio alicui difficultatem mouere non debet. A

Mar.n.48. *Vers.* 181. *Mulieres pinguedo carnis, & humiditas steriles facit &c.*

Hoc loco testatur Hipp. pinguedinem carnis, eiusque humiditatem duplici modo Scythas fœminas steriles reddere, primo quia vterus humidior, & ex cõsequenti frigidior nõ ità incalescit in coitu, vt semen attrahat, secundo modo, quia pinguedo nimia os vteri angustius reddit, ita vt genituram admittere non possit, demonstrauimus enim primo de morb. mul. vers. 411. num. 33. duplex esse tempus, in quo mulieres concipere solent. Alterum est incipientibus, & desinentibus mensibus, quando eo tempore os vteri ad menstruorum expulsionem aperitur. Alterum verò tempus est, quando in actu coitus mediante delectatione vterus aperitur, & humiditatem quandam semini proportione respondentem expellit foras. Vtriusque igitur temporis respectu, Scythas infæcundas esse ait Hipp. Quia cum præhumidum corpus, & vterum habeant, ijs non excitatur delectatio, qua mediante vterum ad semen suscipiendum aperiri dictum est. Nec in tempore mensium eò vsque aperiri vterus potest, quòusque semen ingrediatur. Nam pinguedo magna os vteri coarctans, & comprimens eius apertionem prohibet, B

Mar.n.15. vt lib. de Ster. vers. 277. adnotauit Præceptor, & hi duo sunt peculiares sterilitatis modi, quibus alios subnectit Hipp. in Textu, qui tandem ad hos reducuntur.

Mar.n.53. *Vers.* 229. *Reliquum autem in Europa hominum genus &c.*

His docet nos Hipp. Europæos inter se maximè differentes esse, tum forma, tum moribus, non adeò tamen, vt vnum genus ab altero differat iuxta regionis diuersitatem, vt interpretes explicare nituntur. Nam hoc superius determinatum est, dum diuersitates Europæorum recenseret; iterumque inferius explicabitur, sed quatenus vna, eademque ciuitas homines habet plurimum inter se differentes, tum forma, tum magnitudine, nec non & moribus, cuius varietatis causam refert Hipp. in varias temporum mutationes, quæ in illa ipsamet regione maximè vigent, ita vt quæcunque ciuitas his mutationibus magis subiecta est, illa homines inter se magis differentes producat; causamque huius physicam, eamque ingeniosissimam affert, quia cum ex naturæ instituto omne animal sibi simile generet, non specie tantum, sed etiam forma, & magnitudine, quæ virtus à semine procedit, quotiescunq. verò id non continget, genituram aliquam subijsse alterationem necesse est, propter quam simile producere non potuit, similitudo enim speciei à seminis potentia prouenit. v. g. homo hominem generat, leo leonem, quæ specie inter se similia sunt, aliorum verò similitudines, vt cæsius cæsium, albus album, niger nigrum, iuxtà indiuidualem similitudinem procreat, accidentia potius eiusdem seminis consequuntur, quæ integra remanente substantia à pluribus causis alterari possunt, potissimum verò à frequentibus aeris mutationibus. Huiusmodi verò seminis alterationes impropriè corruptionem vocat, quia natura seminis quodammodo corrumpitur, nè simile producat ei, à quo decessit, quum verò filij parentibus non assimilantur, hominum formas varias, & multiplices esse necesse est. C

Mar.n.55. *Vers.* 254. *Cæterum Europa ipsa habet adhuc gentes inuicem differentes &c.*

Aliam diuersitatem Europæorum demonstrat Hipp. ratione diuersarũ positionum, & situs, & locorum, in quibus homines degũt; cuius quidem diuersitatis ratione Europæorum genus satis varium existit, tum magnitudine, tum colore, nec non & moribus animi, quam quidem veritatem satis confirmat prouinciarum, & ciuitatum diuersitas, quæ in Europa collocatæ sunt, de quibus exemplificando diligenter Septalius, super textum proximè à nobis expositum, rem hanc doctissimè pertractauit. Quæ verò hic peculiariter recensentur à Præceptore, à nobis explicata inuenies super textum illum. Videbit enim quorundam naturam &c. vers. D

Mar.n.34. 38. præsentis sectionis, quo in loco quæcunque super præsentem textum vsque ad extremum libri dicenda, & adnotanda mihi erant, exposui. E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 110 sur 636

©BIUM

A IN LIBRVM HIPPOCRATIS.

De Flatibus.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Verſ. 20. Nimirum contraria corporibus morborum natura perſpecta. Mar.n.2.

Verba Græci contextus latino idiomate ita ſeſe habent. Sciens ex contrarijs corpori morbos eſſe, ſenſuſq. eorum eſt. Qui cauſas ægritudinum nouerit, facilè conferentia corpori adhibere poterit, ſciens morbos eſſe quid corpori contrarium. Si ergò cauſa morbum fouens corpori contrarium tuetur, certum eſt, vt corpori opem feramus, cauſæ morborum

B contraria adhibenda eſſe. Huncque ſenſum confirmant, quæ exemplo nos docet, dum inquit: Quidquid enim homini moleſtiam, ac triſtitiam infert, hoc morbus vocatur: quaſi repetat, quod dictum eſt antè, ſciens ex contrarijs corpori morbos eſſe.

Verſ. 32. Morborum autem omnium vnus, & idem modus eſt, locus verò ipſe eorum differentiam facit. Mar.n.4.

Omnis morbus à flatu, quomodo verum.

Præſentis libri intentio eſt demonſtrare, quomodo morbi omnes à flatibus originem habeant, tanquam à cauſa omnium morborum communi. Quod quidem dictum duplicem ſenſum recipere poteſt, primum, vt intelligamus, omnes morborum ſpecies à flatibus poſſe produci; quamuis non omnes morbi particulares; & in numero (vt inquiunt) indè oriantur. Vel altero modo nomine flatus comprehendentes, & flatus propriè dictos, & ſpiritus animæ inſtrumenta, quemadmodum etiam externos flatus, qui & ventos, & aerē ipſum comprehen-

C dunt, ità enim verum erit dicere, nullum dari in corpore morbum, cuius generationi aliquo modo flatus non concurrant. Vtroque enim dictorum modo accepta ſententia veritatem habet, alioqui aſſerendum erit, huius libri doctrinam in pluribus verificari, non autem in omnibus, cum ſatis Hipp. viſum ſit, probabilibus rationibus propriam confirmaſſe opinionē, nec neceſſarijs eam demonſtrare opus fuerit. Qua quidem diſtinctione præſens ſententia, & ipſa accipienda eſt, dum inquit, morborū vnum omnium, eundemq. modum eſſe, & ſpecies, & eorum cauſas eaſdem: differreq. tantummodo ratione loci affecti, nam ſi id de ſingulis particularibus morbis intelligatur, omninò falſum eſt. Quis enim affirmabit, quamlibet apoplexiam à coli dolore, peripneumonicè loci ratione tantummodo differre? conuenire autem in idea, & cauſa? Nam etiamſi concedatur, apoplexiam aliquando fieri à flatu, à quo coli dolor communiter dependet, quia tamen pro maiori parte apoplexia ab atrabile (vt Hipp. ſentit) de-

D pendet, quod colico dolori rariſſimè euenit, ſequitur, aliquando hos affectus non loci affecti ratione tantum differre, ſed etiam idea, & cauſa. Quarè intelligere debemus, omnes morbos communiter conuenire cauſa, differre aut in loco affecto, ita vt ab vna, & eadem cauſa quodlibet morbi genus originem habere poſſit, nempè à flatu, de quarum re inſtituta eſt præſens tractatio. Quo quidem ſignificato, niſi præſens ſententia, & aliæ multæ præſentis operis accipiantur, veritatem ſæpè in Hipp. dictis deſiderabimus, eiuſque rationes probabiliores potius, quam neceſſarias eſſe, confiteri cogemur.

Verſ. 40. Quin, & Solis, & Lunæ, & aſtrorum omnium, &c. Mar.n.5.

Hæc ad priſcorum philoſophorum mentem prolata ab Hipp. fuiſſe, adnotauit Zuingerus, quod probabilibus procedenti concedi poteſt. Veruntamen cum inferius dicat, aerem eſſe

E Lunæ fundamentum, ita vt aeris terminus ſit concauum Lunæ, quod etiam Ariſtot. recepit, qui ignem nihil aliud eſſe, quam aerem tenuiſſimum exiſtimauit; videtur Hipp. alium habuiſſe ſenſum; quam exiſtimauerit Zuingerus. Quarè aſſerendum eſt potius, hac ſententia ſtatuere Hipp. nec cæleſtes orbes aere carere poſſe, nam cum eorum eſſentia in motu conſiſtat, & abſque aere moueri non poſſint, ſine aere conſiſtere non poſſe, dicendum eſt, nam in eorum infimo conſiſtit aer, qui illius motui cedit, ſine quo Luna non moueretur. Lunaque immobili exiſtente orbis ſuperior nec ipſe moueri poſſet, nec vllus ſuperiorum: & ſic eorum motus tolleretur. Idque aſſerit Hipp. non quidem eò quod exiſtimauerit, ſupra concauum Lunæ aerem contineri, qui ſuperioris orbis motum conſeruaret, verum quia ſupponit, corpora cæleſtia adeò continuari ad inuicem, vt inferiore immobili exiſtente ſuperiores circumferri ſit

impoſſi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 111 sur 636

impossibile. Hancque fuisse Hipp. mentem palàm faciunt ea, quæ statim subiungit, dum huius problematis assignans rationem inquit, etenim igni spiritus nutrimentum præbet, quasi diceret, siuè quod in Lunę confinio situm est, aerem dicas tenuissimum, siuè etiam ignem, omninò tamen sequitur, astra per spiritum procedere, quandoquidem, neque ignis, qui cælestibus orbibus continuatur, sine spiritu esse potest, cum eo ipso nutriatur. Nec aerem cælestibus corporibus interponi demonstrat, quod omninò faciendum erat. Quamuis id non sit omninò rationi alienum, nam cum cælestes orbes non sint continui, inter vnum & alterum aliquid interponi necesse est, quod nihil aliud, quam aer tenuissimus esse potest, aut quid ei simile. A

Mar.n.3. *Vers. 55. Et terræ vehiculum.*

Aerem terræ vehiculum vocat, quia aere mediante peruia fit, tum calori cælesti, tum aquę. Terra enim, cum ex propria natura densa sit, nisi aeris interuentu rara, & porositatibus referta redderetur, sterilis omninò esset, non enim ab imbribus humectari, nec à calore Solis, & astrorum penetrari posset, à quibus terræ fœcunditas dependet. Sicque omnium generatio, tam quæ in eius superficie, quam quæ in visceribus producuntur, omninò tolleretur. B

IN LIBRVM HIPPOCRATIS
De Medicamentis purgantibus.
PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Mar.n.1. *Vers. 6. Nam & cibos nos alentes medicamenta esse, putandum est, verùm minus, quàm illa. Homines enim, qui his rectè, &c.* C

A minori ad maius desumpto argumento probat Hipp. purgantia medicamenta temerè non esse exhibenda; quasi dicat, si cibi nos nutrientes cautione assumendi sunt, quando perperam adhibiti morbos adducunt, & copiosiores assumpti aluum mouent: qui alioqui cum ratione vtentibus sanitatem conseruant, quantò cautius procedendum est in purgantium medicamentorum vsu, quorum naturalis facultas est etiam rectè vtentibus corpus mouere, & purgare?

Mar.n.4. *Vers. 28. Quicunque igitur à febribus fortibus corripiuntur, &c.*

Hic locus quamuis præceptum contineat vtilissimum, imò necessarium, multis tamen errandi occasionem in medicamentorum purgantium vsu præbet, existimantibus Hipp. purgationem probare maximè in morbis acutis die decimaquarta transacta. Nam eo die elapso statim ad purgationē deueniunt, nullo habito respectu, neque morbi temporis, neque humorum dispositionis, vndè sæpius in ipsius morbi vigore, & dum natura coctioni intenta est, pharmaco ægrotantem miserè perdunt. Vt ergò præceptum hoc iuxtà Hipp. mentem obseruetur, tria veniunt consideranda: primum est Hipp. prohibere pharmaca in febribus fortibus, hoc est in ijs, in quibus ingens viget calor toto eo tempore, quo calor iste viget. Nam huius præcepti assignans rationem inquit, quia carnes à calore febrili impensius excalefactæ pharmacum ad se alliciunt, & nihil purgat, vndè nulla alia ratione prohibetur purgatio, nisi ob caloris vehementiam. Quarè in acutis morbis, qui febrem vehementem adiunctam habere solent, si purgatio necessaria videtur, circa initia procuranda est, quo tempore febres leuiores sunt, & si à principio vehementis caloris febris fuerit, differenda purgatio est, quòusque febrilis calor remittatur, nam hoc pacto præfatum incommodum vitabimus, & quia calor iste vehemens in febribus acutis tantummodo reperitur, quorum terminus dies decimaquarta esse consueuit, ideò subiungit, sin minus, non intra quatuordecim dies, quasi dicat: si verò huius caloris febrilis vehementiæ remissio non ita conspicua fiat, & purgatio necessaria videatur, saltem decimumquartum diem præterire, permittendum est, sic enim certus eris, febrem remisisse, etiam si non adeò manifestè appareat ad sensum. Nam febris vehemens, & acuta vltrà dictum tempus produci non solet, quin aliqua ex parte remittatur. Quarè decimaquarta die transacta purgatio admittitur non alia ratione, nisi quia eo tempore febrem remissam esse, rationabile est. Alioqui enim semper viget eadem ratio, propterquam prohibetur purgatio, calor scilicet vehemens pharmacum alliciens ad se, vndè purgatio impeditur, D E

febri-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 112 sur 636

©BIUM

A febriliſque calor augetur. Alterum adnotandum eſt; quia Hipp. dum iubet expectari, donec decimaquarta dies tranſacta ſit in febre vehementi, ſupponit numerationem eorum dierum inchoandam eſſe ab eo die, quo febris vehemens, & acuta facta eſt, vndè ſi febris à principio talis fuit, à primo die horum computatio facienda eſt; ſin minus ab eo die, quo febris vehementiam, & acutiem contraxit, iuxtà quam interpretationem accipiendum eſſe aphoriſmum illum. Morbi acuti quatuordecim diebus iudicantur, in eius expoſitione demonſtrabimus. Poſtremò ſciendum Hipp. die decimaquarta tranſactá permittere purgationem, ſi alioqui neceſſaria videatur, non tamen imperare omninò, vt adminiſtretur; nam aliquando ſuperflua eſt eo tempore purgatio, aliquando multa concurrunt, quæ eam impedire poſſunt.

Verſ. 34. Si verò detineat medicamentum, antè meridiem nihil purgatur, in meridie verò nimium purgatur, & perit. Mar. n. 5.

B Dicebat nuper, carnes à febrili calore excalefactas medicamentum ad ſe attrahere, & cum eo bilem ipſam commotam per carnes diſpergi: vndè color fit morbi regij, & febris augetur. Nunc verò alium modum exponit, quo medicamentum in febribus fortibus datum ægrotantem lædere contingit, & inquit. Si verò detineat medicamentum, neque à carnibus attrahatur, in ventre moram trahens, antè meridiè nihil purgat, poſt meridiem verò nimium purgat, & homo perit. Id autem euenit, quia calor intrinſecus auctus pharmacum corrumpit, & in humoris peccatis naturam conuertit, in bilem ſcilicet, quæ indè adaucta, ſuperueniente hora, in qua bilis naturæ inſtituto mouetur: meridianum ſcilicet tempus, purgatio fieri incipit, violenta tamen, tum ob copiam bilis peccantis, tum quia calorem vehementiorem à caliditate medicamenti, & à febrili calore contraxit, vndè à natura regulari non poteſt, & ſic purgatio vſque ad ægrotantis interitum conſequitur. Medicamentum verò in humorem purgandum

C tranſmutari, cognouit etiam Gal. 3. ſimp. 24.

Verſ. 39. Iuxtà eandem rationem etiam tempore æſtatis, à canis ortu per dies quinquaginta vitare oportet, &c. Mar. n. 5.

Purgationem omninò interdicere videtur Hipp. diebus canicularibus, quam tamen moderatur ſolum in aphoriſmo, dum inquit, ſub cane, & ante canem difficiles ſunt purgationes, quaſi inferat, ſumma cautione eſſe adminiſtrandam. Quid igitur dicendum? Dico, tempus illud moderari, non omninò prohibere purgationes, & ſi hoc in loco ait, eſſe vitandas, id aſſerit non ſimpliciter, ſed propter aſſignatam rationem, cuius gratia in ea adminiſtranda procedere oportet ſumma cautione, quia maxima vrgente neceſſitate: ægrotanteq. vſum clyſteris non admittente, tentari poteſt; præ oculis ratione habita, quæ eam ſuſpectam reddit, ingens ſcilicet calor, qui medicamentum ad corporis ambitum trahit, & illud in bilioſum ſuccum

D corrumpit, quod periculum, vt vitaret Hipp. 4. acutorum verſ. 1. In febre ardente æſtiua, purgationem lacte aſinino inſtituit, quod, & copia, & frigefaciente facultate præfatis cauſis reſiſtere poteſt, Hipp. igitur exemplo, & nos potionem inſtituemus ex decocto caſſiæ, & pulpæ tamarindorum, quæ cum vim refrigerandi habeant, ſi in magna copia illorum decoctum exhibeatur, noſtræ intentioni abſque vllo periculo ſatisfacere poterit, eligenda etiam erit diei hora temperatior, quantum fieri poteſt, ægerque in loco frigidiori collocabitur, vt vrgenti calori quantum fieri poteſt, occurramus.

Verſ. 40. Sed infuſis per clyſterem vti. Mar. n. 5.

Cyſteria loco purgationis adhibere Hipp. vſitatiſſimum fuit, qui ad ſubducendam aluum ſuppoſitorijs, & ſuccis potius vti conſueuit: contrà recentiorum vſum, qui clyſteribus perpetuò vtuntur. Et ſi loco purgationis illa adhibent, intento ſatisfacere poſſe exiſtimant, ſi Nota.

E exiguam portionem mellis roſati ſolut. adijciunt, ſiuè electuarij lenitiui exiguum, aut quid ſimilè, à quibus vix aluus ſubducitur. Moneantur ergò, clyſteria cum loco purgationis adhibentur, fortiora eſſe debere, alioqui plus nocent, humores conturbando, quam proſint eos euacuando. Nec timenda eſt eorum caliditas, quando Hipp. qui eadem per os exhibere timet, clyſteribus iniecta minus periculi ſecum adferre teſtatur.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 113 sur 636

IN LIBRVM HIPPOCRATIS *Primum de Diæta.*

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Hic liber curiosa doctrina refertus est, nec omninò inutilis, si mens Auctoris ritè percipiatur. Verumtamen, quia summa obscuritate conscriptus est, ideò à multis eum non intelligentibus contemnitur. Nullus ergò doctrinæ Hipp. amator obscuritate deterritus ab illius lectione desistat. Verum in dubijs Zuingeri commentaria consulat, qui in eius explicatione adeò fœliciter laborauit, vt pauca nobis reliquerit dicenda.

Mar.n.24. *Vers.* 342. *Fœminosissimæ ac ingeniosissimæ fient.*

Per hanc vocem εὐφυέστατα, quam ingeniosissimæ transtulit interpres, non intelligit Hipp. ingenij præstantiam, vt latina vox sonat, sed corporis decorem, & ornamentum, quod in partium optima conformatione, proportione, & colore consistit, habitumq. corporis constituunt, qui pulchritudo vocatur, mulierum propria, quomodo enim ingeniosissimæ esse possunt simul, & fœminosissimæ? quia si fœminosissimæ sunt, necesse est ijs carere, quæ fœminis minus conueniunt, cuiusmodi sunt fortitudo, virilitas, & ingenij præstantia. Vndè Poeta Tuscus ille. *Più saggia ch'à Donna per auentura non si richiedea.* Quarè sicuti virorum naturæ conuenit, & virium robur, & ingenij acumen, ità muliebri naturæ corporis pulchritudo, & ornamentum accommodatur, & ideò quæ fœminosissimæ sunt, has forma præstantes esse, necesse est. Hancque expositionem confirmant ea, quæ subsequuntur, vbi alterum mulierum describens genus à prædictis diuersum ità ait. Audaciores quidem prioribus fient, veruntamen elegantis formæ, & ipsæ.

Mar.n.25. *Vers.* 363. *Deinde quod simul secreti sunt.*

Tres causas similitudinis gemellorum assignat, & inter illas hanc, quia simul, & eodem tempore concepti sunt. Quæ quidem ratio à causa dependet, propterquam filij parentibus dissimiles procreantur, eamque in frequentes temporum mutationes retulit lib. de Aer. Aquis, & loc. sect. 2. vers. 229. quarum gratia semina varias subeunt corruptiones, seu alterationes: vndè similitudo deturbatur, quia igitur gemelli eodem tempore concipiuntur, amborum semina eodem modo disposita esse, necesse est: secus enim si diuersis temporibus procreentur, in quibus ob temperiei aeris diuersitatem diuersimodè semen alteratur, vndè diuersæ formæ conceptus generari, necesse est.

Mar.n.27. *Vers.* 389. *Et aquæ quidem incursu vrgente, vti oportebit eum ab his, quæ ab aqua sunt, paulatim pro temporum ratione discedendo.*

Propter summam breuitatem, qua in hac particula vsus est Hipp. adeò obscura effecta est oratio, vt multis suspicionem iniecerit, ne error in contextus verbis irrepserit, quamuis re vera auctoris mentem verba sufficienter exprimant, inquit enim, & aquæ incursu contingente, eum vti oportebit diæta contraria ijs, quæ ab aqua sunt, calidis scilicet, & siccis, sensim tamen hanc transmutationem pro temporum ratione efficiendo.

Mar.n.31. *Vers.* 432. *Quod humidissimum est in igne, & siccissimum in aqua, si in corpore temperamentum acceperint, sapientissima sunt. Quia, &c.*

Temperamentum hominis ingeniosissimi, & sapientissimi describit mirabiliter, verùm quia fundamentis quibusdam particularibus, terminisq. inusitatis procedit, sententia satis obscura redditur. Huiusmodi temperamentum igitur illud esse inquit, quod ex humidissima ignis parte, igne (inquam) temperatissimo, & ex siccissimo, quod est in aqua, ideſt, aqua temperatissima constat, horum enim combinatione natura temperatissima, & æqualissima constituitur, non secundum primas, & secundas tantummodo qualitates; sed etiam iuxtà substantiæ modum. Quamuis enim ex contrarijs excessibus ex calidissimo scilicet, & frigidissimo temperata resultet temperies; hæc tamen habitum constituit densissimum, & crassissimum. Nam superius vers. 382. ex ignis fortissimo, & aquæ densissimo constructa corpora fortia, & robusta fieri dixit, verùm huiusmodi temperamentum prudentiæ nequaquam conferre

Mar.n.27.

potest,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 114 sur 636

A poteſt, & ratio eſt, quia quando ad temperatam naturam conſtituendam concurrunt remoti qualitatum exceſſus, non adeſt illa ſanguinis, & ſpirituum tenuitas, & puritas; quæ ad ingenium, & prudentiam requiruntur: qualis generatur in eo temperamento, quod temperatam ſortitus ſit temperiem per combinationem earum qualitatum, quæ in mediocritate conſiſtunt. Illudque eſſe inquit, quod recipit id, quod humidiſſimum eſt in igne, & ſic iſſimum in aqua. Probatque, ad huiuſmodi naturam conſtituendam hæc duo aptiſſima eſſe, & ſufficientiſſima, quia nihil deeſt eorum, quæ in hoc caſu requiruntur. Nam ignis humiditatem in ſe ipſo habet ab aqua (temperatus enim ſupponitur, & omnis attemperatio à contrarijs euenit, quod in ſe habet, aut recepit.) ſuperius enim verſ. 75. Aquæ, & ignis naturam deſcribens. Cæterum (inquit) vtrique horum hæc adſunt, igni quidem caliditas, & ſiccitas, aquæ verò frigiditas & humiditas, habent autem inter ſe mutuò; ignis ab aqua humiditatem: ineſt enim ab aqua humiditas, aquæ verò ab igne ſiccitatem, ineſt enim in aqua ab igne ſiccitas. Quarè ignis temperatiſſimus plurimum humiditatis habet ab aqua, aquæque temperata ſiccitatem plurimam ab igne recipit. Hæc igitur ſufficientiſſima eſſe ait, quia temperiem temperatam in ſe ipſis habent. Vnde extraneis non egent, ideſt contrario, à quo temperentur, quemadmodum contingit igni caliditiſſimo, qui pro contemperatione aqua frigiditiſſima eget, & aquæ frigiditiſſimæ, quæ abſque igne caliditiſſimo non contemperatur. Non enim (inquit) ignis præſens conſtituens temperamentum alimenti indigentior multum procedit, vt inueniat id, à quo temperetur, quemadmodum neceſſarium eſſet, ſi caliditiſſimus foret. Neque aqua motus indiga (talis eſt, quæ denſiſſima eſt, & frigiditiſſima, & ex conſequenti grauiſſima) eget externo, & plurimo igne, à quo leuior reddatur. Vterque enim eorum in ſe ipſo habet, quidquid ipſi neceſſarium eſt ad temperantiam. Quod enim vicinis non indiget, præſentibus obtemperatur, hoc eſt, fruitur ipſis, quæ in ſe habet. Talis eſt ignis, qui præſentem habitum ingreditur, qui non mouetur, ideſt, qui quietus permanet in hoc compoſito, non præ neceſſitate, ad quam perducitur, quando (vt ſuprà hoc eodem lib. verſ. 67. dicebat) ad extremitatem aquæ peruenit, hoc eſt, quando ad eum exceſſum redactus eſt, vt ferè nihil aquæ in ſe ipſo habeat, tunc enim, quia deficit alimentum, quieſcit præ neceſſitate, & penuria aquæ. Et aqua, quæ maximè mouetur non præ violentia ignis, qui in illam illabens, motum ei præſtat, ſed ignis facultate, quem in ſe habet; hic ergò ignis quietus eſt, quia à propria aqua temperatur, & aqua ipſa motum habet ab igne, quem in ſe ipſa habet, & ex his (concludit) anima temperata ſapientiſſima eſt, & memoria valentiſſima prædita.

Mar. n. 5.

Mar. n. 4.

Verſ. 441. Propterea, quod cum ſit habeant, ſufficientiſſima ſunt. *Mar. n. 3.*

D Hæc eſt ratio non proximè dictorum, cur ſcilicet per alterius principij exceſſum anima, inſipientiſſima reddatur, ſed eorum, quæ ſuprà dicta ſunt, dum demonſtraret, quomodo anima ſapientiſſima reddatur: ita vt per parentheſim quandam ſententia illa interpoſita ſit, ſi verò aliquo aſcitamento vtens alterutrum horum augeſcat, aut contabeſcat, deſipientiſſima redditur, quarè tota oratio erit hæc, ex his autem anima temperata ſapientiſſima eſt, & memoria valentiſſima prædita, propterea quod cum ſic ſe habeat, vt ſuprà, demonſtratum eſt, ſufficientiſſima exiſtunt. Nam eadem ratione vſus erat paulò ſuprà dum dixit, ſic enim vtraque, & ſibi per ſe ſufficientiſſima ſunt, & inter ſe permixta, & hanc noſtram expoſitionem confirmat particula aduerſatiua ἀλλά, in principio ſequentis orationis appoſita, quod de re præcedenti cõtraria ſermonem inſtitui demonſtrat. Inquit enim, ſi autem ignis ſinceriſſimi, itemque aquæ temperamentum anima ſortiatur: ſit autem ignis paulò defectuoſior, & inferior, quam aqua; ſapientes quidem ſunt etiam hi, verum defectuoſiores, quam in priore temperamento: cum ergò hæc de anima in ſapientia defectuoſa loquatur, in priore temperamento de anima ſapientiſſima locutum eſſe tanquam de re diuerſa, dicendum eſt.

E

Verſ. 464. Nam & tardiore exiſtente circuitu ſenſus paulatim allabuntur, &c. *Mar. n. 34.*

Circuitum appellat Hipp. ipſius animæ operationes, quæ mediantibus ſenſibus exterioribus interius perficiuntur, eò quod ſucceſſione quadam procedunt, & in idem quodammodo redeunt. Primò enim fit ſenſatio, poſt ſenſationem ſpecies ſenſibiles recipiuntur, quod ſenſus communis appellati eſt opus, indè phantaſmata efformantur, ex quorum ſpeculatione intellectus operatio procedit, quæ eſt ipſum intelligere, his ratio ſuccedit, ſiuè diſcurſus, & memoria,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 115 sur 636

moria, quæ ad rerum cognitionem veram plurimum faciunt, & in his conſiſtit prudentia, & ſapientia. Quando igitur aqua prævalet igni, iſte circuitus tardè, lentèq. procedit, ità vt facta ſenſatione antè quam ſenſibilia in ſenſu communi recipiantur (quam operationem commiſceri nunc vocat Hipp.) & indè per dictum circuitum ad intellectum perueniant, propter tenuitatem euaneſcunt, priuſquam ſuper ea ratiocinari anima poſſit. Quæ enim viſu, & auditu fiunt ſenſationes, acutæ ſunt, & de facili diſſoluuntur, & ſiquidem quæ per tactum fiunt ſenſationes, tardiores ſunt, & diutius perſiſtunt, hæc tamen ad ſapientiam non conferunt, quemadmodum prædictæ, & hoc modo propter circuitus tarditatem, & ſenſationum tenuitatem anima inſipiens, & ſtolida redditur. A

Mar.n.39. *Verſ. 520. Cæterum curſus impetu ignis prævaleſcente impoſſibile fortè fuerit, aquæ aliquid apponere, ſimiliterq. &c.*

Poſtquam modum, & rationem demonſtrauit Hipp. quo ingenij defectus corrigi poſſint, corpus ſcilicet ad temperatam temperiem contrariorum appoſitione reducendo. Modo videtur ea, quæ dicta ſunt, in dubium reuocare, inquit enim: fortaſsè impoſſibile eſſe, ignem ſuper aquam prævalente aquam augere, & è contrà, prædominante aqua ignem augere. Quod ſi verum eſt (dicet lector) vanum eſt id, quod ipſe nos in præcedentibus docuit: exponendo ea, quæ vtriuſq. exceſſus vim infringere poſſunt. Igne enim ſuper aquam prævalente frigidis, & humidis inſiſtendum eſſe, monebat, quaſi per hæc aquæ defectus per eiuſdem augumentum corrigatur, & igni æqualis reddatur, cur ergò nunc igne prævalente aquam augeri poſſe, dubitat? Reſpondeo, hæc præcedenti doctrinæ nihil detrahere auctoritatis, ſed nos admonere per præfatam curationem contrarij prædominantis exceſſum quidem corrigi, illius viribus refractis, non tamen alterius contrarij defectum tolli v. g. ignis impetu prævalente, ab his, quæ refrigerãt, & humectant, vis ignis refrangitur, non autem aquæ copia, ſiuè virtus augetur, nam ſi hoc fieri poſſet, habitus imperfectiſſimi, & debiles perfectiſſimi, & robuſtiſſimi arte redderentur, quod experientia fieri non poſſe, obſeruatur, imò vita ad longiſſima tempora produci poſſet, ſi calor, & humidum, in quo vita conſiſtit, augeri poſſent. Id tamen dubitanter aſſeuerauit, quia fortaſsè aliquid in his ars ipſa poteſt; quamuis abſquè dubio id exiguum ſit. B C

Mar.n.39. *Verſ. 523. An verò talium non amplius temperamentum eſt, &c.*

Hac ſententia docemur, non ſimpliciter verum eſſe axioma illud, quod tantoperè celebrauit Gal. libro integro illi dicato, cui titulus eſt: Quod animi mores corporis temperamentum ſequantur, ſi per temperamentum ſolam quatuor primarum qualitatum combinationem accipiamus. Nam mores animi ad meatuum diſpoſitionem referendos eſſe, non ad corporis temperiem, manifeſtè ait Hipp. D

De Diæta Liber ſecundus.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Mar.n.1. *Verſ. 4. Et in his regionibus neceſſe eſt, & hominum genera, & naſcentia ex terra, & calidiora, & fortiora eſſe; quam in contrarijs.*

Homines in calidis regionibus fortiores eſſe, quã in frigidis inquit Hipp. non equidem corporis, aut animi robore, quandoquidem in calidis regionibus homines ingenio potius, quam viribus pollent, vt ex his, quæ lib. de Aere, Aquis, & locis ab eodem ſtatuta ſunt, colligere licet, quam ſententiam ſequutus eſt etiam Philoſophus 20. Prob. 15. Alexando etiam adſtipulante 2. ſect. Probl. num. 6. Sed fortiores dicit, hoc eſt duriores, attenta carnis, & potiſſimum exterioris cutis duritie, & denſitate, à calore regionis exiccatis; quo ſenſu omnia extera naſcentia ſimiliter fortiora eſſe ait, quæ ſimul etiam calidiora dicit, etiam ſi de hominum corporibus contrarium affirmari debeat. Quandoquidem ſecundum partes interiores homines frigidiores eſſe in calidis regionibus loc. cit. demonſtrauit Alexander, ab Hipp. doctrina non recedens, qui in ambiente frigidiori calorem intrinſecus augeri exiſtimauit, indè E

vulga-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 116 sur 636

©BIUM

A vulgatum illud, ventres hyeme natura calidiſſimi ſunt, & vice verſa in calidiori contraria ratione minui. Quarè per calidiores intelligere hoc in loco debemus, non de interno, & inſito calore, ſed de eo, qui partes exteriores occupat, & tangentis manu percipitur. Nam tales eſſe auſtralis plagæ incolas, experientia demonſtrat, vndè manifeſtum eſt, Ptolomeum lib. 2. Quadripartiti cap. 2. ab hoc fortaſsè Hipp. loco malè percepto deceptum, ab Ariſtotele, & communi Peripateticorum ſcola diſſentire, fuiſſe auſum. Dum ſcribit, incolas regionis, quæ auſtralibus paralellis ſubiecta eſt, natura calidas eſſe, niſi per calidam naturam aſtutã, & doloſam intellexit, aut in eum ſenſum, in quem ab Hipp. hoc in loco receptã eſſe, demonſtrauimus.

Verſ. 18. *Vbi autem regionibus montes adiacent ad Auſtrum, &c.* Mar. n. 1.

Hanc eandem ventorum proprietatem adnotauit Theophraſtus lib. de ventis text. 32. vbi hæc ad verbum referuntur. Sed & illud videbitur abſurdum, & à ratione alienum: quod emi-

B nentium locorum, quæ ventis expoſita ſunt, omnia ſunt tranquilla, quæ autem à ventis protecta ſunt, flatibus agitantur, nec ſanè moderatè, ſed vehementer: vt in plateis, quæ in Boetię parte ad Aquilonem vergunt, collocatæ ſunt, Aquilo quidem tranquillus, Auſter verò magnus, quanquam Citherea interiectus ſit, & Hybernus perflat, &c. cuius effectus rationem inferius adducens. Loca autem (inquit) quæ ab Aquilonem expoſita ſunt, & prorſus eorum, quæ ventis ſunt obnoxia tecta loca magis idcirco ſpiritibus perturbantur, quia contingit ad ſummitatem montium coaceruatum ſpiritum ſuperfundi, ac ſuprà modum excreſcere, & ſimul totum eiuſmodi tecta loca inuadere, quatenus enim magno cum pondere ingruit, impetum facit, eatenus verè ſimul totus erumpit, ac procellæ in huiuſmodi locis fiunt: enim verò ſpiritus ibi conglobatio efficitur, & coaceruatio, quamobrem, & quaſi ictum facit, quoniam cum impetu proficiſcitur, magnam enim vim habet ſpiritus. Quæ quidem Theophraſti enar-

C ratio adeò appoſitè præſentem locum exponit, vt comentarij vice accipienda ſit.

Verſ. 94. *Leuem verò facit, quia multum alimenti cum flatu foras excernitur.* Mar. n. 6.

Si verbum λεῦον cum Cornario interpretamur, leuem facit, attenuando ſcilicet corpus, talis erit ſenſus. Mazam leuem, & tenue corpus facere, quia eſt cauſa, vt multum alimenti cum flatu foras excernatur. Alimento autem copioſiori excreto corpus attenuari, & leue fieri, neceſſe eſt. Qua ratione autem multum alimenti excernatur, declarat ſubſequenter, & ait, cum enim tranſitus alimenti (venas intelligit meſenterij) & ventriculi poroſitates, per quas alimentum corpori diſtribuitur) anguſtiores ſint plurimum alimenti non ſuſcipiunt, nam ab exiguo replentur, ità vt aliud ſuperaccedens non ſuſcipiant, vndè cibus in ventriculo permanens flatum inducit, indèque attenuatus diſſipatur, partim infernè, partim ſupernè excretum, quarè multum alimenti à corpore diffiatur, indèque corpus attenuatur, & leue efficitur.

D Sin autem cum Caluo, & Zuingero dictam vocem, leuis eſt, vertamus, ratio Hipp. non facilè præmiſſis accommodatur, niſi leuitatem nutrimenti ad eius imbecillitatem reducamus: ità vt ſicuti facilè concoquitur, ità etiam facilè diſſoluatur, & proindè ſit exigui nutrimenti. Nam quæ tenuioris ſunt ſubſtantiæ, facilius in vapores reſoluuntur, quos fortaſsè flatus nomine hoc in loco ſignificare voluit. Veruntamen verba Græci contextus violentia quadam in hunc ſenſum trahuntur, & ideò prior expoſitio mihi probabilior videtur, quam in ſummarium reducens dicerem, Mazam corpus attenuare, tum quia ob ſiccandi facultatem tardi eſt tranſitus, tum etiam, quia cum tenuis ſit ſubſtantiæ, facilè in flatus diſſipatur.

Verſ. 124. *Qui ſucco ſubactus eſt, leuior.* Mar. n. 7.

Succo ſubactus panis, ita leuis redditur, ac ſi fermento fermentatus eſſet, per ſuccum quippè furfurum infuſum, aut decoctum ex aqua adſeruatum quòuſque aciditatem contra-

E hat intelligere oportet, nam huiuſmodi ſucco panem fermentare conſueniſſe antiquos, teſtis eſt ipſemet lib. 3. præſentis operis verſ. 331. qui quidem modus à quibuſdam etiam hodie obſeruatur. Mar. n. 20. Panem verò hoc modo ſubactum huius eſſe facultatis, non eſt mirum, quando talem eſſe furfurum facultatem, cõſtat, cuius rationem ipſe adducit, quia ex duplici parte tritici confectus eſt, dulci inquam, quæ eſt farina à furfuribus depurgata, & alia tritici parte, quæ aluum monet, quæ in furfuribus, & cortice ineſt.

Verſ. 138. *Aeſtuoſa autem ſunt, quia pinguia, & dulcia, & interſe concordia, non eadem* Mar. n. 7. *coctura indigentia in eodem ſunt.*

Non eſt, quod vocem ξυμφορ cum negatione legentes, non concordia vertamus: quod faciunt nonnulli, vt præſentis ſententiæ ſenſum idoneum inueniant, nam falſa potius redde-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 117 sur 636

retur sententia, quæ verissima est, & ingeniosissima. Pinguia enim, quemadmodum, & dulcia, cum diuersarum qualitatum reperiantur (vt proindè ex sapore in facultatis alimentorum A
Mar.n.5. cognitionem deuenire, sit impossibile, vt paulò supra hoc eodem lib. vers.77. nos monebat Hipp.) in eduliorum compositione ambo simul commiscere possumus: modò pinguia calida cum dulcibus frigidis, modo vice versa pinguibus refrigerantibus dulcia, quæ calefaciunt, aliquando vtrisque, tum calidis, tum frigidis simul permistis: prout exiget vsus. Si calida calidis ammisceantur, compositum calidum resultat, si verò calida frigidis, temperatum potius redditur. Farinas igitur cum oleo, & melle decoctas æstuosas esse ait, quia pinguia, & dulcia, oleum scilicet, & mel inter se concordia (vtrumq. enim calidum est) in eodem sunt, idest simul compositum ingrediuntur, vndè calidum redditur. Alteram verò rationem huius rei assignant: quia non eadem coctura indigent, mel enim citò concoquitur, oleum verò tardè: quo stante antequam oleum perfectam coctionẽ recipiat, mel vlterius coctum calidius fit, quam par sit, cũ B
enim visceribus amicũ sit, non statim concoctũ distribuitur per corpus, sed ibi moram trahens, in calidiorem succũ transmutatur, à quo tandem corpus vehementius incalescere, necesse est.

Mar.n.8. *Vers.* 154. *Et cum ficubus jactibus doloribus conferunt.*

Milij grana cum ficubus, vehementibus doloribus auxiliari testatur Hipp. quomodo autem hæc veniant administranda non expressit, adeò fortasse notus erat eorũ vsus illis temporibus, quarè nobis relinquitur inuestigandum, an interius assumpta, an admota exterius id præstent, milium exterius applicatũ doloribus conferre, iam notum est, vndè Dioscorides torrefactum, & in sacculo positum torminibus, reliquisq. doloribus in fotu administratũ auxilio esse, testatur, cuius rei rationem reddit Plin. lib. 22. Natur. hist. cap. 25. quia calorem facilè concipit, illumque retinet diù. Et in hunc modum nunc ab Hipp. probari videtur, quandò cum furfuribus administrari iubet. Ex altera parte quia, & ventrem sistere eodem modo administratũ C
ait, idque fotu præstare, non est rationabile, intrà corpus illud assumi, intendit. Quarè ego dicerem, vtroque modo administratum doloribus conferre, & in sacculo admotum, vt à Dioscoride proponitur, eoque modò vtuntur omnes communiter in doloribus cum sale, & furfuribus, quamuis per furfures intelligat Hipp. non tritici furfures, sed ipsius milij corticem, & interius assumptum: amborum decocto non modò potato, sed etiam iniecto clysteri, quod mihi fœlici experimento constat, eo enim frequentissimè vtor in doloribus vehementioribus ventris, in potu quidem, si partes ventris superiores dolor occupat, per clysterem verò injicio cum sapa, & oleo, vbi inferiores partes infestantur. Quod remedium sicuti præstantissimum est, ita rationabile est. Quia namque doloris vehementia causam summæ actiuitatis attestatur, & ex consequenti calidam, milium, quia frigiditate calidorum humorum vim comprimit, siccitate verò superfluum absumit, partemq. affectam roborat, discussoriaq. palearum facultate humorem attenuat, & discutit. Emollientiq. tandem caricarum virtute, laxandoq. dolorem quodammodo lenit. Dum verò subiungit, ipsum autem miliũ coctũ (cortice scilicet) alit, indicat antè dicta pertinere ad ipsius vires, quatenus medicamentũ in vsũ medicinæ recipitur. D

Mar.n.8. *Vers.* 164. *Humectat autem, & vrit propter pingue, & oleosum.*

Hæc, quæ de semine cucumeris ab Hipp. referuntur considerent recentiores, qui melonum seminibus refrigerandi gratia vtuntur, quia si cucumeris semen vrit, quia pingue; multò magis melonum semina id præstare poterunt: quorum caro omnium consensu minus frigida est, quam cucumerorum. Nam eorum vsus in ptisana minimè tutus erit in febribus, & potissimum, vbi vehementia caloris vigeat.

Mar.n.9. *Vers.* 172. *Et carnes graues, itemquè sanguis, & lac.*

Et carnes graues in ore, & ipsæmet carnes, itemque sanguis, & lac. Ita ad verbum legitur E
in Græco contextu Basilienſi. Quibus verbis docemur, bubulas carnes non modò graues esse, dum comeduntur, quod ex duritie earum in cõmestione dignoscimus, & id significare voluit per vocem εἰς τὸ στομα, idest in ore: verum etiam euidenter ad manum, & ad stateram graues apparere, quod innuit per verba, & ipse etiam carnes, & meritò quidem duplicis huiusce grauitatis rationem haberi vult Hipp. Prioris quidem, quippè quæ coctionis difficultatem attestatur. Secundæ verò, quatenus maiorẽ duritiem, contumaciamq. indicat, perse enim grauitas ad stateram coctionis difficultatẽ necessariò non importat, cum non sit inconueniens, dari alimenta ad stateram grauiora, quæ tamen facilius superantur, quam alia multa pondere leuiora. Tales fortasse suillæ carnes existunt, quæ etiamsi ad staterã bubulis sint grauiores, quia succu-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 118 sur 636

©BIUM

A culentiores; ori tamen, & ſtomaco leuiores fiunt. Nihilominus non eſt leue argumentum difficultatis in coquendo grauitas ad ſtaterā. Nam & Gal. eo vſus eſt, vt panis loti leuitatem, & in coquendo facilitatē indicaret, lib. n. primo de aliment. facult. c. 5. ità inquit, eius porrò leuitas apparet, cum per ſtateram, tum quod in aqua non ſubmergatur, ſed inſtar ſuberis ſupernatet.

Verſ. 209. Fluuiatiles autem, & lacuſtres his adhuc grauiores ſunt. Mar. n. 11.

Non comparat hoc in loco piſces, qui in lutoſis, & aquoſis locis degunt, cum fluuiatilibus, & paluſtribus, qui ſcilicet in fluminibus, & lacubus viuunt. nam longè grauiores eſſe primos poſtremis, eſt rationabile, ſed comparātur piſces in mari degentes, qui tamen in littore, vbi & ſtagnantes, & lutoſæ aquæ dulces exiſtunt (tales circa fluminum oſtia eſſe ſolent) victum capiunt, & propterea dixit Hipp. alimenta habent, non ſimpliciter degunt, aut viuunt; comparantur ergò piſces marini, qui in prædictis aquis victitare ſolent, cum illis, qui in lacubus,
B & ſtagnis, & fluminibus vitam ducunt, hoſque illis longè grauiores eſſe ait. Nam aquæ ſalſę, in qua illi degunt, ſiccitas, & continua fluctuum agitatio marinos piſces præ his leuiores facit. Etſi ratione alimenti, marinis in altum, aut circa ſcopulos degentibus ſint multò grauiores.

Verſ. 227. Et caſtrata non Caſtratis. Mar. n. 12.

Verborum tranſpoſitio in preſenti textu manifeſta apparet, ita vt pro καὶ τὰ ἀνορχα τ̃ ἐνόρχων, τὰ ἔνορχα τ̃ ἀνόρχων, id eſt, & non caſtrata caſtratis legendū ſit. Non enim exiſtimandū eſt Hipp. latuiſſe, animalia per caſtrationem effœminari, temperamentoq. fœminis ſimilia reddi, qui Eunuchos imberbes inſtar fœminarum eſſe, non caluos fieri, neque podagra laborare, ſciebat, quæ omnia frigiditatis, & humiditatis, non caliditatis, ac ſiccitatis affectiones exiſtunt.

Verſ. 264. Dulce verò vinum pituitoſis magis aluo ſecedit. Mar. n. 13.

De vino dulci ſuperfluam repetitionem nè quis Hipp. imputet; ſciendum eſt hoc loco de
C vino dulci tractari, quia cum proximè dixerit, mel bilioſis aluum mouere, pituitoſis ſiſtere potius, nè quis exiſtimaret idem vino dulci contingere; vinum dulce aluum mouere, ait, pituitoſis magis, quam bilioſis; huius autem diuerſitatis ratio ex eò dependet, quia mel cum calidum ſit, & ſiccum, aluum ſiſtere potius ex ſui natura, quam ſoluere, aptum eſt, quarè ſi aluum mouet, id euenit, quando in bilem tranſit: tunc enim à bilis acrimonia aluus ſubducitur: quia ergò in bilioſis facilè in bilem vertitur (nam hac de cauſa mulſam bilioſas mouere excretiones in bilioſis, adnotauit 3. Auct. v. 25. Hipp. non autem in pituitoſis) hinc euenit, vt illis aluū Mar. n. 26.
ſubducat, nequaquam verò pituitoſis, ſed potius iuxtà propriam naturam, ſiſtat, è contrà verò vinum dulce, quia calidum eſt, & humidum, humiditate aluum ſubducit, verum cum illius humiditas leuis ſit, corporibus natura ſiccis, bilioſis ſcilicet, aluum humectare nō adeò poteſt, vt indè ſoluatur, quemadmodū temperamento humido præditis, videlicet pituitoſis, vndè ſum-
D ma cum ratione dicitur, vinum dulce pituitoſis magis aluo ſecedere, quam bilioſis; imò etiam melancolicis propter temperamenti ſiccitatem. Ex quibus collige, non omnia dulcia in bilem facilè verti, quia ſi hoc eſſet, vinum dulce non minus aluum moueret bilioſis, ac mel ipſum faciat. Cur autem mel tam facilè in bilem vertatur, rationem attigimus in expoſitione tex. v. 138. præſentis libri, quia ſcilicet, cum facilè concoquatur in calidis naturis, dum reliqua edulia concoquuntur, vlteriorem coctionem recipiens, in bilioſum ſuccum conuertitur, non enim citò per corpus diſtribuitur, propter familiaritatem, quam habet cum viſceribus, in quibus retinetur diù, & potiſſimum in hepate, in quo bilis formam recipit.

Verſ. 273. Raphanus humectat pituitam diffundens. Mar. n. 14.

Raphanum conſiderat Auctor, & quatenus medicamentum, & vt alimentum, primò modo probatur, quia humectat, & pituitam diffundit, propter quam facultatem plurimus in medici- Nota.
E na eius vſus eſſe poteſt, potiſſimum verò ad vomitum pituitoſorū facilitandum, quando propter craſſitiem non facilè educuntur, in omnibus autem radicē folijs preſtare adnotauit, præterquam in doloribus articulorum, hęc enim in aqua elixata, & dolentibus locis applicata (vt par eſt) dolores melius ſedare, quam ipſa radix, poſſunt. Quatenus alimentum verò, hæc radix maximè damnatur, quia ſtomaco innatat, & ægrè concoquitur.

Verſ. 282. Apium magis vrinā ciet, quā aluū mouet, et radices magis, quā ipſum, aluū mouēt. Mar. n. 14.

Hæc animaduertant illi, qui vulgatum abuſum ſequentes pro tollendis obſtructionibus, & Nota
ad mouendam vrinam radices apij folijs anteponunt. Nam totum oppoſitū ex præſenti doctrina faciendum eſſe, admonemur. Quod Hipp. expertū, ratione etiam confimari poteſt. Nam quia radix craſſiori conſtat ſubſtantia, in qua nitroſi plus continetur, quam in tenuiori, meritò

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 119 sur 636

radices magis aluum mouere, quam folia possunt, è contrà verò in folijs tenuior residet substantia, quæ ad vrinæ vias promptius, quam ad aluum ferri, apta nata est. A

Mar.n.14. *Vers.* 292. *Brassica calefacit, ac aluum mouet, & biliosa ducit.*

Subducentia electiuè. Hæc animaduertant Pragmatici isti Medici, qui vbiq. lenientibus ab ipsis vocatis medicamentis contrà præceptorum dogmata vtuntur, huiusce temeritatis excusationem indè petentes, quia huiusmodi medicamenta humores peculiares electiuè non purgant, sed humiditates alui tantùmodo educunt, nam si brassica, vt in præsenti textu habetur, biliosa subducit, quod & origanum præstare, inferius adnotabitur, similiter & Tymbra, Tymusq. & Hysopus, pituitam educunt, tantò magis & cassia, & manna, & tamarindi, & rosarum infusio, & alia eiusdem census id præstare poterunt: Nec dicãt, hæc lenire tantummodo, non purgare electiuè humores, quia præterquam quod hæc superpurgationes efficere, experientia docet, quotiescunq. peculiarem humorem purgare conceditur, electione purgare dicendum est, ità vt vbicunq. purgatio in morbis prohibetur, neque ea permittitur, quam prædicta medicamenta efficiunt, quemadmodum, neque alia quæuis euacuatio, quæ hoc nomine purgationis denominatur. B Nam, & cicer, & lenticulam, & hordeum, & betam, & mercurialem, & brassicã, & sambucum, & enicum, non solum aluum subducere, sed etiã humores purgare, testatur infrà: διαχωρητικα enim καὶ καθαρτικα appellat, quo nomine non insignirentur, nisi electiuè humores educerent. Fateor quidem, hæc leuiter mouere, ità vt humores fixos, & longius distantes, per carnesq. diffusos educere non valeant, quorum gratia ad validiora antiquorum exemplo confugiendũ est, quum vrget necessitas, quemadmodũ etiam à lenientibus prædictis abstinendum censeo, cum purgatio inutilis, & suspecta habetur. Quando hæc non essentia interse diuersa sunt, sed fortitudine, & virtute, quam differentiam cum cognosceret Hipp. modo debilia medicamenta: modo leuiter purgantia: modo subducentia medicamenta appellare consueuit. C

Mar.n.15. *Vers.* 313. *Pira sylvestria, syberna, matura aluum mouent, & purgant.*

Maturitatem illam hoc in loco intelligit Hipp. quam acquirunt fructus, postquã ex arbore decerpti sunt: eamq. vulgari sermone *Mezzo* dicimus, per quam molliores effecti innatã austeritatem in conspicuam dulcedinem cum succi abundantia permutant, cuius ope aluum subducunt, & quia huiusmodi austeritas maior est in piris sylvestribus, quæ ad hyemem adseruantur, quam in alijs: ideò hæc mitiora effecta dulciora fiunt, secedunt q. magis, quod vt manifestaret Hipp. particulã adiecit, & purgant, de sylvestribus loquens: non autem de cæteris.

Mar.n.15. *Vers.* 326. *Immaturæ verò minus calefaciunt magis autem purgant potatæ.*

De vuis immaturis. Vuas immaturas, siuè earum succum aluum adstringere communis sentẽtia est recentiorũ, Dioscoridis fortasse auctoritate permotorũ, qui omphacium, quod ex vuæ immaturæ succo conficitur, aluum adstringere, & dysentericos curare, testatur, cui ea videtur suffragari ratio, quia austeritate fructuum immaturorum propria participat, quam aluum adstringere indubitatum est, ex altera parte experientia contrarium potius suadet. Nam cum tota æstate vuis immaturis in iuribus decoctis assiduè vtamur, nullus est, qui indè aluum sibi adstringi obseruauerit, imò euenit quã sæpissimè eiusdem botris deuoratis dyarrheas, & dysenterias excitari, quod pueri edaces sæpius experiuntur. Quibus experimentis innixus Hipp. statuit in hoc textu immaturas vuas, maturis quidẽ minus calefacere purgare tamen magis, & hanc facultatem ipsis in esse credendum propter acrimoniam quandã quam præseferunt, hæc enim humiditati, quam copiosam habent, coniuncta, aluum mouere potest. Quod si Omphacium virtutem adstrictoriã habet: id euenit, quia humiditas prædicta, quæ vnà cum acri facultate vim purgatricẽ ipsis tribuit, à Solis, aut ignis caliditate consumpta supponitur, & ideò in eo vincit siccitas, quę alui solutioni aduersatur, & eo magis, quia, vt Dioscanimaduertit, ex vuarum genere paratur, quod maximè austerum est, & adstringens. In fluxibus ergò summi Præceptoris auctoritate certo experimento confirmata, cui minimè deneganda fides est; vuæ immaturæ succus admodum suspectus esse debet, dimittenduq. omninò, cum non desint quam plura alia, quæ aluum sistere absque vlla ambiguitate possunt. D E

Mar.n.15. *Vers.* 333. *Nuces rotundæ his similes sunt.*

Duas nucum species meminit Auct. rotundas alias, alias latas vocat, per rotũdas, ni fallor, ponticas auellanas nuncupatas intelligens, per latas iuglandes, quæ communiter nuces dicuntur. Dum verò has maturas aluum mouere asserit, difficultatem parit, quid per maturas intelligendum velit, quandoquidem antè maturitatem in vsum venire, non videntur.

An

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 120 sur 636

©BIUM

A An hoc dictum eſt, ad differentiam earum, quæ immaturæ, & molles adhuc maceratione in aqua dulceſcunt, & cum cortice condiuntur? An potius dicendum eſt, maturas vocari eas, quæ poſtquam earum putamine exactam duritiem contracto, pulpaq. repleto, perfectionem iam exactam receperunt, & dum adhuc molles ſunt, comeduntur, antè quam ſicceſcant? Quaſi maturitatis nomen vſurpetur, non ad perfectionem tantummodo ſignificandam, ſed etiam ſucculentiam, & dulcedinem, quam fructus omnes mediante maturitate acquirunt. Vndè quia dum adhuc recentes ſunt, eam copioſam habent, quam vbi ſicceſcunt, deponũt, ideò has ſiccas, illas maturas appellauit. Nam de his loquens Gal. 2. aliment. facult. ità inquit: Cæterum quæ viridis adhuc eſt, & humida, neque adſtringentis qualitatis, neque oleoſæ conſpicuæ eſt particeps, ſed magis quodammodo eſt ἄποιος, ideſt qualitatis expers, quod genus aqueum (vt dixi) vocare conſueuimus, &c. Hac enim qualitate prædita aluum mouere, do-

B cuit nos ſuperius Hipp. verſ. 301. vbi de ſaporum natura, & eorum facultatibus tractans, ità habet. Quæ humidam habent naturam, frigidamq. ac fatuam, & odores graues magis per aluum ſecedunt, quam per vrinam. Hac igitur ratione nuces maturas aluum mouere ait. *Mar. n. 14.*

Verſ. 361. Et carnoſa, calefacere ſolent. *Mar. n. 19.*

Carnoſa vocat, quæ plurimum craſſæ ſubſtantiæ in ſe continent, quam vulgariter pulpam dicimus, hæc enim, quia multum alimenti præſtant (cicer quippè album alere, quia carnoſum, dicebat ſuperius) calidam ſubſtantiam augendo calefacere dicuntur.

Verſ. 366. Quæ autem excalefacientia ſiccant, tum edulia, tum pocula, &c. *Mar. n. 19.*

Hac ſententia modum, & rationem aſſignat Hipp. qua cibi, & potus calefacientes, & exiccantes abſque ſenſibili euacuatione corpus exiccant, quia (inquit) ijs ingeſtis corpus humore priuatur, idque triplici modo, primò partem prædicti humoris in ſeipſos abſumentes, & hac

C ratione, quæ actu ſicca ſunt, tantummodo id præſtant, quæ enim humida ſunt actu, quamuis ſicca potentia, quemadmodun potiones exiccantes, non exiccant iuxtà præſentem hunc modum; quia humorem abſumere non poſſunt, cum actu ſint humida, & ideò hunc modum exiccationis cibis tantummodò tribuit, dum inquit, pars eius ab ipſis cibis conſumitur, potionum nullam faciens mentionem, quæ tantum abeſt, vt hac ratione ſiccent, quod ſi vltrà neceſſitatem potus pro vehiculo nutrimenti aſſumantur, manifeſtè humectant, humiditatem augendo in corpore, ità vt exiccandi potentia, quam habent, ad exiccandum non ſufficiat, idque experiuntur illi, qui vinis generoſis indulgent, frigidis enim, & humidis morbis maximè ſunt ſubiecti; ſecundò modo præfata, tum pocula, tum edulia humiditatem è corpore tollunt: quatenus ſunt cauſa, cur pars humoris in corpore exiſtentis in alimẽtum ipſius animæ abſumatur, per animam enim calidum innatum intelligit, quod cum humidum ſubſtantificum depaſcatur

D continuò virtute propriæ caliditatis; dum hæc ad gradum intenſiorem ex vſu calefacientium perducitur, maiorem humidi diſſipationem facit, & ſic corpus humore priuatur. Tertius, & poſtremus modus eſt, quatenus caliditate rarefaciendo humiditatem è corpore per inſenſibilem tranſpirationem educunt, & hi ſunt tres modi, quibus cibi, & potus calefacientes ſimul, & exiccantes humiditatem corporis exhauriendo, ſiccant, quorum duo poſtremi, etiamſi à ſola caliditate procedant, ſiccitatem tamen concurrere dixit Hipp. quia, quæ calida, & humida ſunt, nihil prædictorum efficere poſſunt.

Verſ. 371. Calefacta autem, & diffuſa caliditatẽ in corpore replent, & tranquillã eſſe faciunt. *Mar. n. 19.*

Quia dum calor plurimum mouetur, plurimum etiam humidi conſumitur, indèquè corpus inanitur. Ideò vice verſa, quæ quietem, & tranquillitatem in calido innato imponunt, hæc replere dici poſſunt; quatenus à calido quieſcente non fit tanta diſſipatio, quanta à moto, pre-

E fata ergo alimenta non modo, quia copioſum alimentum præſtant, replere caliditatem, ideſt ſubſtantiam calidam, & humidam augere, dicuntur; verum etiam, quia ipſi calori quietem imponunt, id verò efficiunt, quatenus humores mites, & ſuaues, mediocriſq. craſſitudinis producunt, ex quibus cum ſubſtantia calida influentis caloris ſubiectum generatur (pro cuius diſpoſitione calor ipſe innatus, modo quietior, modo concitatior redditur) ideò ex eorum vſu calor in corpore, & quietior, & vt ait Hipp. tranquillus efficitur.

Verſ. 372. Acida verò, & acria, & auſtera, & acerba, & συγκομιζα, & ſicca, non replent, propterea quod oſcula venarum aperiunt, & expurgant, &c. *Mar. n. 19.*

Hæc inquit Hipp. συγκομιζα, ideſt, ſecundum totam ſubſtantiam, nulla facta alicuius partis

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 121 sur 636

separatione, & sicca, hoc est, non macerata, aut emollita, nulloque adhibito artificio, quo præfatæ qualitates tollantur, aut saltem remittantur, de quo superius mentio facta est; non replent: propterea quod oscula venarum aperiunt, & expurgant, & alia præstant, de quibus Hipp. in textu, quæ omnia ad corporis extenuationem conferunt. ex quibus colligere possumus, prædictorum eduliorum qualitates separatione, maceratione, alioq. ingenio ità corrigi posse, vt corpus indè non extenuetur, aut saltem non adeò vehementer. A

Mar.n.19. *Vers.* 382. *Propterea quod pinguia, & æstuosa, & calida, & inæquales &c.*

Vires habere inter se inæquales, non intelligimus hoc in loco secundum primas qualitates, quas in eadem sententia suprà repetita respiciendas esse vers. 138. adnotauimus, sed iuxtà secundas potius, & substantiæ modum: propter quam differentiam alia citius, alia serius concoquuntur, quam quidem inæqualitatem à priori distinxit per illa verba non eadem coctura indigentia, eadem est enim sententia, sed ratio diuersa, & proindè diuersis vocibus vsus est. B

Mar.n.23. *Vers.* 414. *Vigilia in exsatiatis à cibo noxia est.*

Hæc sententia aduersari videtur ei, quæ 6. epidem. sect. 4. vers. 36. registrata est. Aqua vorax, vigilia vorax, cuius quidem ea est ratio, quia vigilia exiccando alimenti dissipationem accelerat. Hinc est, vt à prandio ad cænam, quo tempore vigilamus, minus spacij temporis intercedat, quàm à cæna ad prandium; eò quòd interim dormimus, & tamen haud plus mane esurimus, quam vesperi, cuius nulla alia assignari ratio potest, nisi quia per somnum non tanta fit alimenti dissipatio, quanta per vigilias. Si ergò vigilia alimenti dissipationi conducit, satiatis à cibo vigilia satietatem tollere citius poterit. Respondeo Hipp. hoc in loco non asserere, vigiliam à cibo simpliciter noxiam esse, sed tantummodo, quando multum præassumptum est, & ideò hoc dicendi modò vsus est: saiatis à cibo, quod immodicam repletionem significat, rationemq. adducit, quia vigilia, cibos concoqui, non permittit, qui quotiescunq. copiosi ingesti sunt, vt concoquantur somno indigent. Huic doctrinæ con- C

Mar.n.15. tentiens 2. Acut. 65. iubet, à prandio dormire eos, qui præter consuetudinem pransi fuerint. Ab hac igitur sententia iuxtà hunc sensum recepta, & præciiatæ annexa docemur, quando nobis vigilandum est, nec cibis admodum repleri, nec diæta nimis extenuari nos debere. Vndè diminuta ciborum copia cibationum vices multiplicare opus erit: ità vt si bis in die comedere, quis fuerat adsuetus; tertia cibatio addenda erit, si vigilare fuerit coactus.

Mar.n.25. *Vers.* 420. *At verò spiritus, & cibus, & potus humiditatem in corpore congelant, & si excellenter frigida fuerint, per congelationem aluos sistunt.*

Non semper potus, aliaq. in textu apposita, cum impensius frigida administrantur, aluum adstringunt: imò quibusdam aluum mouent, idque obseruaui sæpius, potissimum in Illustrissimo Domino, qui, cum aluum ex natura adstrictam habeat, cum potu niue refrigerato æstate vti incipit, statim aluus humectatur, & laxatur, idque euenit, quando ab huiusmodi potu D frigido ventriculi coctio labefactatur, nam cibi inconcocti secedunt, & aluum mouent. Quare impensius refrigerantia tunc solum aluum sistunt, cum humiditatem in corpore (vt ait Nota Hipp.) congelant. ex hoc textu colligo, frigida nephriticis aduersari, & calculosis.

Mar.n.25. *Vers.* 424. *Quæcunque verò calefacientia corpus, & alimentum non præbentia &c.*

Per calefacientia non intelligit hoc in loco Hipp. ea, quæ calefaciendi potentiam, & facultatem obtinent, hæc enim nunquam refrigerare possunt, sed ea, quæ calida actu sumuntur; huius naturæ est aqua calida assumpta, quam attenuare superius adnotauit, quæ doctrina plurimum cõuenit cum præsenti, dum ait, carnem humiditate euacuat. Qua quidem (ni fallor) ra-

Mar.n.39. tione lib. de loc. in Hom. sect. 2. vers. 90. Pro febrium curatione aquã calidam exhibet, nõ frigidam. Hæc enim etiã actu calida assumpta frigefaciunt, non autẽ excessum facientia, hoc est, dummodo hæc calida in excessu non assumantur, nã quæ etiam refrigerandi potentia pollẽt, E si extremè calida assumantur, calefaciunt: Hæc igitur moderatè calida assumere oportet, ità enim corpus refrigerant. Rationem verò huius affert: quia humiditatẽ ex corpore educunt, in cuius locum recedente humiditate flatus succedunt, à quibus corpus ipsum refrigeratur. Hic est enim sensus illorum verborum: Nam præsente humiditate mota, flatu aduentitio replentur, ac perfrigerantur, eam tamen conditionem apposuit, vt hæc alimentum corpori non præstent, quia cum ab his etiam potestate frigidis substantia calida augeatur (quod Galenum adnotasse memini) ea refrigerare, est impossibile, dum actu calida assumuntur. Quod

quidem

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 122 sur 636

©BIUM

Nota.

A quidem considerare vellem recentiores Medicos, apud quos iurium carnis adeò frequens factus est vsus, vt in febribus etiam ardentibus ijs, actuque calidis plurimi eorum vtantur, per eos calorem febrilem compescere existimantes, si ijs medicamenta refrigerantia incoquantur. Constat enim ex Hipp. decreto, quotiescunq. per ea, quæ calida actu assumuntur, corpus refrigerare intendimus, ea alimentali facultate penitus carere debere. Quarè quando alimentum medicamentum exhibere expedit, illud actu frigidum dare oportet. Talia sunt sirupi refrigerantes, quæ à melle, & saccaro vim aliquam nutribilem suscipiunt; ptisanæ, item, & aqua, seù cremor hordei, & similia. Si verò frigidorum actualem frigiditatem non sustineat æger, aquas stillatitias ex herbis refrigerantibus per alembicum extractas, aut earum decoctiones ex aqua actu calidas exhibere poterimus. Hæc enim, quia nullum corpori alimentum præstant, calida assumpta corpus iuxtà rationem ab Hipp. allatam, refrigerare poterunt, vide Zuingeri expositionem, quæ & ipsa tolerari potest.

B

Vers. 456. *Cæterum cursus longi, ac curui sensim facti, &c.* Mar. n. 28.

Non est, quod verba contextus immutentur, vt facit Zuingerus, quo idoneum, verumque sensum ipsis adaptemus. Nam eò modo confusa potius redditur, Hipp. enim hoc in loco cursus naturam diligentissimè explicauit, cuius quinque constituit differentias, easque ad tria capita reduxit. Prima differentia cursus continet rectos, & longos: v. g. si quis continuo, & recto cursu stadium vnum, vel alterum percurrat. Secunda differentia est cursuum obliquorum, qui scilicet medij sunt inter rectos, & circulares: sub tertia numerantur cursus recti, & breues, quibus diuturnitatem, & continuitatem præstant frequentes ad eandem metam reditus, & propterea eos reuersiuos appellauit Auctor, Gal. verò lib. 2. de sanit. tuend. cap. 10. ἐκπαλαίστρισιν à Græcis huius exercitij genus appellari testatur. Quarta differentia comprehendit cursus ex prædictis omnibus permixtos, per quos currens modo rectà, modo obliquè, modo hinc, modo illinc, aliquandoq. etiam circulariter mouetur, hosque equestres indefinitos vocat: ducta similitudine ab equis per equisonem exercitatis, vt vulgariter dicitur, *al maneggio*: aut fortasse equi naturæ instituto tali modo cursitare solent. Vltimò tandem loco enumerat cursus circulares, quorum natura omnibus est nota. Et hæ sunt principales cursus differentiæ, quas (vt dicebam) ad tria capita, siue genera reduxit, iuxtà effectus, qui indè corporibus exercitatis euenire solent. Alij enim, quia ab his corpus mouetur quidem celeriter, non tamen valdè defatigatur, replere potius, quam euacuare consueuerunt, quatenus ab his corpus modera è excalefactum, carnesque mediocrem subeuntes extensionem, alimentum vberius ad se alliciunt, vndè replentur. Huius naturæ sunt cursus longi, siue recti sint, siue curui, dummodo moderatè, sensimq. adhibeantur, quia enim per hos corporis membra vniformiter exercentur, & non violenter: ideò neque carnes multum exhauriuntur, sed replentur potius, vt dictum est. E contrà verò in circulari cursu corpus vehementius laborat, quia dum homo in orbem currit, corporis moles, & pondus vni tantum parti incumbens, eam mirum in modum aggrauat, vndè corpus vehementer defatigatur: & ideò hoc cursus genus omnium maximè corpus extenuare potest. Medium verò inter prædictos, cursus reuersiuos, & equestres indefinitos collocauit, eò quod quantum hi cursus in extenuandis corporibus primos superat; tantum à circularibus superantur, eadem omninò ratione, quam in circulari adduximus, quia scilicet in frequentibus conuersionibus corpus delassatur magis, quam in continuato, & recto cursu, nam eadem ratio viget in equestribus indefinitis vocatis. Quam quidem veritatem confirmabunt absque dubio equisones; quandoquidem plus laborant equi in hac indefiniti cursus exercitatione vnius horæ spatio, quam duarum in cursu recto: circulares q. eos adeò eneruant, vt nullus quamuis robustissimus equus dimidiatæ horæ spatio cursum circularem tollerare valeat.

C

D

E

Vers. 500. *Quidquid igitur exudauerit, aut cum corpore depurgatum fuerit, &c.* Mar. n. 31.

Mirabilis naturæ effectus proponitur in particula hac, cuius rationem afferre, non est facile. Inquit enim Hipp. carne ab insolito exercitio liquescente; si humiditas colliquata è corpore statim sudore in totum educatur, pars, quæ colliquationem passa est, nullam penitus lesionem propter illam euacuationem patitur, licet insolita sit, si verò pars colliquatæ humiditatis in corpore permanens ad aliquam aliam partem transmittatur; non pars modò, quæ fluxionem suscepit, laborat; verum etiam ea, à qua discessit. Quæ enim ratio est, cur eadem humiditas,

& ab

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 123 sur 636

©BIUM

& ab eadem causa, eodemque modo genita, quando è corpore excernitur, pars, à qua discessit, nihil mali patiatur, si verò ad aliam partē trāsmittatur, parti, vndè discessit, laborem faciat. Ego pro nunc dicerem, partem euacuatam tunc laborare, quando eius inanitio magnam facit partium corporis dyscrasiam, minimè verò, quando nullam, aut exiguam inducit inæqualitatem. Hoc autem euenire dicendum est, quia consensus vnus, & conspiratio vna, & consentientia omnia. Quando igitur materia colliquescens ab vna parte ad aliam fertur, tunc magna fit inter illas partes inęqualitas, dum vna præter naturam euacuatur, altera verò vltrà modum repletur, vndè vnamquanq. laborare contingit, hæc autem ob repletionem, illam verò propter euacuationem, quarum vtraque respectu contrariæ maior euadit; cum verò materia colliquescens extrà corpus detruditur, etiam si pars colliquata inanita sit, quia tamen altera non repletur, non tanta fit partium corporis diuersitas, quæ laborem, siuè dolorem inanitæ parti inducat. Quandoquidem maius est commodum, quod particula inanita percipit ex materiæ colliquatæ, & ex consequenti præter naturam effectæ, euacuatione; quam laborem ex nsolita inanitione.

Mar.n.31. *Vers. 504. Et in carnes quidem corporum non similiter congregatur, verum in carnosas partes: quarè his laborem exhibet, donec exiuerit.*

Rationem assignat Hipp. cur prædicta humiditas ab insolito exercitio colliquata, & per carnes diffusa non sit commoda corpori, quemadmodum antea, sed infensa potius. Quia scilicet, in carnes corporum non similiter congregatur, quemadmodum antè colliquationem, & quando vtilis erat, & corpori secundum naturam. Hæc enim porositatibus naturalibus carnis insinuatur, & coit; illa verò per carnes dispergitur extrà naturalem locum, vndè corrumpitur, & calorem præter naturam in ea excitat.

Mar.n.31. *Vers. 505. Tanquam circuitum non habentia.*

Præfatam humiditatem circuitum non habere, inquit Hipp. qua per naturales excrementorum excretiones educi, non est apta, quæ quidem excrementa circuitum habere, dicuntur, quia certo quodam ordine, & circuitu naturæ impulsu excerni consueuerunt, in quam significationem hac voce periodos vtitur sæpè Hipp. in præsenti opere, & in lib. de Insomnijs, vt suo loco patebit. Id autem prædictæ humiditati euenit, quia vt in præcedenti textu explicauimus, per carnis substantiam dispersa est, non autem in ductibus, & porositatibus continetur, vbi excrementa naturæ instituto excernenda, residere solent.

Mar.n.31. *Vers. 508. Celerem circuitum faciunt.*

Hoc idem est, ac si dixisset: Calefacto per febrem sanguine, & à calore in carnis porositates attracto, excrementa ibi contenta impulsu quodam excernuntur citius, quam lege naturæ consuetum est, eorum tenuiori parte in vaporis speciem, quem spiritum vocat, insensibiliter dispersa, crassiori autem à calore attenuata, & effusa ad cutim, vndè ea excretionis species oritur, quam sudorem appellamus, & hoc modo febris ex lassitudine soluitur, idque prout plurimum die tertia euenit.

Mar.n.31. *Vers. 543. Postea longo tempore in his immoretur.*

Basiliensis textus hoc in loco legit ἐντρίψαι, idest fricari, Cornar. tamen videtur legisse ἐνδιατρίψαι, cum transtulerit immorari. Et quamuis vtraque lectio tollerari possit, Cornarij tamen Hipp. doctrinæ magis conuenit. Qui non parum referre, existimauit ab omnigenis edulijs ingestis, aut statim, aut tempore interposito euomere; hoc enim modo antequam cibi vomitu educantur, corpus interim humectatur, & reficitur, illo autem, cum cibus statim euomitur, nihil humoris corpori accedit, indèq. corpus maximè extenuatur. Vndè Hipp. libro 3. præsentis operis vers. 343. Dum calidam, & siccam ventris intemperiem corrigeret, plurimum temporis in cibis immorandum consulit, antèquam euomatur: cum paulò antè vers. 316. in refrigerante diæta, & exiccante, contrarium statuerit: dicebat enim: In cibo nè immoretur, sed quam celerrimè vomat. Præterea eandem lectionem apertè confirmant, quæ inferius Hipp. subiungit, huius curationis rationem adducens his verbis: corpus enim resiccatum, ab ingestis omnigenis edulijs id, quòd conducibile sibi ipsi est, sumit, vnaquæq. pars de singulis cibis &c. quòd quidem attractricis facultatis tantummodo est opus, hæc enim sola, quod vtile est, & amicum, trahere potest. Nam licet carnes per frictiones, & per balnea excalefactæ, à cibis, & potibus humiditatem trahant: non tamen familiare

Mar.n.20.

Mar.n.19.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 124 sur 636

©BIUM

A miliare tantum attrahunt, ſed quidquid proximius, & attractioni cedens magis. Quia ergò attractrix facultas in tempore opus ſuum perficit; meritò ab ingeſtis cibis immorandum eſſe iubet, donec venæ, & carnes repleantur in hoc caſu, in quo carnes ab immodico labore exiccatæ ſupponuntur.

De Diæta lib. III.

Verſ. 3. Quemadmodum etiam antea à me relatum eſt. Mar.n.1.

Idem aſſeruit ſuperius in priori libro verſ. 43. hoc ſermone. Si quidem enim ſuprà hæc Mar.n.3.
inuenta fuerit ciborum menſura, & laborum ad vnamquamquè naturam numerus, ità vt exceſſus, neque ſuprà, neque infrà modum fiat, inuenta ſanè exactè fuerit hominibus ſanitas.
B Nunc verò prædicta quidem omnia inuenta ſunt, qualia ſint: hoc verò inuenire impoſſibile eſt &c. Qui locus, & alia ſatis oſtendunt, hunc tertium librum eundem cum præcedentibus duobus habuiſſe auctorem. Vt ſumma admiratione digni ſint, qui in re tam euidenti contrarium aſſerere auſi ſunt.

Verſ. 22. Annum quidem in quatuor partes diuidunt, &c. Mar.n.2.

Anni diuiſionem antè oculos nobis proponit Hipp. qua mediante victus rationem vnicuiq. tempori congruam inſtituere poſſimus, ex qua doctrina non modo communem totius anni diuiſionem, in Hyemem, Ver, Aeſtatem, Autumnumq. docemur, ſed etiam vnicuiuſq. temporis in ſuas partes diſtributio innoteſcit. Dum enim victus rationis præcepta tradit, quo ſcilicet tempore diætam immutare expediat, quo anni, & menſis die vniuſcuiuſq. temporis principium, & finis contingant, fit manifeſtum, ex quibus, & Pleiadum, & Arcturi, tum exor-
C tus, tum occaſus, quo tempore Hipp. ſeculo contingerent, elicere poſſumus. Verba Hipp. Anni diuiſio
contextus clariſſima ſunt, quæ ſumariè hæc continent. Annus in quatuor diuiditur partes, videlicet in Hyemem, Ver, Aeſtatem, & Autumnum. Hyems quidē à Pleiadum occaſu incipit vſque ad æquinoctium vernum. Huic ſuccedit ver vſque ad Pleiadum exortum. Aeſtas deindè incipit vſquè ad Arcturi exortum, & Aequinoctium autumnale, quo tempore autumnus incipit vſque ad Pleaidum occaſum. Hyems rurſus quatuor habet partes, prima ab occaſu Pleiadum vſque ad ſolſtitium, & ſunt dies quadragintaquatuor, ſecunda à ſolſtitio in hoat vſque ad tempus, quo fauonius ſpirare incipit, diebus totidem conſtans. Tertia diebus quindecim abſoluitur, à Fauonij flatu ſcilicet, vſque ad Arcturi exortum. Quarta & vltima pars, vſque ad æquinoctium protrahitur, & dies trigintaduo continet. Hyemi ver ſuccedens propter eius breuitatem, & tempeſtatum æqualitatem non diuiditur, comprehenditurq. diebus
D quinquagintatribus, ab Aequinoctio ſcilicet, vt dictum eſt, vſque ad Pleiadum exortum. Aeſtas verò in duas diuiditur partes: primaque ad ſolſtitium vſque extenditur, diebuſque conſtat trigintaſex, altera à ſolſtitio ad Arcturi exortū, & æquinoctiū diebus nonagintatribus numeratur. Autumnus tandem, & ipſe indiuiſibilis in Pleiadum occaſum terminans, diebus quadragintaocto abſoluitur, & hoc pacto fit ſumma totius anni dierū 365. Hęcq. fuit vera anni diuiſio ſeculo Hipp. quam ſi ad noſtra tempora iuxtà anni Gregoriani reſtitutionē reducere volumus, ità ſe habet; Non quidem reſpectu ortus, & occaſus ſyderum noſtri temporis, quę propter motum octauæ ſpheræ longè nimis à priori tempore receſſerunt; ſed ratione habita æquinoctiorum, & ſolſtitiorum, quæ in Gregoriana anni correctione ad priora tempora ferè reducta ſunt, ſcilicet ad tempora, in quibus hæc Concilij Niceni tempore contingebant, quod ab Incarnatione Domini anno 320. celebratum eſt. Hyems igitur, quæ Hipp. ſeculo ab
E occaſu Pleiadum diebus quadragintaquatuor antè ſolſtitium incipiebat, hoc ſeculo die octaua Nouembris inciperet, nam ab eo die ad ſolſtitium, quod die vigeſimaſecunda Decembris contingit: totidem intercedunt quadragintaquatuor dies, Fauonij verò flatus in diem quartum Februarij incidiſſent. Arcturi ortus matutinus in decimanona Februarij. Aequinoctium, quod veri dat initium, vigeſimatertia Martij. Ortus Pleiadum principiū æſtatis decima Maij. Solſtitium æſtiuū in vigeſima Iunij. Arcturi exortus veſpertinus, & Aequinoctium vigeſimaprima Septembris. Hanc verò anni diuiſionem excogitarunt antiqui, vt annuas temporum mutationes ex calido in frigidum, & ex frigido in calidum ad ſtata, certaque tempora reducerent, quæ quidem firmiori nota determinari poſſe non videbantur, quam per ortus, & occaſus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 125 sur 636

©BIUM

casus quorundam spectabilium astrorum, hæc enim, & ab omnibus nationibus obseruari possunt, & singulis annis eodem die contingere existimabantur, nondum enim obseruatum erat, propter motum octauæ spheræ astrorum configurationes in idem tempus exactè non incidere, sed aliquantulum euariare, ità vt temporis diuturnitate insignis differentia conspiciatur. Certum est enim, hanc differentiam adeò creuisse, vt astrorum ortus, & occasus nostro seculo tardius viginti dierum spatio contingant, quam Hipp. ætate, & plus etiam pro ratione declinationis eorum ab Ecliptica, vt Astronomis est notum. Hanc diuersitatem cum nonnulli recentiorum non animaduerterint, anni tempora prædictorum astrorum configurationibus priscorum more dimetientes, ridiculam anni diuisionem constituerunt. Antiqua igitur anni diuisio ad nostra tempora redacta non ex ortu, & occasu syderum elicienda est; sed ex peragratione solis per Zodiacum, & eius cardines, à quibus, & solstitia, & æquinoctia constituuntur, quemadmodum à nobis expositum est, ex his enim caloris, & frigoris remissio, & intentio dependet, pro quorum vicissitudine anni tempora distinguuntur, non ab ortu, & occasu syderum; quæ si quid ad tempestatum alterationem concurrunt, id exiguum est, adeò vt accessus, & recessus Solis respectu, nihil omninò dici possit.

Mar.n.3. *Vers. 38. Et funambulationibus, ac cursibus per funem vti confert.*

Duas proponit exercitationum species hoc in loco Hipp. quarum priorem σχοινοβατίην, posteriorem κυνοδρομίην appellat, per funem accessus altera, altera caninus cursus verti potest: Interpres tamen videtur legisse σχοινοδρομίησι pro κυνοδρομίησι, cum verterit, & cursibus per funem. Quamuis Zuingerus communem retinens lectionem, caninos cursus exponat, eos, quibus venatores cum canibus vti solent, verum quia huiusmodi cursus à rectis, & curuis non differunt natura, etsi currentis finis diuersus sit, & de his facta est mentio, ideò Cornarij lectionem facilè amplector, ità vt duos exercitationis modos per funem factos intelligamus, qui etiam nostris temporibus vsurpari solent, primus enim est, quem accessum per funem vocat: quando quis funem appensam manibus vi brachiorum ascendit. Alter modus est, quem nos cursum ad funem interpretamur, vbi quis funem appensam tenens astantes eum percutere tentantes, attingere conatur: cuius gratia omnes hùc, & illùc currentes vehementer exercentur, ludi genus quod ad nos etiam peruenit. Quia igitur huiusmodi exercitationes in gymnasijs familiares eo tempore fortassè erant, ideò de his mentionem fecit Hipp. quatenus per eas corpora non mediocriter extenuantur.

Mar.n.3. *Vers. 58. Propterea igitur, neque tempus, neque labor excessum habet.*

Tempus in hyeme non habere excessum dicitur, quia, vt proximè dicebat, ob dierum breuitatem tempus, quo quis se exerceat, breue est, quo verò quiescat, longum, labor pariter eo tempore non habet excessum, quia cum ambiens frigidum sit, etiamsi quis vehementer laboret, non tamen citò incalescit, & defatigatur, quemadmodum vbi anni tempus calidum est.

Mar.n.5. *Vers. 91. At poma fortiora sunt, quam pro humana natura, &c.*

Fructus æstiuos, quos οπωρην Græci appellant, vituperat hoc in loco Hipp. non eò quod praui sint succi, aut quia facilè corrumpantur; sed quia à calore difficilè superantur, id enim significatur per illa verba, fortiores sunt, quam natura humana. Quæ quidem sententia communiter absurda censetur, quia non videtur rationabile, fructus adeò molles, & qui tam facilè elixantur, difficulter à natura superari. Cum igitur diù circa hanc difficultatem versarer, mihi videre contigit pueros quam plures eodem tempore diarrhea ex destillatione à capite correptos (fuit enim morbus eo tempore satis vulgaris) in quorũ deiectionibus nihil magis conspicuum apparebat, quam reliquiæ fructuum, qui nulla ex parte permutati erant, quo experimento permotus facilè in Hipp. deueni sententiam, tale edulium difficulter admodum concoqui in ventriculo, cuius ratio duplex afferri meo iudicio potest, altera est, fructuum substantiæ densitas; nam etsi molles sint, eorum tamen caro, cum poris careat, densa redditur, ità vt à calore non facilè penetrari possit; altera causa est, eorum friabilitas, & lentoris penuria; quæ efficit, vt quamuis diligenter masticentur, nunquam tamen adhærentem consistentiam partes inuicem accipiunt, sed semper disgregatæ permanent, ità vt calor in eas agere non possit, sed veluti dispersus euanescit, nec in ipsis imprimitur. Quæ duo vitia in fructibus respiciens Hipp. subiungit: si verò quis cum cibis edat, non delinquet, alij enim cibi cum fructibus comesti prædicta vitia non mediocriter corrigere possunt, nam & porositates, & consistentiam illis

De fructibus

impar-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 126 sur 636

A impartiuntur, quibus mediantibus calor innatus eorum ſubſtantiam peruadere: & proprias vires in eos imprimere poteſt. Perperam igitur quamplurimi medicorum fructus antè alios cibos manducari iubent, quia facile, (vt ipſi crediderunt) in ventriculo corrumpuntur, hac enim raciocinatione dupliciter peccant, primò in conſequentiæ deductione, quia ſi facilè corrumpuntur, poſt alios cibos eos aſſumere, oporteret, vt primi à ventriculo deſcendant, alibi enim, vt de Aff. ſect. 2. verſ. 122. & ratione, & Hipp. auctoritate demonſtrauimus, quæ *Mar.n.39.* primo loco aſſumuntur, ea poſtremò deſcendere. Peccant ſecundo, quia demonſtrare non poſſunt, fructus præ alijs cibis facilè in ventriculo corrumpi. imò ſi ex ijs, quæ exterius contingunt, hanc rem indagare voluerimus, totum contrarium fateri cogentur, nam longè citius, & caro, & piſces corrumpuntur, quam multa horum fructuum genera, quæ vt corruptibilia damnantur; quinimò minus noxij cenſentur, qui præ alijs citiſſimè corrumpuntur, vt ficus,
B quæ ad veſperam adſeruatæ ferè aceſcunt, & primas inter horarios fructus habere laudes nouimus. Præterea ſi vomitiones, quæ ex alimentorum corruptione contingunt, conſiderantur, cætera edulia corrupta, & guſtu, & viſu, odoreque percipiuntur, interquæ ſoli fructus incorrupti, & odore, & ſapore, coloreq. naturali apparent. Quarè Hipp. qui ſolus omnia rectè, & diligenter obſeruauit, longè diuerſam rationem adducit, cur fructus poſt alios cibos aſſumpti lædant, quam corruptionis facilitatem. Ità enim loquitur lib. de Affect. ſect. 2. ver. 279. *Mar.n.51.* Poma, & Fructus, tum mollis, tum duri corticis, propterea poſt cibum moleſtiora ſunt, & ſano, & debili; quia corpus eius, qui cibum aſſumpſit, ſolum ab ipſis humores trahit, ſi verò ieiunus quis edat, plures, quæ ſententia, quia aliquid obſcuritatis in ſe continet, ideò noſtra expoſitione eget, eam igitur adeat lector, quia, quæ eo in loco adduximus, præſenti diſputationi ſatis accommodata ſunt, quæ in ſummarium redacta de fructibus doctrinam hanc con-
C ſtituunt. Omnes malos eſſe, quia calori innato maximè reſiſtunt, minus tamen noxios fore, ſi alijs edulijs permixti, inter cibum comedantur, peſſimos autem, ſi poſtrema menſa, minoriſque tandem malitiæ eſſe, ſi antè alios cibos vſurpentur, quorum rationem ibidem inuenies.

Verſ. 143. Et ſi æſtas fuerit, impranſus degat, ſi non fuerit æſtas, parum comedat, & de cæna, quam ſumere ſolebat, dimidium detrahat. *Mar.n.8.*

Hæc videntur aduerſari omninò ijs, quæ ſupra verſ. 24. ſunt tradita: dum in hyeme ſemel tantum in die comedere conſuleret, bis verò in æſtate. An hic fortaſsè prandium detrahit in æſtate, quia repletionem, quamcitius tollere intendit, antèquam morbus indè erumpat? Nam celerius morbi à corporis repletione hoc tempore oriuntur, quam in hyeme, in quo ob aeris frigiditatem, & calidi innati firmitudinem humores, non ità facilè alte-
D rantur; quemadmodum in æſtate: ità, vt hoc tempore ſtatim tollenda ſit: paulatim verò in hyeme, id fieri poſſit? Nam eadem ratione ex oſſis fractura febrem oriri, in hyeme quidem antè 14. diem: in æſtate poſt ſeptimum adnotauit lib. de Vulner. cap. verſ. 305. *Mar.n.27.*

Verſ. 155. Secretionem iam remittit intrò, præ circuitus violentia. *Mar.n.9.*

Dum corpus repletum eſt adeò, vt ingeſtum alimentum non ſuſcipiat, tunc facultas expultrix inſurgit, & intrò expellit, quod eam aggrauat, & moleſtat, alias enim ſæpius indicatum eſt à nobis, circuitus nomine intelligere Hipp. naturalis facultatis operationes, quæ circa alimenti coctionem, diſtributionem, & excrementorum expulſionem verſantur.

Verſ. 198. Quibuſdam quidem venter concoquit cibum &c. *Mar.n.12.*

Repletionis genus, de quò hoc in loco mentionem facit Hipp. manifeſtum facit, quam longè à veritate aberrauerit Gal. in naturæ operibus indagandis, quæ circa ventriculi con-
E coctionem conſiſtunt, Lib. enim 3. de Natur. facult. cap. 7. & alijs in locis, exiſtimauit ventriculum cibos ingeſtos concoquere, vt iſdem nutriatur, quibus poſtquam ſaturatus eſt, reſiduum iam concoctum, tanquam ſibi inutile, expellere. Quandoquidem reuera cibus etiam perfectè concoctus à ventriculo nō expellitur: imò neque humores præter naturam in eo exiſtentes: niſi poſtquam vehementem, naturæq. infeſtam qualitatem acquiſiere, aut ea copia peccant, vt natura indè maximè irritetur, quo caſu naturæ motus ſit manifeſtus, ſiuè per ſuperiora mediante vomitu ea expellat; ſiuè per inferiora diarrhea excitata detrudantur: Ventriculus enim ea natura confectus eſt, vt non facilè ab occurrentibus lædatur, quemadmodum cæteræ partes, idque à ſummo opificè factum eſt: quia cum omnigenum,

& di-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 127 sur 636

& diuersorum futurum esset receptaculum, si sensu exacto præditus fuisset, plurimos cibos assumptos repellere cum animantis incommodo, fuisset coactus. Quia igitur non facilè alteratur, & irritatur, ideò cibos iam concoctos, etsi saturatus, non expellit, sed ipsis gaudens velut promptuarium quoddam retinet, vt indè perpetuus fomes calori innato subministrari possit. Trahit ergò totum corpus alimentum à ventriculo non expellitur ab eo. Quam quidem veritatem cum dissimulare non potuerit idem Gal. lib. 4. de vsu part. venas, quæ sursum à portis ferunt ex ventriculo, & intestinis nutrimentum, attrahere confessus est, cuius inconstantiæ causa censenda est affectus vehementia, qua aduersus Asclepiadem disputans, vniuersales membrorum actiones, & communi vsui inseruientes cum vniuscuiusque propria confundit. Dum enim cap. 6. citati de Nat. facult. demonstrat, omnibus particulis insitam esse facultatem attrahendi familiare, illudque retinendi, & concoquendi, expellendique, quod alienum est: vera proponit, cæterum hæ facultates non eodem modo operantur in particulis, dum communi vsui inseruiunt, ac quando sibi ipsis tantummodo prospiciunt, nam v.g. ventriculus, vt pars simplex corporis, quæ continua nutritione eget, prædictis quatuor facultatibus ità vtitur, vt nullo tempore ab operatione cessent, attrahendo nutrimentum, retinendo, concoquendo, & expellendo, quamuis motus isti sensum penitus lateant, vt quod continuò à calore dissipatur restaurari queat: eodem modo, quo lucernæ accensum ellychnium oleum continuò attrahit, retinet, comburitq. & indè genitas fuligines expellit. Si verò vt instrumentum coctionis alimenti toti corpori inseruiens consideretur, diuerso modò ijsdem facultatibus vtitur: quæ sicuti euidentius propria munia exercent, ità eas semper operari, non est necesse, sed tantummodo quando exigit necessitas. Nam expultrix, tantum modò necessaria est, quando in ventriculo existunt ea, quæ coctionem insigniter alterare, aut quouis modò corpus lædere possunt, quod rarò contingit, tunc enim excitatur facultas ad ea expellenda, vndè & vomitiones spontaneæ, aluique fluxiones succedunt, quas quotidie homines incurrunt, alioqui enim expultrix facultas ventriculi ociatur: quandoquidem chylus, etiam perfectè concoctus non est naturæ adeò molestus, vt expellere cogatur, igitur eum retinet; quòusq. corporis partes alimento indigæ illum attrahant: quæ quidem attractio, dum nõ fit aut imperfectè, illud repletionis genus oritur, de quo Hipp. hoc in loco verba facit. Nam (vt ipse ait) venter quidem concoquit cibum, carnes verò non suscipiunt. Alimentumq. intus manens flatum inducit: & cætera, quæ in textu verbis satis manifestis referuntur. Hanc repletionem nostris temporibus homines frequenter incurrunt, propter ociosam vitam, quam antiquorum respectu nos ducimus, vulgusque ventriculi eruditatem appellat, etiam si nullum adsit in eo vitium, cuius rei illud euidens argumentum est, quia taliter affecti melius habent, si exerceantur, quam si multum dormiant, eò quod vitium est in distributione, quæ per exercitationes corroboratur; non in concoctione, quæ somno potius eget, quam labore, & hoc adnotare volui, quia medicorum pleriq. in huiusmodi affectibus ventriculo remedia adhibentes, intentum finem nunquam assequuntur, sed illum importunis frequentibusq. remedijs lacessentes ex simplici morbo duplicem faciunt.

Mar. n. 14. *Vers. 229. Et plus est, quod de carne colliquatur, præ labore quam quod expurgatur præ circuitu.*

Exercitationes duo præstare maximè solent, humiditatem enim ex corpore detrahunt, & naturalem excrementorum expulsionem adiuuant, primum efficiunt exercitationes magnæ, & viribus corporis vehementer innitentibus, secundum verò præstant celeres, & non violentæ. Admonet ergò Hipp. hoc repletionis genus, de quò in textu, homines incurrere propter exercitationes magnas, & violenter factas, à quibus maxima fit colliquatio carnis, & humidi substantifici dissipatio, minimum verò excrementi vitiosi excernitur, quod in corpore permanens succos bonos alterat, & corrumpit: vndè mala consequitur nutritio, quam cutis color vitiosus indicat, & acidi ructus, quia cum cutis decolor ab alijs etiam causis fieri soleat, hæ à præsenti distinguuntur acido ructu. His cognitis iam patet, præsenti malo oportunam Hipp. curationem præscribere, primo per humoris noxij expurgationem, quæ celeriter fit potato helleboro, tutius verò per vomitiones, de quibus in textu; secundo per exercitationes paucas quidem, veruntamen velociores; vt excrementorum naturalis ex-

purgatio

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 128 sur 636

©BIUM

A purgatio perficiatur, contextus verba, & eorum ſenſus ſunt manifeſta, vt maiori explicatione non egeant.

Verſ. 286. Seceſſus non putrefactus per aluum abit. Mar.n.18.

Quamuis hæc vox ἀσπλον, quæ non putrefactum propriè ſignificat, aliquando pro inconcocto, & crudo vſurpari ſoleat, Galeno adnotante ſect. 2. aph. 1. hoc tamen loco in propria ſignificatione accipienda eſt, putrefactionem enim ciborum intelligit Hipp. quam corruptionem vulgari ſermone appellare ſolemus, & hanc peculiariter excreta indicant, de quibus Hipp. in textu. Quapropter alui excretiones vltrà modum fluentes vitio ventriculi, ſunt in triplici differentia, nam aut excernuntur putrefacta, aut cruda, aut inter vtraque media. Putrefacta rurſus deijciuntur, vel quia cibi poſtquam perfectam coctionem in ventriculo ſunt conſecuti, non diſtribuuntur, vt decet: ſed ibi diutius permanentes calorem primo concipiunt excedentem, indè verò putreſcunt, cuius putredinis vigore acriores effecti non modo facultatem irritant ad expulſionem, ſed inteſtina in tranſitu exulcerando dyſenteriam inducunt, & de hac affectione pertractauit Hipp. ſuperius ver. 198. ibi: Quibuſdam venter quidem concoquit cibum, carnes verò non ſuſcipiunt &c. Excernuntur ſecundo loco putrefacta, quando ob calidam, & humidam ventriculi intemperiem cibi loco coctionis, putredinem acquirunt, & de affectione hac tractatur inferius ver. 299. vbi hæc habentur. ſunt etiam, quibus ſeceſſus liquidus, & putrefactus per aluum abit &c. Alter ſeceſſuum differentia eſt, per quam cruda deijciuntur, ſitque quando excretiones non modo liquidæ ſunt, ſed etiam in ipſis ciborum inconcoctorum reliquiæ apparent. Et de hac pertractauit paulò ſuperius ver. 269. vbi incipit. Quidam etiam talia perpetiuntur, ſecedit ipſis cibus per aluum liquidus, inconcoctus, velut ex lienteria, & dolorem nullum exhibet, & quæ ſequuntur, hancque deiectionum ſpeciem deſcribens lib. de ſalub. Diæta inquit, & recrementa ciborum ſpeciem referentia, ac cruda habet. Cauſam verò præfatæ affectionis reducit Hipp. in frigidam, & humidam ventriculi intemperiem: quatenus propter frigiditatem cibi non concoquuntur, propter humiditatem verò ſecedunt. Tertiò tandem loco ſeceſſus copioſi contingunt, non putrefactorum, nec crudorum, ſed in quadam diſpoſitione inter hæc media, quam non putrefactorum deiectionem vocat, eiuſque cauſam in frigidam, ſiccamq. ventriculi intemperiem reijcit, & de hac in præſenti textu agitur, per hancq. corpus extenuari ait, quia cibis ingeſtis non fruitur. Non fruitur autem, quia cum coctionem non acquirant conuenientem, à particulis ipſis non attrahuntur; vndè in ventre conculcati, neceſſe eſt, vt tandem deſcendant, copioſaq. excretio contingat, quia eorum paucum in corporis nutritionem abſumptum ſit, ex quo differentia patet inter hanc, & præcedentem affectionem, in illa enim propter humiditatem cibi citò deſcendunt, in hac verò ob ſiccitatem poſt longum tempus excernuntur, & quia diù morantur in ventre, ideò euenit, vt etiam ſi non perfectè concoquantur, alterentur tamen adeò, vt ciborum reliquiæ in deiectionibus non appareant, velut in præcedentibus. Non putreſcunt verò in hac affectione, etiam ſi diutius retineantur ob frigiditatem, & ſiccitatem, quæ putredini penitus aduerſatur. Vt verò præſens doctrina, aliquid vtilitatis in praxi afferat, prædictarum affectionum peculiaria ſigna adnotanda ſunt. Signa igitur prioris affectionis, in qua putrefacta deijciuntur, ſunt hæc. Aluus perpetuò liquida eſt, excretaq. varias humorum ſpecies referunt, vndè hunc morbum diarrhœam vocari, ait Hipp. his ſignis excretionum fœtor accedit putredinis ſoboles, qui in alijs non ſentitur, aut omninò exiguus, in excretioneq. dolor adeſt propter mordacitatem, quam in tranſitu humores inducunt, quæ tanta eſt, vt ad inteſtinorum exulcerationem, & dyſenteriam morbus ſæpe deueniat. In ſecunda affectione deiectiones ſunt liquidæ velut in priori: non tamen humorum ſpeciem referunt, ſed potius ingeſtorum, quorum partes impermutatæ in deiectionibus manifeſtè conſpiciuntur, excernuntur pariter ſine dolore, vt non multo poſtquam ingeſta ſunt. In poſtrema tandem deiectiones copioſæ ſunt quidem, non tamen adeò liquidæ, velut in præcedentibus: nullumq. habent fœtorem, aut quàm minimum: quemadmodum etiam in præcedenti: à qua in eo etiam diſtinguitur, quia poſt longum tempus, ex quo ingeſta ſunt deijciuntur, ciborumque nullum apparet veſtigium, & ſine dolore eorum fit excretio.

B C D E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 129 sur 636

A

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Hunc librum de Insomnijs doctissimis cōmētarijs illustrauit Iulius Cæsar Scaliger, quibus si quæ in suis tabulis adnotauit Zuingerus, associentur, quid in eo dubitandum sit, exiguum erit, vt mirum non sit, si nos sicco (vt dicunt pede) hoc opus pertransiuerimus.

Mar. n. 3.

Vers. 31. Repletione enim aliqua intus, facta segregatio quædam contigit, quæ animam perturbauit.

Reddit rationem Hipp. propter quam excessus repletionis, de qua proximè est locutus, per insomnium cognoscatur, & inquit id euenire, quia repletione intus facta, humorum sequitur disgregatio, dum qui cæteris præstat, ab alijs separatur. Huiusmodi autem segregatione facta, antequam morbus aliquis constituatur, anima perturbatur: cuius perturbationis indicium in somnis præbet. Certum est enim hoc in loco, quemadmodum pluries in toto opere vocem ἀπόκρισιν, non excretionem à corpore significare, sed dissolutionem illius mixtionis, per quam omnes humores simul vnicam substantiam instituere videntur, qua disgregatione facta non longè post morbus conspicuus fit. Scimus enim inter causas morborum vniuersales, humorum disgregationem adnumerari, vt lib. de Nat. hum. nos docuit Hipp.

B

Mar. n. 9.

Vers. 100. Huic confert cursibus circularibus velocibus vti, &c.

Cursus licet inter exercitationes effatu dignas enumerari possint, non tamen corpus adeò extenuant: quemadmodum cæteræ exercitationes, quæ violentia, & maximo conatu fiunt, per has enim carnes colliquescunt, & exhauriuntur: quæ cursibus diffusæ & excalefactæ humiditatibus vice versa replentur, licet modo plus, modo minus pro varietate, & diuersitate cursuum. Namquè recti, vel etiam curui, vt 2. de Diæta vers. 456. adnotauimus, omnium maximè replent carnes, minimum verò euacuant, circulares verò inter cursus maximè euacuant, ob rationem ibi assignatā: non tamen corpus exhauriunt omninò: vt meritò in præsenti casu probentur, in quo excrementa excerni necesse est, colliquationē tamen euitare oportet.

C

Mar. n. 14.

Vers. 136. Terram, aut domum moueri videre, sano quidem, &c.

Quia terram moueri in somnis videre mutationē à statu præsenti significat, ideò sano ægritudinem, laboranti verò sanitatem portendit; quo stante sanus dietam consuetam permutare debet, vt hac mutatione mediante corpus in statum præsenti contrarium, & qui morbosum continet apparatum, transmutetur, idque important verba illa ἀπὸ γὰρ τῆς ὑπαρχούσης κινέεται ἅπαν τὸ σῶμα, hoc est, à præsenti enim statu transmutatur totum corpus, sed cur totum corpus? quia ex hoc insomnio non indicatur, quæ pars corpori imminentem affectionem passura sit, quemadmodum in suprædictorum quamplurimis, quarè vt imminenti morbo occurramus tutò, vniuersum corpus à præsenti statu remouere oportet, iuxtà modum in textu propositū. Iubet enim, vt primum patiens vomat, per vomitum enim licet partes superiores immediatè euacuentur. Vndè Hipp. in morborum præsentium curatione superiores partes infestantium per superiora euacuationem perpetuò obseruabit, per inferiora verò cum partes inferiores afficiuntur: iuxtà illud aphoristicum: Dolores suprà septum transuersum, qui purgatione egent, &c. nihilominus ad totum corpus euacuandum aptior via est vomitus, quam alui deiectio: eò quod, vt dicebat idem Hipp. lib. 1. de Diæta, ventriculus omnibus dat, & ab omnibus accipit, & ideò in cuiuslibet partis imminenti morbo præseruationis gratia vomitionibus semper vsus est Hipp. quod certè consideratione dignum est, nunquam verò purgatione per inferiora. Ad totius igitur purgationem primo vomitum facit, deindè corpore paulatim refecto vomitum repetit, & hoc pacto totum corpus à præsenti statu transmutatur. Qui verò ægrotat, eòquod mutationem in meliorem statum expectat, ideò diætam immutare nullo modo debet, sed expectare mutationem per insomnium præuisam, à morboso statu in sanum.

D

E

Mar. n. 15.

Vers. 149. Ptissanæ succo decocto.

Succum coctum ptissanæ dixit ad differentiam ipsius, qui contusione paratur, ex quo docemur, duplici modo Hipp. ptissanam parare consueuisse, primo quidem mediante longa elixatione in aqua, quòusque in cremorem sorbitioni aptum verteretur, & hanc ptissanam co-

ctam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 130 sur 636

A ctam appellauit. Altero autem hordeum crudũ in tenuem pollinẽ reducendo: indè verò aquæ ſufficienti affuſa, mediãte breuiori elixatione, in ſorbitionẽ reducebat, & hæc ptiſſana contuſa appellari poteſt. Qui quidẽ modi ſicuti diuerſi ſunt inter ſe, ita ptiſſanas facultate inter ſe diuerſas conſtituunt, quæ etiam diuerſos habere debent vſus, quæ enim decoctione paratur, per longam elixationem aquæ facultatem magis recipit: vndè nutrit minus, refrigeratque magis, atque humectat: & ideò hæc præſtat in morbis acutis, & vbi maior intentio adeſt refrigerandi, vt euenit in præſenti caſu, eſt etiam lubrica magis, & ideò præfertur in ijs morbis, in quibus humores fluidos eſſe oportet. Quæ verò contuſione conficitur, tunc præferenda venit, quando neceſſitas refrigerandi vrget, & humorum acrimoniam contemperandi, non tamen expedit humectare, & laxare corpus, ſed exiccare leuiter, & humorum motum compeſcere, & ideò nos ea vſi ſumus frequenter in catarrho tenui, & in omnibus fluxionibus à
B materia acri dependentibus, & fœliciſſimo ſucceſſu. Vndè conſtat, Galenum iniuſtè damnaſſe ptiſſanam contuſione paratam, & præter Hipp. conſilium, ab arte, tum medica, tum coquinaria penitus reijciendam exiſtimaſſe 1. Alim. 9.

De Alimento.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Hunc librum adeò concisè ſcripſit Hipp. vt quamuis Gal. commentarijs eum explanare tentauerit, & poſt eum Franciſcus Valeſius viri doctiſſimus, adhuc tamen ſalebroſus remanet, & latebris plenus, ità vt nobis quoque in eum inſudandi relictus fuerit locus. Quid verò noſtri præſtiterint conatus, videbunt lectores.

C *Verſ. 3. In his formæ, ac quantitas adeſt ad quædam, & ad tot.* Mar. n. 1.

Nomine alimenti cibus, & potus ſignificatur: quandoquidem his quotidie in alimentum vtimur, & ideò hoc tanquam genus in ſpecies, diuidens Hipp. illum ſiccum alimentum, hoc humidum appellat, & quamuis alimentum quatenus tale nullo modo corpus alterare deberet: id enim peculiare eſt medicamenti, pauca tamen ſunt, à quibus corpus aliqua ex parte non alteretur, quæ reſpiciens Hipp. nomine alimenti non ſimplex intelligit, & quod ſolummodo pati contingit, ſed quo communiter homines vtuntur, quodque plurimum quidem pati, aliqua tamen ex parte agere in corpus, aptum exiſtit, reſpectu igitur facultatis, per quam agit hoc in loco Hipp. conſiderat in alimento, & ſpeciem, ſeu ideam, ſecundum quam vnum ab altero differt, & quantitatem, pro cuius diuerſitate diuerſi etiam effectus contingunt, quæ
D duo vt ſignificaret dixit: & ad quædam nempè vtile eſt, quæ ſcilicet ad facultatem ipſius alimenti ſpectant, & ad tot, ſiuè potius ad tanta, vox enim τοσαυτος, qua Hipp. vtitur, tã continuę, quam diſcretæ quantitati accõmodatur, & per hanc exprimit actionis magnitudinẽ, vt exempli gratia. Ptiſſana ratione propriæ formæ ad quædam vtilis eſt, quia & nutrit, & lenit, refrigeratq. reſpectu verò magnitudinis, prædictos effectus operatur, vel debiliter, vel efficaciter.

Verſ. 4. Auget aut. m, & corroborat, & incarnat, & aſſimilat, &c. Mar. n. 1.

Enumerare incipit alimentorum virtutes, quæ à propria forma dependent. Nam hi omnes ſunt effectus, qui ſimpliciter ab alimento contingunt, non fœtui in vtero exiſtenti tantummodo: ſed etiam poſtquam ab vtero egreſſus eſt, quis enim negare audebit corpora extrà vterum ex alimento augumentum ſuſcipere, dummodo augumenti ſint capacia? corroborat etiam, quod vnuſquiſq. in ſe ipſo experitur, quum ex inedia, aut ſimili cauſa debilitatus, aſ-
E ſumpto alimento, ſtatim corroboratur. Incarnat etiam, quando vlcera carne replentur; cum eadem ſit materia, quæ carnem deperditam reparat, & quæ eandem conſeruat, & nutrit, vndè Hipp. ea, quæ vlceribus aduenium, ad cibos referens lib. de locis in Hom. ſect. 2. verſ. Mar. n. 47. 180. ità habet. Renutrita enim à cibis caro propulſat eam, quæ à medicamento putrefacta eſt, & ſimul cum natura debellat. Aſſimilat etiam, hoc eſt ſimilem conſeruat naturam in parte, quam nutrit, non in figura tantum, ſed etiam iuxtà colorem, mollitiem, aliaque huius generis, idque præſtat alimentum, quod eſt ſimpliciſſimum, & medicæ facultatis habet minimum, ità, vt à calore inſito partis nutritæ vincatur, & ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum quantitatem, quod etiam Gal. lib. 3. de temper. cap. 4. teſtatur, id enim important illa verba

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 131 sur 636

©BIUM

contextus: quando id, quod superingeritur, alimentum scilicet, superatur, id verò, quod prius A
inest (hoc est affectiones, & qualitates partis nutritæ) superat ipsum. Alimentum tandem
dissimilia facit: hoc est corpus à proprio statu remouet, idque præstat virtute medicinalis fa-
cultatis, quam in se continet, quam quidem facultatem designauit Hipp. illis verbis. Iuxtà
vniuscuiusq. naturam, & facultatem, quæ ab initio adest, quæ postrema verba dicta sunt, vt
excluderentur actuales qualitates v. g. quando alimentum facultate refrigerans actu calidum
exhibetur, quia id non calefacit, sed refrigerat iuxtà facultatem, quam ab initio habuit, hoc
est, antequam calefieret. Huius ergo naturæ alimenta secundum substantiam à calore innato
superantur, secundum qualitates verò non omninò, quando ab his corpus alterari contin-
git. Hanc doctrinam à præceptore mutuatam Gal. 3. de temperam. citato capite inseruit,
eamque vt propriam exornauit, & illustrauit.

Mar. n. 1. *Vers.* 8. *Exile autem fit.* B

Hæc est alia alimenti facultas, propter quam ipsum alimentum aliquando citius consumi-
tur, aliquando serius, iuxtà quam dicimus, alimentum aliud esse forte, quia eius actio diutius
perdurat, vt nouo alimento corpus tam citò non egeat, aliud debile, & quod citò dissipatur:
vndè frequentiori restauratione opus est, hancq. facultatem significauit illis verbis, exile autem fit.

Mar. n. 1. *Vers.* 10. *Destruit autem vtrumque in tempore, &c.*

Postremam alimenti potestatem recenset, per quam alimentum aliquod extenuans di-
citur, eo quod assumptum breui tempore destruit vtrunque, alimentum nempè, quod
per singulas cibationes superingestum est, & quod iam antè solidis partibus appositum est,
extenuantia enim assumpta non alimentum modo ex ipsis cibis aduenientes dissoluunt, ità vt
quam minimum nutriant, sed suum etiam solidis partibus appositum absumunt, vt mirum
non sit, si corpora ab illis extenuentur. Huiusmodi edulia ergò citò destruere dicuntur, si- C
cuti his contraria post tempus, ideſt, tardius, idque efficiunt, non equidem eò quod verè
extenuent, verum quia corpus per abstinentiam alimenti extenuatur, idque serius euenit ijs,
qui extenuantibus contraria alimenta assumunt, quam qui extenuantibus vtuntur.

Mar. n. 1. *Vers.* 12. *Et propriam quidem formam producit, priorē verò aliquando, & priores destruit.*

Vnum notat pulcherrimum circa naturam extenuantium. Nam propriam formam, ideſt,
facultatem extenuantem, & substantiæ tenuitatem cæteris communicant perpetuò, non
tamen quæ extenuantem suscipiunt qualitatem, semper propriam amittunt, quod quidem
verissimum est. Si quis enim cum alimento calefaciente extenuans quidpiam assumat, v. g.
acetum; alimentum illud cum aceto assumptum tenuium partium fit quidem, verùm propriā
facultate non necessario priuatur, ità vt cum calidum sit, frigidum euadat, id enim aliquando
euenit, aliquando non, & hoc modo attenuans semper propriam formam producit, quia sem- D
per extenuat, priorem verò quam alimentum habebat, antèquam extenuans redderetur, ali-
quando destruit, non tamen necessario & semper. Verùm cur addidit Hipp. & priores? Quia
alimenta non vnica facultate (hanc ideam vocat Hipp.) constant, sed pluribus: vndè aliquan-
do vna idea tantum immutatur: aliquando plures, vt gratia exempli. Acetum melli admix-
tum facultatem incidentem melli impartitur: non tamen abstergentem, & calefacientem vir-
tutem mellis destruit. Idemque acetum farri, aut alicæ in pauca quantitate permixtum, non
solum incidentem facultatē illis tribuit, sed etiam eorum facultates destruit, & si non omnes,
nam licet virtutem eorum incrassantem tollat, humectantem tamen auferre non potest, sicque
formam earum destruere dicitur, non formas: quod tunc eueniret, quando in ea quantitate
apponeretur, vt & refrigerantem, & exiccantem virtutem imprimendo, in naturam penitus
contrariam transmutarent, & hæc dicta sint gratia exempli ad clariorem doctrinam eorum, E
quæ ab Hipp. proponuntur.

Mar. n. 5. *Vers.* 58. *Labores totius, & partis, & magnitudinis signa, &c.*

Morborum diuisionem proposuit superius, signaq. vndè eorum magnitudo, aut paruitas
discernatur, proposuit nobis. Nunc verò præfatas morborum differentias bimembri diuisione
comprehendens, inquit, labores, ideſt morbos, esse & totius, & partis, quorum signa exponēs,
quibus, &c. magnitudo, & paruitas morborum dignoscatur; in quadam relatione consistere
nos admonet, ita vt illud signum magni morbi inditium esse dicatur, quod minori compa-
ratum, est magnum, & è contrà minus signum dicitur maioris respectu, ex quo sequitur

nullum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 132 sur 636

A nullum ſignum ſimpliciter ex ſe magni eſſe, aut parui morbi ſignum, quia ſignum quodlibet non mutata magnitudine, aliquando magni morbi erit ſignum, aliquando parui, id enim ſignificant verba illa. Et ab vtriſque ad maius, & ab vtriſque ad minus, v.g. ſpirandi difficultas leuis, ſignum eſt pleuritidis paruæ; in febre autem, etiam ſi exigua ſit, magnam tamen febrem indicat, quia in febre nulla adeſt ſpirandi difficultas, niſi magna ſit: ſecus autem in pleuritide, quæ neceſſariò ſpirandi difficultatem adiunctam habet.

Verſ. 63. Raritas corporis ad perſpirationem, quibus amplius, &c. Mar.n.6.

Si corpora rariora mediante perſpiratione ſemper diſſipantur magis, è contra denſiora minus, fruſtrà appoſita eſt particula illa, quibus amplius aufertur, & altera, quibus minus aufertur, cum igitur ſuperfluis nunquam vtatur Hipp. dicendum eſt, non abſque ratione appoſita eſſe. Rariora enim corpora non ſemper plurimum diſſipantur, quandoquidem ad diſſipationem

B corporum non ſufficit ſola raritas, cum internus calor & ipſe concurrat, ſine quo non fit diſſipatio, aut quam minima, & ideò muliebre corpus, quod virili comparatum, rarius eſſe ſtatutum eſt à præceptore lib. 1. Morb. Mul. à principio, minus diſſipatur, quam virile, quia frigidius eſt natura. Iure meritò igitur Hipp. appoſuit conditionem illam, quibus amplius aufertur, & aliam, quibus minus aufertur. Quicunque igitur ob corporis raritatem plurimum tranſpirationis habent, hi ſaniores ſunt; eò quod excrementa non retinentur, à quibus morbi pro maiori parte oriri conſueuerunt, contrà verò, qui ob corporis denſitatem minimum tranſpirant, hi morbis ſunt magis diſpoſiti: ob cauſam prædictæ contrariam. Scio hos à cauſis externis minus lædi, illos verò ab internis, verùm quia frequentius ab internis cauſis ægrotamus, verum eſt dicere: qui plus tranſpirant, ſaniores eſſe, quam qui minus. Reliqua in textu enarrata, ſicuti manifeſta ſunt, ita & vera, & rationabilia. Concluditq. tandem, hæc non

C modo in toto corpore verificari, ſed etiam in qualibet eius particula.

Verſ. 68. Pulmo contrarium corpori, & Mar.n.6.

Siuè per alimentum hoc in loco intelligas aërem, quem inſpirando atrahimus pulmone mediante, vt exponit Valeſius, ſiuè tenuiſſimum ſanguinem, & ſpirituoſum, vt voluit Galen. vtroq. modo Hipp. ſententia vera eſt, quamuis Gal. ſententiam præferrem ſemper, cum non ſit peculiare pulmonum aërem attrahere, & eodem frui, quando totum corpus aere fruitur mediante tranſpiratione, quæ fit per cutim, imò cerebrum ipſum aërem per nares trahit adſe, eoque non ſolum fruitur, ſed etiam haud minus, quam pulmo ad totum corpus tranſmittit, vt ipsè teſtatur Hipp. lib. de Morb. ſac. verſ. 328.

Verſ. 70. Verum antiquius, & primordiale alimentum per abdomen vmbilicus. Mar.n.7.

Dum hoc in loco aſſerit Hipp. antiquius, & primarium alimentum per abdomen, & vm-

D bilicum in fœtus nutritionem procedere; non ideò excluditur illud, quo idem ſugendo ore ſub forma lactis in vtero fruitur, id atteſtante, & confirmante Hipp. multis in locis, potiſſimum verò libro de Carnibus verſ. 80. In cuius loci explicatione Præceptoris ſententiam, quam Mar.n.8. pleriquè abſurdam cenſent veriſſimam eſſe, & ratione, & particulari obſeruatione demonſtrauimus, conceditur enim fœtum in vtero exiſtentem primum, & præcipuum alimentum per vmbilicum recipere, quia facta conceptione ſtatim maternum ſanguinem ad ſe trahit embrio, eoque fruitur; lacte autem non prius fruitur, quam moueri incipiat; quod ante tertium menſem non euenit, eodem met atteſtante Hipp. lib. de Nat. Pueri verſ. 242. Vndè ſumma cum ratione primum alimentum per vmbilicum procedere dicimus, ſecundarium verò per os, cuius principium in maſculis fit tertio menſe: in fœmellis verò quarto pro maiori parte, & hæc adnotare volui propter eos, qui contradictiones in Hipp. doctrina adnotare

E profitentur, ſummam indè gloriam comparare exiſtimantes.

Verſ. 99. Oſſium alimentum ex confractione, &c. Mar.n.11.

Zuingerus Gal. præmonſtrante obſcuritatem Aedipo dignam (vt Valeſio viſum eſt) huic ſententiæ ademit, indicans, Hipp. intentionem eſſe, demonſtrare ex oſſium confractione eorum alimentum commenſurari poſſe, quia cum eorum conſolidatio ab alimento contingat, quæ citius coaleſcunt, eadem alimento frui vberiore; eſt rationabile, quæ quidem alimenti quantitas, proportione, & menſura quadam procedit iuxtà tempus, in quo ſingula oſſa coaleſcere obſeruatum eſt. Naſus enim in decem diebus, coſtæ, maxilla, & clauicula viginti, & ſic de ſingulis in textu recenſitis, quæ omnia adamuſſim reſpondent ijs, quæ lib. de Fracturis

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 133 sur 636

©BIUM

sunt determinata, ex his autem colligitur, partes nostri corporis non æquale omnes virium robur habere, sed alias vehementius, alias debilius alimentum attrahere; quod aliundè quam à robore virium euenire non potest. A

Mar.n.11. *Vers.104. Et in humidis, & in siccis detrahit, & apponit idem.*

Hanc sententiam cum superiori annectendam censeo, ità vt doceat Hipp. alimenti quantitate detracta corpus extenuari posse, eademque aucta repleri: etiamsi alimenti facultas ex sui natura talis non sit, vt extenuans, aut incrassans dici debeat. Quamuis enim alimentum facultate extenuans, corpus extenuare aptum sit, etiamsi in magna quantitate, & ad satietatem quis eo vtatur. Sunt tamen quidam, qui ob facultatis naturalis robur, & propter peculiarem temperamenti dispositionem, ex vsu extenuantium cibariorum, & quæ minimum nutrimenti præstant, incrassantur: dummodo ijs ad satietatem vtantur. Hoc igitur pacto moles alimenti melior dicitur ad reficiendum, quam potentia, quod, & in humidis, & in siccis verificatur, quandoquidem vnum, & idem alimentum detrahit, si in pauca quantitate, apponit autem, si in maiori assumatur, & vni quidem detrahit idem alimentum, alteri autem apponit, idque propter temperamenti diuersitatem contingit. B

De humidorum, seu liquidorum vsu.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

In hoc doctissimo de humidorum vsu inscripto libro, quem ab Hipp. bibliotheca segregare, & perennis doctrinæ modus, dicendi stylus non permittit, tractat Hipp. de simplicium liquidorum facultatibus, quibus ars medica exterius admotis vti maximè solet. Eaque ad quatuor capita reducit, quandoquidem hæc sunt, aut aqua potabilis, aut aqua salsa, siuè marina, aut acetum, aut denique vinum; hæc quippè quam sæpissimè in vsum medicum venire consueuerunt. De his igitur agit Hipp. tam solida, & perfecta methodo, vt non possim satis mirari Zuingerum methodicæ doctrinæ professorē, qui hunc librum inter ἀμεθοδοῦς & ὑπομνημονευματικὸς reponendum censuit, cuius opinio quantum veritati accedat summa totius tractationis indicabit, quæ est hæc. In principio igitur operis tractationem aquæ exorditur, cuius quidem natura duplex est, vel enim dulcis est, quam ipse potabilem vocat, vel salsa, quæ etsi à natura talis producatur, & in mari, & in fontibus quibusdam; arte tamen confici potest, sale in aqua dulci liquefacto. Hancque salsuginosam dicit, illam mare appellat. Primo igitur aquæ potabilis vsum in communi demonstrat, eiusdemq. vtilitates generales enumerat à versiculo secundo ad quartum, indè verò vsque ad vers. 14. eiusdem aquæ actu calidæ admotæ exterius facultates, & lædentes, & iuuantes speciatim magis tradit; monetque subsequenter, quomodo in huius tum calidæ, tum frigidæ vsu excessus vitare oporteat, vsque ad vers. 27. expressisq. facultatibus, quas aqua potabilis obtinet, eius vsu moderato existente, non actualis caliditatis, aut frigiditatis ratione tantummodo; sed ratione etiam temporis, quo admouetur, & admota manet: ad noxas se conuertit, quas vtraquè & calida scilicet, & frigida inferre solet ijs, qui immodicè ea vtuntur, & qua ratione, tum calor, tum frigiditas ab ægrotante iudicentur, demonstrat ad vers. 34. Et quia sunt aliquæ corporis partes, quæ calida magis à natura gaudent, & à frigida læduntur, quæ nam sint hæ partes docet ad vers. 73. Sicque communi tractatione de aqua potabili absoluta, aquæ & salsæ, & marinæ simul doctrinam prosequitur. Quibusque affectibus hæc prosit, & quibus noceat, distinctè exponit vsque ad vers. 79. Eundem postea doctrinæ modum prosequitur in aceti viribus exponendis, cuius vires generales primum docet, indè verò ad particulares eiusdem facultates descendit ad vers. 88. Absoluta verò aceti tractatione de vinorum exteriori vsu disserit, eadem methodo vtens, qua in præcedentibus vsus est ad vers. 91. Et quoniam lanarum, & foliorum varijs liquoribus, & maximè præfatis madefactorum vsus tunc frequens erat, quia hæc, vt quid liquidum operantur, ad præsentem doctrinam eadem spectare ipsi visum est, ideoque qualis eorum vsus esse debeat exponit à vers. 91. ad 97. Absoluta verò vniuersali liquidorum vsus tractatione, perfectioris doctrinæ gratia particulares quosdam morbos recenset, quibus calida, quibusque frigida, & quibus vtraque, tum calida, tum frigida occurrere solet, & tandem totam orationem concludit. Hoc modo (inquiens) vtendum est liquidorum perfusionibus, inutilium illitionibus, foliorum impositionibus, aut linteorum cataplasmatis, quæcunq. aut C D E

frigi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 134 sur 636

©BIUM

A frigiditate, aut caliditate, aut proſunt, aut nocent. Hæc enim omnia ſub iiſdem præceptis comprehenduntur. An verò huiuſmodi doctrina inordinata ſit, interciſa, & velut aphoriſticè, recordationis tantummodo gratia conſcripta, lectoribus iudicandum relinquo.

Verſ. 5. Aliter verò nulli commodat, aut detrimento eſt potata. Mar. n. 1.

Perperam hoc in loco vocem ποτὸν potata vertit interpres, quam potabilis alibi pluries tranſtulit in hoc eodem libro. Nam præterquam quod non videtur conueniens hoc loco de aquæ potatæ viribus pertractare, vbi vſum tantummodo eorum, quæ exterius admouentur, docere profitetur; falſum eſt aquam dulcem in potu nihil aliud vtilitatis, aut incommodi afferre, quam humectando, frigefaciendo, & calefaciendo; quandoquidem aliæ quam plures ſunt, tum noxæ, tum vtilitates, quas aqua producit potata: vt omnibus eſt notum. Quarè præfatam vocem interpretantes potabilis, ſenſus erit, aquam potabilem exterius adminiſtratam, nulli prodeſſe, aut detrimento eſſe, niſi quatenus aut frigefacit, aut calefacit, aut

B humectat.

Verſ. 18. Malefactio itaque, & humectatio, debile quid eſt: frigefactio verò, & calefactio, forte, velut ex Sole &c. Mar. n. 2.

Dixerat à principio, aquam potabilem tria præſtare, quia, aut madefacit, aut frigefacit, modo exponit, quali frigiditate, aut caliditate ea vti expediat, pro tribus effectibus dictis producendis. Qua in re illud tanquam fundamentum proponit, humectationem eſſe quid debile, frigefactionem verò, & calefactionem quid forte, ex quo infertur, quando aqua humectandi gratia admouenda eſt, nec calidam actu, nec frigidam eſſe vſurpandam, ſed tepidam: quia ſi, aut calida, aut frigida admoueretur; quia hæ operationes ſunt vehementiores, aqua non humectaret, ſed aut calefaceret, aut refrigeraret potius; quia actio

C prouenit à fortiori, non à debiliori. Quum verò, aut calefacere, aut refrigerare intendimus, tunc aut calida, aut frigida admouenda eſt. Verùm quia caliditatis, & frigiditatis non vnicus eſt gradus, nec ſemper in eodem gradu vſurpanda eſt, ſed modo intenſius calida, aut frigida, modo remiſſius pro natura affectionis, cui admoueri debet, & omne nimium naturæ infenſum eſt, vt noxios exceſſus cauere poſſit medicus, vtriuſque qualitatis extremos gradus indicat, quos traſcendere minimè licet. In refrigerando igitur terminus erit frigiditas illa, qua frigidas potiones damus ægrotanti. Hoc eſt frigida ad ſummum ea frigiditate vſurpanda eſt, ad quam peruenit aqua primum excalefacta, deinde refrigerata, quæ ægrotanti in potum exhiberi ſolet. Dum enim plurimum refrigerare neceſſe eſt: veluti exempli gratia in febre ardente, quia periculum eſt nè nimis refrigeretur, excogitauit modum antiquitas, quo aqua refrigeratur vehementer, verum non adeò, vt frigiditate lædat, ſed tutò exhiberi poſſit.

D Hunc modum nos docuit Hipp. lib. 3. de morb. verſ. 380. Vas enim aquæ feruentis in aquam Mar. n. 29. frigidam infundi, aut ad frigidum ventum exponi iubet, nam hoc pacto frigidior redditur: nec exceſſum frigiditatis contrahit, qui ægrotantem lædere poſſit, quemadmodum ſi aut niue, & glacie, aut nitro, alioquè ſimili ingenio refrigeraretur: ſæpe enim frigiditati niuis, & glaciei ſimilis redditur, cuius noxas 5. aphor. 24. expreſſit hunc in modum, frigida velut nix, & glacies pectori inimica, tuſſes mouet &c. Aqua igitur, quæ refrigerandi gratia exterius adhibetur, ad ſummum frigida eſſe debet, velut aqua in potu ægrotantibus exhiberi ſolita, quæ calida exiſtens prius, refrigeratur impenſius. Quarè notum eſt Cornarium in tranſlatione præſentis ſententiæ à vulgata græca lectione receſſiſſe plurimum, dum verba illa τὸ δὲ ψυχρὸν θερμὸν ἐὸν ὡς πόσιν ἀδυνάτοντι, vertit, verum frigida calida exiſtens, velut potabilis aqua, debile quid eſt, quæ propriè ſignificant. Verum frigida calida exiſtens, velut potus ægrotanti, ſed

E fortè pro ἀδυνάτοντι in ſuo codice legerat ἀδυνάτοις. Proſequitur indè Hipp. calida autem nè vlterius pergat, vt vrat, quibus exceſſum caliditatis præfixit, exceſſu frigiditatis contrario, ſub quo conſiſtere in calefaciendo oportet, huiuſque iudicem facit ipſiuſmet ægrotantis ſenſum, dummodo integer ſit, & nulla parte læſus, iuxtà modos ab Hipp. relatos in textu, qui quidem ægernon prædicti exceſſus modo iudicium ferre poterit, ſed aliorum etiam caloris, & frigiditatis graduum, quibus calefacere, & refrigerare opus ſit, verum non adeò certum, quemadmodum in præfato exceſſu. Et quia primus caliditatis gradus non facilè iudicari ſenſu poteſt, illum menſura quadam determinauit, eumque eſſe ſtatuit, quem aqua à ſolis radijs accepit, dum eis expoſita diu manet: & potiſſimum in meridie. Hic eſt enim primus

calidi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 135 sur 636

caliditatis gradus, quo quidem remissius excalefacta non calida, sed tepida potius, aut frigida erit dicenda. Qua quidem in re summum adnotare oportet Hipp. artificium, qui cum animaduerteret calidum, & frigidum quid respectiuè dictum esse, & quod vni calidum videtur, alter tepidum, aut frigidum existimat; circa hæc aliquod statuendum sibi esse existimauit fundamentum, quo innixus sensus decipi non posset. Extremum igitur refrigerationis (vt suprà explicauimus) illud statuit, quod aqua suscepit, postquam excalefacta prius, aeri frigido exponitur. Summumq. caloris gradum indicauit eum, quem æger tollerare possit, nè vratur, infimumq. caliditatis eum statuit, qui aquæ Soli expositæ æquipollet. Vndè manifestatur error multorum, qui tepidum balneum existimant esse, quum aqua eum caloris gradum susceperit, qui à Sole impartiri potest. Nam reipsa huiusmodi aqua calida in primo gradu propriè dicenda est, non tepida, quod ex libro 2. de Morb. Mul. sect. 2. vers. 142. confirmatur, vbi hæc habet Hipp. deindè tepidis fomentis colluatur, melius autem est calida, velut ex Sole, patet enim id, quod calidum est, velut ex Sole, calidum ab eo dici, à tepido distinctum. A B

Mar.n.38.

Mar.n.3. *Vers.* 31. *Mediocritas quidem extra noxam est. Reliqua verò &c.*

Mediocritas in calefaciendo, & frigefaciendo sicuti extra noxam est, ità etiam parum prodesse potest, quippè remedium (vt aliquando dixit Celsus) æquè tutum, æquè debile est, quæ verò extra mediocritatem sunt, ea, & lædunt, quibus non conueniunt, & opem ferunt ijs, quibus conuenientia existunt. Verum dicet quispiam, dum remedia adhibentur quomodo cognoscimus illa, aut prodesse, aut obesse? huic respondet Hipp. quia iucunda sunt, aut molesta ægrotanti: eodem modo, quo calidum, aut frigidum voluptatem, & molestiam sano homini afferre solet, cui calidum iucundum est, quando alget, frigidumq. æstuanti voluptatem parit.

Mar.n.4. *Vers.* 42. *Propterea sanè spina, dorsum, hypocondria &c.* C

Tacitæ obiectioni hac particula respondet Hipp. dicere enim quis potuisset, si partes in textu enumeratæ, vt proximè dictum est, frigida aggrauantur, & calida gaudent: vndè est, quod medici sæpè his frigida apponunt, & benè habent? Respondet igitur, id euenire, quia contraria sunt perpessa: hoc est contraria dispositione sunt affecta, propter quam frigida illis prodest: non ratione naturalis familiaritatis, sed quia contraria est affectioni, per quam ægrotant, cuius rei exemplum adducit anxietatis, quæ à frigidæ fotu tollitur, extremis partibus adhibito, vel etiam à qualibet frigidæ aspersione. Cuius exempli occasione non prætereundum est, hoc remedium frigidæ aspersionis extremorum præ alijs omnibus præsentaneum esse pro anxietate tollenda, quod à Rasi cap. de cardialgia ego ipse edoctus sæpius fœliciſſimè expertus sum, potiſſimum verò, si ab oris ventriculi affectione dependet, cui etiam frigida in potu prodesse poterit. Propter eandem causam, (quia scilicet contraria sunt perpessa) ventriculus frigido potu gaudet, quando affectio contraria in eo viget, & cibis calidis delectatur, quia ob indigentiam refrigeratur, vndè calidum cibum appetit, qui contrariam affectionem tollat, postquam verò cibis saturatus calidior est redditus, tunc frigidum potum tanquam præsenti dispositioni contrarium appetit. Pari quoque ratione subiungit in animi deliquijs, in quibus calor dissoluitur, & diffunditur ad exteriora, frigida extremis partibus affusa prodest, quia dictis partibus dispositionem contrariam introducendo, caloris dissipationem, frigido intrò pellente fieri non permittit. D

Mar.n.5. *Vers.* 49. *Cogitandum autem, quod vtraque in vnoquoque corpore &t.*

Duplicem assignauit causam, cur pars aliqua calido, aut frigido delectetur, altera erat consuetudo; quia in calido versari, aut frigido assueta erat, altera verò, dispositio contraria, vndè pars præter naturam excalefacta, frigida gaudet, refrigerata verò, calida delectatur. his modo tertiam addidit, partis scilicet imbecilliratem, propter quam facilè, & à calido, & à frigido superatur, & in vtramque partem citò transmutatur, & hæc causa cum secunda quodammodo conuenire videtur, cum enim à calido superatur, statim frigida gaudet, ex cuius vsu refrigerata, statim denuò calidum appetit, & eo delectatur. Idque peculiare esse ait externę cutis, quæ cum imbecillima sit, & in externa superficie posita, facilè & à frigido superatur, & à calido, & ideò vtroque delectari contrarij ratione contingit. Hoc idem perpetiuntur etiam extremæ partes, quæ etiamsi extima cute sint fortiores, sæpè tamen & ipsæ propter imbecilitatem caloris, ab vtroque, tum frigido, tum calido superantur: citòque & calorem, E

& frigus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 136 sur 636

©BIUM

A & frigus perpetiuntur: tardèq. ad naturalem statum redeunt. Quando enim extrema refrigerantur, eorum venæ concidunt; vndè pars tenuis apparet, attolluntur verò rursus, dum excalefiunt, nec mirum cuiquam esse debet, si pars quædam citius, quam altera attollitur; quando etiam venæ ipsæ, à quibus partium turgentia, & eius contrarium dependet, huic varietati subijciuntur. Etenim earum nonnullæ citius, aliæ serius attolluntur. Hoc enim manifestè patet, dum partes extremæ calefiunt, & refrigerantur, tum in euacuationibus, tum in animi deliquijs; videmus enim v. g. partes manus interiores citius excalefieri, quam exteriores; & turgentes attolli, quod indè euenit, quia pars naturam sequitur propriarum venarum, adeò, vt quibus partibus datæ sunt venæ, quæ citò intumescunt, illæ etiam citò incalescunt, quæ verò contrario modo se habent, hæ etiam serius calefiunt, gracilitatemq. siuè tenuitatem ex frigore contractam longiori tempore conseruant, calor enim, partisque B crassities à sanguine in venis contento, quæ per ipsam met substantiam sunt disseminatæ, omninò dependet, & hic est præsentis sententiæ legitimus, ni fallor sensus, quo percepto verba sunt manifesta satis.

Vers. 59. Et ventriculus ipse à frigida superatus, molestè fert & mortem &c. Mar. n. 5.

Ventriculus (ait Hipp.) à frigida superatus eam refrigerationem ægrè fert, eò quod frigido externo (de ijs enim, quæ exterius admouentur, tractatio habetur in hoc opere) non est assuetus, quarè si eum à frigido superari contingat, ità vt actu frigidus fiat, mors timenda est. Verum (subiungit Hipp. plurimum abest ab eo vt patiatur, quia cum intimius situs sit, à frigido externo non facilè superatur: quemadmodum externis partibus euenire dictum est, hæ namque ab admoto frigido superantur facilè, propinquissima enim sunt hæc illi (ità enim legitur in græco contextu) hoc est, necessariò enim, quod agit, proximum est ei, quod C patitur, vndè sicuti nihil à passo remotum efficaciter agere potest, aut admodum rarò: ità quod ei proximum est, faciliter agit. Hac ratione ventriculus frigido potu delectatur, quando intensius calet, quia ingestus potus propinquissimus fit affectioni, propterquam potu frigido delectatur. Dicebat enim superius Hipp. ea ratione quamplura frigido delectari, etiam si naturaliter ijs aduersetur: quando contraria affectione sunt affecta, concludamus ergò thoracem, & ventriculum à frigido admoto exterius lædi vehementer, quia tegi sunt assueta, quos si à frigido superari contingat, mors timenda est, quamuis non facilè superentur, quia hæc viscera ab externa superficie distant plurimum, è contrà verò à frigido, & assumpto, & inspirato alterantur facilè, & ideò dum æstuant calore, à frigido maxime delectantur, & hoc pacto (concludit Hipp.) partes enarratæ inter se consentiunt. Quod verò desquamata omnia & ambusta, quibus omnibus externa superficies deficit, quo nomine vlcera omnia comprehenduntur, non valde tegi assueta, cum non latitent in profundo; frigidam molestè fe- D rant, rationi consentaneum est, quia tandem ab externa cute tegi sunt assueta; etiam si non adeò, vt ea quæ interius sunt sita, hæc verò citissimè à frigida superantur, quia propinquissima sunt, verùm non tanto ægrotantis periculo, quanto ex prædictis: quas mortem minari dixerat: tum ob rationem assignatam, tum etiam quia prædicta omnia neruosa natura participant, à propria tunica enim saltem teguntur neruoso genere producta, cui frigidum est inimicum.

Vers. 66. Quoniam imus venter calida delectari videtur, considerandus &c. Mar. n. 6.

Naturam epigastrij, quæ pars est inferior ventris, indagandam proponit, in quo eius situm considerat in parte inferiori, & à fonte caloris distantem, & ex consequenti frigidiori natura præditum, considerandas etiam inquit eiusdem partes extremas, vt vesicam, & genitales partes, tum interius latitantes tum etiam denudatas, ità enim legit græcus contextus E Basiliensis σκεπτέον τὸν χωρίον καὶ μετέχει, καὶ ἄκρεα, καὶ κυστὶς καὶ γονὴ, καὶ ἄλλος γόνος ὁ γυμνὸς ὅστι τε φύσει ψυχρότεος ἢ ὥς τις οἴεται, hoc est (vt ego interpretor) considerandus est locus, indè partes extremæ, & vesica, & genitalia, & aliæ genitales partes detectæ natura frigidiores sunt, quam quis existimet, genitales denudatas partes vocat, quæ extra peritoneum sunt sitæ (ad differentiam vteri, muliebrium testium, & vasorum spermaticorum, quæ interius latitant) hæ sunt penis, & viriles testes natura frigidiores, cuius rationem assignat Hipp. eò quod sursum, non deorsum exilit caliditas, cuius fons cor existit, in superiori parte locatum, cum igitur hæ partes sint frigidæ, meritò calido gaudent.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 137 sur 636

©BIUM

Mar.n.6. *Vers. 70. Velut etiam aquæ frigefaciendæ, & calefaciendæ propter tenuitatem.*

Sicuti corpus postquam excalefactum est, magis refrigeratur, & è contrà, quod etiam lib. de Vet. Med. vers. 264. confirmatur, ità aquæ, vt frigidiores reddantur, calefaciendæ sunt prius: ità enim refrigerantur impensius propter tenuitatem, ait Hipp. quæ quidem tenuitas dupliei ratione ad refrigerandum concurrere potest, vel quia aqua à calore attenuata frigiditatem facilius concipit, vel quia, dum calefit, pars tenuior, & ex consequenti calidior ipsius aquæ euanescit: vnde quæ remanet, frigidior redditur. Hac enim ratione aquam in quibusdam regionibus refrigerari existimo per vasa quædam testacea, per quæ partes aquæ tenuiores refudantes, quæ remanent frigidiores euadunt, terra enim ex qua vasa construunt, porosa est, vt partes tenuiores remittere possint.

Mar.n.6. *Vers. 72. Altera enim similis est ari ambienti, altera non.*

Aqua, quę non prius excalefacta est illius est, frigiditatis, qualis est aer ambiens, altera verò non: quæ enim prius excalefacta fuerit, non est similis aeri ambienti, sed eò longè frigidior ob causam assignatam.

Mar.n.7. *Vers. 76. Aptum est autem puris bonum est & ad attenuandum, &c.*

Sal, vt ex Gal. colligitur, siccat euidenter, adstringit minus, minimum verò abstergit, quas facultates cum aqua marina obtineat, meritò hæc impuris vlceribus, quæ magna abstersione egent, non conuenit, quia minimum abstergit, conuenit autē puris: quia hæc, siuè replenda, siuè cicatrizanda sint, ab aqua marina sanari poterunt, nam quia mediocriter siccat, & adstringit, cicatrici producendæ plurimum confert, & quia aliquantulum abstergit, carnis generationi auxilio esse poterit, potissimum verò si vulnera cuniculosa fuerint, quæ cum præhumida sint, maiori etiam exiccatione egent, quam quæ siccióra existunt, si vocem [illegible] cum Corn. cuniculosa vertere licet, per cuniculosa intelligentes ea, quæ sinus habent, sibi inuicem communicantes. Hæc enim, quia sanie tenui continuò scatent, exiccatione potius, quam abstersione egent. Si verò iuxtà significationem propriam fascias intelligamus, quibus fracturas ossium deligamus, remedium fortasse non erit absurdum, etiam si Hipp. inusitatum, qui splenijs in fractis vtitur sæpius madefactis vino, aqua autem marina nequaquam. In summa igitur mare conuenit, cum humores tenuitate potius peccant, & acrimonia, quam copia, & crassitie: quia sicuti illi exiccatione, & leui abstersione egent, quorum vtrumq. aquam salsam præstare dictum est; ita dum crassi, & copiosi succi prævalent, per huius vsum crassiores effecti, vlcera reddunt contumaciora; & ideò, inquit Hipp. aquam marinam conuenire pruriginosis, & quæ ab acribus humoribus vellicantur, hæc enim ab humoribus tenuioribus, & acrioribus ortum habent. Verum ad alia vlcera, & ambusta, & desquamata, & ad quæcunq. alia, quæ pure multo, crassioreq. abundant, contraria est. Verum quia aliquando aqua marina insigniter mordet, & eos potissimum, qui ei non sunt adsueti hac re nos admonet Hipp. laudat præterea eandem ad piscatorum vlcera, quatenus ea mordet, & irritat. Cum enim huiusmodi vlcera squalida sint, & sicca, irritatione in ijs inducta suppurantur, hoc est pus emanare incipiunt, sine quo vlcera sanare, est impossibile. Sicca autem sunt piscatorum vlcera, quia in mari degunt, quod omnia exiccare aptum est. Hipp. enim piscatores maris respexisse verisimile est: non fluminum, & lacuum. Quandoquidem in Hipp. regione ob maris commoditatem non est probabile, fluminum piscationem admodum frequentem fuisse. His igitur propter aquę maritimæ siccitatem vlcera squalida, vt plurimum existunt quibus ob rationem explicatam aqua marina confert. Vnum tandem circa aquæ salsæ vsum non contemnendum adnotatur in textu, hoc autem est: eius vsum supra mediocritatem esse debere, quia si quis ea multum vtatur, prodest, si verò parum lædit, & ratio est, quia cum eius iuuamentum ab exiccatione, & adstrictione pro maiori parte procedat, nocumentum verò à morsu, qui in ipsa applicatione excitatur, qui parcè ea vtitur opem non percipit, quia nec exiccatio, nec adstrictio breui tempore induci potest, mordicatio tamen magna percipitur statim, quæ tempore sensim minuitur, vt quotidiana experientia nos docet. Verum dicet quispiam: si aqua marina mordax est, cur eam probat Hipp. vbi humor peccans mordax est? Huic respondeo Hipp. supponere, humores acres tenues esse, ità vt ab aqua marina, quæ non vehementer abstergit, detergi, & exiccari possint, & quia maius est iuuamentum, quod hinc consequitur, quam nocumentum ex mordicatione, ideò in hoc casu probatur, imò quia vlcus mordicari

ab

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 138 sur 636

A ab humoribus aſſuetum eſt, aqua marina illis mitior exiſtēs, non modo non mordet, ſed etiam mitigat. Idque experimur quotidie in dyſenteria ab acribus humoribus inducta, in qua clyſteres ex aqua thermali ſalſa, quam Tettutij appellant, iniecti, dolores ſtatim ſedant, circa cuius vſum ex præfatis adnotandum eſſet; tunc ſolum conuenire, quando humores ſunt acres, & exiccatione, & adſtrictione potius egent, quam valida abſterſione, nam eo caſu ad valida abſtergentia confugiendum erit.

Verſ. 83. *Eliquat, velut ſal.*

Huius particulæ varia eſt lectio. Com. enim, quem Zunebrus ſecutus eſt, legit ἐκτήξει ὡς ἅλες, vndè tranſtulit, eliquat, velut ſal. Baſilienſis tamen textus habet ἐκ τήξεως ἅλες, ideſt ex liquatione ſal, hoc eſt ſal in aceto eliquatum, vtraque lectio tollerari poteſt, poſteriori namquè fauet de Dynamidijs Galeno adſcriptus liber, qui radicem plantaginis cum ſale, & aceto fortiſſimo ad impetigines probat. Prior tamen præſenti loco accommodatior exiſtit, quandoquidem altera recepta, auctorem ab inſtituto recedere facit, qui in hoc opere de his tantummodo tractare profitetur, quæ ſimplicia ſunt, non quæ arte componuntur, quale eſſet medicamentum hoc ex ſale in aceto eliquato, nec nouum eſt, acetum vim habere eliquandi, nam hoc idem Hipp. confirmauit lib. 2. de Diæta, dum inquit, Acetum frigefacit, quia colliquans humiditatem conſumit. Mar. n. 8.

Verſ. 84. *Affuſum ad calidum Solem.* Mar. n. 8.

Ita legit interpres proprium contextum ſecutus, qui ἐκχυθὲν, ideſt effuſum fortaſsè habebat quamuis πανθὲν, ideſt inſpiſſatum legatur in Germanico textu. Lectionem verò Cornar. libenter amplector, ità tamen vt intelligamus acetum affundendum eſſe ſuper corpus patientis ſub calido Sole. Scimus enim curationem affectionum ſummam cutim infeſtantium per C localia medicamenta ſub calido Sole admiſtrata antiquis vſitatam fuiſſe, vt ex Aetio potiſſimum colligimus, imò ſpeciatim leproſos, & ſcabie laborantes ex aceto ad Solem iniungit Paulus Aeginet. l. 4. cap. 2. & eò magis, quia acetum cum ſale inſpiſſatum huic lib. non conuenit, qui de humidorum vſu tractat.

Verſ. 87. *Niſi odor offenderet maximè mulieres.* Mar. n. 8.

Qua ratione mulieres ab aceto lædantur, explicare tentabimus in explicatione loci 3. Acutorum verſ. 91.

Verſ. 91. *Frigidum propter caliditatem.* Mar. n. 9.

Meritò dubitari poteſt, cur vinum probet Hipp. in vlceribus actu frigidum, quibus aquam marinam calidam adhiberi iuſſit. Quod ſi quis dicat, id fieri propter inſitam calefaciendi facultatem, vt hic habet Hipp. non minus calefacere poteſt aqua marina, vino. Reſpondeo D etiamſi aqua marina ratione ſalis, quod in ſe obtinet, calefaciendi pollet facultate, non tamen apta eſt inflammare vlcera, quemadmodum vinum, quod, ob partes quaſdam tenues, & aereas in eo contentas, quæ non calorem modo, ſed etiam ignem concipiunt (idque aqua ardens demonſtrat) tam facilè incaleſcit, vt ſi actu calidum admoueatur, plus calefacere, quam multa etiam vino calidiora, poſſit, è contrà aqua marina propter partes craſſas, & terreſtres, etiam ſi calida ſit poteſtate, ſi tamen actu frigida adhibeatur, non modo non calefacit, ſed manifeſtè refrigerat, hoc atteſtantur illi, qui ſalem in aqua conijciunt, vt vinum niuis defectu refrigerent. Quia igitur aqua ſalſa frigida admota, refrigerando vlcera morderet, ideò calidam admouendam iubet. Vinum verò, quia facilè calorem concipit, etiam ſi frigidum admoueatur, non refrigerat, quia ſtatim incaleſcit, vt actuali frigiditate lædere minimè queat, quod ſi actu calidum admoueretur, geminata caliditate vlcera inflam- E mare poſſet. Circa ea tamen, quæ actu frigida vlceribus apponuntur animaduertendum eſt, hæc non ſuper ipſum vlcus imponenda eſſe: Sed circum circa, vt inferius Hipp. nos admonebit. Frigidum enim vlceribus eſt mordax, & ideò vlceratam partem à frigidis cauere opus, præter quam, in quibus ſanguinem fluxurum, timor eſt, vt ad calcem præſentis libri admonemur, eo enim caſu, quia frigidum ſanguinem ſiſtit, ideò vtilitas maior prouenit ex ſanguinis ſuppreſſione, quam nocumentum ex vlceris mordicatione à frigido inducta.

Verſ. 96. *Aqua frigida prodeſt papulis rubicundis &c.* Mar. n. 10.

Aqua frigida affuſa duo potiſſimum refrigerando præſtat, calorem compeſcit, & incraſſando indurat, & ſiccat, calida verò vice verſa, refrigerata calefacit, mollitque, attenuat, & di-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 139 sur 636

©BIUM

& digerit. His suppositis frigidæ vsus accommodatus erit morbis cutaneis, qui ab humore tenui, qualitateq. potius, quam corpulentia peccante, originem habent. Vndè rationabile est, omnes papularum species, ad quas hoc in loco frigidam commendauit Hipp. à calido, & tenui succo excitari. Difficultas tamen versatur in ea specie papularum, quas in nigris corporibus ex calidorum immodico vsu erumpere, ait Hipp. quia si tales naturæ crassis abundant succis; ab ijsdem, non à tenuibus papulas præfatas excitari, rationabile est. Preterea cum dicat Hipp. has vocari δοθιῆνες vt Corn. textus legisse videtur, has ipsas duritie à phimatibus differre testatur Gal. 5. comp. Med. secundum loca. Quapropter si hæ duræ sunt, quia à crassa materia dependent, frigida inepta erit. Hæc difficultas à mala interpretatione verborum oritur, ita enim habet Græcus contextus μέλασι δὲ καὶ οἷαι στρογγυλαὶ εὐοῦσαι δοθιήνας λέγουσι. idest, vt ego interpretor. In nigris verò, & veluti rotundæ existentes dothienes vocant. Quarè non dicit Hipp. in nigris corporibus ex calidorum vsu papulas dothienes appellatas produci, sed intelligit in huiusmodi temperaturis pustulas erumpere dothienibus in rotunditate similes, quam notam similitudinis cum omiserit Interpres, obscuriorem, & suspectam magis sententiam reddidit. Notat igitur in hac particula Hipp. in corporibus nigris, papulas vi caloris excitatas rotundas esse, non acuminatas, quales in alijs temperaturis oriri solent, hæc autem figuræ diuersitas, non à diuersitate materiæ in crassitie, & tenuitate dependet (vtriusque enim materia est ichor tenuis) sed ab eiusdem caliditate, in sanguineis enim, biliosisq. corporibus (nam in pituitosis fortassè propter frigiditatem humiditati adiunctam huiusmodi papulæ non excitantur) acuminatæ fiunt, quia serositas in his calorem vehementiorem contrahit, cuius proprium est sublimia petere. In nigris verò, & melancolicis, quia serositas non adeò incalescit, ideò non acuminatæ, sed rotundæ fiunt, cuius quidem diuersitatis in calore euidens argumentum est color rubicundus, quem priores præseferre adnotat Hipp. minimè verò posteriores. Quia igitur præfatæ omnes papularum differentiæ ab humore ichoroso, & tenui dependent, & à caloris violentia erumpunt, ideò à frigida opem sentiunt, & à calida læduntur. His verò contraria, quæ scilicet à frigore ortum habent, & instar milij exasperantur, deindè vlcerantur, à frigida lædi rationabile est. Nocet verò frigida asperitudini miliari, quando pars exulceratur, tum quia exulcerari signum est, materiã earum crassitie quadã participem esse (quãdo absque bullarum eruptione exulcerare non solet materia tenuis existẽs) vndè frigida incrassando plurimum obesse potest; tum quia (vt ipsemet Hipp. inferius ait) frigida vlceribus mordax est. Vnum verò notat Hipp. circa vsum aquæ frigidæ, hanc non solum papulas præfatas à causis in textu recensitis dependentibus sanare, sed etiam, si antèquam erumpant, adhibeatur, earum exitum inhibere omninò, id enim significant verba illa. Nam si hæc posterius fecerit, hoc est, si postquam frigida lotus fuerit, etiam si prædictæ concurrant causæ, non tamen erumpunt pustulæ.

Mar. n. 10. *Vers. 107. Torpor autem moderatus dolorem soluit.*

Stupor dolorem soluit, quia (vt rectè exponit Zuingerus) spiritus feruentissimos, qui sagittæ instar confestim incumbunt, attemperando, hebetandoq. sistit, sicque dolor cessat. Verùm, cur idem præstare non possunt narcotica appellata medicamenta? quorum vsus moderatus dolores sedare, & aliquando in totum curare conspicitur, stupore nequaquam inducto? quod ex eò patet, quia in quacumq. corporis parte ægrotantem pupugeris, etiam leuiter, post narcotici assumptionem, à quo dolor sedatus sit; punctionem exactè sentit, stupore nullo modo affectus, quarè nulla alia ratione hæc dolorem sedare existimo, nisi quatenus spirituum, & humorũ motum sistunt: quibus quiescentibus fieri est impossibile verum quidem est, si horum medicamentorum actio vehemens fuerit, tam validè, & firmiter spiritus vinciri, vt stupor totum corpus occupet, somnusq profundissimus corripiat, ità vt ægri secti, & vsti non sentiant, quarè horum medicamentorum vnica est facultas, à qua varij eorum effectus contingunt, vt in expositione lib. 2. de Morb. sect. 2. vers. 206. demonstrabitur.

Mar. n. 11. *Vers. 108. Podagricis, resolutis, tetano correptis, conuulsis talia. Distentiones, tremores, leues siderationes: talibus, &c.*

Hic locus difficilis redditur, eò quod enunciationes omnes sine verbo proferuntur, quia fortè supposita materia, de qua agitur, subintelligi facilè posse, auctori visum fuerit: modus Hipp. breuitatis studioso admodum familiaris, quod quidem verbum, quia vnicuique expo-

sitorum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 140 sur 636

A ſitorum addere proprio arbitrio licet, ideò præſens ſermo πολυσυμος euadit, cui quidem hunc ſenſum accommodari poſſe exiſtimo. Dicebat modo Hipp. aquam, & calidam, & frigidam pariter, quibuſdam affectibus occurrere, enumeraueratq. tumores, & dolores articulorum, & conuulſa plurima: modò alios morbos recenſet, quibus ſimiliter vtraque prodeſt, eo quod cum præfatis ſimilitudinem quandam habent, videlicet podagricas affectiones, reſolutiones, tetanos, & conuulſiones proprie dictas. Ad hæc verò tanquam genera quædam morborū, aliæ inſuper affectiones reducuntur, quas pariter recenſet. Talis eſt ab eo vocata diſtenſio, neruorum ſcilicet, & tendinum; per quam membrū motu naturali priuatur retractionis, & extenſionis, quæ ſub tetano quodammodo comprehenditur, tremores verò, & paraplegiæ ad reſolutiones referri poſſunt, quemadmodum etiam claudicationes. Torpor autem via quædam eſt, ad paraplegiam perducens; necnon & vocis, vrinæque interceptio, & excrementorum alui ſuppreſſio, quandoquidem omnes hi affectus neruorum obſtructionem conſequuntur.

B Quia igitur omnia recenſita ſymptomata ad tria illa præfata genera morborum reducuntur, quibus & frigida, & calida æque prodeſt, merito etiam his proderit. Quibus præmiſſis ſenſus, & ordo verborum erit huiuſmodi. Podagricis, & reſolutis, & tetano correptis, & conuulſis, talia, hoc eſt, & calida, & frigida proſunt. Diſtenſiones, tremores, paraplegiæ, talia exiſtunt, ideſt eiuſdem conditionis cum prædictis, quatenus, & à calida, & à frigida opem ſentiunt. Laxatis, ideſt, quibus impotentia adeſt neruorum, talia proſunt, ſunt autem hæc claudicationes, torpores, vocis interceptiones, excretioneſq. per infernas partes ſuppreſſæ, facultatis expultricis torpeſcentis vitio.

Verſ. 112. *Articulos induratos, aut ab inflammatione aliquando, &c.* Mar. n. 11.

Præſentis ſententiæ hic eſt germanus (ni fallor) ſenſus. Articulis induratis, ſiue à reliquijs prægreſſæ inflammationis, ſiue à diſtortione aliqua, optimè ſuccurrit vſus vtriculi calida aqua repleti ad manum ſupra articulos induratos alligati, & ad oculos, prædictus ſcilicet, ſacculus alligatus, ſiuè potius ſupra frontē (ὄμμα enim, & oculum, & frontem ſignificare poteſt, quamuis etiam ſacculus ad oculum alligatus intelligatur ſuprà frontem, non ſuper oculū) huiuſmodi inquam ſacculus ſuper frontem alligatus lachrymam mitigat, præcedente tamen linimento oculorum ex pinguedine leni, hoc eſt mordacitatis experte, & ad acres fluxiones accommodata. Calidi enim vtriculi vſus à principio laxando, fluxioni exitum præſtat, non tamen ſtatim humoris acrimoniā mitigat, quare niſi priuſquā ſacculus applicetur, leni aliquo linimento oculus muniatur, ex prima eius applicatione non parum lædetur oculus. Documentum in praxi plurimi faciendum.

Verſ. 118. *Qualia ſunt vlcuſcula capitis manantia, circa thoracem, & alia dura.* Mar. n. 11.

D Hæc particula qualia, non refertur, ad collectiones tuberculorum, quamuis de his immediatè facta ſit mentio, ſed notam ſimilitudinis importat, inferendo, aquam frigidam his etiam, quemadmodum ſupradictis occurrere, quaſi hunc in modum loqueretur. Frigida oculorum affectibus dolore carentibus ſubuenit, oculis valdè rubicundis abſque dolore, & ijs quibus collectiones tuberculorum fieri ſolent circa venas in eorum angulis exiſtentes, ibi enim tubercula excitantur, quibus ſuppuratis ægilops ſuccedit, dum igitur morbus eſt in principio, tumorque cum inflammatione circa oculum viget, ei occurrendum eſt frigida appoſita: imò non aqua tantum frigida in hoc caſu eſt admouenda, ſed etiam medicamenta actu, & potentia refrigerantia, nulla enim alia ratione melius humorum collectio prohibetur, quam refrigerantium vſu. Vndè Aetius collyrium Antoninum probat, aut aliud quoddam vehementer repellens, & ſtupefaciens. Ego ſæpius ſuppurationem earum prohibui appoſito medicamento Aſclepiadis ex ſucco ſemperuiui parui, ſolani, thure, galbano, & maſtiche à Gal. & Aetio deſcripto ſubiungit poſtea Hipp. Qualia ſunt etiam, hoc eſt eiuſdem naturæ ſunt, vt à frigidæ vſu opem ſentiant, furfuracea circa thoracem, & alia dura. Quid autem per ἀχωρωδεα (ſi ità cum Cornario legere iuuat, non ἀχυρωδεα, vt habetur in Baſilienſi textu) intelligendum ſit non conſtat, quandoquidem communis interpretatio non videtur rationabilis, quomodo enim dicuntur vlcera capitis, ſi ſunt circa thoracem? Ego dicerem, quia ἀχωρ furfur ſignificat, ἀχωρωδεα furfuracea ſignificare: qua voce indicatur affectio, furfures habens, aut producens, quæ etiamſi capitis propria ſint, nihil tamen vetat, quin etiam in alijs corporis partibus producantur, quarè exiſtimo ego hoc in loco Hipp. ſignificare tubercula quædam fur-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 141 sur 636

fures, & squammas producentia, qualia frequenter conspiciuntur in ijs, qui morbo Gallico dicto laborant, his enim circa thoracem, & collum, & caput maximè duræ quædam eminentiæ erumpunt, squammas producentes, quarum gratia tubercula achorodea, ideſt squamosa non impropriè dicuntur. His ergò, & alijs duris frigidam probat Hipp. non vbiquè, sed circa thoracem, cui, cum sit pars satis calida; duplici ratione frigida conuenire potest, & quia affectus ipse calidi humoris est particeps, & quia in loco calido erumpit morbus, vt maius sit iuuamentum ex refrigeratione, quam nocumentum ex duritie, quam frigida augere posset, nam hæc à calore partis superari poterit, quotiescunq. humorum influxus per refrigerationem compescatur. Quod si iuxtà vulgatam lectionem αχυρωδεα legere volumus, latina oratio erit hæc. Tales sunt punctiones circa Thoracem, vox enim απο του αχυρου dependet, quod paleam, & acum significat, & est rationi satis consonum, his punctionibus frigidam prodesse, quandoquidem doloris acuties, & tenuitas calidam causam attestatur. Huic tamen expositioni aliquantulum aduersantur subsequentia, & alia dura, quæ indicant, de duris etiam antè locutũ esse. Vnusquisq. verò eam, quæ ei magis arridet, accipiat, aut meliorem adducat, si potest.

Mar. n. 11. *Vers.* 122. *Quandoque verò in hac distentione, sine vlcere, &c.*

Præsens sententia satis manifesta est, & ab Interpretibus abunde explicata quando inter Aphorismos collocata est, num. 21. sect. 5.

Mar. n. 11. *Vers.* 133. *Atquè hoc modo vtendum est liquidorum perfusionibus, inunctilium illitionibus, foliorum impositionibus, aut linteolorum cataplasmatis, quæcunq. aut frigiditate, aut caliditate prosunt, aut nocent.*

Præsenti tractationi finem imponens Hipp. documentum nobis præbet, quod hanc doctrinam ampliorem facit. Hoc autem est, quæcunquè in hoc opere sunt tradita, verificari non in præfatis quatuor humidis tantũ, Aqua, mari, vino, & aceto. Sed etiã in quocunq. alio remedio exterius adhibito, quod aut calefaciẽdo, aut refrigerando, vel prodesse, vel obesse possit.

De humoribus.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Præsens opus sicuti omnium Hipp. librorum difficillimum, ita quamplures antiquorum expositores habuit, qui quotquot fuere, tot etiam in obscuris expositiones attulerunt. Hos autem in hanc prouinciam insudantes, vtilia multa tradidisse posteritati, credendum est, quæ temporis iniuria nobis sustulit. Galenus verò, qui illorum vidit comentaria, pauca admodum eorum adnotauit, eaquè tantummodo, in quibus eos erasse existimauit: cætera omnia inuoluens silentio. Quod autem ad ipsiusmet Galeni comentaria spectat, in illis mihi videtur potius Hipp. sententijs vsus, veluti occasione quadam reassumendi eam doctrinam, quam alibi fusius tradiderat, quam quod in obscuris mentem auctoris assequi, procurauerit. Quod quidem ea ratione ab eo factum existimo, quia quæ in hoc opere continentur, non breui modo, & concisa oratione pronuntiantur, sed etiam interrupta adeò, vt quælibet vox sæpè integram sententiam contineat, pluresq. sensus admittat. Vndè, quæ fuerit auctoris intentio, percipi nec posse, nec Medico multum referre, crediderit. Hipp. enim (vt est communis opinio) recordationis tantummodo gratia quæcunq. ad humorum tractationem pertinere videbantur, in vnum colligens, librum hunc confecit: sententiarum quidem vbertate immensum, at verborum copia anguſtissimum. Nos igitur, qui Hipp. loca obscura ab alijs prætermissa illustrare, profitemur, cum vbique vigeat obscuritas, totum opus exponere teneremur, quando nullus ex recentioribus huic operi (quod sciam) manum imposuit. Veruntamen nè in molem crescat liber, multa omittere cogimur, eaque potissimum, quæ aut minus obscuritatis præseferre, aut ex Gal. commentario sufficienter illustrari, videbuntur. Obscuriora verò ad eam claritatem reducere conabimur, quæ ad auctoris mentem percipiendam in arte versatis sufficiat.

Mar. n. 1. *Vers.* 1. *Color humorum est, velut efflorescit, vbi non est humorum reciprocatio.*

Hoc est, qualis est in cute color, talis abundat humor. Gal. met. interprete. Vndè latinus interpres in duobus defeciſse apparet, in voce το χρωμα, dum vertit impetus, & ferocitas, & in participio ανθουν à verbo ανθεω, quod floreo, & vigeo significat. Ità ergo ad verbum hæc

verti

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 142 sur 636

A verti debent. Color humorum, vbi non eſt humorum reciprocatio, eſt velut efflorescens ideſt, eſt velut efflorescit. Vid. infrà verſ. 184.

Verſ. 2. Ducenaus eſt per conuenientes regiones exceptis ijs, quorum maturitas tempore contingit. *Mar.n.1.*

Non omnes morbi coctione mediante terminantur, coctionem ſi accipimus iuxtà Hipp. mentem: quam explicare tentabimus in expoſitione aphorismi. Concocta medicari, &c. Sed ij tantummodo, qui cruditatis ſigna à principio præſeferunt. Nam ſicuti habitus præcedentem priuationem ſupponit, ità coctio præcedentem cruditatem. Quotieſcunq; igitur humores à principio ſigna cruditatis præſeferunt, tunc a purgatione abſtinendum eſſe, ex præſenti ſententia admonemur, non ſolum dum adhuc omnino crudi ſunt, ſed etiam poſtquam concoqui cæperunt, id enim ſignificatur per verba illa, quorum maturitas tempore con-

B tingit. Quod præceptum obſeruauit lib. 4. Acut. verſ. 132. vbi inquit: Quibus à principio *Mar.n.44.* vrinæ ſunt tenues, tales nè purgato, ſed ſi viſum fuerit, infuſum per clyſterem adhibeto, quo in loco purgatione dimiſſa totam curationem dirigit ad coctionem. Quotieſcunq. igitur cruditatis ſigna non apparent, ſcimus morbum per coctionem non fore terminandum, & eo caſu purgatio fieri poteſt, niſi aliquid aliud prohibeat, v. g. febris magnitudo, anni tempus, inflammatio circa hypocondria, aut quid ſimile, verum, quia febris vehementia, & virium imbecillitas pro maiori parte purgationem alioqui neceſſariam prohibere ſolent, ideò tempus purgationi aptum erit, & principium, & declinatio, in quo febrem, aliaque ſymptomata remiſſa eſſe, rationabile eſt. Verum quia id in expoſitione citati aphoriſmi explicanda ſunt, hæc pro nunc ſatis erunt. Per conuenientes verò regiones humores eſſe educendos ait, de quibus & inferius, & alijs in libris habitus eſt ſermo. Ad hoc ſpectant illa aphoriſtica. Dolores ſuprà ſeptum tranſuerſum, qui purgatione egent, per ſuperiora purgandum

C ſignificant, &c.

Verſ. 4. Maturationes extrà, aut intrò, aut aliò, quò oportet, &c. *Mar.n.1.*

Vias enumerat Hipp. per quas concoctos humores natura euacuare ſolet, inferens, Medicũ naturæ imitatorem per eaſdem debere educere, eaſque ad duas principales reducit, intrò ſcilicet, & foras, per interiores vias natura expellit per aluum, & veſicam, aut his ſimilia, per exteriores verò mediantibus ſudoribus, & alijs excretionibus, quæ ad cutim repunt, & quia fortaſsè aliæ ſunt regiones, quæ ad has duas non reducuntur; ideò ſubiunxit: aut aliò, quò oportet. Hæc ergò naturæ opera à Medico imitanda ſupponit Hipp. magna tamen cautione id faciendum monet, quia infinita eſt magnitudo, & multitudo eorum, quæ impediunt, quominus intentum finem aſſequamur. Quorum primo loco ponit ἀπειρίαν, ideſt, inexperientiam, Cautiones in

D quia vt ipſemet lib. de Med. purgant. teſtatur, & ægri natura, & medicamenti facultas expe- purgatione. rimento exactè nota Medico eſſe oportet. Secundo loco ponitur δύσκριτα. hoc eſt experiendi difficultas, tum ex parte medicamenti, tum ex parte patientis, ex parte medicamenti difficilis eſt experientia: quia medicamentum etiamſi natura aluum mouet, aliquando tamen ipſam ſiſtere contingit, vt lib. de loc. in hom. teſtatur Hipp. aliquando enim eodẽ medicamento purgatur quis, & non purgatur quandoq. alia purgat; quam quæ purgare ſolet: aliquando nimiũ purgat, vt à principio cit. lib. de Med. Purg. legimus. Ex parte hominis; quia idem medicamentum vni aluum mouet, alteri nequaquam; cuius gratia naturam illius, quem purgare intendimus, ſedulò inueſtigandam eſſe lib. cit. admonebamur. Tertio loco in euacuationibus difficultatem facit pilorum nuditas, quæ ſicuti cutis denſitatẽ arguit, vt raritatẽ pilus: id atteſtante Hipp. 5. aphor. 69. ità difficilem eam euacuationẽ facere dicitur, quæ fit per cutim, pro

E qua ritè peragenda eiuſdem cutis raritas omninò neceſſaria eſt, ſiuè hæc ſit per ſudorem, ſiuè per inſenſibilem tranſpirationem, ſiuè per aliquam aliam euacuationẽ earum, quæ per cutim fiunt. Quarto autem loco recenſetur viſcerum vacuitas, propterquã medicamentum purgationis gratia datum ad ſe trahunt, vndè purgatio non procedit, eadem quippè ratione Hipp. lib. de Med. Purg. verſ. 30. purgationem in febribus fortibus damnauit, quia carnes ipſorum (dicebat) & ventres, quum calidi ſint, medicamentum aſſumunt, & nihil depurgantur, quarè quod ibi facit febrilis calor, hoc in loco inanitioni tribuitur. Quibus inutilis diligentia quorundam Medicorum damnatur, qui veſperi inediam præſcribunt ijs, qui mane medicamentum purgans potaturi ſunt, non animaduertentes, contrarium ab Hipp. præcipi,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 143 sur 636

qui corpora ad purgationem disponi voluit plurimo cibo, & potu: ità enim humores A
à cibo, & potu diffusi facilius cedunt medicamento: periculumque euitatur, nè viscera
inanita medicamentum adse alliciant, non nego tamen, nimiam satietatem esse fugiendam,
potissimum verò quando purgatio per inferiora facienda est, nè ventriculus repletus phar-
macum difficilius sustineat, quia vt subsequenter testatur Hipp. & inferiorum, & supe-
riorum ventris partium repletio, purgationi aduersatur. De infernarum partium repletione
non est difficultas: quandoquidem cum aluus inferior repletur, alui suppressionem vigere ne-
cesse est, absque hac enim excrementa copiosa ibi non cumulantur, quo casu antè purgatio-
nem aluus mollienda est, ita enim 7. aphor. 70. legimus, corpora cum quis purgare vult, oportet
fluida facere, & siquidem sursum, sistere aluum, si verò deorsum, humectare; superiorum
verò ventris partium repletionem prohibere purgationem, testatur Hipp. per illa verba; su-
pernis alimentum, & meritò quidem ventriculi repletionem alimentum vocat, quia hæc non B
nisi ab alimento ingesto fieri solet; quam prohibere purgationem, colligimus ex quarto acu-
Mar. n. 41. torum, vbi hæc leguntur. Si febris corripiat veteri stercore non subeunte, aut cibo recens
assumpto, siuè cum dolore lateris, siuè absque eo, quietem agere oportet, donec cibi descen-
derint prius ad infernam aluum; potu verò vti aceto mulso, quum verò grauitas ad lumbos de-
scenderit, infuso per clysterem eluere, aut medicamento purgare oportet. Cæterum licet
satietas nimia, & ipsa purgationem prohibeat, longè tamen magis lædit inanitio, & ideò huius
peculiariter meminit Hipp. Sextum circa purgationem adnotandum est, inclinatio humorum,
quæ si intentæ purgationi contraria est eam prohibere est apta, v.g. si deorsum purgatio insti-
tuta sit, & humores sursum repant, ab inferna purgatione desistendum, iuxtà illud, infrà vers.
69. quò maximè repunt per loca conferentia ducere oportet: septimo loco proponitur spon-
tanea euacuatio, cui quum natura est intenta, ab omni purgatione desistendum est: vigore C
illius aphorismi. Quæ iudicantur, aut iudicata sunt integrè, nequè mouere, nequè nouare
aliquid, sed sinere. His addidit res non naturales à neotericis vocatas, quas Hipp. cognatas
species appellat. Hæ autem numerantur. Regio, Mos, Aetas, Tempus, morbi constitu-
tio, excessus, defectus, in quibus quantum deficiat, aut superabundet à mediocritate
exactè scire perdifficile est. Hæc enim omnia, quia à medico in purgatione adhibenda dili-
genter sunt consideranda, nec facilè assequi possunt, ideò sequitur, quod à principio propo-
situm fuit. Maximam cautionem medico necessariam esse.

Mar. n. 1. *Vers.* 10. *Medela, Declinatio, Deriuatio, in caput, in obliqua, &c.*

Vocem hanc ἀκτὴ tum Galenus, tum cæteri antiqui huius libri expositores medelam in-
terpretantur. Ego autem libenter quietem exponerem, quando in eadem significatione
ab Homero vsurpatam inuenio, solo accentu variante, & hæc interpretatio materiæ, de quâ D
agitur, satis accommodari videtur. Humorum enim affectiones, quæ ad medicum spectant,
tractare intendens Hipp. principio humoris prædominantis signa ex colore cutis distinguen-
da, nos docuit ab initio. Indè verò, per quas regiones humor noxius educendus sit communi
regula: quò natura vergit nobis aperuit. Postea verò ea, quæ huiusmodi euacuationem
difficilem faciunt, enumerauit: diligentiamq; in ea administranda medico necessariam indi-
cauit, quæ quidem omnia ad humores spectant, quatenus euacuari exposcunt, verum quia
non semper euacuationi attendendum est, imò quandoque eosdem sistere, & in quiete con-
seruare expedit, vt exempli gratia, quando coctioni attenditur, vt idem Hipp. 6. Epidem.
sect. 2. vers. 53. testatum reliquit, & quando motu importuno mouentur. Ideò Hipp. hoc ad-
monens inquit: Quies, quasi diceret, Humoribus à naturali statu egressis non modo euacuatio
conuenit, sed etiam aliquando quies. His verò duobus circa humores agendis tertium E
subsequenter addidit: quod est veluti medium quoddam inter vtrunque prædictorum: hoc
est inter euacuationem, & quietem: quod consistit in permutatione loci, dum à loco ad lo-
cum mouentur, sub quo genere continetur, Declinatio, siuè deriuatio, & reuulsio. Deri-
uationemq. duplici nomine designauit: quia hæc duplici modo fieri solet. Nam humores,
vel ad proximiora traducimus, & hæc propriè declinatio vocatur: vel ad paulò remotiora,
& deriuatio propriori vocabulo diceretur, exempli gratia, quando in fluxionibus oculorum
humores fluentes ad nares declinamus, proprio vocabulo declinatio appellatur, cum verò
affixa cucurbitula materiam versus occipitium trahimus magis propriè deriuatio huiusmodi

motus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 144 sur 636

©BIUM

A motus dicetur. Verum hæc diſtinctio communiter non obſeruatur, ſed vtraque deriuatio appellatur, cuius proprium eſt trahere in obliquum: ſicuti reuulſionis eſt, trahere in rectum. Deriuationem igitur in communi deſcribens Hipp. inquit. Deriuatio in caput, & in obliquum; in caput quidem, quia quotieſcunque pro morborum curatione extrà caput, ad capitis purgationem deuenimus (quod Hipp. vſitatiſſimum eſſe nouimus) illa euacuatio deriuatio in caput potius dicenda eſt; quam reuulſio, & ratio eſt, quia huiuſmodi euacuatio cauſam morbi efficientem non reſpicit, ità vt ab infernis ſurſum trahatur, quod reuulſionis eſt proprium; ſed materiam antecedentem, quæ in capite exiſtens deriuatur ad nares, nè ad locum affectum fluat, & hoc modo deriuatio dicitur in caput, ſubiungit poſtea Hipp. ἐς τὰ πλάγια, ideſt in obliquum, quo nomine omnes comprehenduntur euacuationes, quæ iuxtà quatuor corporis dimenſiones fiunt, præter eam, quæ fit in directum,

B ſcilicet ex infernis ſurſum, & ex ſupernis deorſum: ἀντιπάσεως, ideſt reuulſionis propria. Idque apertiſſimis verbis determinauit Hipp. in textu, dum inquit, aut reuulſio in ſupernis deorſum, in infernis ſurſum. Huiuſmodiq. euacuatione ad remotiſſima in directum, vtitur Hipp. duplici caſu, primo in curatione morborum præſentium, ſecundo verò in præſeruatione conſueti, & imminentis morbi. Pro curatione quidem, quando humores morbum conſtituentes ſenſibiliter fluunt, quo fluere non deberent. Idque nobis ſignificauit Hipp. lib. 6. Epid. ſect. 3. verſ. 50. dum inquit. Reuellere oportet, ſi non qua oportet, repant, hocque verbo repo vſus eſt, quod ſenſibilem motum ſignificat, vt excluderet alios omnes humorum defluxus, qui inſenſibiliter ad partem aliquam fiunt, varia morborum genera in ea conſtituentes. In horum enim curatione nullo modo prædicta reuulſio conuenit, quæ à longiſſimis fit partibus, prout ex multis Hipp. decretis, & vera eiuſdem praxi ſufficienter demonſtrauimus

C in explicatione libri de Nat. Humana verſ. 230. concludentes euacuationem, quæ à remotiſſimis fit partibus; ſiuè hæc per ſanguinis miſſionem facienda ſit, ſiuè per purgationem, in curatione morborum præſentium minimè conuenire, niſi quando ſymptomaticas, ac ſenſibiles euacuationes ſiſtere in animo eſt. In præſeruatione verò, euacuationes ſemper à longiſſimis partibus facere oportet: potiſſimum verò per ſanguinis miſſionem. Scio enim in præſeruatione morborum, ſiuè partibus infernis minentur, ſiue ſupernis, infernas purgationes adeò cauiſſe Hipp. vt neſciam, an aliquem præſeruationis gratia deorſum purgauerit, ſed perpetuò ſurſum, vt ex lib. de Inſom. & 3. de Diæta, in quibus de morborum præſeruatione agit, ſatis conſtat, contrà vſum recentiorum, qui omnes præſeruatiuas purgationes deorſum moliuntur. Verum hæc diuerſa ratione facta ſunt, qua n alibi expreſſimus, ſcio etiam præſente morbo ſæpius Hipp. humores purgare conſueuiſſe per regionem loco affecto remotiſſimam,

D vt lib. 2. de Morb. ſect. 3. ver. 248. indicauimus, hac tamen lege, vt primo à proximiori parte purgatio fiat, indè à remotiori, & tandem à remotiſſima, vt in morbis infrà ſeptum tranſuerſũ, primum deorſum purgat, indè verò ſurſum per vomitum, & tandem caput per nares. E contrà verò in morbis capitis primũ caput purgat, deindè corpus per vomitum: & denique per inferiorem aluum. Sed fortaſsè euacuationẽ à remotiſſimis partibus in præfatis caſibus reuulſionem non appellaret Hipp. ſed deriuationem potius, quia materiam morbi non reſpicit, vt dictum eſt ſuprà in expoſitione illorum verborum, deriuatio in caput, ſed antecedentem, & quam timemus, nè ad morbum efficiendum excitetur. Hancque curandi per euacuationes methodum Hipp. germanam eſſe, ab eoque inuiolabiliter obſeruatam patebit vnicuiq. qui eius libros praxis percurrere voluerit. Indèque manifeſtum fiet, quam longè à præceptore diſceſſerit Gal. in hac materia pertractanda, quamuis vbique propria commenta ad Hipp. re-

E ferat, dum reuulſionem ad omnes corporis dimenſiones extendit, à dextris in ſiniſtras, antè retrò, intrò extrà, ſurſum, & deorſum, & ijs oppoſita, omnique reuulſionis genere, etiam à remotiſſimis partibus, vtitur, non modo pro morborum præſentium curatione, ſed etiam ordine Hipp. penitus contrario, primo enim à remotiſſimis partibus euacuat, deindè à proximioribus, & denique ab ipſamet parte, cuius oppoſitum feciſſe Hipp. iam diximus, qui ſi aliquando deriuationem euacuationi præcedere voluit, vt in angina humeralem venam primo aperiendo, deindè eam, quæ ſub lingua eſt; id ab eo factum eſt, quia euacuatio proximior multitudinem præſentẽ tollere non poteſt, cum minimum ſanguinis præfatæ venæ effundant. Circa hoc reuulſionis nomen linguæ Grecę imperiti caueant, nè ab interpretibus decipiãtur,

Reuulſio in curatione non habet locum.

Contrà Gal. de reuulſione.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 145 sur 636

qui aliquãdo eo impropriè vtentes, aliena Hipp. tribuunt, vt contingit inferius vers. 12. vbi verba Hipp. μὴ τὰ ἐκκεχυμένα εἰς τὸ ἔσω ἀπολαμβάνειν Cornarius vertit: Humores extrà effusi, nè intrò reuellatur; quamuis verbo minimè vtatur, quod reuellere apud Hipp. significet. His de reuulsione, & deriuatione absolutis, alias subnectit indicationes, quæ ab humoribus desumuntur. Et primo exiccationem, siue consumptionem eorum, quæ modo in superioribus partibus facienda est, modo in inferioribus, non enim totum perpetuò euacuare, aut exiccare expedit; sed modò vnam, modò alteram partem: prout res exigit, non modò, quia partes quædam sunt, quibus resiccatis, aliæ etiam vnà resiccantur, sed etiam, quia vnam resiccari, alteram humectari necesse est quandoquè, cuius gratia Hipp. lib. de loc. in Hom. vers. 30. Mar. n. 33. sect. 2. in defluxione per spinalem medullam irruente, anteriores partes calefaciendas esse, iubet, refrigerandas verò posteriores. His tandem ablutionem adiunxit, quæ Clysmatibus fieri solet: estque & hæc media quodammodo inter purgationem humorum, & quietem, de quibus superius facta est mentio. Hæc enim non adeò purgant, vt medicamenta purgantia: quamuis loco purgationis substituantur, vbicunque purgatio per pharmacum prohibetur, vt ex lib. de medicam. purg. & 4. acutorum vers. 132. satis constat, & quia clysmatibus vtimur non ad humores subducendos tantummodo: sed per ea sæpius venire, & eorundem humorum feruorem, acrimoniamq. compescere, procuramus, ideò subiunxit Hipp. in textu, aut quibus mitigabitur.

Vers. 11. *Humores effusi nè intrò reuellantur, sed secretiones siccentur.* Mar. n. 1.

Occasione eorum, quæ de reuulsione nuper dicta sunt, hanc veluti exceptionem quandam adducit. Dixerat enim, reuulsionem ad opposita loca esse faciendam ità, vt si humores sursum præter naturam ferantur, deorsum trahantur, & vice versa, quæ deorsum, sursum. Nè aliquis verò existimaret, idem in cæteris dimensionibus faciendum esse, ità vt si cutim versus præter naturam repant, intrò sint reuellendi: ideò subiungit Hipp. hanc reuulsionem nullo modo tentandam esse, cuius ratio adduci posset: quia humores ab ignobilioribus ad nobiliores partes nullo modo sunt reuellendi, & quia artes internæ exterioribus comparatæ omnes sunt longè nobiliores, ideò reuulsio hæc semper est periculosa, secus in alijs dimensionibus, in quarum extremitatibus partes adsunt, tum nobiles, tum ignobiles, ad quas reuulsio fieri potest. Præterea humores ad cutim semel effusi malam suscipiunt qualitatem, ità vt si interna petant, sint perpetuò pernitiosi. Hoc præceptum præ oculis habeant medici, dum morborum summam cutim infestantium curationi insistunt, nè sanguinem in ea copia mittant, vt reuulsionem faciat ad interiora, nè fortè suis ægris contingat, quod admodum Reuerendo patri Lusitaniæ prouinciali ordinis Prædicatorum contigisse, noui. Is enim cum Romam ad comitia generalia conuenisset, quia psora laborabat, sanguinem secta vena ad quatuor libras sibi extrahi voluit. Vndè eo ipso die facti per venæ sectionem humoris in cute corrupti in venas maiores reuulsione, febre maligna correptus est, quæ illum die quinta è medio sustulit. Ego enim in huiusmodi affectibus sanguinem non mitto, aut saltem in minima quantitate, tum ratione prædicta, tum etiam quia cachochimia potius viget, quam plethora, indèque facta purgatione ad exiccantia deuenio. Nam Trocis: cypheos cum therebentina, & passularum pulpa, & aquam ex salsa parill. aut rad. smilacis asperæ pro potu iuxtà præsentem Hipp. doctrinam feliciter exhibeo.

Vers. 16. *Considerandæ sunt hæ, spontanea desinentia &c.* Mar. n. 2.

Dum humores ad cutim feruntur, multa in corporis superficie erumpunt, quæ etiam sponte desinunt, cuiusmodi sunt exanthematum, pustularumque quamplura genera, similia illis, quæ ab igne excitari solent. Hæc igitur à medico considerandæ esse, nunc iubet Hipp. eò quod vbi apparent, & euanescunt, non semper æqualem ægro conditionem afferunt. Aliquando enim, & criticè erumpunt, criticèq. desinunt. Aliquando, vt symptomata prauitatis humorum erumpunt, & vt materiæ imperio naturæ inobedientis signa, derepentè euanescunt. Ad hæc igitur distinguenda, plurimum facit, tum figura, tum apparitionis modus: quippè quæ humoris peccantis conditionem, & naturæ dominium atteștari possunt. Quo ad figuram legimus, Tubercula extra extuberantia, & acuta, & fastigiata, & æqualiter maturescentia, & non obdu a 6. epid. sect. 1. & deorsum vergentia, & non bifida meliora; contraria verò mala, & quantò plus cõtraria, pessima. Et illud, latæ pustulæ non sunt valdè prurigi-

nosæ;

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 146 sur 636

©BIUM

A nosæ; quia à materia benigna, mordacitatis expertæ producuntur. Si tardè erumpunt, humoris crassitudinem, aut contumaciam attestantur, si celeriter, tenuitatem, & obedientiam. Dum verò assero, aut tardè, aut celeriter erumpere, non intelligo de tempore morbi, in quo erumpunt: Sed de tempore, in quo apparere incipiunt, & perficiuntur, quia quæ lentè admodum erumpunt, pernitiosa esse consueuerunt. Earum verò materia perspecta, naturæq. obedientia, facilè est distinguere, an quæ erumpunt, critica sint, an symptomatica, cum enim eorum materia morbo conuenit principali, sperandum est eorum apparitionem criticam esse, & è contra, iuxtà vulgatum illud, si talia educantur, qualia oportet, confert, & leuiter fertur. Eorundem materiæ cognitio etiam plurimum facit ad distinguendum, an exanthematum solutio vera sit, an recurrentis materiæ signum. Etenim si hæc à materia crassa oriri, cognouerimus, sciemus etiam, eorum solutionem breui tempore fieri non posse, vndè si talia celeriter euanescant, materiam retrocessisse, timendum est. His somnum, & vigiliam addidit B Hipp. Quia si exanthematum eruptio, & dissipatio critica est, somni subsequuntur placidi, & suaues: si symptomatica, vigiliæ infestant, aut somni turbulenti. Nihil est enim, quod tutius perfectæ crisis argumentum præstet, quam si somnus subsequatur. Quod Hipp. nos admonebat lib. 6. Epid. sect. 1. vers. 20. per illam sententiam. Antè rigorem vrinarum suppressiones, si ex bonis fluxerint, & somni adsint. Instante quippè crisi, dum in humoribus fit perturbatio, nox molesta esse solet. Facta verò secretione, leuior esse debet, vt 2. Aphor. 13. legimus. Rem tandem concludens inquit, quæ facienda sunt, aut impedienda, assequi citò. Quasi diceret: Præfatis omnibus diligenter perspectis prudens Medicus cognoscet, quæ sint facienda, motum naturæ adiuuando, si rectè quidem, sed diminutè operetur, aut impedienda, quæ malè erumpunt, & symptomaticè.

C *Vers. 19. Castigatio per vomitum, infernè per exitum, aut sputum, &c.* Mar. n. 2.

Hæc vox παιδεοσις, quam castigatio transtulit Corn. licet propriè institutionem significet, plura significare potest, & ideò variè ab expositoribus transfertur. Rasarij tamen versio, qui correctionem transtulit, mihi probatur magis, hæc enim vox ad quælibet, tum naturæ, tum artis opera accommodatior est. Certum est enim, quæcunq. hac sententia comprehendit Hipp. nec solius naturæ, nec artis tantummodo opera esse. Quarè dicerem, in præsenti sententia recenseri omnia ea, perquæ, quæ sunt præter naturam, corriguntur: siuè sint naturæ, siuè artis opera. Idque ab Hipp. factum est occasione eorum, quæ nuper dixit, proponendo ea, quæ à Medico consideranda sunt, vt quæ facienda, aut impedienda sint, cognoscere possit. Quia igitur non satis est, id cognoscere, necesse erat demonstrare, quibus instrumentis hæc facienda, aut impedienda essent, quod in præsenti fit particula, in qua sub nomine correctionis, ea omnia recensentur, per quæ prædicta, tum artis, tum naturæ opera perfici solent, quod quidem nomen correctionis huic materiæ conuenientissimum est, quia si hęc omnia dirigātur in ea, quæ præter naturam existunt: iuremeritò correctiones & castigationes eorum, quæ sunt præter naturam, dici possunt. Hæc autem sunt vomitus, inferna excretio, sputum, & cætera in textu enarrata, circa quarum explicationem nobis immorandum non est, cum satis sit, scopum auctoris indicasse, & eo magis, quia id cupientibus satisfacere poterit Gal. quamuis ea omnia in alium sensum receperit, explicaueritq.

D

Vers. 23. Vteri purgationem. Mar. n. 2.

Rasarius Græci contextus communem lectionem secutus, præsentem cum subsequentibus coniungens vertit: Historicè purgatio, quæ supernæ erumpunt, &c. Cornar. verò vteri purgationem transtulit, vt præcedentis sententiæ pars existat. An quia in suo codicè τῆς ὑστέρης καθάρσις legerat? an potius, quia lectio corrigenda ipsi videretur; cum sit probabilius de mulierum purgationibus mentionem hic fieri, quatenus per has correctio fit, & castigatio eorum quæ sunt præter naturam, veluti per antedictas euacuationes, quam credere absque vlla occasione de Mulierum purgationibus sermonem habere. Præterquam quod diminutus fuisset Hipp. si hanc euacuationem tanti momenti omisisset, vbi cæteræ omnes specialiter memorantur. Eam verò postremo loco collocauit, quia primo referenda erant, quæ vtriusque sexus communia existunt, deindè verò ea, quæ mulierum sunt peculiaria, qualia sunt vteri purgationes.

E

Vers. 23. Quæ supernè erumpunt, ac torquent, &c. Mar. n. 2.

Enume-

©BIUM

Enumeratis ijs, quæ corrigunt, & quæ præter naturam sunt, & quæ corpus alterant, nunc eadem omnia singillatim considerat, vt singulis perspectis, quæ vtilia sunt facere, & inutilia, corrigere possit Medicus, & primo loco vomitum considerans, inquit; quæ supernè erumpunt, ac torquent, ideſt, quæ vomitu reijciuntur, nec commoda fiunt, sed molestant, quia sunt præter naturam. Talia sunt ferè pinguia, impermixta (alibi meraca dixit) spumosa, calida, mordacia, æruginosa, varia, ramentosa, fæculenta, cruenta, flatus expertia, cruda, cocta, sicca. Hæc enim vomitionum genera tanquam vitiosa alibi damnauit Hipp. rationeque, & experientia talia esse inueniuntur. Tria tamen difficultatem faciunt, & primo quia inter malas vomitiones recensuit vomitum sine flatu contingentem, secundo, quia meminit concoctorum. Tertioque, & postremo; quia siccatorum. Quoad primum vomitus sine flatu malus est, & vt signum, & ratione tolerantiæ; ratione signi; quia significat, non adesse humoris pituitosi permixtionem, conditio in optimo vomitu requisita, vt lib. Prognost. nos docuit Hipp. ex cuius agitatione necessariò flatus excitantur. Ratione etiam tolerantiæ huiusmodi vomitus malus est, quia flatus humores eleuant, & vomitum faciliorem præstant. Vomitus pariter concoctorum improbatur, quia, quæ verè concocta, & à natura deuicta sunt, deorsum ferri, non sursum debent, quod paulò inferius docet Hipp. Gal. enarrante in expositione illius particulæ, Maturatio, &c. Sursum enim feruntur, quæ fluctuant, & naturam vehementer stimulant, vndè vomitus, & in morborum principijs, & in principio accessionis contingere solent. Nec huic sententiæ objiciatur mihi locus 7. Epidem. sect. 2. vers. 162. vbi concoctorum purgationem faciendam esse videtur statuere Hipp. non minus per superiora, quam per inferiora. Quia vt in eius loci expositione demonstrauimus, quæ ibi de purgatione referuntur, de ea tantummodo, quæ fit per aluum, sunt intelligenda, non de ea, quæ fit per vomitum, quod vt nobis indicaret Hipp. peculiari verbo vsus est ὑποκαθαίρειν, quod infernam purgationem significat. Firma igitur remaneat Hipp. sententia, experientia ipsi (vt credere est) cognita, concoctorum vomitum malum esse, quia vt nuper cum eodem Hipp. & Gal. dicebamus, quæ concocta verè sunt, descendere potius, quam ascendere apta sunt, & ratio est huiusmodi, si, vt omnibus est receptum, concoctio fit incrassando, & quæ crassiora fiunt, grauiora redduntur; hæc facilius descendunt, quam ascendunt. Adde etiam, per coctionem humorum feruorem compesci, per quem partes supernas petere, consueuerunt. Si ergò vomitiones spontaneæ malæ sunt, quando reijciuntur concocta, Medicus hinc edoctus, quotiescunq. humores concoctos educere voluerit, non per superiora, sed per inferiora expurgabit. Sicca pariter vomitu reiecta mala esse dixit: per siccum intelligendo id, quod proprio sero destitutum est. Huius autem seri consumptio in omnibus humoribus semper mala est, tum quia indè humores deterioris conditionis redduntur, tum etiam, quia hæc seri consumptio absque magna, & forti causa fieri non solet. Quarè quæ spontè per vomitum excernuntur, esse debent, nequè crassa (siuè modo talis crassities à coctione, siuè à seri consumptione proueniat) nequè immodicè tenuia, hæc enim sub nomine crudorum damnantur, quia quæ tenuia sunt, & aquosa, omnia cruda dicuntur. Prætereundum verò non est, vomitum crudorum malum quidem esse, non tamen æquè malum indicare quemadmodum faciunt deiectiones crudæ. Ille enim malus est tantummodo ratione signi, hæ verò, & vt signum, & vt causa malæ euadunt, nam præterquam quod crudorum humorum copiam atteſtantur, vt crudorum vomitus dum inferius secedunt coctionem, quæ quiete perficitur, impediunt: quod non euenit in euacuatione, quæ fit per vomitum: hæc enim tantum abest, vt coctionem impediat, quod potius eam accelerat, cum videamus, febres cum vomitu inuadentes longè breuiores esse, quam, quæ sinè eo contingunt. Vnde Auic. vomitum in principio accessionis factum, aut tollere, aut minuere paroxismum dixit.

Vomitus sine flatu.

Concoctorũ

Siccorum.

Mar. n. 32.

Verſ. 25. *Quæcunque circumfluunt, ferendi facilitatem contemplari.*

Mar. n. 2.

Cum superius malas excretiones per vomitum recensuerit; quispiam ab eo quærere potuisset, si ex quo malæ sunt, an eas supprimere, aut compescere expediat. Huic ergo, vt satisfaciat, regulam proponit, qua quid in hac re agendum sit, facilè distingui potest. Hæc autem est tolerandi facilitas, aut difficultas, quia si æger præfatas euacuationes ferat difficulter, eas supprimere, aut compescere expedit, antèquam periculum adueniat. Quodsi facilè eas ferat, sedare non oportet, quandoquidem non semper malæ excretiones lædunt, imò aliquando

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 148 sur 636

©BIUM

A quando vtiles fiunt, quod ipſemet adnotauit 4. Aphor. 47. Inquit enim: excretiones in febribus non intermittentibus liuidæ, cruentæ, fœtidæ, bilioſæ, omnes malæ, commodè autem ſi prodeant, bonæ, ſed eadem quoque eſt eorum, quæ per aluum, & vrinas excernuntur ratio, &c. Et quoniam præſens regula non in vomitionibus tantum verificatur, ſed etiam in deiectionibus, vrinis, ſudoribus, aliiſquè excretionibus, vt vias omnes comprehenderet, vſus eſt Hipp. hoc verbo circumfluo quaſi vndèquaq. fluo. Huic noſtræ expoſitioni difficultatem facit confuſa verborum contextus ſeries, quæ ſi ordine congruo reſtituatur, vera, & aperta redditur oratio. Hoc igitur modo reponi poterit. Quæcunq. circumfluunt, ferendi facilitatem contemplari oportet, quæ ſedare non oportet, itemque difficultatem (quæ ſcilicet ſedare expedit) priuſquam periculum adueniat.

Verſ 27. Maturatio, deſcenſus eorum, quæ infrà ſunt, &c. Mar.n.2.

B Maturatio (ait Hipp.) eſt deſcenſus eorum, quæ infrà. Redundantia eorum, quæ ſuprà, hoc eſt, quæ ſunt concocta, per inferiora expurgantur, quæ verò redundant in corpore, & quantitate moleſtant, & perturbant, per vomitum potius educi ſolent, ob rationem paulò ſuperius à nobis allatam. Subiungit poſtea, & quæ ex vteris, & in auribus ſordes, indicans, in his duabus excretionibus concoctionem non eſſe attendendam, eò quòd ſint redundantiæ, quemadmodum de vomitu terminatum eſt. Hoc documentum primo aſpectu parum vtilitatis Medico afferre videtur, re vera tamen ad præſagium plurimum facit, hoc enim præ oculis habentes, quotieſcunq. ea, quæ per aluum excernuntur, coctionis expertia ſunt, etiamſi omnimodam cruditatem non præſeferant, mala tamen cenſenda ſunt, aut ſaltem critica eſſe impoſſibile eſt, quæ autem per vomitum educuntur, non ità, dummodo penitus cruda non ſiſtt, nam præterquam quod non adeò mala ſunt, critica aliquando eſſe conſueuerunt, hæc

C enim redundantiæ ſunt, ideſt, concoctionis excrementa, aut ſuperfluitates, quæ concoqui, non eſt neceſſarium, imò neque coctioni ſubijciuntur: coctionem Hipp. more, & in propria ſignificatione accipientes, de qua à nobis proprijs in locis diſputatum eſt, exactius verò in expoſitione Aphoriſmi, concocta medicare, & mouere, &c. Idem pariter de vteri purgationibus teſtatur Hipp. ſiuè hæ menſtrua exiſtant, ſiuè aliæ vteri excretiones, in his enim non attendi coctionem, ex eo colligimus, quia ſæpè mulierum morbi per aquoſa, & cruda ex vtero excreta iudicantur, vndè craſſitudinem puris ex vtero fluentis, vel eius tenuitatem, partem affectam potius, quam humorum ſtatum, quo ad coctionem, & cruditatem indicare nos docuit Hipp. lib. . de Morb. Mul. ſect. 3. verſ. 170. Quo in loco de vlcerum vteri curatione Mar.n.91.
tractans, pure tenui exeunte, non cruditatem, & ex conſequenti morbi longitudinem, ſed totum corpus affectum indicari, ait, & proindè à totius purgatione inchoandam curationem

D eſſe, ſi verò exeant purulenta, & craſſa, compactaq. fuerint, vlcerationes ab ipſis vteris eſſe, & corpus non eſſe mouendum: ſed vtero tantummodo proſpiciendum eſſe. Idem etiam verificatur in menſtruis purgationibus, quarum eruptione plurimas ſanatas eſſe circa morborum initia, & nullo ſigno coctionis apparente, in Epidemijs legimus. In excretionibus ſimiliter ex auribus procedentibus non eſſe attendendā coctionem, ex multis colligere licet; potiſſimum verò ex 7. Epidem. ſect. 2. verſ. 131. Vbi doloris capitis ſolutionem æqualiter ſubſequi teſtatur Hipp. ſi per aures humor excidat tenuis, ac ſi maturus, vnde 6. Aphor. legimus. Caput circumdolenti pus, aut aqua, aut ſanguis per nares, aut aures exiens morbum ſoluit, ſententia ex lib. 2. de Morbis inter Aphoriſmos tranſlata. His igitur rationibus concoctio attendenda eſt in ijs, quæ infrà per aluum excernuntur, aut per veſicam, minimè verò in ijs excretionibus, quæ per vomitum fiunt, aut quæ ex vtero, aut auribus erumpunt. Mar.n.30.

E *Verſ. 29. Concitatio, apertio, inanitio, calefactio, perfrigeratio intrinſecus, forinſecus, horum quidem ità, horum verò non.*

Humorum concoctionem, redundantiaſq. nuper expoſuit, tanquā peculiares euacuationis vias poſtulantes. Docuitq. concocta per aluum: redundantias verò per vomitum, aut per vterū, aut per aures expurgari. Nunc verò quædam alia recenſet, quæ determinatā expurgationis viam non requirunt, cum omnes ei inſeruire poſſint. Næc autem ſunt Orgaſmos ſiuè turgentia, viarum, & meatuum adapertio, inanitio, ſiuè vacuitas, calefactio, & refrigeratio, hæcque ad peculiarem euacuationem non determinari, ait, quia aliquando hanc, aliquando illam expoſcunt. Turgentia quippè purgandum corpus indicat, id verò non magis per inferiora,

riora, quam per superiora faciendum nos cogit, quia & sursum, & deorsum turgentia expurgari potest. Apertio pariter meatuum, ac viarum amplitudo, & ipsa euacuationem aliquando exposcit: verum ad peculiarem aliquam non adstringit, nam quælibet euacuatio apertionem, & viarum amplitudinem præsupponit, idque significare voluit Hipp. eo aphorismo: corpora cum quis purgare vult, oportet fluida facere, imò aliquando venæ sectioni necessaria est, cuius gratia quarto Acutorum in aphoniæ curatione tex. 27. venæ sectioni præmittit fomentum, vt viis per ipsum apertis, crassus humor cum sanguine facilius educatur. Euacuatio item quando aliquam euacuationem indicat, per quam tollatur, nullam peculiarē viam per se limitat, quia plures veniunt in vsum, exempli gratia, quando vomitum sistere volumus, aliquando vtimur deiectione, modo vomitum inducimus, & nonnunquā diureticis euacuamus. Calefactio tandem, & frigefactio, siuè intrinsecus, ideſt, per assumpta, siuè extrinsecus aduenerit, quotiescunque per euacuationem sit corrigenda, non vnicam viam indicat, cum plures ex vsu esse queant, purgatio nempè, & per vomitum, & per deiectiones, & per vrinas, & sudorem, & sectionem venæ, & quamcunq. euacuationem, per quam humor educatur, qui dictas intemperantias foueat, ac conseruet. Quia ergò prædicta omnia modo hanc, modo illam euacuationis viam exposcunt, nec vlli se adstringunt, ideò dixit Hipp. horum quidem sic, horum verò non.

Mar.n.3. *Vers. 31. Quæ per aluum egeruntur, si crepunt, non spumosa, matura, cruda, frigida, fœtida, sicca, humida.*

Hæc supradictis continuata apertiorem orationem constituunt. Cum igitur superius de humoribus pertractauerit, qui vomitu excernuntur, indè verò ad ea, quæ deorsum expurgantur, sermonem transtulerit, signa tradens, quibus excrementa ab inferna aluo excreta distinguantur, ab ijs, quę aliundè in ipsam confluunt, & primo tormen adduxit, quod inferiore aluo patiente tardum est, & molle, superiore verò affecto, acutum est, & vehemens. Modo prosequitur demonstrare, qualia sint excrementa, quæ ab ipsa aluo inferiore excernuntur: ad distinctionem eorum, quæ in eam confluunt, & inquit talia esse non spumosa, matura, cruda, frigida, fœrida, sicca, humida. Dixitque non spumosa: quia spumosæ deiectiones non ab alui affectione aliqua producuntur, sed à distillatione à capite in ventrem: prout 7. Apho. 3. adnotatum est. Enarrata verò excrementorum genera in aluo generari posse, ita notum est, vt in hoc confirmando, tempus conterendum non sit, hæc tamen ita alui affectæ propria non sunt, quin aliundè etiam confluere possint. Hæc verò protulit Hipp. vt indicaret, quotiescunq. diuersa à prædictis deijciuntur, aliundè ad aluum confluxisse, v. g. biliosa, hæc enim non alui malè affectæ sunt excretiones, sed ab hepate in aluum confluunt, vt verò præfatorum excrementorum excretionem ex aluo malè habente distingueret ab ea, quæ fit à confluxu eorundem ad ventrem, vsus est Hipp. hoc verbo πίπτω satis propriè, quasi declino, quæ enim generantur in aluo, per modum inclinationis exeunt, quæ verò aliundè, non item, quando ad eorum excretionem vis maior concurrit. Aduertendum verò litteram ἢ vsurpatam esse Atticè, pro ἤ, ideſt, si. Quia si cum interprete, quà, transferatur, confusa satis, & non parum defectuosa redditur oratio: vt vnicuiquè Gal. expositionem consideranti patere poterit.

Mar.n.3. *Vers. 33. Quæ olfactum malè afficiunt, sitis, quæ prius non adfuit, neque æstus, neque alia causa, vrina, nasi humectatio.*

Inter differentias excrementorum alui, fœtida enumerauit, quæ quidem ob putredinem talia fieri, notum est, idque duplici ratione, tum quia portio putridi humoris à venis ad aluum transmissi, ipsis excrementis admiscetur, indèque fœtorem contrahunt, & propter hanc causam in malignis febribus, quæ ab humorum putredine vera ortum ducunt, alui excretiones fœtent, tum quia ipsamet excrementa in aluo putrescunt; cum ergò Hipp. in præcedenti sententia explicauerit, qualia sint excrementa ab aluo affecta prodeuntia, ad differentiam eorum, quæ aliundè confluunt, & inter illa, fœtida enumerauerit; modo signa nobis tradit, quibus fœtor excrementorum in aluo putrefactorum distinguatur ab eo, qui aliundè prouenit: hoc est à putredine humorum in venis stabulantium, & primo loco sitim proponit, quæ anteà non adfuerit, sed in ipso eorum egressu compareat, nullaque præcesserit causa, quæ sitim excitare potuerit, siuè æstus sit, siuè alia similis causa, cuius quidem signi ratio, & fundamentum à causa fœtoris dependet, quæ quotiescunq. à corruptione, seu putrefactione ingestorum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 150 sur 636

©BIUM

A ſtorum in aluo dependet, hanc à calore circa ventrem adaucto oriri neceſſe eſt; quo poſito ſitim ſubſequi, neceſſe eſt, quæ antè putrefactionem non aderat. Si verò fœtor à putredine maligna venoſum genus occupante oriatur, aut nulla adeſt ſitis, aut ratione febris aderat prius, quam putredo introduceretur, per putredinem enim humores maiorem æſtum non acquirunt, vt ſitis ſuperueniat, quæ antea non adfuerit; quando oppoſitum obſeruatur quotidie, videmus enim ſimplices febres ſummum incendium præſeferentes putredine accedente, propter quam malignæ euadunt; ſtatim mitiores fieri, ſitim ſedari, æſtumq. & alia omnia accidentia remitti; quæ à calore dependent. Vndè Gal. huiuſmodi febres calore non admodum vrentes eſſe 5. ſimpl. adnotauit. Quoniam verò febres rarò à principio putredinem hanc adiunctam habent; ſed tantummodo morbi progreſſu, quando humores à febrili calore corrupti proprijs ſpiritibus priuantur, naturæque imperio deſtituti, putreſcunt, eorum inſtar,
B qui è proprio receptaculo exeunt: indè fit, vt in febribus ſitis vigeat plerunq. antèquam fœtor excrementorum appareat; qui malignæ putredinis ſit ſoboles. Neque æſtus (ſubiungit Hipp.) neque alia cauſa adſit quæ potuerit ſitim inducere, ità enim ſitis erit ſignum, fœtorem excrementorum ad inferiorem ventrem referendum eſſe, non ad malignam putredinem, aut aliam cauſam. Huic ſigno alia duo addidit, quibus dictorum excrementorum fœtoris cauſa diſtingui poterit. Videlicet vrina, qualis ſecundum naturam eſſe ſolet, hæc quippè in excretione fœtidorum à maligna putredine immutantur: in alui putredine nequaquàm. Et naſi humectatio, putreſcentibus enim in ventre cibis ob exceſſum caloris, humidoq. vigente (id Hipp. met. 3. de diæta atteſtante) humidi vapores eleuantur, à quibus nares humectari eſt rationabile; vapores enim ab aluo eleuati proprietate quadam nares petere quotidiè obſeruantur; vndè nullum certius ſignum exiſtimatur vermium in aluo ſtabulantium, quam narium
C pruritus. Verum obijciet quiſpiam, ſi nares humidæ fiunt, quomodo ſitis contingit? cui reſpondeo id fieri, quia ſitis ob calidi præſentiam euenit, à quo os ventriculi, quod famis, & ſitis eſt inſtrumentum, alteratur. Notum eſt enim ſitim, tam ex calidi præſentia, quam humidi defectu excitari, quia ergò os ventriculi proximum eſt aluo, vbi calor viget, nares autem remotæ; hinc eſt, quod in eo plus poteſt calor ad ſitim excitandam, quam humidi præſentia ad humectandum: in naribus verò vice verſa, plus poteſt humidus vapor ad humectandum, quam calor, qui ab eis remotus eſt, ad exiccandum. Et hunc præſentis ſententiæ verum eſſe ſenſum exiſtimo, cuius verba hunc in modum veniunt interpretanda. Quæ olfactum malè afficiunt, hoc eſt excrementa fœtida, ab aluo repere (vt dictum eſt ſuprà) indicat ſitis, quæ prius non adfuerit, neque æſtus, neque alia cauſa; quæ fœtorem illum mediante corruptione inducere poſſit, vrina ſimplex, & à naturali ſtatu nihil immutata, & naſi humectatio.

D *Verſ. 34. Iactationem, ſiccitatem, &c.* Mar. n. 3.

Hucuſq. humorum varias affectiones à Medico conſiderandas expoſuit. Nunc verò ad alia ſe transfert exponenda, quæ quoniam ab humorum diſpoſitione quodammodo dependent, ad tractationem de humoribus ſpectare videntur, quæ quidem ſigna appellat, quia per hæc, non quid agendum tantum, quantum quid iudicandum, aut prædicendum ſit, nobis innoteſcit. Quædam enim ſunt, quæ primo ad curationem morborum faciunt, ſecundo autem ad cognitionem, & præſagium: cuius naturæ cenſentur ea, quæ hucuſque recenſita ſunt. Quædam alia primo quidem cognitionem præſentium, & futurorum præuidentiam nobis præſtant; ſecundario autem ad curationem aliquid conferunt. Huiuſque conditionis ſunt, quæ hoc in loco recenſentur. Quæ ſingula explicare non intendo; tum quia in arte verſatis ſunt ſatis manifeſta, tum quia Gal. huic parti abundè ſatisfeciſſe mihi videtur in commento.

E *Verſ. 35. Et ſpiritum turbidum.* Mar. n. 3.

Quid per ſpiritum turbidum propriè intelligendum ſit, in expoſitione lib. Coacarum prænot. verſ. 64. demonſtrabitur. Quod ſi quis, hoc in loco pro perturbato accipiat, & confuſo: quatenus ab æquali, & ordinato diſtinguitur, non longè (ni fallor) aberrabit, hoc enim nomine comprehendi poſſunt omnes differentiæ vitiatæ reſpirationis, quas reſpexiſſe in hac ſententia, aſſerendum eſt, cum non videatur probabile, Hipp. communia morborum ſigna ad vnicam tantum reſpirationis differentiam coarctaſſe, eamque rarò apparentè in morbis. Nec vox ab hac ſignificatione aliena eſt, quia ſi turbidum dicitur, quod partes diuerſas inuicem diſiunctas, & confuſas habet, meritò ſpiritus perturbatus, ſeu turbidus dicetur, in quo partes

reſpi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 151 sur 636

©BIUM

respirationis, quæ naturaliter rythmo quodam se consequuntur ad inuicem, confundantur, A
inordinatèq. & inæqualiter procedant. Iuxtà hunc enim sensum sub hoc genere, omnes ferè
respirationis non naturalis differentiæ comprehendi possunt.

Mar.n.3. *Vers. 62. In exacerbationibus, neque præsentibus, neque futuris, neque pedum frigiditate; sed in declinante deorsum morbo.*

Hoc documentum qui spernit, in præsagiendo erat facilè. Docet quippè Hipp. enarrata signa consideranda esse non in ipsis exacerbationibus, sed in earum remissione, sæpè enim non ex morbi sæuitia contingunt, sed particularis accessionis symptomata existunt. Vt ergò aptum tempus pro obseruatione prædictorum signorum nobis indicaret; non esse considerandaait in exacerbationibus, neque præsentibus (hoc est vigoris tempus) nequè futuris, ideſt, dum instat accessio, neque pedum frigiditate, quod à principio accessionis contingere solet. Hæc sunt enim tria particularia morbi tempora, in quibus signa, quæ ad totius morbi B
constitutionem spectant, infida esse consueuerunt; sed inclinante deorsum morbo, hoc est transacto accessionis vigore, in quo morbus, ideſt calor præter naturam partibus superioribus derelictis ad pedes descendere incipit, quo dicendi modo vsus est etiam primo Acutorum, vers. 137. vbi sorbitiones dare vetat, dum pedes frigidi sunt, tempusq. idoneum constituit,
Mar.n.10. quum calor ad pedes descenderit, eo igitur tempore præfata signa tutò præsagiunt, quia quæcunq. ab accessionis violentia dependent, tunc sedata esse rationabile est.

Mar.n.3. *Vers. 67. Concocta medicamentis aggredi oportet, &c.*

Quamuis præsentis sententiæ hic proprius locus existat, quia tamen inter Aphorismos translata est, ibiquè communiter interpretatur, ideò & nos propriam expositionem in illud opus transferemus, est autem Aphorismus 22. primæ particulæ.

Mar.n.3. *Vers. 70. Quæ prodeunt, non multitudine æstimare oportet, sed quamdiù prodeant, qualia* C
oportet, & facilè æger ferat. Vbi verò opus est, debilitare etiam, aut animi deliquium inducere, donec hoc feceris, cuius gratia hoc fit.

Vtilium euacuationum ideam constituit in eductione eius, quod molestat; cuius rei indicium est, facilis tolerantia, quod etiam 1. Aphorism. vltimo confirmatur. Si talia (inquit) educantur, qualia oportet, confert; & leuiter fertur: sin minus, è contrà. Cum igitur facilis tolerantia sit communis regula, & mensura euacuationum; aliquis existimare potuisset, nunquam vltrà præfatam tolerantiam euacuari debere. Sicque euacuatio, quæ fit vsque ad animi deliquium, omninò auferetur. Non enim facilè tolerari ea euacuatio dici potest, quæ ad Lipothymiam ægrum perducat, vt ergò hæc tollatur dubitatio, subiungit Hipp. aliquan-
Euacuatio ad lypothimiã. do vltrà Euphoriam euacuandum esse, quando, aut debilitare, aut Lipothymiam inducere, necesse est. Nam exigente necessitate eò vsque euacuandum est, quòusque id consecutus sis, D
cuius gratia euacuatio administratur. Aliquando enim ægrotantem debilitare oportet, quia cum viribus fortibus morbum terminare est impossibile. Vndè Gal. 1. Aphor. 4. sæpè in acutis ægrotantium vires modicè debilitatas esse conseruandas, adnotauit. Similiter sunt quidam casus, in quibus animi deliquium euacuatione inducere expedit: quod quidem antiquis visitatum fuisse, tum ex hoc textu, tum ex alijs testimonijs constat. Nam in maximis inflammationibus: in ardentissimis febribus, doloribusq. vehementissimis, vt auctor est Gal. euacuationem ad animi deliquium facere consueuerunt, non quidem, vt lipothymia esset mensura maximæ euacuationis, vt est communis opinio. Fallax enim admodum fuisset, hæc mensura, cum sint quidam, qui ex quacunq. etiam minima euacuatione animo deficiunt. Alij è contrà, qui etiam immodicas sine animi deliquio sustinent. Verum potius, quia lipothymia prædictis casibus ex propria natura occurrit. Per hanc enim retractio fit sanguinis, & E
spirituum ad viscera, vndè maxima fit ab affecta parte reuulsio, corporis item habitus refrigeratur quam maximè, sensibusq. torpor inducitur, vt meritò, & febribus ardentissimis, inflammationibusq. maximis, doloribusq. vehementissimis conferre dicatur. Hanc quidem in doloribus obseruaui, vt non possim satis explicare, quã eximiè eos tollat. Nobilis enim mulier, cum à vehementissimis capitis doloribus vexaretur, & omnia administrata irrita essent, dolor tandẽ ad eum excessum perueniebat, vt ob doloris acerbitatem in lipothymiam incurreret; à qua cum non longè post subleuata esset, ab omni doloris sensu libera erat, in eoque statu perseuerabat quòusquè idem rursus dolor inuadens, tandem eam in animi deliquium denuò

indu-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 152 sur 636

©BIUM

A inducerēt, quod doloris medela eſſet, idque ſæpius ei contigiſſe ipſe præſens adnotauit: ex quo cauſa mihi innotuit, propterquā antiqui ad animi deliquium in maximis doloribus euacuationes facerent. Nam etiam Hipp. in pleuritide 4. Acut. verſ. 241. eam comendauit. Mar.n.52. Siquidem dolor (inquit) ſurſum tendat ad clauiculam, aut circa mammam, aut brachium, venam in brachio ſecare oportet internam, vtra tandem fuerit parte, in ea ipſa; detrahere verò ſanguinem iuxtà corporis habitum, & tempus, & ætatem, & colorem plus, & confidenter, & ſi acutus fuerit dolor ducere vſquè ad animi deliquium, incluſiuè ſcilicet, vt ex præſente loco conſtat, dum inquit: Et deliquium animi inducere, non excluſiuè, vt nonnulli interpretantur, & quia inquit, & ſi acutus fuerit dolor, ducere vſque ad animi deliquium, patet euidenter, in gratiam doloris vehementiæ lipothymiam procurari: quatenus, vt nuper dicebamus, hæc dolorem tollere poteſt. Cum igitur animi deliquium etiam abſque immodica

B euacuatione omnibus caſibus occurrat, in quibus probatur, non erit neceſſarium euacuationem eò modo adminiſtrare, nè æger, antequam facta ſit magna euacuatio, animo deficiat, vt Gal. animaduertit, imò aliquando ità collocandus erit, vt per moderatam etiam euacuationem in lipothymiam incurrat, quando ſcilicet æger, aut propter ætatem, aut aliquam aliam cauſam magnam ferre non poſſe timetur. Idquè aſſequemur ſi ægro, aut ſtanti, aut ſedenti ſanguis mittatur. Concludamus ergò Hipp. conſilium in præſenti ſententia eſſe, non ſemper in euacuationibus facilem tolerantiam eſſe attendendam: cum aliquando expediat, & debilitare & lipothymiam inducere. Subiungit poſtea.

Verſ. 73. Interim aliò vertere, aut ſiccare, aut humectare, aut reuellere, ſi ſufficiat æger, Mar.n.3. *idque ex his coniectabis, ſicca quidem calida erunt: humida verò frigida, quæ verò aluum mouent, plerumq. contraria.*

C Vt indicaret lipothymiam aliquando non ſufficere pro integra curatione morbi, etiam ſi per illam dolor ſedatus ſit; vt ex enarrata hiſtoria conſtat. Sed alia inſuper adhibenda eſſe. Videbitur ad proximiora humores deſiccare, alterare, ſiuè calefaciendo, ſiuè refrigerando, ſiuè exiccando, ſiuè humectando, prout intemperies, quæ morbum fouet, expoſcere videatur, ſi ſufficere æger poſſit, qui ſæpè à maxima euacuatione debilitatus, omnem renuit curationem, donec vires ex parte recuperauerit. Quantum verò deriuando, & reuellendo euacuare oporteat, & quouſque alterando exiccare, aut humectare opus ſit, docet, terminos deſcribens, quos tranſcendere non licet, & inquit: Id quod ex his coniectabis: Sicca quidem calida erunt: humida verò frigida. Hæc enim ſigna ſunt completæ alterationis, & ideò tunc deſiſtendum erit. Quando enim pars nimio humore intemperata ex vſu exiccantium incaleſcit, ſignum eſt, quidquid erat humiditatis ſuperfluum

D iam abſumptum eſſe. Sicuti è contra, pars, quæ immodicè exiccata humectantibus ad naturalem ſtatum reduci debet, quando ab humectantium vſu refrigeratur, ſufficienter humectatam eſſe ſignificatur. Quæ verò aluum mouent plerunq. contraria. Quaſi dicat, ſi facta per venæ ſectionem vſque ad animi deliquium euacuatione, & ad totalem morbi curationem neceſſe ſit, deriuationem humorum ad aluum facere per ſubducentia medicamenta: perfectam eſſe euacuationem cognoſcimus, quando excrementa apparent præcedentibus contraria, v.g. ſi prò deriuatione bilioſi humoris alicui datur cholagogum medicamentum: quando poſt bilioſam excretionem pituitoſa apparent, iam purgationem abſoluram eſſe cognoſcimus. Quæ quidem expoſitio ex lib. de Nat. hominis confirmari poteſt, vbi teſtatur Hipp. medicamentum quodlibet primum humorem ſibi familiarem attrahere, deinde verò etiam reliquos. Quum ergò humores à præcedentibus contrarij, ſiuè diuerſi excerni incipiunt,

E iam primi perfectam factam eſſe euacuationem, inditium eſt. Quod cum ipſe aliquando in purgationibus obſeruauerim, terminum euacuationis cum admiratione ægrotantibus prædixi. Præſens ſententia inter Aphoriſmos regiſtrata eſt, ſed qui eam tranſtulit, dum eam breuiorem facere ſtuduit, mancam, & mutilam effecit.

Verſ. 83. In febribus ad articulos, & circa maxillas, &c. Mar.n.3.

In febribus humores, aut calidi, & tenues ex propria natura exiſtunt, aut à calore febrili attenuantur, vt ſurſum potius, quam deorſum tendant. Febribus autem ceſſatis, eoſdem partes inferiores potius peteree, ſi rationabile, quia calore febrili extincto, humores, ſiuè con-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 153 sur 636

©BIUM

cocti fuerint, siuè, vt dici solet, incinerati, grauiores esse, necesse est. Vndè in febribus, hoc est dum adhuc febris tenet, abscessus magis contingunt in partibus loco affecto superioribus, ad differentiam eorum, qui febre iam cessata propter humorum reliquias generari solent, hos enim in partibus inferioribus oriri, quotidiè obseruatur. Non negligenda est ergò vox illa in febribus, ea enim sublata, irrationabilis, imò falsa omninò redditur sententia. Alterum etiam adnotauit Hipp. in textu, videlicet per febres abscessus non solum fieri in partibus superioribus, vt explicatum est, sed in parte proximiori loco affecto: cuius quidem ratio assignari potest, quia cum abscessus producantur à materia non in totum deuicta, non est mirum, si longè à loco affecto eam expellere, non valeat, quæ quidem materia, si exiguæ est quantitatis, in parte tantummodo abscessum facit, si copiosa, in toto etiam corpore. Aduertit etiam, in inferioribus partibus aliquando generari abscessus, idque euenit, quando morbus leuis est, & lento motu mouetur, quæ duo materiæ frigiditatem, & crassitudinem attestantur, vt non sit mirandum, si deorsum potius, quam sursum vergat. Fiunt autem abscessus circa articulos maximè, quia hæ partes satis debiles sunt, & laxæ propter humiditatem, quæ in eos continuò influit naturæ instituto, nè ex motu resiccentur, in maxillis verò fiunt superni abscessus frequentius, quia articulus est magnus, & ex consequenti plurimæ humiditatis capax, & qui præ alijs frequentissimè mouetur.

Mar.n.3. *Vers. 91. Iuxtà eandem rationem contingit ab humorum, & corporis colliquatione, & frigiditate.*

Causam abscessuum hoc in loco vocat Hipp. quidquid eorum generationem præcedit, & ideò statuit abscessus fieri, & à febribus, & doloribus, & tussi, quia his omnibus succedere abscessus solent. His autem enarratis, ad alia transit, à quibus abscessus fieri censet, & ait, hos insuper fieri, & ab humoribus, & à corporis colliquatione, & frigiditate, ab his verò causis fieri abscessus intelligimus, quatenus nomine abscessus comprehenduntur morbi omnes partem aliquam infestantes, dum à toto, aut parte ad partem aliquam abscedit morbus, aut morbifica causa, quod clarius ex sequentibus manifestatur, dum inquit. Proindè nosse expedit, in quibus temporibus humores florent, &c. Quod in textu legit Galenus ψυχη, textu Basiliensi consentiente, Cornarius ψυχου legisse videtur, quandoquidem frigiditatem transtulit, quam lectionem, & Caluum secutum esse constat, & certè hæc rationabilior videtur, cum animi affectiones proxima abscessuum causa dici non possint. Frigiditatem verò abscessus inducere sciunt illi, qui per frigora, & niues iter fecerunt, quibus aliquando deciderunt pedes perfrigerati, vt libro de Humid. vsu vers. 24. Hipp. adnotauit. Cur verò inter reliquas alterationes, seu intemperantias solam frigiditatē abscessuum causam statuerit, aliquis quærere posset, cui responderem, id factum esse, quia hæc euidentius, & frequentius particularum morbos inducere solet, vndè vulgus ipsum huiusmodi abscessus communi vocabulo *Freddure* appellat.

Mar.n.2.

Mar.n.3. *Vers. 102. Molestiæ animi, aut per oculos, aut per auditum, velut, &c.*

Animi molestias, quas communi vocabulo animi passiones dicimus, duorū sensuum interuentu excitari, ait Hipp. quia ex his, quæ, aut videmus, aut audimus variè afficitur animus. Sed & corpus ipsum ijsdem sensibus mediantibus alteratur: quando ex molarum attritu (ait Hipp.) dentes stupescunt. Ambulantique circa cauum locum crura tremunt: & serpens derepentè conspectus pallorem inducit, ex quo colligit, animum corpori; & corpus animo obedire; quatenus inuicem proprias affectiones sibi ipsis transmittunt. Idque vlterius explicat, quia quæ corporis sunt (tales sunt obiecta, quæ per visum, & auditum percipiuntur) timores inducunt, pudores, mœrores, voluptates, iras, & huiusmodi alia, quæ ad animum spectant. Sed & corporis facultates præfatis sensibus obedire demonstrat, quia & sudores, & cordis palpitationes (hæc enim facultatum corporis operationes existunt) ab his quæ, & videmus, & audimus excitari solent. Imò interiora corporis exterioribus obedire demonstrat, quia his alteratis interiores partes alterari contingit. Id palam faciūt medicamenta, quæ internis partibus affectis exterius applicantur, vtpurà vnctio, perfusio, illitio, cataplasmata, lanarū appositiones, & alia id genus, quatenus enim exterioribus partibus alteratis alterantur interna; signū est, interna externis obtēperare. Sed & vice versa, partes externas internis

obedire

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 154 sur 636

A obedire indicant ea medicamenta, quæ in externarũ partiũ morbis interius assumuntur. Hisq. exemplis alia subsequenter addit Hipp. quæ maiorem admirationem faciunt: & propterea eo dicendi modo vsus est, sed & eodem modo, cubile in lanis sordidis (ità enim legit Basilien-sis contextus Græcus) quibus videtur significare culcitram ex lana sordida, & non lota: quam quidem efficaciam habere alterandi corpus super illam iacentis est rationabile, ob multas, magnasque eius facultates, quarum gratia in frequenti vsu apud antiquos fuisse, ex lib. de Humid. vsu Hipp. colligere licet, & quod à rege nomen habet: scilicet regulus serpens, qui & Basiliscus Græca appellatione vocatur, & cuminum, videntibus, & olfacientibus, maxi-mas (supple) alterationes corporis faciunt. Basiliscus enim, qui alios serpentes olfactu enecare creditur, hominem, vel si aspiciat tantum, dicitur interimere Plinio attestante. Cuminum verò tanta alterandi corpus facultate pollet, vt solo olfactu pituitam de capite ducat, sed non

B cuminum tantum, verum etiam quodcunquè huius gratia naribus admoueri solet. Hunc enim verum sensum existimo eorum verborum, & quod à rege nomen habet, cuminum, vi-dentibus, & olfacientibus, quæ de capite ducunt. Quamuis sciam aliter hunc locum com-muniter explicari, ità vt Hipp. cuminum à rege denominari velit, nam si Dioscorides ipse ex præsenti textu permotus (quando nullibi de cumino regio in lib. Hipp. mentio vlla reperitur) cuminum Aethi-picum regium ab Hipp. denominari testatur. Verum quia Hipp. cuminum Aethiopicum vsurpauit sæpissimè, nullibi verò (vt dicebam) regium denominauit, ideò com-muni expositioni acquiescere non potui. Propriamque in medium attuli, de quibus iudicium committatur ei, apud quem auctoritas non præfertur rationi.

Vers. 112. *Turbant, sermones, vox, & huiusmodi, &c.* *Mar.n.3.*

Occasione prædictorum, quibus demonstrabat Hipp. quomodo, & corpus animo, & ani-

C mus corpori obediant, cumque docuerit non modo ea, quæ sunt in corpore, corpus, & ani-mum alterare; sed etiam, quæ sunt extrà, nunc eandem prosequens doctrinam, nonnulla alia in exemplum adducit, quæ etiam si extrà corpus sint, corpus tamen, & animum perturbant frequenter. Hæc autem sunt, sermones iniucundi; vox importuna, & huiusmodi, & quia ho-rum omnium effectuum ratio in maximo consensu dependet, quem anima cum corpore, & corporis partes habent ad inuicem: huius consensus naturam in partibus quibusdam expo-nit, dum inquit. Vox mammæ, genitura, vterus, quæ signa sunt in ætatibus, & in suffocatio-nibus, & tussibus, quæ ad testem. Prædicta quippè dicuntur signa in ætatibus, & suffocatio-nibus, & tussibus. In ætatibus quidem, quia iuxtà ætatis mutationes, variæ in illis alteratio-nes contingunt. Vox enim in pubertate fit grauior: Mammæ turgere incipiunt: genitura emittitur, vteruſque semen affectare incipit. Dicuntur etiam signa in suffocationibus, vel

D quatenus causæ, vt genitura, & vterus: vel vt signa, vox enim in suffocatione ab vtero tollitur. Mammæ pariter sunt signa in suffocationibus: quatenus suffocationis causã indicare possunt, quia si hæc fuerit menstruum suppressio, mammæ intumescunt, & earum partes extremæ ad papillas rubescunt. Si semen, aut quid aliud in vtero corruptum, aut alia quæuis ad vterum spectans causa, id etiam mammæ indicare possunt, in hanc quippè sententiam 6. Epidem. sect. 5. vers. 25. legimus, si mammarum papillæ, & rubor earum pallidus fuerit, morbosum vteri vas est. Sunt etiam hæc signa in tussibus, in quibus vox si rauca euadat, tussis plerunq. malignitatem attestatur, vt ex constitutione Epidem. colligere licet, eiusdem consortij ra-tione 2. Epidem. vers. 45. Legimus, vbi testis intumuit, diuturnæ tusses cessant, & testis tumor à tussi cessat, & alleuiatur: quæ res commonefacit nos communionis pectoris, mammarum, genituræ, vocis, & infra sect. 5. vers. 2. Vocis gracilitatem soluit varix ad testem, & dextrum,

E & sinistrum, absque horum altero fieri non potest, vt soluatur, & loco citato vers. 24. Testium tumores mammarum eleuatio soluit, & tandem, vt lib. de Glandulis legimus. Vox aspera, *Mar.n.12.* redditur, quibus demptæ mammæ. Quæ omnia præfati consortij manifesta testimonia existunt.

Vers. 114. *Quemadmodum arboribus terra, ità animalibus ventriculus, &c.* *Mar.n.4.*

Cum superius quarundam partium consortium explicauerit, per quod inuicem proprias affectiones sibi ipsis communicant, sanant, indicantque, siuè patefaciunt. Cumquè ventricu-lus mirum habeat cum omnibus partibus corporis consortium, cuius gratia, vt ipsemet lib. 4. de Morbis sect. 2. vers. 225. dicebat, consentiunt corpus, & ventriculus, & maximè *Mar.n.28.*

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 155 sur 636

cum principibus: vndè proprias affectiones ad se inuicem transmittunt. Hinc cardialgiæ, A
syncopes, capitis dolores, vertigines, Epilepsiæ, bilis vomitiones, aliæquè affectiones, & cordis, & cerebri, & Hepatis, cæterarumq. corporis partium, quas per consensum à ventriculo in dies ægrotare conspicimus. Adeò nunc huius consortij rationem exponens inquit. Quemadmodum arboribus terra, ità animalibus ventriculus, quasi diceret, sicuti arbores ex terra nutrimentum capiunt; vndè vnaquæque arboris pars viuit, & crescit; ità animantium corpus, & singulæ eius particulæ à ventriculo nutrimentum recipiunt, cuius gratia ventriculus totum corpus nutrit, calefacit, & refrigerat. Refrigerat quippè innanitus, repletus verò calefacit, quod quidem experiuntur illi, qui cænam præter consuetudinem dimittentes, noctu vix calefieri in hyeme possunt.

Mar.n.4. *Vers. 117. Arbores corticem tenuem siccum habent, intrinsecus autem, &c.*

Similitudinem assignauit inter terram plantarum respectu, & inter ventriculum ad totum B
corpus animalis comparatum, nunc verò similitudinem affert inter ipsa animalia, & plantas. quia sicuti arbores exterius corticem durum, & tenuem habent, intrinsecus autem carnem siccam: quarum, quæ partes prædictas sanas, & non putridas habent, diuturnæ vitæ existunt, ità etiam eodem modo animalia sese habent, & euidentius testudines, sed & in hoc conueniunt plantæ, & animalia, quatenus scilicet, ætatum varietate eorum affectiones diuersificantur, & ad anni temporum mutationes variè vtrunque genus afficitur, quia non deteruntur (inquit) siuè consumuntur, alteranturq. animalia, & plantæ, si his melioribus vtantur. Quando enim ætatum, & temporum fit mutatio moderatè, & paulatim; annique constitutio optima fuerit, nullum prædictorum malè afficitur, & non ità citò corrumpitur, sed sana diutius, & vegeta perdurant omnia; è contra verò malè se habent, morbosaque viuunt, & citò destruuntur, quando prædicta derepentè inuicem transmutantur, & à naturali constitutione C
longè absunt. Dum enim ætates non sensim transmutationem faciunt, quemadmodum
Mar.n.6. naturaliter fieri debet, eodem Hipp. inferius attestante vers. 162. Sed derepentè; corpora indè maximam alterationem persentiunt: vndè plurima intereunt, aut saltem insigniter læduntur. Hinc annorum climateri orum obseruationes emanarunt: cum obseruatum sit certo annorum numero quamplurimos homines ægrotare, non autem omnes, cuius diuersitatis ratio indè prouenit, quia cum præfati annorum numero in ætatis mutationibus incidant, quibus talis mutatio derepentè fit, ij eo tempore malè afficiuntur, & ægrotant, non vi superstitiosa numerorum, nec simplici ætatis mutatione, sed quia (vt dictum est) tunc repentina fit ætatis mutatio. Repentinam fieri ætatis mutationem intelligo quando, verbi gratia, à pueritia ad adolescentiam fit transitus, cum euidenti mutatione eorum, quæ ætates illas concomitantur. Quotiescunque igitur magna, & repentina fit ætatis transmutatio, corpora D
non alterari est impossibile, nequaquam verò si ætates absque insigni mutatione sibi inuicem succedunt. Addidit, aut melioribus, quia dum ætas deterior meliori succedit, verbi gratia, virilitati senectus, etiam si talis mutatio moderatè, & sensim fiat, nihilominus attritionem, & detrimentum persentiri necesse est. Temporum mutationes pariter animaliũ corpora absumere, & alterare, quum magnæ, & repentinæ fuerint, nequaquam verò si moderatè inuicem succedant, omnibus est notissimum, & ab Hipp. proclamatum sæpissimè. De annis similiter proportionem, & similitudinem quandam inuicem non seruantibus, sed plurimum inter se differentibus, quot mortalium corporibus afflictiones inducant, dicere non oportet, quando exhis annonæ, sterilitates, Bella, Pestes, & cætera id genus mala euenire certis quibusdam annorum curriculis in dies obseruantur. In his ergò arbores cum animalibus similitudinem habent, quia iuxtà temporum anni, & ætatum, annorumque mutationem alterantur, quem- E
admodum de animantibus dictum est. Nam plurimæ arbores certis ætatibus morbis quibusdam subijciuntur, v. g. dum adolescunt, & fructus producere incipiunt, vermiculationi subijciuntur, cum adoleuerunt, humoris abundantia suffocantur; arescuntq. & contabescunt, cum iam senescere incipiunt. Et hæ pariter, certis annis à propria natura plurimum recedentibus, steriles fiunt, ægrotant, & arescunt aliquando. Quemadmodum etiam propter importunas temporum mutationes plurimum lædi, contingit, prout de animalibus dictum est.

Mar.n.5. *Vers. 134. Si verò similiter procedat, eiusmodi quoque fuerint, &c.*

Expo-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 156 sur 636

©BIUM

A Exponit exemplis, quod dictum est quam proximè. Videlicet, pro vt temporum con- *Mar.n.5.*
stitutiones similes, aut dissimiles fuerint tempori, in quo eueniunt; ita & morbos ipsos, aut similes, aut dissimiles produci. Nam si temporis constitutio similis fuerit, hoc est naturæ temporis anni respondeat, ità etiam morbi orientur similes, & tempori conuenientes: velut morbus regius autumnalis, hic enim autumno vigebit, quotiescunq. eo tempore, Frigora ex caloribus, & calor ex frigore procedet: hæc est enim autumni natura. Per huiusmodi verò caloris, & frigoris permutationes morbum regium vagari, colligimus ex constitutione lib. 4. Epidem. vers. 25. regiſtrata, in qua plurimos ictericos factos esse, narratur. Constitutio quippè *Mar.n.3.*
temporis describitur hunc in modum. Hyems circa solstitium aquilonaris, paulò post austrina erant, ad dies 15. postea verò niues diebus 14. & post niues austrina succedebant, & pluuiæ, & cætera, quæ sequuntur. Huiusmodiquè inæquales constitutiones consequi ictheros est
B rationabile, fit enim hic morbus, vt etiam Hipp. lib. de Affectionibus vers. 158. testatur, à bile *Mar.n.33.*
agitata, & ad cutim effusa. Calor igitur frigori succedens bilem producit, frequens permutatio eam commouet ad cutim, rarefactis à calore carnibus, in cute tamen firmatur à superueniente frigore adstricta; vndè exitus bili excluditur. Quia ergò à frequenti caloris, & frigoris vicissitudine morbus regius producitur, non est mirum, si in autumno maximè fiat, in quo modo frigus, modo calor viget, æstasquè præcessit, quæ generandæ bilis proprietatem habet.

Vers. 136. Et si æstas biliosa fiat, & bilis aucta intus relinquatur, etiam subsplenitici fiunt. *Mar.n.5.*

De iisdem ictericis loquitur Hipp. eosque simul, & splenicos fieri inquit, quando autumnum æstas biliosa præcesserit; vt manifestè indicat, particula etiam, quod quidem euenire
C sæpius conspicimus, idque copiæ bilis imputandum erit, quippè quæ immodicè aucta in totum ad cutim effundi non potuit: sed eius portio ad splenem confluxa, viscus in tumorem eleuauerit. Nec alicui nouum videatur, hunc affectum à bile, & in æstate generari: Quia idem Hipp. lib. de Inter. affect. sect. 2. vers. 262. Quinque splenis morbos describens, in quemlibet humorem singulos eos refert: Nam priores duos à bile aucta in corpore generari testatur, tertium, & quartum à sanguine, & pituita: postremum verò ab atrabile. Priores autem æstatis peculiares esse infertur, dum propter solis caliditatem generari dicuntur, cuius loci auctoritate præsentem particulam à præcedenti seiunctam legere possumus, vt sensus sit, æstate calida, & sicca vigente splenèticos homines fieri, etiam absque icteritia, licet continuus sermo de ictero, de quo subsequenter agit, priorem expositionē haud parum confirmet. Adnotanda verò est vox ὑποσπληνους, qua vtitur Hipp. quasi subsplenèticos dicas, quæ diminutionem quandam importat, vt ostenderet in his pro, ter bilis tenuitatem splen in tantam magnitudinem non attolli, quemadmodum in cæteris eius tumoribus ab humore crassiori de-
D pendentibus.

Vers. 137. Quum igitur, & ver sic processerit, etiam vere fit morbus regius: Proximus est enim hic motus tempori iuxtà hanc speciem. *Mar.n.5.*

Ad prædictorum explicationem aliud exemplum adducit: quia quando ver etiam sic processerit, per varias caloris, & frigoris transmutationes, vere etiam generatur morbus regius; proximus est enim (ait) hic motus tempori, iuxtà hanc speciem, ideſt, quatenus in temporum varietatibus consistit ex calore in frigus & ex frigore in calorem. Idque euenit, quia vernum tempus medium est inter hyemem, & æstatem, ità vt vtroque extremo participare necesse sit, id enim important verba illa: Proximus est enim hic motus, iuxtà hanc speciem: dum scilicet à calore in frigus, & frigido in calidum fit transitus.

Vers. 152. Si magis redundauerit, ad squalores sequuntur febres, &c. *Mar.n.5.*

E Temporum varietates morbos varios producere; naturæq. temporum respondentes, demonstrauit Hipp. superius, & quia id in omnibus eodem modo non contingit, ideò considerandum esse voluit, quo tempore ea contingant, & quomodo corpora dispositā illas subeant mutationes, & certè plurimum refert, an calor in æstate vigeat, an in hyeme, & an corpora à prægressa aliqua mala constitutione malè disposita sint, à calore scilicet, aut à frigore, quia iuxtà corporum dispositionem, homines à temporum mutationibus, aut plus, aut minus læduntur. Nunc verò subiungit. Si temporum alterationes prægressas naturæ propriæ conditionem plurimum excedere contingat, tanta est illius magnæ alterationis vehementia, vt corpora etiam fortiora eiresistere non valeant, & ideò necesse est, tunc quamplurimos febre

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 157 sur 636

corripi, siuè modo alteratio sit in excessu siccitatis, siuè humiditatis, excessus enim sunt, qui naturam corrumpunt, & potissimum, qui magni sunt; quarè huiusmodi excessibus procedentibus febres (vt dicebamus) excitari, necesse est, qualibet tandem temporis constitutione prægressa, corporibusq. quouis modo dispositis, & quoquo tandem humore in corpore dominante, non enim tanta dispositio in passo requiritur, quando ex parte agentis potentia viget, quanta, quando remissè agit, & hęc est ratio, cur pestilentes constitutiones tot mortales communiter afficiant: tunc enim agens adeò potens est, vt in subiecto etiam non omninò disposito suos imprimat effectus. A

Mar.n 6. *Vers.* 155. *Cæterum siccitates, & austrinæ sunt, & aquilonares.*

Nos admonet hac particula Hipp. in consideratione constitutionis temporum, non sat esse scire, an pluuiosum sit anni tempus, an siccum: quia vtrunque caliditati, aut frigiditati adiunctum esse potest, sunt enim siccitates austrinæ, & calidæ, sunt etiam aquilonares, & frigidæ, inquit Hipp. Idque per modum exempli dictum est, quia non siccitates modo tales sunt, sed etiam omnes aliæ tempestatis varietates, vndè constitutio humana, & australis, & aquilonia esse potest. De humida, & australi non est dubium, quando hæc est peculiaris; nam austrorum, & huiusmodi constitutionũ frequens mentio habetur in libris Epidemiorum. De aquilonari verò, & pluuiosa habemus exemplum 1. Epidem. sect. 2. Per hæc verba: Iam verò post brumale solstitium, & quando Fauonius spirare incipit, posterior hyems magna erat aquilonia multa, niues, & aquæ assiduæ, multæ, & cælum procellosum, ac nubilum. Hæc autem durabant, & non remittebant vsque ad Aequinoctium, ver autem frigidum, aquilonium, & aquosum, nubilum. Vt ergò omnes tempestatum affectiones sub hac diuisione comprehenderet subiunxit: Differunt enim etiam alia hoc modo: quatenus, scilicet, aut austrina sunt, aut aquilonia, veluti serenitates, nubilum tempus, ventorum frequentia, aeris tranquillitas, & alia huiusmodi, & hæc omnia diligenter à Medico sunt consideranda, magnum enim (inquit) est, & hoc. Vnum verò nos admonet circa hanc materiam. Non in omnibus regionibus, neque in omnibus temporibus, hæc vim æqualem habere, quando in aliqua regione v. g. Romæ humida, & austrina constitutio grauior erit, quam Neapoli. Similiter in æstate, quam in hyeme; & sic de reliquis anni temporibus. Huius quidem diuersitatis rationem in humorem in corpore dominantem retulit, quia æstas (inquit) bilem parit, ver sanguinem, hyems pituitam, autumnusq. atrambilem, quasi dicat si æstas, quæ ex sui natura bilem parit sicca fuerit, & australis, talis constitutio longè grauior erit, quam si in hyeme contingeret, & sic de reliquis eodem modo. Ratio certè pulcherrima, & Hipp. digna. B C

Mar.n.6. *Vers.* 168. *Autumnus autem laboribus deditus, sub insolationibus potus frequentes sunt, cibi inconstantes, vina, arborum fructus.*

Quæ continentur in præsenti sententia satis manifesta reddit Galeni commentarius. Vnum tamen alicui faceret difficultatem, quia inter causas, ob quas homines, & æstate, & autumno cibos difficulter ferunt, hanc concludit, quia vina potant. An fortè hyeme à vino abstinebant antiqui? nequaquam, imò eo tempore meracius bibendum præcipit Hipp. 3. de Diæta vers. 31. Sed ad hanc vocem, vina, referenda est particula, inconstantia, quasi dicat: cibos inconstantes, & vina inconstantia esse causam, cur homines cibos difficulter ferant. Aestate enim propter temporis calores potationibus indulgent, vndè non solum multum potant, sed varia, & inter se diuersa, modo diluta, modo meraciora, modo gelida, modo tepidiora: quæ omnia sub hac voce inconstantiæ comprehenduntur. Quantum verò huiusmodi varietas coctioni aduersetur, omnibus notum esse existimo, idque ex Hipp. doctrina colligi potest, qui lib. de Salubri diæta, & alibi; etiam ad vomitum facilitandum huiusmodi vinorum varietate vtitur: quatenus turbationem facit in stomaco: vndè vomitio facilior redditur. D E

Mar.n.3.

Mar.n.7. *Vers.* 170. *Quemadmodum autem ex temporibus morbos coniectamus, &c.*

Hæc adeò manifesta sunt, vt non possim satis mirari Galenum, qui ea, quæ de pluuiosa tempestate hoc loco referuntur, sub nomine aquarum eo modo interpretatur, ac si de aqua potabili esset sermo. Orationem enim ad aquas potabiles conuertens de harum bonitate, & vitio copiosè nimis differit. Constat enim (vt dicebam) Hipp. hoc in loco demonstrare, quod sicuti ex temporum constitutionibus futuros morbos præuidere possumus, ità vicissim ex morbis quibusdam imminentem aeris alterationem coniectamus, quorum exempla

quædam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 158 sur 636

A quædam proponit. Qui enim à doloribus articulorum per quædam interualla vexari consueuerunt, imminente tempestatis mutatione statim inuaduntur, ità vt, & futuram pluuiam, & serenitatem sæpè prædicant. Quod etiam euenit illis, quia à lepra, alijsque pruriginosis affectibus molestantur. Hi enim pluuiâ imminente à pruritu magis vexantur, cute iam densari incipiente, humoribusq. alterari incipientibus.

Vers. 180. *Ex primis aquis, vbi post multam siccitatem aqua futura est, de aqua inter-* Mar.n.8.
cutem prædicere licet, & vbi talia, &c.

Quanta sit artis prognosticæ efficacia demonstrare prosequitur Hipp. docetque ex prægressa temporis constitutione, non solum futuram nos præuidere posse, sed etiam morbos per illam vagaturos. Quandoquidem ex primis aquis, vbi post multam siccitatem aqua futura est, idest, pluuiæ diuturnæ, & magnæ, de aqua inter cutem prædicere licet. Ve-
B rum, qua ratione pluuia inchoante (id enim important verba illa exprimis aquis) cognoscere possumus constitutionem illam futuram esse pluuiosam? Multitudine pluuiarum (quod significare voluit, dum inquit: Aqua futura est) quid prohibet inter siccitates pluuias, fieri & paruas, & breues? Id cognosci ait, vbi signa, de quibus locutus est, hoc est siccitates, & inchoatæ pluuiæ, apparuerint, cum ventorum quiete, & eorum transmutatione, v. g. si vigente siccitate aquilonares venti perpetuò spirarunt, aut sine ventis constitutio fuit: Si pluuia incipiente, venti, aut cessent, aut ex quiete spirare incipiant, aut prægressis contrarij, iam mutationem in contrarium factam esse cognoscimus, vndè loco diuturnæ siccitatis longa pluuia expectanda est. Idem etiam ex alijs coniecturis assequi licet, & ideò si quis dixerit, quod tali hyeme prægressa tale ver, aut æstas fuerit, audiendus est. Sciebat enim Hipp. hæc præuideri posse, quamuis aliam viam ipse non cognouerit; quam enarratas coniecturas. Vndè
C patet, eam astronomiæ partem, quæ futuras tempestates præuidere docet, penitus ignorasse contrà eos, qui eum perfectissimum astrologum faciunt. Quod hoc in loco docet Hipp. pluries obseruaui, Hydropes scilicet, plurimum vagari, quando pluuiæ magnis siccitatibus succedunt. Idque euenit, quia corpora à siccitatibus arefacta superueniente pluuia tantum humoris derepentè trahant, vt partium calor indè suffocetur, ex quo humiditas illa superflua, & inconcocta à visceribus attracta earum actiones labefactat, vndè sanguificatio tandem vitiatur, quæ est confirmati hydropis proxima causa. Hanc denique colligens doctrinam Hipp. concludit omnia prædicta diligenter simul copulanda esse, ex quibus futura constitutio significatur: siuè sint morbi, de quibus suprà; siuè ventorum quies, aut transmutatio, sed non hæc tantummodo obseruare oportet, sed considerandum est etiam, cuius naturæ prægressæ fuerint tempestates, an austrinæ, an aquilonares, nam pro vt plurimum huiusmodi tempestates
D sibi inuicem succedunt, v. g. austrinæ aquilonaribus, & aquilonares austrinis, ità enim non erit difficile futuras, siuè inchoatas tempestates præuidere.

Vers. 184. *Colores non sunt similes in temporibus, &c.* Mar.n.8.

Colores cutis in hominibus diuersificari inquit Hipp. pro diuersitate anni temporis, pro varietate q. constitutionis temporum, cum alij sint in aquilonaribus colores, alij in austrinis, & pro varia affectione ipsorummet hominum, homo enim, nec sibi ipsi comparatus, neque ad alium eodem colore infectus est, tum ratione ætatis, tum aliarum affectionum. Quare considerandi sunt colores eorum respectu, quæ nouimus: tunc secundum naturam esse debere, & quiescentia, hoc est omni animi, aut corporis perturbatione remota, quæ colorem immutare posset. Scientes, quod ætates similes sunt temporibus, & colore, & mutatione. Verum enim, quod iuuentuti respondet eosdem colores facit, quos iuuenes habent à natura, qui co-
E lores immutantur in ætatis mutatione: quemadmodum etiam in temporum anni vicissitudine. Quorum ratio ab humore in corpore prædominante dependet. Docuit enim à principio tales in cute humores efflorescere, quales in corpore humores vigent. At verò alium humorem in alio anni tempore, aliaque ætate dominari iam satis notum est.

Vers. 193. *Quæ insuper comparent, sedare solent, ea prius fientia, &c.* Mar.n.9.

Hic locus difficilis est, vt mirum non sit, si variè ab antiquis & interpretatus, & scriptus reperiatur: vnoquoquè interpretum in arduis, verborum permutatione facilem sibi viam interpretationi procurante, quo ingenio sententijs quamuis obscurissimis idoneum sensum adaptare facillimum est. An verò Auctoris intentioni respondeat, iudicari diuinando permitti-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 159 sur 636

mittitur. Nos igitur aliorum, tum lectionibus, tum interpretationibus omissis à vulgari lectione de more non recedentes, sententiam fideliter exponere tentabimus: cuius verba è Græco in latinum sermonem translata è verbo ad verbum sunt huiusmodi. Quæcunq. suaptè natura superuenientia sedant, ea cum prius fiunt, impedimenta liberant, quæ cum alijs communiones. Suspectà loca, quæ suscipientia dolore, aut grauitate, aut alio quopiam liberant, cum alijs communiones propter inclinationem. Quorum verborum, hunc verum sensum existimo. Supra de abscessibus doctrinam instituens Hipp. docuerat abscessus, & ab imminentibus morbis præcauere, & à præsentibus liberare. Hoc igitur exponere intendens, subiungit: Quæcunque superuenientia alicui morbo ex propria natura ægrotantem liberare apta sunt, eadem, si eundem imminentem præcedant, impedimenta effecta ipsi morbo, hominem ab eo liberant, quod quidem euenit, quando inter illa adest communio, ea enim deficiente, etiam si contingat aliquãdo, superueniens symptoma ægrotantem ab aliquo morbo liberare, id non erit ex propria natura, sed ex accidenti, & ideò non erit sufficiens ab eodem imminente præseruare, exemp. g. Si quis podagricis doloribus vexatus, superueniente nephritico dolore liberetur, id non erit ex propria natura, quia inter renes, & articulos nulla adest communio: & propterea si antè podagræ inuasionem, nephriticus dolor corripiat, non ideò sperandum, à podagra præseruaturum iri, aut saltem id non erit necessarium. Communio igitur est necessaria, vt id sit perpetuò verum, quæ quidem erit maxime respectu partium affectarum, quæ consortium habent ad inuicem, huius consortij fortasse ratione hæmorrhoides, vt superius enarrauit Hipp. à pleuritide, & peripneumonia præseruare, obseruatum est. Nam (si vera est venarum distributio, quam lib. de Nat. Hum. & libello de ossibus nobis depinxit Hipp.) tertium par venarum ex temporibus vtrinque in scapulas procedens, indeque per pulmonem, & sub mammam vtranque descendens, tandem in intestinum rectum, & podicem definit, vt venis mediantibus communio inter partes pectoris, & hæmorrhidas intercedat. Inter morbos etiam communio versatur, ratione humoris peccantis, cuius causa à reliquis morbis in superiori textu recensitis, hæmorrhides superuenientes præseruare dicuntur, omnes enim atræbilis sunt participes, quæ per hæmorrhoidas educitur communiter. Vt ergò abcessus, qui à morbis liberant, ab ijsdem præseruent etiam, explicatæ conditiones requiruntur, quas omnes vti necessarias obseruare vellem recentiores in medicis præsidijs eligendis, quæ præseruationis gratia adhibentur: & potissimum in fontanellis, seu cauterijs vocatis, quibus nunc genus humanum ferè totum infectum est, quandoquidem si alicui ea prodesse contingit, abscessus ratione euenire, censendum est. Statuit enim Hipp. quò morbus aliquis ab alio præseruare debeat, duas potissimum conditiones requiri: altera est, vt naturæ instituto consuetum sit, hunc superuenientem illum præsentem tollere. Altera conditio est, vt communio, & consortium intercedat inter eos. At verò quis vnquam vidit à diuturna distillatione à capite vexatum abscessu ad brachium facto sanatum? vt ad naturæ imitationem pro illius præseruatione vlcus in brachio perpetuò gestari debeat? nullus certè, nisi fortuito casu quodam, quia si destillatio à cerebri intemperie, siue imbecillitate contingit, à qua materia destillationis continuò generatur, hæc per abscessum auferri non possunt, & si fortè aliquando id contingat, non ad brachium excitatur, sed ad colli glandulas, vel ad capitis superficiem, vndè & strumæ oriuntur, achores, fauique, aliaque huiusmodi, per quæ cerebrum expurgatur, vt apparet in pueris, id attestante Hipp. lib. de Morb. sac. vers. 145. Frequentissimè etiam morbi capitis, abscessus faciunt ad aures, non ad brachium, tum ob distãtiam, tum etiam, quia locus sæpè non est capax abscessus, etiam si quædam adsit communio, vena cephalica mediante, ad quam cauteria communiter infiguntur. Cum igitur morbi capitis non sanentur per abscessus ad brachium spontè excitatos, minus sperandum est per eosdem præcaueri, & ideò Medici, qui in hac parte vlcus, in capitis affectibus excitant, artis præcepta transcendunt: sed longè magis illi, qui in parte loco affecto oppositа; cum nulla communio inter dextrum, & sinistrum intercedat, vt Hipp. indubitatum est. At verò quid dicam de illis, qui hoc remediũ adeò familiare faciunt, vt non sit morbus quantumuis leuis, in cuius curatione statim ad huiusmodi cauteria, tanquam ad sacram anchoram (vt ipsi dicunt) non confugiant, nulla ratione habita, aut ætatis, aut temperamenti, & sexus? Nam per continuam vlcerum purgationem pueris, & adolescentibus augumentum, & robur corporis subtrahunt, habitu graciles, &

De fontanellis.

Mar. n. 7.

exan-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 160 sur 636

©BIUM

A exangues ad maciem perducunt, ſenibuſquè vitam reddunt breuiorem, & denique mulieribus menſtruas purgationes ſupprimunt, vndè & ſterilitates, variaque ex vtero mala adducunt. Noui enim plures mulieres, quibus ob cauterij geſtationem menſes omninò defecerunt, nec id rationi alienum eſt. Nam ſi exiguus ſanguis, qui continuò in fœtus augumentum procedit, eſt cauſa, cur vtero gerentibus menſtrua non fluant, quod Hipp. lib. de Nat. Puer. verſ. 78. teſtatur, multò magis ſanguis, qui ſub forma puris quotidiè per cauterium *Mar.n.6.* excernitur, menſtruales purgationes tollere poteſt: cum ſæpius quantitate illum excedat, quem puer in vtero circa primos menſes abſumit in alimentum. De illis verò mentionem facere nefas eſt, qui huiuſmodi cauteria pro tuenda valetudine ſanis conſulunt, digni potius, qui à ciuitate expellantur, quam confutentur. Dum enim ſanis corporibus nouos ductus pro excrementorum expurgatione conſtituunt, non ſolum humano generi officiunt, ſed impietatem quandam in ſummum architectum committunt, tacitè illi imponentes, quippè qui in
B hominis conſtitutione neceſſarias expurgationes ignorauerit, aut ſufficientes vias accommodare non potuerit. Quarè ex præſenti textu colligo pro morborum curatione, vel præſeruatione etiam aliquando vlcera perpetua inſtar fiſtularum in conuenientibus locis excitare, licere Medicis. Verum ſicuti non omnes fiſtulæ ſunt morborum medela, & quæ non ſunt huiuſmodi, ſanare omni ſtudio procuramus; nec morbos omnes natura per abſceſſus ſanat, ſed difficiles tantummodo, & contumaces: ità nec vlcera hæc in quolibet morbo excitanda eſſe. Imò quæ per aliquod tempus geſtata non conferunt, dimittenda omninò, vt pernitioſa. Quæ quidem cum circa vſum cauteriorum noſtri temporis non obſeruentur, ideò fit, vt rarò admodum intentum finem miſeri ægrotantes conſequantur, qui ſæpè, vt ab vno morbo liberentur, duos incurrunt, & plerunq. plus incommodi ex remedio percipiunt, quam ex ipſo morbo, &
C quia pus vident ſingulo die ab vlcere emanare, id noxium quid exiſtimantes, illud, quamuis & fœdum, & moleſtum inutiliter geſtant: ex eius ſanatione timentes, nè quid maioris mali ipſis contingat, non conſiderantes euacuationem illam copioſam ſinè aliqua conferentia eſſe ſufficiens argumentum, peccantem humorem non euacuari, ſed potius amicum: iuxtà doctrinam Aphoriſmi, ſi taliá educantur, qualia oportet, confert, & leuiter fertur, ſin minus, è contrà. Notum eſt enim, ſanguinem etiam optimum in vlcerata parte ſtatim in ſaniem conuerti. Præterquamquod dato etiam in quibuſdam, per huiuſmodi cauteria partem noxij humoris expurgari, indèque euidentem vtilitatem ægrotantes percipere: nihilominus grauiſſimorum morborum ſæpè cauſa fiunt, quia cum excrementa, quæ per naturales, conſuetaſque vias expurgari deberent, horum vlcerum occaſione diuertantur, viæ à natura deſtinatæ ità obcæcantur, vt earum immemor natura omninò fiat. Quarè ſi contingat aliquando dictorum
D vlcerum euacuationem ſupprimi (quod ſæpè euenire obſeruatur) eadem excrementa naturalibus vijs obliteratis, obſtructiſque artificialibus, retrocedere neceſſe eſt, vndè venoſum genus ingreſſa humorum maſſam corrumpunt, indèque febres malignæ, acutique morbi, & læthales ſuccedunt: aut ſaltem, ſi partes interiores fortiores ſint, circa ipſius cauterij partes conculcata, inflammationes, ſuppurationes, gangrænas, aliaque mala producunt, quæ quotidiana experientia obſeruantur. De horum cauteriorum abuſu plura eſſent dicenda, niſi hæc ab inſtituto noſtro nimis diſtarent. Redeamus ergò ad textum: concludamuſq. cum Hipp. quæ cunque ex natura morbis ſuperuenientia, eos tollunt, ſi eoſdem præcedant, illos anteuertere, prohibereq. nè fiant, ſi modò communio intercedat eo modo, quo explicatum eſt.

Verſ. 194. *Alterius loci morbos loca excipientia, aut dolore, aut grauitate, aut ob aliud* *Mar.n.5.* *quiddam liberant: aut quod alijs ſunt communiones propter inclinationem.*

E Qua ratione abſceſſus de quibus in præcedentibus actum eſt, à morbis liberare contingat exponit in hac particula Hipp. multiplicemq. cauſam aſſignat, locus enim (inquit) alterius loci morbos recipit, tum mediante dolore, aut grauitate, aut quid ſimili, tum etiam propter naturalem quandam inclinationem. Primus modus omnibus corporis partibus communis eſt, dolore enim, aut grauitate intercedēte, vnaquæq. pars alterius humores recipere, apta eſt. Secundus verò modus, qui fit propter naturalē inclinationē, habent ad inuicem. Dolor quippè, quia tanquam cucurbitula medica attrahit, reuulſionē à parte affecta efficere poteſt, & ex conſequenti à morbo eam liberare. Grauitas verò concurrit vt ſignum, indicatq. humorum copiam ad aggrauatam partem ferri, vndè reuulſio à læſa parte ſperanda eſt. Additum eſt

autem,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 161 sur 636

autem, & alio quopiam: quia præter hæc duo alia adsunt, quæ idem præstare solent, vt puta calor, percussio, tensio, pruritus, & alia huiusmodi. Partes verò, quæ communionem habent ad inuicem, proprios morbos vicissim suscipiunt, non communi iam explicato modo tantum, sed maximè peculiari quadam familiaritate, vbi enim partium adest consortium, ibi etiam viæ adsunt patentes, per quas naturali quadam inclinatione humores ad cognatas partes feruntur, licet nec dolor, nec grauitas, nec alia similis causa concurrant. Propter hanc quippè communionem, vbi testis intumuit, tusses cessante, & testis tumor à tussi cessat, menstruiq. purgationibus immodice fluentibus per cucurbitulas mammis affixas, facta reuulsione humorum ad superiores partes, fluorem sisti experientia nos docuit Hipp.

Mar.n.9. *Vers. 196. Non amplius sanguis prodit, sed iuxtà humoris cognationem talia spuunt, conuenit quibusdam sanguinem detrahere tempestiuè in talibus, in alijs autem, velut in his, non hoc conuenit.*

B Quia superius dixerat, hæmorrhoidas superuenientes à multis morbis præseruare, & inter eos pleuritidem, & peripneumoniam enumerauit, aliquis obijcere potuisset, materiam dictorum affectuum sæpe adeò remotam esse ab ea, quæ per hæmorrhoidas expurgatur: vt etiam si communio adsit affectarum partium venis mediantibus, quæ ex tertio pari à capite exortæ ex temporibus per ceruicem in scapulas procedunt, deindè in pulmonem deferuntur, ac proueniunt. Altera quidem à dextris in sinistras sub mammam in splenem, ac renem. Altera verò à sinistris in dextras ex pulmone sub mammam in hepar, & in renem, desinuntq. ambæ in intestinum rectum, ac podicem, iuxtà admirabilem Hipp. descriptionem ex lib. de Nat. Hum. vers. 215. & de ossibus vers. 120. nihilominus hæc venarum communio non videtur sufficiens, quando non adest materiæ conuenientia. Nam sicuti præsentes morbi non tolluntur, etiam si magna fiat euacuatio, nisi euacuatio sit humoris ipsum morbum constituentis: ità præseruatio imminentis ab euacuatione sperari non potest, nisi humor educatur, qui morbum imminentem efficere solet. At sæpissimè humor pleuritidem, & peripneumoniam constituens diuersus est ab eo, qui per hæmorrhoidas expurgatur, hic enim sanguis est, etsi paulò crassior, ille verò plerunq. bilis & pituita, vt l. 1. de Morb. sect. 2. vers. 200. testatur: indèq. excreta sputa manifestant, quandoquidem ægrotantes ex his morbis rarò sanguinem expuunt; sed sputa varia, & à sanguine diuersa, cum igitur inter hæc non adsit materiæ conuenientia, hæmorrhoidarum fluxus à pleuritide, & peripneumonia præseruare non potest. Huic igitur tacitæ obiectioni respondens Hipp. demonstrat, inter hæmorrhoidas, & affectus prædictos adesse humorum consortium, quando vtrorumq. causa materialis est sanguis ipse, quamuis bile & pituita infectus, qui etiamsi non semper appareat in sputis pleuriticorum, & peripneumonicorum, expuunt tamen humorem, qui cum sanguine cognationem habet. Nam sputum, quod à parte inflammata educitur, nihil aliud est, quam humor sanguineus inflammationis, à calido innato quantum ipsi datum est, in eam speciem transmutatus. Vndè si in inflammata parte peccat sanguis biliosus, sputum apparet biliosum: si pituitosus, pituitosum, & sic de reliquis, quia ergò per hæmorrhoidarum fluxum sanguis educitur, qui est materia inflammationis, tum lateris, tum pulmonis: hæquè partes ob venarum consortium iam explicatum promptè inaniuntur, hinc fit vt hæmorrhoides superuenientes à pleuritide, & peripneumonia præcauere possint. Quia verò natura quidpiam vtile præstante, ars medica propria documenta suscipit, in prædictorum affectuum curatione sanguinis missionem naturæ exemplo instituit, vsus verò, à partibus superioribus huiusmodi euacuationem esse faciendam, medicos docuit, eò quod pro curatione præsentis morbi vena proximior morbo eligenda est, è contrà verò cum præseruationis gratia vtimur, sectio venæ quam longissimè à parte affici solita, facienda est, vt Hipp. duce defendimus de Natura humana vers. 230. Quia verò in præfatis morbis non semper venæ sectio administranda est, ideò inquit, in horum quibusdam conuenire sanguinem tempestiuè detrahere, tempestiuè quidem, quia non in quolibet morbi tempore sanguinem mittere licet, verum id faciendum est, priusq. humor in parte inflammata existens in alienam naturam transmutatus sit, siuè hæc transmutatio facta appareat ad bonum per coctionem; siuè ad malum per corruptionem. Nam sputo concocto apparente, aut ad coctionem properante, fluxionem iam cessasse necesse est, materiæq. iam fluxæ naturam dominari significatur, quo casu ad quid venæ sectione vtimur?

Mar.n.21. Mar.n.12.

C

Mar.n.23.

D

E

cum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 162 sur 636

A cum indè nihil vtilitatis prouenire poſſit, plurimum verò incommodi? quandoquidem venæ ſectio humores agitando, coctionem perturbare, & ſputum cohibere facilè poteſt. Si verò ſputum appareat non concoctum, ſed aut merè bilioſum, aut pituitoſum, aut melancolicum: eò quod ſanguis in cognatum humorem ſit tranſmutatus, vigore inflammationis, aut materiæ affluentis copia; quid magis lædere hominem poteſt, quam venæ ſectio? à qua virtus debilior redditur, ità vt, nec concoquere, nec proprios humores regere indè poſſit, & ſanguis diminutus per venæ ſectionem corrumpenti cauſæ reſiſtere minus valeat, vndè facilius in eum ſuccum tranſmutatur, ad quem accedit magis, ſanguinem igitur in pleuritide, & peripneumonia mittere non oportet (quod in praxi obſeruandum ſumma cum religione eſſet) poſtquam humorum facta eſt tranſmutatio, quam apparentia ſputa indicant: quod nobis ſignificauit Hipp. per illa verba. In alijs, aut non conuenit, velut in his, hoc eſt, qui iuxta humoris co-
B gnationem talia ſpuunt: ſputa ſcilicet à ſanguine penitus diuerſa; in his igitur à venæ ſectione abſtinendum. Huic expoſitioni maximè conuenit lectio antiquorum quorundam, qui Gal. referente vocem ἐστὶν (quam ſuprà in fine præcedentis ſententiæ, eiuſdem vocis proprietate, & vera ſignificatione cogente collocauimus) in γίνεται tranſmutantes, conuerſionem, ſiuè tranſmutationem interpretabantur, qua lectione recepta vocem illam præſenti annectere melius eſt: ità verborum ſenſus ſit. Propter tranſmutationem iam factam non amplius ſanguis prodit, ſub ſanguinis forma: ſed ſputa apparent iuxtà humoris cognationem, ex quo genita ſunt.

Verſ. 198. Impedimentum in cruenta ſpuentibus, tempus anni, pleuritis, bilis. *Mar. n. 9.*

Cum Hipp. in precedentibus indicauerit, non expedire in præfatis morbis, ſanguinẽ mittere, licet à ſanguine habeant originem, quando iam facta eſt tranſmutatio in alienam naturam: quod cognoſcitur ex ſputis à ſanguinis natura recedentibus. Aliquis credere potuiſſet, tutò
C mitti ſanguinem poſſe, quotieſcunq. ſputa cruenta apparent, cum ex ijs conſtet à ſanguine morbum eſſe, nec adhuc factam eſſe tranſmutationem, quæ venæ ſectionem impediat. Huic igitur occurrens in præſenti ſententia Hipp. nos admonet, tria eſſe, quæ ſanguinis miſſionem prohibent, in ſpuentibus cruenta, nec perpetuò mittendum ſanguinem, vbi ſanguis expuitur. Tempus anni æſtiuum (vt haud ineptè Gal. interpretatur) Pleuritis, ac bilis. Qua verò ratione hæc tria venæ ſectionem impediant, nobis inquirendum reliquit. In tempore æſtiuo ſectionem venæ communiter cauebant antiqui pluribus de cauſis, potiſſimum verò, quia eo tempore ſanguis tenuiſſimus eſt, ac humori bilioſo quam proximus, vndè cum per venæ ſectionem adhuc magis attenuetur, periculum eſt, nè calore æſtiuo perſeuerante totus ſanguis in bilioſum ſuccum tranſmutetur. Adde etiam, eo tempore corpora plurimum diffluri, ac exhauriri à calore ambientis, vt venæ ſectionem ferre haud poſſe viderentur. Quod ſi in
D omnibus morbis timendum eſt, longè magis id vereri oportet in ſanguinis ſputo. Nam cum ſit veriſimile, vitium ſanguinis conſiſtere eo tempore, non in multitudine, ſed in praua qualitate, quæ ipſum tenuiorem & acriorem conſtituat, ſi vlterius per venæ ſectionem attenuetur, eius excretionem augeri potius, quam cohiberi neceſſe eſt. Quæ quidem rationes quò magis vigent dum bilis dominatur in corpore (quod erat ſecundum impedimentum) eo minùs ſanguis mittendus eſt: non in ſputo ſanguinis tantum, ſed etiam in quolibet alio morbo, qui à bile originem habeat, aut teneat eum, qui ſuccò bilioſo abundet, vt non mirum ſit, ſi Hipp. in bilioſis nunquam auſus ſit, ſecare venam. De pleuritide tamen non leuis eſt difficultas, qua ratione hæc venæ ſectionem impedire poſſit. Nam Gal. ratio non omninò Hipp. doctrinæ conſona apparet: dum aſſerit, ſputa cruenta in pleuritide venæ ſectionem impedire, quia hæc mitem, ac omninò ſalutarem pleuritidem oſtendunt, quando contrarium habemus lib. 3. de
E Morbis verſ. 250. vbi ſtatutum eſt, pleuritidem ſanguineam, in qua æger ſubcruenta reiicit, *Mar. n. 19.* fortem eſſe, dolorоſam, ac læthalem. Ego autem hanc aſſignarem rationem. Pleuriticus triplici modo cruenta expuere poteſt, primo quidem ſi rupta interius vena, dum ſanguinem expuit, pleuritide corripiatur. Secundo modo, quando pleuritide correptus ſputum expuit bilioſum ſimul & ſanguineum, & de hac pleuritide libro coac. Præn. loquitur in hunc modum. Pleuritides ſimul bilioſæ, & ſanguineæ, vt plurimum nono, aut vndecimo iudicantur, &, maximè ſalutares ſunt. Tertio denique modo, ſputum ſanguineum in pleuritide apparet in ea pleuritidis ſpecie, quam ſanguineam l. citato de Morbis appellat Hipp. In nulloque,

horum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 163 sur 636

horum venæ sectio conuenire potest. In primo enim casu non conuenit; quia si rupta vena, aut quoquo modo aperta, & sanguine egrediente pleuritis superueniat signum, est eam, partem, vndè sanguis exit, inflammationem satis insignem contraxisse, quæ si à spontina sanguinis euacuatione non solum opem non sentit, sed exacerbatur potius; hoc est euidentissimum argumentum, sanguinem exeuntem ad bilis naturam vergere, & ideò, quò magis educitur, quod remanet, tenuius fit, & ad transmutationem in biliosum succum disponitur magis. Adde etiam, inflammationem insignem excitari in parte, vndè egreditur sanguis, quæ pleuritidem constituat, signum esse, sanguinis bilioſi, aut seroſi prædominium adesse, quo vigente in corpore venæ sectionem non conuenire, omnibus est notum. Quarè in hoc primo casu venæ sectio nullo modo conuenit. In secundo pariter improbanda est, non solum, vt remedium inane, & superfluum, vt exposuit Galenus, sed vt noxium omninò, de quo doctissimus Duretus ità loquitur in expositione coacæ præcitatæ: Tale sputum promoueri debet ijs, quæ expurgationem iuuant, molliendo, leniendo, & sputum ciendo: non autem sanguinis detractione, retrahi, & impediri: quod vsu venire videmus non sine mœrore, & nemesi ab istis pragmaticis vulgò dictis, qui omnem pleuritidis curationem exigunt in sanguinis detractione, sæpius iterata: quandiu pleuriticus eiusmodi sputa expurgat, cum spe salutis prædiuite. O homines rei publicæ calamitosos, atque funestos, ipsam pleuritidem, quæ sua sponte nullius operis indigens, cum tali sputo quiesceret, ex euentu reddunt mortiferam. Hæc Duretus, qui etiamsi causam læsionis sectionis venæ in sputi suppressione reponat, aliam tamen ex præsenti textu elicimus, quia scilicet, sanguine bili permisto egrediente, vndè morbi benignitas dependet, vena secta, bilioso succo dominium transfertur, vndè Pleuritis salutaris in biliosam transmutatur, timore plenam. Non conuenit similiter in tertio casu pleuritidis, in qua sanguineum simplex expuitur: quod dupliciter euenire ex lib. citato de morbis colligimus, primo propter ruptiones, secundo quia sanguis ob tenuitatem, carnis porositates penetrando exudat foras, & in vtroque casu venæ sectio suspecta est, propter eandem causam, nè scilicet per eam humoris in bilem transmutatio totalis sequatur ad interitum. Nam siuè primus, siuè secundus consideretur modus, in vtroque sanguis tenuitate peccat, in priori quidem, quia non quilibet humor parti infixus ruptiones parere aptus est, sed ille tantummodo, qui tenuis est, & summæ actiuitatis, & ideò Hipp. lib. citato, in pleuritide biliosa ruptiones fieri, testatus est. De secundo modo non videtur dubitandum, quia nisi sanguis tenuis esset, exiles carnis porositates peruadere minimè posset. At sanguine tenuiori existente venæ sectionem non conuenire, iam dictum est. Ex his igitur constat in spuentibus cruenta nullo modo sanguinis missionem conuenire, non modo tempore anni æstiuo, & biliosò succo dominante, sed etiam quando pleuritis tenet. Quia humorum transmutatio, indè consequitur, quam venæ sectionem impedire dictum est in præcedenti sententia.

Mar.n.9. *Vers.* 199. *Tubercula circa aureum, quibus circa iuiicationem exorta, &c.*

Hæc est pariter continuatio præcedentis doctrinæ de abscessibus, vt facilè vnicuique constare possit, hoc opus non sententias interruptas, inordinatasq; continere, sed methodicam doctrinam, pro vt ex nostris expositionibus licet colligere. Quæ autem de Tuberculis, quatenus sub genere abscessuum continentur, ab Hipp. referuntur in præsenti sententia, adeò sunt manifesta, vt nemo expositionem nostram desiderare debeat, potissimum verò si Galeni commentaria perlegerit. Nec ea negligantur, quæ Valesius in explicatione præsentis sententiæ conscripsit, repetitæ vnà cum multis ex præsentibus lib. 6. Epidem. sect. 3.

Mar.n.9. *Vers.* 205. *Cui intestinum in dextra parte dolebat, & articulari morbo correptus est, quietio erat. Postquam autem hic curatus fuit, magis dolebat.*

Hanc historiam doctrinæ de abscessibus appposuit Hipp. vt indicaret aliquando in his contingere monstruosa: ità, vt morbi aliqui alios morbos tollant: quamuis inter illos nullum consortium, aut communio adesse videatur, quod tamen absque ratione euenire asserendum non est, quia etsi ratione partium affectarum communio nulla appareat, humorum tamen cognatio adesse potest, propter quam morbus alter alteri succedit, quemadmodum in proposito casu euenire existimo. Quamuis enim coli dolor à crudo, & pituitoso succo quam sæpissimè originem habeat, arthritis verò tenuiori, & calidiori prædominante oriatur (bilem & pituitam vocat Hipp. lib. de affect. sect. 2. vers. 42.) & ille rursus à ventriculo pro maiori

Mar.n.31.

parte

A pàrte ad inteſtina demandetur, hic verò à venoſo genere ad articulos: vndè communiter, & partes affectæ, & humorum natura, & tranſitus inter ſe diuerſificantur; non eſt tamen inconueniens aliquandò coli dolorem à pituita bili admixta generari, quæ à venis ad inteſtina expulſa; dum ibi dolorem facit, arthriticos dolores, facta reuulſione materiæ, ſedet: quæ denuò articulos petens, eoſdem rurſus excitet, interim coli doloribus quieſcentibus.

De morbo ſacro.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Præſens liber, etiamſi aliquid incomptæ antiquitatis ſapiat, doctrinam tamen continet
B Aſclepiadum ſcholæ dogmatibus conſentientem, vt meritò inter Hipp. opera adnumeratus fuerit, imò Galenus Hipp. lib. cenſor acerrimus tanquam eius germanum opus recepit lib. 1. Prognoſt. Coment. 4. Erotianuſq. eiuſdem, tanquam Hipp. partus, pluries meminit. De Morbo ſacro inſcribitur, quia de Epilepſia tractat, quam Morbum ſacrum appellauit antiquitas: cuius cauſas, differentias, ſymptomataq. tam aperta oratione deſcripſit, vt quamuis à nemine (quod ſciam) fuerit expoſitus, paucatamen ſunt, quæ noſtra egeant induſtria.

Verſ. 135. *Purgatur, & floreſcit cerebrum, velut etiam aliæ partes, &c.* Mar. n. 7.

Purgari dicuntur partes antèquam gignantur, quando ex puriori materia producuntur, reſiduo tanquam excremento reiecto. Si ergò huiuſmodi reliquiæ impuriores, dum totum conformatur, in alicuius particulæ poroſitatibus adſeruentur, eandem morboſam fieri neceſſe eſt. Nam alimentum indè accedens in parte non ſana alteratur, vndè excrementorum copia
C maior producitur, quam naturæ conueniat, tum partis, tum alimenti aſſumpti. Si verò vice verſa, dum formatio membrorum perficitur, pars aliqua materiæ vtilis, vnà cum excrementis ſegreget, pars indè genita colliqueſcere dicitur, & ex conſequenti debilis producitur, & hoc dicendi modo vſus eſt fortaſsè Hipp. quia eius ſubſtantia materiæ defectu rarior fit, quam oportet: ob quam raritatem externis iniurijs maximè ſubiecta fit: vndè imbecillis appellatur.

Verſ. 158. *Et, ſi quidem denſiores, & crebriores fuerint defluxus, &c.* Mar. n. 7.

Hoc affectionis genus comitialem morbum vocat Hipp. etiam ſi longè à vera Epilepſia diſtet, eò quod à materia Epilepſiam efficiente originem habet. Quæ quidem denominatio etiam ad noſtra tempora peruenit, ità vt non omninò ſint deridendæ mulieres, ſi huiuſmodi affectiones pueros interimentes in Epilepſiam referant, dicentes: malum intus latitaſſe, & ideò conſueta Epilepſiæ ſymptomata non apparuiſſe.

D *Verſ.* 162. *Mutus ſit & ſuffocatur, & ſpuma exit, &c.* Mar. n. 7.

Hæc ſunt Epilepſiæ ſimptomata, de quorum ratione, & cauſis tractans Hipp. licet à communi Medicorum ſententia recedere videatur, in eſſentia tamen deſcribenda ipſiusmet affectionis, à ſcopo non aberrauit: cauſam enim huius refert in pituitæ defluxum, à quo ſpiritibus animalibus tranſitus liber impeditur. Spiritum animalem aerem appellans, eò quod ex aere inſpirato potiſſimum generatur. Vt verò aerem ſincerum diſtinguat ab eo, qui iam ſpiritus animalis formam contraxit, vſum aeris inſpirati in medium adducit; concluditq. ſpiritum animalem eſſe eum, qui ad cerebri venas, ventriculoſq. iam peruenit: vt intelligentiam faciat, motumque membris præſtet, qui quidem à pituita interceptus aphoniam parit, aliaque ſymptomata, quibus vera eſſentia Epilepſiæ conſtituitur. Quæ verò de ſymptomatum cauſis referuntur, ſunt manifeſta ſatis. An de his recentiores melius ſenſerint: ſicuti determinare non
E eſt facilè; ità tanto viro aduerſari, periculo non vacat.

Verſ. 183. *Calcitrant autem pedibus, quum aer in membris concluſus &c.* Mar. n. 8.

Veram, & proximam Epilepſiæ cauſam hoc in loco mihi aſſignare videtur Hipp. eam in aerem (hoc eſt ſpiritum animalem, quem aerem, prout etiam in præcedentibus vocat) exilientem referens. Dum enim animalis ſpiritus ferri, ad motum ſecundum naturam efficiendum, prohibetur, quaſi coactus hùc, & illùc, vtcunque impetum facit, & hoc pacto importunos artuum motus, conuulſionis peculiares producit, quamuis in conuulſione vera ijdem ſpiritus non coacti à copia, ſed irritati ſæpius ad motum concitentur, quemadmodum in eius eſſentia expliacanda lib. 7. epidem verſ. 318. demonſtrare conabimur.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 165 sur 636

©BIUM

Mar.n.11. *Vers.* 222. *Defluit aut, & eliquatur pueris maximè, quibus sanè caput &c.*

Duplicem destillationis causam hoc loco assignat Hipp. quarum altera est humorum colliquatio, altera eorundem disgregatio. Eliquari autem humores in cerebro ait: vbi illud nimis excalefactum fuerit, siuè ab igne, siuè à sole. Disgregationem verò fieri testatur mediantè concretione, quam frigus inducit. Vndè duplex causa destillationis elicitur, calor nempè, & frigus, non illius tantum destillationis, quæ hoc loco describitur, sed etiam cuiuslibet alterius, quæ sententia lib. etiam de locis in hom. vers. 145. confirmatur. Mar.n.15. Verùm etiamsi hæ duæ sint causæ destillationum potissimæ, non tamen solas esse censendum est, nam quæcunquæ, aut colliquationem, aut humorum disgregationem in cerebro facere possunt, ea omnia distillationes mouere solent, nam vt colliquationis causas omittam, plura sunt, quæ disgregationem in humoribus inducere, & ex consequenti destillationes mouere possunt; quæ omnia ad tria capita reduximus lib. de Nat. Humana vers. 272. Ad humorum excessum in quantitate; in qualitate: & in motu, & quamuis quælibet alteratio, quæ euidens sit, & ad substantiæ destructionem tendat, disgregationis humorum causa esse possit, inter omnes tamen frigiditas, & calor sunt, quæ humorum vnionem, & concordiam dissoluere solent. Quarè destillationes omnes (vt humorum copiam omittam) ad tres causas præcipuas reduci in Hipp. doctrina videntur, ad frigiditatem refrigerantem, ad calorem, tum colliquantem, tum disgregantem, & ad motum ipsum, quas quidem, etiamsi non adeò distinctè hoc loco tradiderit Hipp. eas tamen insinuasse, rem intimius consideranti, parebit. Propter motum enim, & agitationem in cerebro factam distillationem excitari, quæ erat causa vltimo loco recensita destillationis, quatenus disgregationem in humoribus parit, indicasse visus est, dum eam fieri ait; si derepentè inhorruerit cerebrum, quid enim aliud est cerebri horror, quam motus humorum in cerebro factus? ad quam causam reducendæ sunt etiam aliæ causæ destillationis causæ, timor scilicet repentinus, & respirationis longa retentio, per hæc quippè fit cerebri commotio, & potissimum in eius cauitatibus: vndè per eam facta in humoribus disgregatione, distillatio excitatur, idque maximè pueris contingit, quia sunt cerebro adultioribus imbecilliores. Reliquas autem duas causas, calorem scilicet, & frigus manifestè assignauit illis verbis. Eliquatur etenim per calorem, & cerebri diffusionem. Segregatur autem à frigore, & segregatione, & sic defluit. Cæterum non me latet, Hipp. inter causas cerebrum calefacientes frigus enumerasse lib. 2. de Morb. vers. 10. quatenus scilicet, facta antiperistasi à frigore Mar.n.11. externo circumseptus calor intensior redditur, ità vt non solum à toto corpore vehementius trahat, sed etiam colliquando cerebrum ipsum, destillationes mouere possit. Sed huiusmodi frigus non debet considerari, vt causa refrigerans, sed vt calefaciens, ità vt hoc in loco intelligat Hipp. à frigore refrigerante cerebrum, moueri destillationes disgregatione mediante: non ab eodem calefaciente. Quarè si frigus externum caloré cerebri superauerit, ità vt indè refrigeretur, destillationes inducit, vt hoc in loco testatur Hipp. si non superauerit, sed illum repellat ad interiora, colliquando idem efficiet. Et hac ratione fortasse fluxiones ab aquilone, in hyemeque excitatæ, acriores sunt, quam quæ ab austro, & æstiuo tempore. Actio enim, quæ fit ratione antiperistasis longè vehementior est, quam ea, quæ fit per proprias qualitates, quod patet in generatione grandinis, quæ fit per antiperistasim caloris circumstantis: vt Arist. testatur 1. Meteorol. 2. Quamuis aliam rationem aduxerim lib. de loc. in hom. vers. 179. Verũ circa colliquantem causam, calorem scilicet excedentem adnotare oportet, hanc duplici ratione ad destillationem excitandam concurrere, & aliquando cerebrum, aut succos ipsos: & id efficit sub ratione causæ externæ, & quatenus calidorum, & acrium humorum, siuè vaporum adest concursus. Si enim cerebrum alterantes mediante disgregatione, distillationes mouent, & tunc sub ratione causæ internæ id præstat. Differuntq. hi modi non parum inter se, quandoquidem calor primo modo repentinas, & vehementes destillationes mouet. Secundo verò eas, quæ paulatim increscunt, & sæpè per certas periodos exacerbantur, febremq. pro maiori parte adiunctam habent; propter calidorum humorum præsentiam. Solentq. huiusmodi destillationes diutius perdurare, & sæpè ad tabem perducunt. His de destillationum causis explicatis, manifestè apparet, quantum ab Hipp. doctrina recedant illi, qui destillationis causam esse existimant cerebri excrementum, vitio coctionis in eo genitum, quandoquidem humores etiam optimi, & secundum naturam sese habentes destillationis materia euadunt,

quando

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 166 sur 636

©BIUM

A quando à calore colliqueſcunt, aut aliqua cauſa, ſiuè externa, ſiuè interna accedente, inuicem diſgregantur.

Verſ. 256. Propterea verò diuturnus eſt morbus, quia id quod influit tenue eſt præ multitudine, & ſtatim ſuperatur à ſanguine, ac caleſcit. Mar.n.13.

Reddit rationem Hipp. cur diù perduret hic morbus, nec citò hominem interimat, ex quo (vt docuit ſuperius) vbi ætatem adeptus eſt morbus, non amplius curabilis eſt, quia humor influens tenuis eſt præ multitudine: vndè plus poteſt tenuitas ad ſolutionem paroxiſmi, quam eiuſdem abundantia ad ſanguinis congelationem, & ſuffocationē inducendam, tenuitas enim calori aditum præbet, vt citò ſanguis incaleſcat, & influentem humorem ſuperet.

Verſ. 301. Et inſanimus quidem præ humiditate. Mar.n.16.

Humiditatis nomine humorum præſentiam intelligit hoc in loco Hipp. quorum defectum
B ſiccitatem appellare conſueuit. Hanc quippè humiditatem inſaniæ cauſam inferius exponens, bilis, & pituitæ præſentiam expreſſit. Adnotare autem oportet, per pituitam, non ſimplicem, & benignam intelligere Hipp. ſed excrementitiam, ſeu corruptionem aliquam adeptam, alioqui deſipientiam parere, non eſt apta.

Verſ. 330. Si enim in corpus primum perueniret, & poſterius in cerebrum, &c. Mar.n.17.

Rationem pulcherrimam adducit, cur ſpiritus vitalis in corde genitus ad prudentiam conferre non poſſit, niſi noui aeris interuentu refrigeretur in cerebro, & purus, perſpicuuſq. reddatur. Si enim tota materia animalis ſpiritus, aer inquam, prius in corpus perueniret, non
C adeò purus eſſet, qualis ad animales facultates obeundas requiritur, coinquinatur enim quoquo modo permixtione ſanguinis, & aliorum ſuccorū, per quos tranſit, vt ſpiritui animali contingit, coinquinatus verò dignotione, & iudicio priuaretur, hoc eſt, propter impuritatē dignotioni, & iudicio ineptus fieret. Naturalem enim aeris tenuitatem reſpiciens per totum librum, & hoc in loco potiſſimum, aeri nimium tribuit, quandoquidem ei primario intelligentiam adſcribit, ſecundario autem ipſi cerebro, quod ab Auctore factum eſt, quia aerem diuinitatis participem credidit antiquitas, vndè aerem cælum appellarunt. Diogeneſq. Apolloniates, Deum vocare conſueuit, vt non mirum ſit, ſi effectus præſtantiores, qui in nobis perficiuntur, in aerem omnium, quæ corpus noſtrum ingrediuntur, nobiliſſimum, referantur. Hipp. igitur huic opinioni tunc temporis receptæ inhærens, hanc de aere ſententiam protulit.

Verſ. 336. Neque ego ſane noui quam vim habeant phrenes, vt ſapiant, &c. Mar.n.18.

φρενες, quod ſeptum tranſuerſum communiter interpretatur (quamuis Corn. præcordia trāſtulerit, hoc in loco, quod nomen alias Græcæ dictioni διαφραγμα accommodauit) vocarūt antiqui ſeptum illud, quod ſpiritualia à naturalibus ſeparat, ac ſi ſapientiæ eſſet inſtrumentum.
D φρενες enim Græcis, & διανοια, ideſt mens, idem ſignificant, cum igitur Hipp. docuerit, cerebrum eſſe, per quod ſapimus: non autem ſeptum tranſuerſum, meritò hanc nomenclaturā tanquam impropriam reiecit, rationes tollendo, quæ in contrarium adduci poſſent. Quia licet dum, homo improuiſo gaudio perfunditur, aut vehementer triſtatur, ſeptum tranſuerſum antè alia membra exilit, & anxietatem facit: id enim inquit Hipp. non euenit, eò quod ſit primū gaudij, & triſtitiæ inſtrumentū: ſed quia eſt membrū tenue, vndè ſtatim alteratur, & maximè extētum eſt, vt facilè toti corpori cōſentiat, & deniq. quia non habet cauitatē, in qua proprias affectiones cōtineat, & quoquo pacto celet, nè ſtatim conſpicuæ fiant, & toti corpori cōmunicentur.

Verſ. 361. Et plerique bis ipſis curantur, à quibus etiam naſcuntur. Mar.n.18.

Quia v. g. ſi aeris mutatio cerebrum ad calidum, & humidum alterando, hominem huic
E morbo obnoxium reddit; poteſt contrarius aeris ſtatus in contrarium alterando, ad mediocritatem, naturalemq. temperiem cerebrum reducere, & ſic ægrum à morbo liberare.

De Morbis lib. I.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Hos quatuor libros de morbis inſciptos doctiſſimis comentarijs illuſtrare conatus eſt Petrus Salius Diuerſus, vndè multorum obſcurorum dilucidationem ab eo petendā omiſſimus. Dum verò primi inſcriptionem de Morbis cum Gal. improbare ſtudet, tanquam materiæ, de qua agitur, minimè conuenientem, temerariā opinionem tuetur, vndè eius ſententiæ acquieſcere

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 167 sur 636

©BIUM

scere non possum: cum non sit inconueniens, tractationi de morbis proœmij loco præmitti ea, quæ à Medico sunt peragenda, dum morborum curationi intendit. Patet enim, post hæc in exordio præscripta tractationem aggredi de Morbis: quando suppuratorum exactam doctrinam proponit: cuius gratia de morbis quibusdam agit, qui ad suppurationem perducere ægrotantes solent, & quamuis primus inscribatur, non est necesse, huius doctrinæ secundi doctrinam continuari, dicitur enim hic primus non ordine doctrinæ, sed librorum numero. Quod autem ad eorum auctorem spectat, an Hipp. fuerit, necnè, parum referre mihi videtur, dummodo sanam doctrinam, Asclepiadumq. dogmatibus consonam eos continere constet, quod quidem ex nostris explicationibus patebit. Si Deo O. M. placuerit.

Mar.n.1. *Vers. 4. Deinde verò qui morbi necessariò.*

Hæc sententia ex Græco contextu ità legenda est. Deindè verò, qui morbi habeant necessitatem, vt postquam geniti sunt, &c. quæ versio etiamsi à communi parum differre videatur, melius tamen auctoris mentem aperit. Vult enim Hipp. Medicum non ignorare, quinam morbi necessarios habeant euentus, & qui non habeant, quando hanc partem exponens inferius inquit: necessitatem autem talia habent, vt fiant hæc, quando illa fiunt. In vulneribus eos, qui crassos neruos sauciatos habent, necesse est, claudos fieri, &c.

Mar.n.1. *Vers. 6. Et qui, postquam geniti sunt, dubij sint.*

Hæc particula, postquam geniti sunt, superflua primo aspectu apparet, nam quæcunque de morbis dicuntur, omnia intelliguntur de morbis actu affligentibus, veruntamen non est superflua, sed quid maximum importat, vult enim indicare Hipp. Medicum non solum scire debere in communi, & vt dicunt in abstracto, qui morbi dubij sint, sed etiam quales sint, quando actu affligunt, v. g. non satis est scire, pleuritidem, & peripneumoniam, & alios morbos, de quibus infrà, dubios esse, sed etiam oportet distinguere, an pleuritis, quæ Petrum tenet dubia sit, an salutaris, siuè omninò læthalis, quod peculiaria signa indicabunt.

Mar.n.3. *Vers. 40. Aqua intercutem, ac subtercutem nascens.*

Hydropis nomen, quod Interpres, aquam intercutem, & subtercutem nascens, transtulit, Græce legitur ὑδρωψ ὑποσαρκιδιος, quasi dicas hydrops ex hyposarca natus, quo quidem significatur, non illa hydropis species, quam proprio vocabulo hyposarcam, seu anasarcam, vocarunt posteriores, inqua totum corpus oedematoso tumore intumescit; quandoquidem hunc affectum nunquam hydropis nomine denominauit Hipp. qui tantum abest, vt incurabilis sit, quemadmodū hoc loco dicitur, vt omnium consensum pre alijs curari facilius soleat, sed ascites dictus, qui propriè hydrops vocatur, & aquæ collectionem in ventre præsupponit, hic enim cum pluribus modis, & à diuersis causis originem habere possit, omnium læthalior est, qui ab hyposarca incæpit. Hic igitur simpliciter lætha lis dici potest, cum nullus eum

Mar.n.62. euadere possit, & ideò de hoc tractans 4. Acutorum vers. 373. solo prognostico dereliquit. Cur aut hic h, drops desperatus sit omninò, in citati loci expositione rationem adduximus, vbi etiam demonstrauimus, triplicem illam hydropis diuisionē in hyposarcam, Tympanitem & Ascitem, quam recepit posteritas, non esse ad mentem Præceptoris, penes quem ille tantummodo affectus nomen hydropis meretur, qui aquæ collectionem in aliquo ventre habet,

Mar.n.3. *Vers. 43. Dubij autem morbi, vt & pereant, & non, tales sunt, Peripneumonia, &c.*

Verbis Hipp. diligenter ponderatis patebit manifestè, dubios ab eo vocari morbos, non qui cum maiori ex parte ad salutem terminentur, ad interitum aliquando perducunt, quemadmodum, neque eos, qui maiori ex parte sunt læthales, etiamsi non nonnullos seruari contingat: sed qui æquè, & indistinctè modo ad salutem, modò ad interitum terminare consueuerunt.

Mar.n.3. *Vers. 51. Et ab atrabile quidem leuiter siderantur.*

Huius particulæ expositionem inuenies 6. Aphoris. 56.

Mar.n.3. *Vers. 52. Longos autem necesse est esse tabem, dysenteriam, &c.*

Dysenteriæ nomine omnem ventris fluxum accipere, temerarium est, non enim adeò impropriè nominibus vtitur Hipp. qui dysenteriam maximè ab alijs fluxibus optimè distinxit, quod quidem manifestè apparet lib. 3. de Diæta vers. 206. vbi loquitur in hunc modum.

Mar.n.12. Quando autem corpore excalefacto purgatio acris fit, tunc etiam intestinum raditur, & exulceratur, & sanguinolenta egeruntur. Hoc autem dysenteria appellatur. Et paulò

superius

A ſuperius diarrhœam deſcripſerat à dyſenteria penitus diuerſam. Quia igitur facta dyſenteria vlcera in inteſtinis exorta ſupponuntur, quæ, & propter vlceratæ partis conditionem, & propter excrementorum affluxum, non facilè ſanantur, meritò inter morbos diuturnos dyſenteria adnumeratur. Quod ſi hanc aliquando citò ſanari contingit, id euenit, quando vlcera nondum facta ſunt, quo caſu non exacta dyſenteria dici morbus debet, ſed potius incipiens dyſenteria, & ſi pariter in termino acutorum aliquando ægrotantem interimit, non tamen acutus morbus dicendus eſt, cum nihil prohibeat, ex morbo diuturno etiam in principio, & augumento morbi hominem interire. Dyſenteria igitur propriè dicta inter morbos diuturnos adnumeratur: non autem cæteri alui fluxus, qui ſæpius breui, & ad ſalutem, & ad mortem terminare ſolent.

Verſ. 55. *Mulieribus verò fluxum ſanguinolentum.* *Mar.n.3.*

B Quouis modo, & ex quacunq. parte ſanguis fluat, & citò cohiberi, & diù perdurare ſolet, adeò vt communiter loquendo ſanguinis fluxus, neque breuis, neque longus morbus dici poſſit. Solus menſtruorum fluxus diuturnus dici poteſt, nam qui breui tempore terminatur, plerunque naturalis eſt, nec morbus dici debet. Addidit, aut ſanguinolentum: quia cæteræ fluxiones ex vtero emanantes, vt ſtatim morboſam affectionem conſtituunt: ità ſæpè breui ſanantur, vt neceſſariò diuturnæ dici non debeant.

Verſ. 58. *Ex phrenitide in peripneumoniam tranſitus fit.* *Mar.n.3.*

Qui pro difficultatibus vitandis textum immutare libenter ſolent, hanc vocē ex phrenitide in pleuritide permutarent, iuxtà aphoriſmum 11. ſect. 4. & 2. Coac. Prænot. v. 277. vbi ità legimus, à pleuritide peripneumonia malum, quod ſi communem lectionem ſequi malumus, neceſſe erit per phrenitidē intelligere eam, quæ ex ſepto inflammato contingit, quæ eſt enim C vicinitas inter pulmones, & cerebri meninges, vt illorum inflammatio ad has immediatè conuertatur? Non enim ſatisfacit Salius, qui cauſam huius metaſtaſis in bilem refert, humorem in vtroque affectu peccantem, quia hoc pacto, omnes morbi ex bile in omnes bilioſos morbos tranſmutarentur. Præterea quomodo concedit hoc in loco, peripneumoniam à bile dependere, quod inferius expreſsè negabit, dum quærens rationem, cur ex peripneumonia non fiat febris ardens; id euenire cōcludit, quia peripneumonia non ex bile, quæ febrem ardentem facit, ſed ex ſanguine pituitoſo ortum ducit? Dicamus ergò, ex phrenitide ſepti tranſuerſi inflammationem conſequente, de qua lib. 3. huius operis actum eſt, in peripneumoniam fieri tranſitum, eodem modo, quo ex pleuritide eundem tranſitum fieri à principio dicebamus, inflammatione à ſepto tranſuerſo ad pulmones irruente.

Verſ. 58. *Verum ex peripneumonia febris ardens non fit.*

D Curioſa quæſtio eſt; cur ex peripneumonia non fiat febris ardens: cum tamen febris ardens in peripneumoniam ſæpè tranſmutetur; quod lib. 2. de Morbis ab Hipp. confirmatur. Non enim referenda eſt huius diuerſitatis cauſa in materiæ diuerſitatem: quando ex febre ardente fit peripneumonia, bilioſo ſucco à venis ad pulmones tranſmiſſo: quæ res nos docet vtriuſquè affectus eandem eſſe materiam. Quarè huius diuerſitatis cauſam exiſtimo à partibus affectis dependere, quandoquidem, etiam ſi vnaquæq. pars corporis quatuor facultatibus naturalibus prædita ſit, quibus mediantibus attrahere, retinere, & concoquere, noxiumq. expellere poteſt, non tamen omnes æqualiter iiſdem participant. Vndè Hipp. lib. de Vet. Medicina verſ. 390. quærens cauſam, cur partes aliquæ validiores ſint in attrahendo, & ex- *Mar.n.39.*
pellendo: in earundē tum ſubſtantiam, tum figuram repoſuit. Pulmo igitur (vt ibi exemplificauit Hipp.) quia rarus eſt, & ſpongiformis, & cauitates habet, humiditates aliunde recipit facillimè, vndè frequenter, ex aliis morbis ægrotat, verum quia expultricem debilem E habet, non facilē ſuſceptum humorem dimittit, ſed cum biberit, (vt cum Hipp. loquar) & ſuſceperit in ſe humorem, & vacua, & rara, ac parua penitus replentur, & pro raro, & molli durus, ac denſus euadit, neque concoquit, neque dimittit, quam ſententiam libro de Oſſibus verſ. 205. confirmauit. Cum igitur pulmo ex naturali conſtitutione ad ſuſcipien- *Mar.n.19.*
dum diſpoſitus ſit & ad expellendum ineptus, non eſt mirum, ſi plurimi morbi ad pulmones conuertantur, rarò autem eius morbi aliò tranſmittantur, cuius generis eſt febris ardens, de qua loquimur in præſenti quæſtione. His accedit, quia materia in pulmonibus contenta aeris frigidi inſpirati contactu incraſſatur adeò, vt non facilè indè remoueri poſſit, hac eadem

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 169 sur 636

Mar.n.24. enim ratione euenit,vt (quemadmodum dicebat Hipp.lib.Prænot. verſ.377.) abſceſſus hyeme minus recurrant,humoribus à temporis frigiditate refrigeratis,& craſſioribus effectis. His igitur rationibus peripneumonia in alios morbos rarò tranſmutatur. Quod ſi pulmone inflammato à bile à capite deſcendente,inflammatio lateri communicatur, vt idem Hipp. lib. de loc. in Hom. teſtatur, vndè pleuritis peripneumoniæ ſuccedere videtur,hæc non eſt tranſmutatio, de qua agitur hoc in loco, ſupponitur enim priori morbo ſedato, alterum in altera parte naſci, quæ tranſmutatio à græcis proprio vocabulo metaſtaſis dicitur, alia verò epigeneſis vocatur, quando propagatione malorum, morbusmorbo ſuperuenit, quod in propoſito caſu euenire,eſt manifeſtum. A

Mar.n.3. *Verſ.62. Velut ſi rigor corripiat, ardor ignes ſuperuenit.*

Noſtris frequens eſt temporibus rigorem inuadere, quem febris non ſubſequitur, quod Hipp. ſeculo inuſitatum fuerit,ex hoc loco deducit Gal. quem communis medicorum ſchola ſecuta eſt, huiuſq. diuerſitatis cauſam in antiquorum continentiam referentes. Hanc tamen non fuiſſe Hipp. mentem,pluribus conuinci poteſt,& primo,quia falſum eſt,Hipp. ætate adeò parcè, & tenuiter victitaſſe homines, vt crudorum humorum copiam non contraherent, propterquam rigores abſque febre euenire ſolent. Nam præterquam quod omnia morborum genera illis temporibus contingebant, quæ hodie nos vexant, quorum multa ab humorum crudorum copia euenire,certum eſt: quoties Hipp. cauſam morborum retulit in incontinentiam circa cibos, & potus,res venereas, aliaque ad victus rationem pertinentia? Id experti ſunt Silenus. Nicodemus, Apolloniis, Apelleius,Biantius,Nicolai filius, & alij quamplurimi, quorum hiſtoriæ narrantur iu Epidemijs. Hoc igitur merum figmentum eſt. Quod quidem Philoſophis pro morum inſtitutione permitti poteſt. Medico tamen veritatis ſectatori ſummoperè indignum. Quod quidem longiori oratione confutabitur ſect. 3. coac. Pr. verſ. 139. Secundo falſum eſt etiam, Hipp. ſeculum non cognouiſſe rigorem febris expertem. Nam ſi rigorem communi vocabulo accipimus, quatenus, & rigorem, & horrorem comprehendit, quo ſignificato hoc in libro recipi conſtat: quandoquidem partum rigorem horrorem inferius vocari ait, idque concedunt aduerſarij, dum à crudorum humorum copia fieri confitentur, quod horroris proprium eſſe, receptum eſt, Non eſt dubium, horrorem abſque febre Hipp. adnotaſſe. Nam præter alia loca in quibus hæc veritas manifeſtatur B C

Mar.n.31. lib. 3. de Diæta hæc habet Hipp. Quibuſdam horrores in matutinis deambulationibus fiunt, & capite grauantur. Huic plures fiunt deambulationes,quàm modus requirit, corpus enim & caput humore euacuatum horret, & grauatur, progreſſu verò temporis ad febrem peruenit &c. ecce quod obſeruauit Hipp. non ſemper ab horrore conſequi febrem, ſed temporis progreſſu accedit,niſi idoneis præſidijs prouideatur. Verum hoc idem in rigore propriè dicto verificatur; quandoquidem cum ſciret Hipp. plures eſſe rigorum differentias, quia alij febrem antecedunt, alij à diuerſis cauſis, tum externis, tum internis dependent, hos interſe diſtinguendos indicauit, per vulgatam ſententiam illam lib 6. Epidem ſect. 3. verſ. 29. regiſtratam, & inter aphoriſmos tranſlatam. Rigores incipiunt mulieribus quidem magis à lumbis &c. in fine cuius tandem concludit. A quibus autem alijs riguerit, fortaſſis ab vlceribus, incipiunt à vaſis, cuius ſententiæ expoſitionem à nobis allatam inſpicere ad confirmationem præſentis concluſionis,non parum conducet. Hoc idem clarius manifeſtauit Hipp. D

Mar.n.26. lib.4. de Morbis ſect.2. ver.165. vbi ità inquit, & hæc à me dicta ſunt quomodo, & quando rigor morboſus fiat,& quomodo,& ex quali neceſſitate febris poſt ipſum irruat,inſinuans, dari etiam quandoque rigorem non morboſum: & quem febris non ſubſequatur, quum igitur non ignoraret Hipp. aliquando rigores inuadere, quibus febris non ſuccedit, non potuit in loco vniuerſaliter loquendo aſſerere: quemlibet rigorem neceſſario febrilem calorem ſubſequi. Quarè intentio Hipp. eſt demonſtrare modum,& cauſam neceſſitatis, propter quam rigori febrili calor ſuperuenit. De hoc enim tantummodo tractat, tum hoc in loco, tum citato ex lib. 4. quod manifeſtatur vlterius ex his, quæ de cauſa rigoris inferius ſcripſit; cauſa enim, quam ipſe aſſignat, non omnibus rigoribus, ſed febrili tantummodo accommodatur. E

Mar.n.3. *Verſ.67. Si verò ſaucium fuerit,febrem neceſſe eſt ſuperuenire,& bilis vomitum,& aliquam corporis partem ſideratam fieri, ac perire.*

Præſentis

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 170 sur 636

A Præsentis sententiæ explicatio petenda est ex ijs, quæ super sententiã 7. Epidem vers. 378. à nobis allata sunt. Non dissimulanda verò est contradictio, quam in Hipp. dictis ex hoc loco elicient illi, qui Præceptoris doctrinam huiusmodi vitio taxantes deprimere profitentur. Dum hoc in loco præfata accidentia ex necessitate superuenire ait, lib. autem Coacarum Prænot. sect. 3. vers. 107. vbi eadem sententia registrata est, eadem non semper, sed plerumque accedere, testatur, quam quidem contradictionem fortasse, vt vitaret ille, qui Aphoristicas sententias in vnum reduxit, necessariam quidem propositionem fecit, siderationem tamen, & mortem, vt non necessario contingentes, de industria subticuit. Aphor. num. 50. 6 sect. ità legimus. Quibus dissectum est cerebrum, his febrem, & bilioſum vomitum superuenire, necesse est, etiamsi hæc eandem necessitatis causam habeant, quotiescunq. enim huiusmodi vulnus cerebri notabilis est magnitudinis, non minimum, & ferè imperceptibile. Mar. n. 3.

B Aegerque à communi hominum conditione, & natura non recedat, præfata omnia necessariò eueniunt. Aliquando tamen non omnia superueniunt, vel quia mors ea præuenit, vel quia vulnus leuissimum, & superficiale est, in eaque cerebri parte, quæ minus periculosa est. Similiter vulneratus peculiari virtute à prædictis malis non facilè corripitur. Hæc enim omnia considerans Hipp. 2. Prædict. vers. 263. hæc ait, sunt autem hæc pernitiosa valdè, non tamen ità, vt nemo ex his euadat, velut putatur. Nam loci, qui hæc nomina habent, multum inter se differunt, & ijdem modi, multum etiã differt corporis ipsius hominis structura. Aliquando enim, neque febricitat, neque inflammatur sauciatus. Quod respiciens in coacis plerunque addidit, idquè vniuersalitatem propositionis non tollit, quia vt dicebam, rarissimum est, vt hæc vulneribus cerebri non superueniãt, & extrà naturalem partis, & hominis dispositionem, ità vt si quis euadat, necesse sit id euenire, quia vulnus in ea parte cerebri inflictum est, in qua minus affligitur, v. g. pars posterior: vulnusque omninò exiguum est, quæ duo significare voluit Hipp. dum lib. nuper citato dixit & loci, qui hæc nomina habent, multum inter se differunt, & ijdem modi. Similiter, si aliquando obseruatum est, ex vulnere cerebri nullius partis resolutionẽ subsecutam esse, id euenire potuit, quia per illam cerebri partem vulnerata tam, particulari structura, nulla arteria disseminata fuerit, ex cuius sectione (iuxtà nostram expositionẽ) sensus & motus intercipitur, idquè insinuatur per illa verba: differt corporis ipsius hominis structura. Si denique aliquando cerebri vulnus non subsecuta est febris, id particulari hominis complexioni imputandum est, sunt enim quidam, vt citato lib. prædicto ait Hipp. qui difficulter ex propria natura febres incurrunt, quemadmodum alios ex simplicissimo vulnere febrem incurrere, obseruamus, quarè cum hæc à particulari, indiuidualiq. hominum proprietate eueniant, & admodum raro, vniuersalitatem propositioni tollere non possunt. Vndè summa cum ratione hoc in loco necessitas euentus apposita est, febrem necesse est, superuenire, & bilis vomitum, &c. Mar. n. 19.

C

D

Vers. 79. Quicunque verò morbi, aut vulnera, non ad mortem tendunt, &c. Mar. n. 4.

Superius enumerauit morbos, qui occasionem adeò momentaneam habent, vt statim ipsis occurrere, opus sit, nec Medicus ab ægrotante discedere debet, priusquam ipsi opem tulerit, & hoc dictum est; quia priscis illis temporibus medici ipsi venas secare, cucurbitulas admouere, frictiones item, illitiones, & perfusiones adhibere: medicamenta propinare, aliaque omnia præstare consueuerunt, quæ ægrotanti necessaria videbantur, potissimum verò, quando morbus grauis erat, & periculosus, quod ex libro de Medico, & de decenti ornatu satis constat. Nunc igitur eos casus recenset, in quibus occasio inducias præbet, ità, vt statim adhiberi remedia, eorumque exitum attendi, minimè opus sit præsenti Medico. Inquit ergò, quicunque morbi, aut vulnera non ad mortem tendentia, sed curationis è pacia, & dolores in ipsis contingentes, qui si rectè tractentur, sedari possunt, & occasiones habent, non adeò præcipites, his non prosunt remedia adhibita, cum adhibentur, ità vt id Medico præsente fiant, & expectetur eorum exitus: quia etiam non præsente Medico cessabunt, quasi dicat, in his morbis non est necesse, vt Medicus ipse ea remedia adhibeat, ibique permaneat, quòusque eorum exitum obseruet, quemadmodum faciendum est in læthalibus, in quibus remedia etiam rectè adhibita à morbi sæuitia superantur: ità, vt nisi præsens sit, & statim aliud remedium substituat, occasionis celeritas omnem subripit medelam; cum læpè antequam in altera visitatione Medicus accedat, æger pereat. His igitur docemur, quibus in morbis

E

ab

ab ægrotante non prius discedere debemus, quam aliquid remissionis malum contraxisse cognouerimus, & in quibus remedijs adhibitis aut præscriptis abire possumus.

Mar.n.6. *Vers.* 124. *Sub aquoso &c.* Vide expositionem 3. Coacarum 62.

Mar.n.6. *Vers.* 144. *Si pharmaco bilis, aut pituitæ sursum ductiuo &c.*

Huius particulæ expositionem affert Salius primo aspectu satis probabilem, ex qua præceptum elicit in praxi (vt ipse existimat) non contemnendum, hoc autem est, non esse propinandum pharmacum sursum purgans ei, qui dolorem, aut aliquam aliam affectionem in pectore manifestam habeat. Verum quomodo saluabit illud vulgatum aphorismi 18. sect. 4. Dolores suprà septum transuersum, qui purgatione egent, per superiora purgandum, significant. Quapropter verba illa in alium sensum prolata esse, existimo. Hæc enim dixit Hipp. per modum exaggerationis cuiusdam: inquiens, malum esse, dato pharmaco sursum purgante venam in pectore rumpi, & ità morbum induci, qui prius non extiterit, quasi dicat malum est certè, morbum in corpore existentem loco curationis exacerbare, verum non existentem excitare, longè pessimum. B

Mar.n.6. *Vers.* 146. *Si mulieri in vtero habenti medicamentum supernè purgans &c.*

Ex hoc dicto colligimus, pharmaca purgantia, quę sursum mouent, ex propria natura abortum non facere, nisi etiam deorsum moueant, quod ex fortuito casu euenire ait Hipp. Neque id ratione caret (dicat quidquid vult Salius) sursum enim purgantia fœtui obesse tantummodo possunt, quia cum calida sint, purgationes menstruas prouocare, & fœtum corrumpere possunt, verum id non præstant, quia vt dicebat Herophilus de helleboro concitatis intus omnibus eadem in primis exeunt, Plin. 25. cap. 5. & si purgando perturbant, hæc perturbatio abortum facere non solet, quando sursum trahens, motum abortui contrarium facit, imò subsequens euacuatio reuellendo in contrarium, imminentem abortum prohibere posset, & hæc est ratio, cur ex vomitu etiam laborioso abortus non sequatur, quod omnes ferè vtero gerentes experiuntur, quas quotidiana nausea, & violentus motus exagitat, & nihilominus indè nunquam abortum incurrunt, è contrà verò ab inferiori alui fluore plures abortus quotidiè obseruantur, quod etiam adnotauit Hipp. pluribus in locis, potissimum verò lib. 1. morborum mulieb. sect. 1. vers. 435. & sect. 3. ver. 56. Nec non 5. aphoris. 34. Imò tenesmus, qui ità se habet ad infernam alui excretionem, vt nausea ad vomitum; sæpissimè abortum facere solet, eodem attestante 7. aphor. 27. vomitum verò, aut nauseam id præstare, nullibi legitur. Meritò igitur inter casus fortuitos numeratur abortus à medicamento sursum purgante excitatus: quia id communiter euenire non solet. C

Mar.n.41.

Mar.n.6. *Vers.* 157. *Oportere enim ipsum perpeti putant, vlceraque &c.*

His rationem assignat Hipp. cur medicos non laudent homines, quando ægris opem ferunt, quia existimant (inquit) accidentia, quæ ægris contingunt, sicuti ex necessitate quadam oriuntur; ità etiam sponte sedari, etiam medico opem non ferente. Hic est enim sensus illorum verborum, quæ ex vulgata lectione græci contextus hoc pacto legere oportet, oportere enim ipsum perpeti putant, vlcera autem inflammantur, & in nobis talibus dolores fieri necesse est, nec verò fieri potest, vt non hæc fiant. D

Mar.n.10. *Vers.* 201. *Hic quum ad hoc peruenerit, perit, quemadmodum dictum est in superioribus, purulento, ac putrido pulmone facto, aut ventre infrà erumpente.*

Difficultatem facit, quid intelligat auctor, dum ait, quemadmodum dictum est in superioribus, quandoquidem suprà vnam tantummodo suppurationis speciem recensuit, nec eius duplicem exitum ad mortem apposuit, quemadmodum hoc in loco, sed vnicum tantummodo, per suffocationem à sputo in pulmone conculcato. Non enim satisfacit Salij expositio, qui existimauit, hoc dictum esse ab Hipp. quia suprà docuerat, ventre erumpente suppuratos interire, ibi. Aluus turbata in pleuritico, aut peripneumonico, aut suppurato, malum. Nam præterquam quod hæc in alium finem prolata sunt, non dixit Hipp. aluo turbata suppuratos mori, sed simpliciter, malum. Quarè ego dicerem illa verba, quemadmodum in superioribus dictum est, referri tantummodo ad necessitatem mortis; non ad eius modum: quasi diceret, Huic quum adhoc peruenerit, vt scilicet pus sincerum expuat, & febres acutiores fiant, & cætera superueniant in textu enarrata, perit absque vlla salutis spe, quemadmodum in superioribus dictum est, per illa verba, si verò neglectum fuerit in pulmone sputum, corrumpitur, E

eo in-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 172 sur 636

A eo inhęrente,& putreſcente,vlceraturq. pulmo,& ſuppuratus fit &c. quomodo autem ſuppuratus, de quo agit hoc in loco,moriatur, docet & inquit, moritur autem purulento, ac putrido pulmone facto, aut ventre infrà erumpente.

Verſ. 211. Hic ſi anticipetur incipiente morbo, priuſquam vena ſanguinem &c. Mar.n.10.

Horum curationem ſtatim procurandam eſſe,nos admonet Hipp.priuſquam ſuccedant ea, quæ morbum inſanabilem conſtituunt, hoc eſt,antequam ſanguis effundatur in pulmones, ſuperius enim dixerat,ſanguinem vena rupta fundi, & partim per ſputum educi, partim niſi vena adſtringatur,in pulmonem effundi, vndè eius cauitates replentur ſanguine, indèque curatio difficilior redditur, quia ſanguis in pulmone moram trahens putreſcit, & in pus vertitur, vndè pulmo ſuppuratus fit. Reliqua ad præſentem textum pertinentia, partim perſe ſunt manifeſta ſatis,partim à Petro Salio ſufficienter explicata.

B *Verſ. 219. Si verò diù duraẽrit, & neglectus fuerit, primum quidem ſanguinem madicum, & ſub nigrum dimittit, ac reijcit,deindè verò adhuc copioſiorem &c.*

Sanguinem primum ſubnigrum reijcit, eum ſcilicet, qui diù in vena varicoſa moram traxit, propterquam moram nigredinem contraxit, ſanguis enim vbi naturali motu priuatur,ſtatim corrumpitur, coloremq. nigrum primum acquirit, quod etiam euenire conſpicimus in ſanguine à venis extracto. Sanguine igitur ſubnigro educto,qui in vena varicoſa continebatur; indè ſincerum ſubſequi,rationabile eſt, à venis proximioribus emanantem,& proindè in maiori copia,quam à principio, quod ſi malum vlterius procedat,pus expuit ex vlcere iam in vena varicoſa inducto.

Sectio II. Lib. I.

C *Verſ. 95. Et frigiditate ipſum ſibi ipſi vlcus inducit &c.* Mar.n.18.

Nihil eſt,quod vlcera magis lædat, quam frigus, & potiſſimum ea, quæ interiores occupant partes, vtpotè frigori minùs adſueta, vt ex lib. de humidorum vſu admonemur, vndè mirum non eſt,ſi inter alia incommoda, quæ vlceribus pectoris ex vulneribus penetrantibus eueniunt,refrigerationi locus haud infimus tribuatur. Refrigerari autem huiuſmodi vlcera ait Hipp.& quia pars affecta calidior eſt,& quia per reſpirationem calorem à ſe reijcit,frigiditatemq. ſibi adducit. Refrigerari autem vlcus, quia pars calidior eſt, paradoxum videtur, id tamen veriſſimum eſt, quæ enim calidiora ſunt frigus ſuperueniens ſentiunt magis, quam quæ minus calent,hoc manifeſtè ſentiunt illi,qui à calido balneo exeuntes frigido,aeri ſe exponunt,nam ſtatim horrent, & qui in calido balneo mingunt Gal. referente 3. ſimplicium 8.
D propriam vrinam frigidam ſentiunt, quæ in frigido verſantibus calida apparet. Refrigerantur ergò inquit Hipp. huiuſmodi vlcera, quia locus natura calidus eſt, & quia calorem expirando ægri reijciunt, frigusq. inſpirando ad ſe trahunt.

Verſ. 163. Febris vero ab his fit, quum bilis, aut pituita &c. Mar.n.22.

Quam hoc loco de cauſa febris opinionem adducit Hipp. contraria omninò apparet ei quam libro de Nat. Humana profitetur. Ibi enim,quamlibet febrem à bile ortum habere dicit, hic verò & bilis & pituita febris cauſa ſtatuitur. Ibique bilem primo calorem febrilem concipere, conceptumq. cæteris humoribus communicare,explicauimus. Hoc autem loco, & bilem, & pituitam, modo vnam, modo alteram à cauſis calefacientibus immediatè incaleſcere, & febrem inducere cenſet. Quarè parum ſibi conſtans in dogmatibus eſſe videtur. Hæc primo aſpectu talia apparent. Sed mente auctoris rectè percepta, omnia inuicem
E conſentientia euadunt. Dum enim modo bilem, modo pituitam febrem excitare, ait, illum humorem reſpicit,qui ad febrem efficiendam concurrit,in maiori copia, & virtute, dum verò bilem ſolam ad febrem efficiendam concurrere, dicit, principium,& originem primam caloris febrilis reſpicit, vt in citati loci expoſitione à nobis demonſtratum eſt. Quod verò ad febris cauſas ſpectat, quas hoc in loco enumerauit, eas tanquam cauſas propoſuit, quæ euidentiori mod› ad febris generationem concurrunt. Quomodo autem ab his febrilis calor in humoribus introducatur,non erat præſentis loci determinare. Id autem fieri mediante diſgregatione, quam enarratæ cauſæ efficere aptæ ſunt, à nobis demonſtratum eſt in expoſitione præfatæ ſententiæ lib. de Nat. Hum. verſ.272.

Rigor

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 173 sur 636

Mar.n.22. *Vers.* 168. *Rigor autem in morbis fit.* A

Rigorem,& horrorem confundit hoc in loco Hipp. vulgi opinionē secutus,quod horrorem propriè dictum paruum rigorem appellat, & sicuti de eo vniuersaliter agit, ità causas omnes comprehendit,à quibus, & horrores, & rigores excitari solent,febrilis verò rigoris,siuè horroris causam satis probabilem adducit,dum eam esse statuit,sanguinis refrigerationem à bile, aut pituita per illum transcurrentibus inductam, à pituita, vtpotè frigidissima potissimum excitari ait, quia hac dominante refrigeratio, quæ rigorem, horroremq. comitatur, est euidentior,fieri etiam à bile demonstrat, quia hæc sanguine aliquantò frigidior est, ità, vt per illum commota, rigoris, & frigoris sensum inducere possit, frigidiorem sanguine bilem dicit, actualem sanguinis caliditatem respiciens, quæ tangentibus fit manifesta, idque euenit, quia sanguis maiori spirituum copia abundat, qui illum calidiorem reddunt. De horum symptomatum causis aliter senserunt posteriores, qui licet probabilia adducant, Hipp. tamen sententiam tueri posse,non despero. Verum quia hæc medicinam facientibus parum referre videntur, huiusmodi litem alijs componendam relinquo. B

Mar.n.22. *Vers.* 186. *Sudor autem fit hac de causa, &c.*

Quę hoc in loco de sudore afferuntur,non omnibus sudoribus conueniunt,sed ijs tantūmodo,qui in febribus contingunt,hi enim,tum quia sępius eueniunt;tum quia à morbificis causis dependent,à Medico potissimū veniunt considerādi,& quia sudorū,alij calidi sunt, alij frigidi; ideò vtriusq,causā seorsim adducit. Cæterū quæ de frigidis sudoribus statuit hoc in loco,non omnibus frigidis sudoribus cōueniunt,sed ijs tantūmodo,qui febres diuturnas cōcomitantur, quia sicuti sudoris frigidi in acutis morbis erumpētis longè diuersa est ratio,ità etiam non admodum frequenter accidere solet,& ideò sub præsenti doctrina non erat comprehendendus.

Mar.n.23. *Vers.* 215. *Inditium autem de se præbent in septem diebus, aut, &c.* C

Rectè dixit inditium de se præbent, non iudicantur: eò quod etiamsi aliquando huiusmodi morbus præfatos dierum terminos excedat, in ijs tamen iudicatur, an ad salutem, an ad mortem; & an per suppurationem sit terminaturus.

Mar.n.23. *Vers.* 222. *Quandoquè autem dolorem infrà latus exhibent.*

In pleuritide dolores varias partes occupare experientia notum est, idquè sæpius ab Hip. adnotatum legimus. Nam modo ad alas, & clauiculam, & ad humerum se extendunt: modò partes infrà septum infestant, aliquando etiam dorsum occupant. Verumtamen etiamsi hæ partes doleant, non ob id inflammationem in ipsis consistere necesse est, quæ latus ipsum perpetuò obsidet, vndè pleuritidis nomen desumptum est, idquè expresè testatur Hipp. in præsenti contextu: rationem addens,ob quam dolor ad partes dictas se extendat, de dolore enim partes superiores infestante dicebat superius, & quum huius (bilis scilicet & pituitæ) pars in latere à rigore contracta fuerit, & sanguis in ipsa horruerit,ad alas, & clauiculam, & humerum concedit, & conuellit,& dolorem inducit. Quomodo autem dolores ad dorsum, & ad inferiores partes se extendant; explicat in præsenti contextu. Inquit enim: & loci circa dorsum eodem modo ab affixo ad latus humore pituitæ, & bilis percalescunt, & quandoquè dolorem locis infrà latus exhibet, vndè patet,ab humore lateri affixo,& in eo inflammationem excitante, modo partes superiores, modo inferiores dolore vexari, ex quibus Salium longè à scopo aberrasse colligitur, dūm credidit materiam pleuritidis, vtpotè turgentem,partes inferiores petere. Nam manifestè asserit Hipp. bilem, pituitamq. lateri affixas esse,quod turgentiæ omninò repugnat. In pleuritide igitur latus perpetuò affectum est: per latus accipientes totum illud,quod costis, musculis intercostalibus,& succingenti membrana constat, quod quidem latus, quia Græcè πλευρόν dicitur, ideò morbus pleuritidis nomen adeptus est. Nec incongruum cuiquam videri debet,latere affecto partes ei proximiores dolere, id enim ex venarum colligatione, & communi partium consensu euenit. Nam etiam superius hoc eodem libro vers.67. de auulsionibus loquens, dicebat, ad varias corporis partes dolores progredi; ità vt ruptio,siuè auulsio transmutata esse à loco ad locum,existimaretur. Concludamus ergò in pleuritide latus perpetuò affectum esse, quod quia latitudinem habet, & longitudinem pro diuersitate loci,in quo inflammatio consistit, varias etiam partes ei proximiores dolore afficit. Vndè cum inflammatio partes lateris superiores occupat, dolor ad supernas partes, ad clauiculam, & humerum se extendit, si inferiores, partes infrà D E

latus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 174 sur 636

latus infestat, si posteriores, ad dorsum etiam peruenit. Non negandum tamen est inflammationem aliquando partes pectoris posteriores tantummodo obsidere, ex qua pleuritis ex dorso oritur, de qua seorsim ab Hipp. tractatur, verum tamen non semper quotiescunque dorsum pleuritide dolet, ipsum inflammatione vexari credendum est, distinguenda igitur hæc sunt proprijs signis, de quibus Hipp. proprio cap. lib. 3. de Morb. vers. 265. Mar. n. 21.

Vers. 238. Fit autem & peripneumonia sine sputo.

Mar. n. 25.

Longè differunt pleuritis, & peripneumonia, quas sine sputo hic vocat Hipp. ab illis in quibus propter sputi tenuitatem, aut visciditatem ægri nihil expuunt, in his enim materia sputi ab inflammata parte resudando, ex parte decessit, etiamsi in cauitatibus, aut pectoris, aut pulmonis contenta, educi non possit. In pleuritide autem, & peripneumonia sicca, de qua hoc loco tractatur, propter substantiæ densitatem (carnis siccitatem vocat Hipp.) nihil ab inflammata decidit, & ideò nullum apparet sputum. Propter hanc igitur diuersitatem plurimum etiam eorum curatio differt, quando si ob sputi visciditatem, crassitiemq. siue nimiam tenuitatem nihil expuitur, curatio in sputi eductione consistit per ea, quæ aut incidunt, & attenuant, aut concoquendo incrassant, si verò propter substantiæ densitatem, nihil ab inflammata parte secernitur, præfata frustrà adhibentur; ad quid enim sputi eductionem procuramus, quod nondum genitū est? & ideò eo casu Medici intentio esse debet, vt materia morbifica loco affecto infixa, per loca conuenientia educatur. In pleuritide igitur sicca, quia materia in carne, & venis continetur, quæ in latere existunt; ideò Hipp. eius eductionem procurandam iubet per eam viam, quæ promptior, & expeditior est, primoque venam secandam admonet, phlebotomia enim mediante non solum dolor fit mollior, sed etiam quidquid bilis, & pituitæ in venis inest, per eam educitur, indè verò ea medicamenta probat, quæ humores dispergant, & dissipent, deforis pariter fomenta discutientia admouet, per quæ pars humoris, qui in ipsa carne infixus est, diffundatur, dispergatur, & dissipetur omninò, huiusmodi enim viæ faciliores sunt, quam sputi eductio, in hoc affectu. In peripneumonia verò sicca contrarium curationis modum sequitur, per humectantia enim sputi eductionem procurat, cum enim dictum sit, sputum propter substantiæ siccitatem, & densitatem non produci, meritò humectantibus siccitatem tollere procuramus. Sed cur eodem curationis modo non vsus est in pleuritide sicca? quia materia lateri affixa longius abest à via sputi, vndè promptius per enarratas vias dispergi potest, quam per sputum expurgari. In peripneumonia verò, quia materia in pulmone continetur, vndè facilè asperis arterijs per ipsum dispersis communicari potest, & per eas mediante tussi expurgari; nec facilè per corpus diffundi apta est ob rationem eandem, propterquam ex peripneumonia febrem ardentem non excitari, indicauimus superius vers. 85. primæ sectionis; meritò pro peripneumoniæ siccæ curatione, non materiæ reuulsionem, deriuationemue, aut eiusdem dissipationem tentare, sed sputi eductionem per humectantia procurare oportet. Quæ quidem distinctio religiosè seruanda esset, sed recentiorum obstat abusus.

Vers. 257. Ad eum, qui prius inest, &c. Mar. n. 27.

Græca lectio in latinum sermonem translata ad verbum ità habet, existens autem prius, vtpotè natura calidissimus sanguis existens, quorum verborum, hic est sensus. Dixit, venam, & sanguinem ad se trahere bilem, febris ardentis materiam, cuius attractionis causam affert, inquit, quia sanguis in venis existens prius, ideſt, antèquam ad eas bilis attraheretur, attractionem bilis facit, vt quæ omnium humorum calidissima est, quemadmodum suprà hoc eodem libro testatus est vers. 173. sectionis secundæ, caloris autem proprium esse attrahere, omnibus est notum. Mar. n. 28. Quod hoc in loco sanguini tribuit, id venulis arefactis imputauit libro Acutorum sect. 4. de eadem febre ardente agens.

Vers. 266. Quantum autem in ventriculo, & in Chysti inest bilis, &c. Mar. n. 29.

Hoc loco criticas excretiones, per quas febris ardens iudicari solet, non recensetHipp. vt credidit Salius, non enim & sudorem tacuisset, & fluxum sanguinis è naribus, perquæ febrem ardentem frequentissimè iudicari videmus, imò quæ referuntur euacuationes, symptomatis, loco in febre ardente reponendæ sunt. Quarè potius dicendum est, Hipp. cum proximè docuerit, quid præstet bilis ad venas attracta (corpus enim ab ea immodicè excalefactum reficcari dixit) nunc quid eadem bilis in ventre existens efficiat, exponere. Hæc igitur, vt ipse ait,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 175 sur 636

ait, tres vias arripere solet. Aliquandò deorsum exturbatur, & aluum mouet, quæ euacuatio tantum abest, vt critica sit, quod potius inter læthalia symptomata reponitur. Nota est sententia sect. 1. Coacarum prænotionum. In febre ardente si aluus eruperit, mortale. Aliquandò bilis superiora petens vomitum facit quarta, & quinta die, quæ euacuatio, & ipsa, non necessario critica est. Abscedit tandem tertio loco bilis ad partes thoracis, vndè pulmones inuadens peripneumoniam læthalem producit. Reliqua verò, quæ de febre ardente hoc in loco referuntur, se ipsa explicare mihi videntur. A

Mar. n. 29. *Vers.* 288. *Porrò subcruentum, & liuidum est sputum in pleuritide, &c.*

Inter varias sputorum differentias, de subcruento, & liuido sermonem facit in præsenti oratione Hipp. eorumque duplicem naturam constituit. Alia enim sputa ab inflammata parte exudantia à facultate valida expurgantur, exudant autem ob distentionem venarum inflammatæ partis, quæ in pleuritide est latus, in peripneumonia verò pulmo, distenduntur autem venæ, dum partes ob inflammationem intumescunt, distentæq. comprimuntur, ità, vt per earum orificia, aut poros, quæ in carnem desinunt, materia in ipsis contenta exprimatur foras, quæ eo casu liuida est, & cruenta, quia non coctione mediante, sed inflammationis violentia excreta est, & hoc pacto sputum subcruentum, & liuidum apparet. Alter modus est, quando humor in parte inflammata contentus ob partis densitatem foras exprimi, aut exudare non potest, sed in vnum collectus abscessum facit, quo rupto materia in eo collecta, per sputum excreta, subcruentum, & liuidum sputum facit, quod etiam in abscessibus externis euenire aliquandò obseruatur, liuor quippè prouenit à sanguinis nigrioris portione, purulentæ materiæ admixta. Nigredinis verò sanguinis causa est corruptio, quemadmodum etiam superius adnotauimus. Si verò sanguis nigredinem non contraxerit, sed proprium colorem retinens puri admisceatur, subcruentum colorem facit. B C

De Morbis lib. II.

Mar. n. 6. *Vers.* 64. *De repentè dolor caput occupat, &c.*

Apoplexiæ tres inuenio in Hipp. doctrina differentias, quarum etsi diuersæ sint causæ antecedentes, in essentia tamen conueniunt omnes, quæ in sanguinis statione consistit, vndè spirituum motus, & actio omnis tollitur. Nam (vt ipse inferius ait) dum sanguis non mouetur, fieri non potest, vt non etiam corpus quiescat. Sanguinis verò nomine comprehendimus etiam spirituosum illum humorem, qui in arterijs continetur, quo mediante non solum spiritibus animalibus materia subministratur, sed & fouetur continuò, & in naturali dispositione conseruatur. Quum igitur sanguis motu priuatur, spirituum non modò intercipitur motus, qui fit per sanguinem: sed simul, & semel animalis spiritus generatio, quæ fit in cerebro, vitiatur, & interrumpitur ex materiæ defectu, venis seù arterijs interceptis, notum est enim, animales spiritus ex vitalibus generari. Hanc verò sanguinis stationem fieri existimauit Hipp. in venis, seù arterijs totius corporis, in apoplexia verò potissimum intercipi eas, quæ sunt in collo, & in pectore; quia animaduertit in his partibus maximè apparere effectus interceptionis, difficultatem scilicet respirationis, & angustiam: vndè stertor: quæ communia sunt apoplexiæ symptomata, quamuis hæc reducantur à posterioribus in resolutionem musculorum mouentium pectus, an verò saniori iudicio, non affirmabo, cum videam, pectoris musculos euidentius operari in apoplexia, quam in febre ardenti, quamuis in hac maximus sit vsus respirationis: quod non eueniret, si ob resolutionem musculorum læderetur respiratio, imò in paralysi manifesta, musculorum thoracis nulla adest spirandi difficultas, nullaque angustia, dummodo non adsit apoplexia, & contrà in angina eadem vigent symptomata, cum tamen nulla adsit resolutio: quæ omnia Hipp. sententiam confirmant, causam nempè angustiæ, & difficultatis spirandi fieri ab interceptione spirituum in venis, & arterijs, quæ sunt in collo, & pectore, non ab ea tamen, quæ in cerebro fit, vt vulgaris est opinio. Quoniam verò sanguinem à pluribus causis sisti contingit, hinc euenit, vt apoplexiæ non vnica sit causa, sed plures. Sistitur enim aliquandò, quia refrigeratur, aliquando refrigeratur, quia motu priuatur, mediante frigiditate quiescit sanguis ob frigidorum humorum influxum, qui à calore sanguinis superari non possint, è contrà verò refrigeratur, quia eius motus cessat, idquè dupliciter, vel D E

ob

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 176 sur 636

A ob acrium humorum defluxum; vel transpirationis defectu. Quum enim humores acres sanguini in arterijs contento admiscentur, sanguis corrumpitur, naturaliq. spiritu priuatus refrigeratur, concrescit, & sistitur; eo planè modo, quo lac, coagulo iniecto concrescit. Tuncq. ea apoplexia species oritur, de qua in præsenti sententia habetur sermo, cuius generationis modum clarius explicauit Hipp. 4. Acutorum vers. 46. ijs consentiens, quæ lib. de Gland. vers. 103. tradiderat his verbis. Quum dolores accesserint, atræ bilis, & acrium fluxionum affluxus fiunt. Dolent autem partes internæ, dum mordentur, commorsæ verò, & valdè siccæ fientes venæ intenduntur, & inflammatæ affluentia trahunt; vndè corrupto sanguine, & spiritibus non potentibus naturales in ipso vias permeare, & perfrigerationes fiunt ex statione, & vertigines, & vocis interceptio, & capitis grauitas, & conuulsiones, &c. Cæterum, dum dico sanguinem corrumpi, non intelligo putrescere, sed spiritibus, propriaq. forma priuari: quasi sanguis mortuus dici possit, eo plane modo, quo sanguis è venis egressus statim naturalem fluxibilitatem, tenuitatemq. deponit, quousque corruptus, hoc est propria forma destitutus coagulatur. Idque ei euenit, quia proprijs spiritibus priuatur. Sistitur etiam quandoq. sanguis ob transpirationis defectum, quem vasorum plenitudo inducere potissimum solet. Spiritus enim per sanguinem permeantes, eius essentiam conseruant; quia calidi sunt, continua ventilatione egent, nam (vt Hipp. lib. de Natura pueri adnotauit) calidum omne, frigido moderato nutritur, vndè eo deficiente suffocantur spiritus, quibus orbatus sanguis corrumpitur, concrescit, naturalique motu priuatur: eadem ratione, qua in præcedenti casu fieri dictum est. Indeque altera apoplexiæ species generatur, de qua Hipp. loc. cit. Acutorum vers. 39. ità loquitur, vt aliquis derepentè voce priuetur, venarum interceptiones faciunt: si sano hoc contingat absque manifesta, aut alia forti causa, &c. Hanc verò apoplexiam à plenitudine ortũ habere ostendit, non solũ inuasionis modus: fit enim derepente nullis eam præcedentibus, symptomatis hunc morbum concomitantibus, videlicet facieirubore, oculorum stabilitate, digitorũ in manibus distentione, pulsatione, & alijs in textu recensitis: sed etiam eiusdem curatio, circa quam nonnulla proprio loco adnotauimus. Sistitur denique tertio loco sanguis propter affluxum frigidorum humorum, à quibus refrigeratus motu priuatur. Tuncque tertia succedit apoplexiæ differentia, de qua Hipp. paulò infrà tractabit. Qua quidem in re adnotare oportet, hanc postremam à præcedentibus plurimũ differre, in illis enim statim corpus, & sensu, & motu priuatur: qui in hac postrema à principio adhuc conseruantur. Nam & dolor ab ægrotante persentitur, oculisque videt; etiam si non æqualiter, & ideo Hipp. hanc apoplexiæ speciem, diuerso nomine significauit ἔμβροχα eam appellans, quam vocem perperam cum vera apoplexia confundendo Interpres, sideration em transtulit; a principio igitur ità sese habet hic morbus, procedente verò tempore, si (inquit Hipp.) sanguis pituitæ frigiditatem superauerit; ità vt calescat, homo euadit. Si verò pituita prævaluerit, sanguis magis perfrigeratur, ac congelatur, & sic perfecta oritur apoplexia. Ex quibus manifestum est apoplexiã à frigidorum humorum affluxu non derepentè inuadere, quemadmodum cæteris euenit, & ratio est, quia refrigeratio sanguinis per simplicem refrigerationem, paulatim fit, resistente sanguinis, & corporis calore, vt optimè adnotauit Hipp. in textu. His tribus apoplexiæ speciebus, si quis quartam à vino inductam addendam existimet, is sciat velim, hanc ab enarratis non distingui essentia, sed sub aliqua earum comprehendi. Si enim acri, & calida facultate agens vinum apoplexiã inducat, sub ea specie comprehenditur, quam ab acrium humorum influxu euenire, dictum est, si verò copia vaporum, vnà cum ipsiusmet vini substantia caput replendo (quod frequentius obseruatur) id præstet, non differt ab ea, quam plenitudo inducit, quod vt indicaret Hipp. de hac particularem tractationem non fecit, sed prædictis connectens dixit. At si ex ebrietatibus hæc patiatur (nam & hoc contingit) itidem moritur. Cum hæc igitur sint Apoplexiæ differentiæ, earumque enarratæ causæ, videant posteriores, quantum à præceptoris doctrina, & ex consequenti à veritate recedant, dum cuiuslibet apoplexiæ causam, aut saltem pro maiori parte in pituitam frigidam, & humidam reijcientes, curationem perpetuò calefacientibus, & exiccantibus instituunt, quandoquidẽ facta totius corporis purgatione, si morbus præbet inducias, ad vulgata sua decocta ex Guayaco, sassafras, alijsque similibus, tanquam ad columnas Herculis (Non plus vltrà) confugiunt, cum animaduertere deberent, ex tribus apoplexiæ speciebus vnicam tantum, &

Mar. n. 27. Mar. n. 9.

Mar. n. 37.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 177 sur 636

de rarò contingentem in frigidos succos Hippocratis consilio referendam esse. A

Mar.2.6. *Vers. 67. Hic in septem diebus moritur, nisi febris inuaserit, &c.*

De febre in Apoplexia. Cum plurimos apoplecticos obseruauerim, superinducta febre citius interisse, in eā deueni sententiam, quod ait Hipp. superueniente febre apoplecticos sanari, intelligendum esse, si febris magna, nō tenuis, & lenta corripiat; quasi hæc sola nomine febris dignetur, non autē parua & leuis. Febris enim apoplexiæ superueniens duplicem causam habere potest, nempè vel putredinem humoris venas cerebri obsidentis, quo casu propter pituitę in cerebro dominantis admixtionem, febris tenuis, & lenta excitatur. Vel spirituum efferuescentiam, quam probabiliter eo tempore incurrunt ob conatus, quos natura ob respirationis difficultatem, & symptomatum vehementiam stimulata adhibere solet, & tunc febris magna oritur ex ephimerarum numero, quæ ea ratione apoplexiam soluit, quia sanguinem rēfrigeratum calefacit, congelatumq. dissoluit, quorum nullum febris lenta efficere apta est, imò quia febris putrida B est, geminatis malis omnia in peius ruunt, vndè æger citius moritur. Distinguuntur vlterius hæ febres, quia quæ salubriter accedit à principio morbi, dum natura adhuc in suo robore existens, extremos conatus efficere potest, superuenit. Quæ verò in ægri perniciem inuadit non à principio, sed vlterius progresso morbo apparet, quam distinctionem respiciens Hipp. lib. Coacarum Præn. sect. 3. vers. 55. Apoplecticæ affectiones (inquit) derepentè exolutorio modo fientes, febre temporis progressu accedente, pernitiosæ. An verò febris cuilibet apoplexiæ superueniens eam soluat, est dubium, quandoquidem id tantummodo asserit Hipp. in ea specie, de qua loquitur in præsenti textu, & 6. Aphor. 51. Certè non videtur rationabile, febrem tollere eam, quæ nullo præcedente dolore inuadit, eamque à multitudine fieri diximus, febris enim coarctationem à plenitudine non tollit, sed auget potius, dum succi à calore diffusi maiorem locum desiderant. An verò eam soluat, quam ebrietas induxit, & qua C ratione id fiat patebit in expositione, quam super quinto aphorismo 5. particulæ adducemus.

Mar.2.9. *Vers. 97. Angina, siue cynanche fit, quum pituita in capite, &c.*

In hoc secundo libro de Morbis inscripto Auctor primo ordine, quodam disponit morbos singulos, de quibus tractare intendit; eorumque essentiam breuiter declarat, indè verò eodem ordine repetito, singulorum curationem describit. Quum igitur quamplurium morborum naturam hucusque explicauerit, eandem prosequens doctrinam, de angina tractat, eius curationem inferius traditurus, quo loco, etsi eius triplex differentia constituatur, vnico tamen capite omnes comprehendit in præ enti particula. Primam enim describens differentiam, his signis eam indicauit. Febris corripit, & rigor, & dolor capitis, & maxillæ intumescunt, & sputum difficulter deglutit, exprit autem saliuas duras, & paucas, &c. cuius differentiæ ratio in eo potissimum consistit, quod tumor nullus apparet, aut in faucibus, aut in D gutture, quia enim inflammatio in musculis internis consistit ad principium asperæ arteriæ, homo propter angustiam suffocatur, licet tumor nullus appareat. Ad quam speciem alludit in hoc textu, dum inquit, & morbus sanè aliquando paululum suprà pectus existit, quibus verbis non est existimandum Hipp. affirmare, tumorem aliquem partem pectoris superiorem occupare, sed potius asserere dolorem, & angustiam in ea parte ab ægrotante percipi, hæc enim pars respondet capiti asperæ arteriæ, in qua inflammationem consistere diximus. Secunda anginæ species est, in qua inflammatio partes faucium interiores occupat: cuius signa recensens loco citato, inquit. Febris, & capitis dolor corripit, & fauces inflammantur, itemque maxillæ, & saliuam deglutire non potest. Ad quam speciem respiciens hoc in loco ait, quum pituita in maxillis, & circa collum constiterit. Tertiam denique anginæ speciem describit per illa verba. Linguæ posterior pars inflammatur, itemque locus sub tonsilis ad E guttur, & neque saliuam, nec quidquam deglutire potest, si verò coactus fuerit, per nares ipsi effluit, quam in præsenti textu sub indicauit, dum dixit, morbum aliquando sub ipsam linguam consistere, pars enim in hac specie affecta est ad radicē linguæ in summitate oesophagi, internos eius musculos lædens, qui quoniam sunt deglutionis instrumenta, ideò tanta in hac deglutiēdi difficultas viget, vt maximo adhibito conatu, potus per nares potius effluat, quam ad ventriculum descendat. His tribus anginæ speciebus quarta addenda esse videtur, ex eodem Hipp. 4. Acutorum vers. 76. vbi eam in hunc modum descripsit. Quum verò æstino, vel autumnali tempore fluxio calida, ac nitrosa de capite fluxerit, vbique ea tempore acris, &

Mar.2.40. calida

A calida facta: talis vbi est mordet, & vlcerat, & spiritu implet, & orthopnœa accedit, & siccitas multa, & quæ videntur, gracilia apparent, & tendines posteriores in collo distenduntur, & velut in tetano distenti esse videntur, & vox abrupta est, & spiritus paruus est, & retractio spiritus densa; ac violenta accedit. Talibus arteria vlceratur, & pulmo ardet, quum non possit extrinsecum spiritum inducere. Verumtamen si ratio diuersitatis diligenter consideretur manifestè patebit, hanc à prima specie non differre, nisi ratione materiæ: quandoquidem in parte affecta conuenit omninò, cuius ratione Anginæ species inuicem distingui, iam indicauimus superius. In vtraque enim pars eadem afficitur: quandò nullo apparente in faucibus tumore ægri suffocantur, idque intelligere voluit, dum dixit, & quæ videntur, ideſt, quæ oculis inspici possunt, gracilia, hoc est tumore expertia penitus apparent, in hoc quippè essentiam primæ speciei consistere dicebamus. Differentia igitur in materiæ diuersitate tantummodo consistit, quæ enim in hoc libro recensita est, à pituita, tenuiori tamen, ortum ducit (crassus enim humor intimas partes penetrare haud potest) quæ verò libro Acutorum recensetur, à calidiori, & tenuiori materia dependet, pituitoso tamen succo non experte: alias enim ex Gal. demonstrauimus, tenues, & bilioſos humores absque mixtione crassioris succi exulcerare nullo modo posse: quod in hac anginæ specie euenire adnotauit Hipp. cum igitur hæ in parte affecta omninò conueniant, neç in materia penitus differant, de his sub distinctis speciebus, non erat tractandum. Et hæc in medium afferre volui, vt quam sibi constans sit Hipp. doctrina pateat ijs, qui libros quosdam germanos habent, alios vt spurios respuunt. Quæ verò ad explicationem verborum spectant, à Petro Salio peti possunt.

B

Vers. 179. *Sin minus aquam de farina crassa in ipsa macerata.*

Hæc potio paratur farina crassiori, cui scilicet tenuissimus pollen detractus sit, in aqua diù macerata, & indè colata, & hæc non solum refrigerat virtute aquæ, & farinæ, sed etiam aluum mollit, furfurum virtute. Aluum quippè in hoc, alijsque capitis affectibus mollem esse expedit; quod aliàs adnotauimus.

C

Vers. 180. *Sorbeat quoque ptisanæ succum, & vinum album aquosum insuper bibat.*

Vinum dare ptisanæ superbibendum satis familiare auctori nostro fuit, quemadmodum passim obseruare licet in hoc libro, praxis admodum rationabilis, & imitanda à medicis. Quia si ex ptisana alia læsio ratione ventriculi timetur, hæc à superpotato vino præcaueri poterit, simulquè ptisanę vehiculum datur, quo mediante illius facultas ad remotas partes, & in caput potissimum quam citò peruenire poterit, nec propter vinum timendum est capiti, cuius læsio à præassumpta ptisana prohibetur, quę tãdẽ nulla aduenire potest ex vino aquoso, à quo concedit Hipp. loco aquæ, vt ex multis locis constat potissimum, ex hoc eodẽ lib. s. 3. v. 346.

D

De Morbis lib. II Sectio II.

Vers. 24. *Postea fomentum ipsi ex aceto origano, & nasturtij semine adhibeto.* Mar. n. 26.

Expositoris munere magis fideliter functus fuisset Salius, si à præceptoris censura abstinere potuisset, in ijs saltem, quæ magni criminis eum faciunt reum. Quod enim asserat, Hipp. de vniuersalibus curationibus in hoc morbo parum solicitum fuisse, permitti potest, quia hæc non adeò sunt necessaria, vt qui ea prætermittat, homicida habeatur, quemadmodum, qui adhibet suspecta, scimus enim Hipp. proprios medicos instruxisse, vti in eo se exerceant, vt si non prosint, saltem non lædant, vnde in acutissimis, & maximè læthalibus morbis, si quis euacuationes suspectas habeat, eas prætermittens, non admodum grauiter errabit. An verò suspecta censere remedia, quæ Hipp. constanter probauit, absque magna in auctorem calumnia haud licet. Verum id Salio ignoscendum, quippè qui Gal. doctrina, & vulgari imbutus praxi, non ausus est experiri, qualia sint Hipp. remedia, verum reiecit statim, ac damnauit, nulla ratione habita auctoritatis supremi medici, nè dicam, diligentiæ, ac ingenuitatis viri, qui nullum remedium ratiocinatione, aut alio quouis modo inuentũ probauit, quod non prius confirmauerit experimento, vnde ratum illud sibi constituit. Non ratiocinationi intentum curationem aggredi oportet, sed exercitatione cum ratione. Quapropter maximè temerarium est Hipp. taxare remedia, vnde si Salius suffitum hoc in loco ab Hipp. propositum, & descripta gargarismata habet suspecta, vt fortiora à principio: mihi pernitiosa videntur, quæ

E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 179 sur 636

mitiora ab eo probantur. Videlicet, quæ refrigerando adstringunt, ac repellunt, à principio A
inflammationũ oris à Gal. commendata lib. med. secundũ loca, & à vulgarium praxi recepta.
Quippè quæ partes densando, humoresquè reddendo crassiores, expuitiones impediunt, &
humoris discussiones, in quibus tota spes salutis consistit, & eò magis, quia materia crassa est,
ac tenax, vt supponitur in præsenti casu. Verum de abusu horum medicamentorum in angi-
na, nonnulla in medium adducemus in explicatione 4. Acutorum vers. 72. vbi pro anginæ cu-
ratione, huiusmodi medicamenta cum præsentibus consentientia proponuntur, nulla tempo-
ris morbi distinctione habita, quam tantifecit Gal. solus, præ alijs auctoribus, quorum me-
dicamenta stomatica refert, cit. lib. de Medic. secundũ locos, Hipp. valdè conuenientia. Eadẽ
temeritate damnat Salius betas aqua frigida intinctas pectori appositas, quæ ab Hipp. propo-
nuntur, vbi inflammatio ad pectus conuersa ruborem facit conspicuum, ea permotus ratione,
quia repulsa intus materia, morbus longè grauior redditur, hæc quippè frigida, tum actu, tum B
potentia præstare credidit, sed in hoc deceptus est, quia tantum abest, vt frigida actu tantum
adstringant, & adstringendo repellant humores ad interiora, vt contrà humorum recursum
prohibere possint. Quæ enim adstrictionem in se non habent, vt potabilis aqua, licet frigida
admoueantur, non adstringunt, nec repellunt, sed tantummodo refrigerant, & ideò Hipp. lib.
Mar. n. 9. de Humid. vsu vers. 93. Lanas, ac betæ folia, vt refrigeret, aqua frigidissima perfundit, cum
verò adstringere opus est, vino nigro aspergi iubet, cum igitur betæ folia discussoriam quan-
dam facultatem habeant, frigida perfusa, aquæ frigiditatem perducunt intimius, vndè cali-
dus, ac tenuis humor refrigeratus, atque crassior effectus, partesque densatæ, omnem recur-
sus suspicionem tollunt. Eadem prorsus ratione, propter quam obseruatum est à præceptore
Mar. n. 24. lib. Prænot. vers. 373. abscessus in hyeme magis fieri, quia eo tempore crudi succi prædomi-
nantur, qui sunt materia abscessuum: minus verò recurrere, quia tunc minus vigent recursus C
causæ, quæ in humorum tenuitate, & raritate partium consistunt, quæ quidem ab hyemis
frigiditate remouentur. Hæc verò in medium adduxi, vt cunctis pateat, quam cautè pro-
cedendum sit in censura eorum, quæ primi præceptores, ac inuentores rerum nobis tradide-
runt: Quibus nescio quid diuini à Deo Opt. Max. impartitum est, nè facilè deciperentur
circa ea, quæ ore eorum nobis elargiri dignatus est.

Mar. n. 35. *Vers.* 158. *Postquam autem purior esse tibi visus fuerit, & color melior apparuerit, medi-
camentum ad nares appone, & post ea deorsum purgans bibendum præbe.*

Morbi remissionem pro ictericorum purgatione expectat Hipp. eos interim cibis mollibus
balneo, & medicamentis diureticis continens. Valdè enim suspecta ei fuit purgatio per me-
Mar. n. 64. dicamenta, vndè inter casus, in quibus purgationes prohibet 4. Acutorum vers. 196. morbum
regium adscripsit, nam (subiunxit ibi Hipp.) periculum subibis, & nihil opis feres, spontinasq. D
solutiones tolles. Remisso verò morbo, quia nihil prædictorũ timendũ est, purgationẽ permittit.

Mar. n. 36. *Vers.* 163. *Si bile infestetur homo, febris ipsum corripit, & dimittit.*

Hoc in loco de quotidiana intermittente sermonem haberi, non ex verbis tantum ipsius-
met contextus colligitur, dum inquit, febris corripit quotidiè, & dimittit; quod quotidianæ
Mar. n. 27. febris proprium existimat Hipp. verum etiam, quia lib. de Nat. hum. v. 274. catalogum febriũ
ex bile constituens, continentem, quotidianam, tertianam enumerauit, à doctrina præsentis
loci nullo pacto recedendo, vt ibi apertum fecimus. Quarè si hæc, de qua modo agitur, esset
tertiana intermittens (vt exponit Salius) bis eodem in loco de tertiana tractasset, & de quo-
tidiana nullam faceret mẽtionem; quam tamen, ex loco citato, inter febres ex bile connume-
rari constat. De quotidiana igitur intermittente habetur hic sermo, cuius proprium existi-
mat Hipp. esse inuadere quotidiè, & quotidiè dimittere, febrium quippè differentias ex ty- E
pis earum denominat Hipp. non ab humore in ipsis peccante, vt Gal. nec huic expositioni re-
pugnant ea, quæ inferius subiunxit, altera die, qua febris detinet: quasi adsit alter, in qua febris
non detineat, quod tertianis contingit, quia illa verba ita veniunt intelligenda. Altera die,
ideſt, sequenti post medicamenti exhibitionem, qua febris detinet; hoc est, quo tempore fe-
bris tenet; ad differentiam temporis intermittentiæ, seu (vt dicunt) interualli; quo scilicet,
febre caret æger, aquam frigidam quantum voles dabis. Hæc enim exhibenda est non mo-
do, dum eger actu febricitat, sed etiam in ipsiusmet accessionis vigore, quod verbum tenet,
quodammodo importat, ità enim febrilis calor extinguitur, corpusq. propter febris præsen-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 180 sur 636

A tiam à frigidæ potu minus læditur. De harum febrium natura, & quomodo ex bile ortum habere intelligat Hipp. in præcitati loci expositione multa adduximus: vbi vlterius de causis diuersitatis typorum ad præceptoris mentem disseruimus.

Vers. 167. *Quum sic habuerit, & ad nonum diem peruenerit, pharmacum dato. Nam si statim ab initio dederis, &c.* Mar.n.36.

Circa pharmaci exhibitionem in hac febre adnotare oportet Hipp. purgationem differre ad nonam diem, non eò quod antè illud tempus crudus sit morbus, quia vt alibi à nobis demonstratum est, cruditatem humorum non distinguit Hipp. ex morbi tempore, sed ex signis proprijs cruditatis, quæ in febribus in vrinæ tenuitate potissimum consistunt, ea quippe vigente, nullo morbi tempore purgationem admittit. Quod præceptum, vt vniuersale semper est supponendum, quando de purgatione fit mentio. Quarè vsque ad nonam diem purgationem
B differendam existimat, quia antè illud febrem tollere non potest. Si enim à principio (inquit) dederis, postquam purgatus est, febris repetit, & rursus medicamento eget. Quarè nè pharmacum exhibeatur incassum, vsque ad præscriptum tempus illud differre oportet. Quod adnotare vellem eos, qui tam facilè ad medicamẽta purgãtia præscribenda currunt. In quotidiana igitur febre à principio non est purgandum, non quia purgatio ægrotantem insigniter lædat, sed nè quid in vanum tentetur, imò vbicunque magna in ægrotante cachochymia appareat, etiam à principio purgandum est, vt per eam morbifica materia minuatur: Quod nos docuit idem Hipp. lib. de Affect. vers. 173. vbi inquit. Tertiana febris quum apprehenderit, si quidem videatur tibi non purgatus esse, quarta die pharmacum dato, si verò non videatur pharmaco opus habere, &c. Quod verò ad purgationis viam attinet, per superiora faciendam esse in hoc casu, existimo, tum quia os amarum esse, supponitur, quod superiorem purgationem indicare 4. Acutorum nos docuit Hipp. Tum quia in die impari eam
C probat, quæ purgationi per superiora conueniens est, quemadmodum ei, quæ fit per inferiora par dies accommodata est, vt ex libro de Humoribus vers. 73. satis constat. Si verò os non amaresçat, sed potius ad imum ventrem tormen irruat (subiungit Hipp.) pharmacum deorsum purgans bibendum dato: veruntamen non eadem die, sed sequenti, quæ est par dies, & infernæ euacuatiõi conueniens: vt ex loco nuper citato constat, & ex lib. 4. de Morbis, quo in loco priores Medicos accusat Hipp. qui exhibuerunt medicamenta in diebus imparibus, & homines peremerunt. Vtinam idem etiam nostris temporibus non contingeret, quando præceptum hoc circa dierum parium, & imparium obseruationem in purgatione faciendâ à multis video satis neglectum. Mar.n.18. Mar.n.3.

Vers. 194. *Si tertiana febris tenuerit, siquidem non omissis tribus inuasionibus, quarta corripiat, pharmacum deorsum purgans bibendum dato, &c.* Mar.n.38.

D Quarta accessione transacta tertianæ febris pharmacum exhibet Hipp. non à principio, tum ob rationem in quotidiana superius ab eo assignatã, tum etiam, quia sæpè in tertia accessione, huiusmodi febres terminare solent, & medicamento non egent, tunc igitur spontaneam solutionem respiciens inquit, si non omissis tribus inuasionibus, quarta corripiat, quarè dies oportuna purgationis in tertiana erit octaua à principio, quæ solet esse vigor morbi in hac febre, quæ septimum paroxismum non excedit. Ex quo notare est, sententiam illam vulgarem: Inchoãtibus morbis, si quid mouendũ videtur, moue: dum verò vigent, quiescere melius est, non esse intelligendam de omnibus morbis, sed de acutis tantum. Reliqua verò, quæ pro curatione præsentis febris proponuntur in textu, adeò sunt manifesta, vt simplici lectione auctoris intentio omnibus pateat. Illud tamen adnotatione dignum occurrit, quia Hipp. sil-
E phij succum, & semen trifolij ex vino, & aqua exhibet in hac febre, quæ vehementer excalefaciunt, & siccant. Polenta verò cum aqua, & milium coctum in alimentum, quæ refrigerant, & humectant non parum: vndè licet adnotare curationis modum, quo vtitur Hipp. omninò contrarium ei, qui est in communi vsu apud recentiores. Nam primas qualitates medicamentorum nihili facit Hipp. dummodò id assequatur, quod principaliter intendit, remotionem scilicet causæ, quæ principaliter in humoribus ipsis consistit, quorum gratia opus sit, siuè purgare, siuè vrinam, sudorem, aut sputum ducere, siuè aperire, mollire, attenuare, aut quouis modo mouere. Vndè sæpè calidis medicamentis vtitur in calido morbo, quod quidem ab eo obseruatum scimus, non in hac febre tantum, sed etiam in pleuritide, peripneu-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 181 sur 636

monia, hepatite, vteri inflammatione, alijsque calidis morbis, cibos verò, & potus exhibet, & morbo contrarios & qui ipsorum humorum, medicamentorumq. qualitates corrigant, & retundant. Vndè non est mirum, si sæpè pro curatione morborum ea probet cibaria, quæ nullo modo sanis concedit. At nostri totum oppositum faciunt, quia si medicamentum aliquando exhibendum est, statim considerant, an calidum sit, an frigidum, cauentes omninò, nè calidum medicamentum detur in calido morbo, nec in frigido frigidum. Cibaria verò exhibent indistinctè semper eadem, & in calidis morbis, & in frigidis, nihili qualitates eorum habentes, dummodo sint boni succi, & concoquantur facilè, quæ quidem alimentorum conditiones, sicuti in sanis sunt necessariæ, qui in eo statu conseruandi sunt, ità ægris plerunque incommodæ, qui à præsenti statu remoueri desiderant. Qui quidem curationum modi, si rectè considerentur, inueniemus optimum esse ab Hippocrate obseruatum, quando facilius est, corpus secundum primas qualitates alterare per cibos, & potus, quæ in maiori copia assumuntur; & in humores ipsos, & carnes transmutantur; quam per medicamenta, quæ in minori quantitate exhibentur, & è corpore non longè postea exeunt, quorum qualitates dum vitare studemus, nihil eorum assequimur, cuius gratia exhibentur. Dum enim, gratia exempli, vrinam, aut sudorem, aut sputum elicere studemus, si calefacientia timentes propter febrem, ad frigida, aut temperata confugimus, cum id leuiter præstent, intento fine frustramur sæpè sæpius. Imò continuo medicamentorum refrigerantium vsu incrassatis humoribus, corporibusq. densatis, spontinæ euacuationes sæpè prohibentur, vt hæc non sit leuis causa, cur nostris temporibus tam rarò fiant crises, quæ frequentissimæ erant antiquis. Sed & alterum occurrit adnotatione dignum in hoc textu: non semper necessarium esse purgationem, aut aliam totius euacuationem præcedere, antè quam balneum administretur, aut sudorifica exhibeantur medicamenta, quod tam religiosè obseruant recentiores, quando Hipp. loco euacuationis, sudores cieri iubet. Quarè quotiescunq. magnæ cacochimiæ non adsunt indicia, in tertiana febre vigente morbo sudorifica medicamenta tutò adhiberi possunt, dummodo ea obseruentur, quæ continentur in Hipp. textu. Sed quæret quispiam, num semper balneum præcedere debeat, cui respondeo, balneum necessarium esse, quo corpus ex balneo rarefactum exudet facilius: alioqui non subsequente sudore, æger à sudorifico medicamento excalefactus plus incommodi, quam vtilitatis percipere posset. Verum quia nostri ob insuetudinem non facilè balneum tolerant; ideò in febribus à balneo tutius est abstinere, & eius loco humida euaporatione ab aqua calente per fistulam à caldario transmissam, corpus ad sudorem disponere: si hunc in diuturna febre prouocare sit omninò necessarium. Quæ quidem euaporatio substitui potest loco balnei, non in hoc casu tantum: sed etiam in multis alijs, in quibus balneum alioqui pro rarefactione cutis necessarium, suspectum habeatur aliqua ex causa.

Mar. n. 39. *Vers. 206. Et semints hyosciami magnitudinem milij, & mandragoræ tantundem, & succi silphij triumfabarum magnitudinem, & trifolij tantundem in vino, &c.*

Medicamentum hoc ad quartanam ab Hipp. compositum ex medicamentis calefacientibus, & attenuantibus, cuiusmodi est silphij succus, & trifolium, vnà cum frigefacientibus, & stuporem inducentibus (tale est hyosciami semen, & mandragoræ radix) tale inquam medicamentum emulantes, qui post Hipp. Medicam artem ditare studuerunt, varia huius naturæ antidota scriptis dederunt. Vndè Alexander Trallianus lib. 12. suæ medicinæ, de quartana febre tractans, hæc ait. Nonnulli veteres quartanarijs etiam antidota dederunt, & multas, variasquè descriptiones ab ipsis traditas inuenire licet. Harumque quasdam refert, quæ eiusdem sunt naturæ, plurima enim opium recipiunt, in reliquis ex calefacientibus, attenuantibusque composita. Cur autem huiusmodi medicamenta soporem inducentia his administrentur, non satis constat. Plurimi existimarunt, hoc factum esse, vt refrigerandi facultate aliorum caliditas remittatur. Alij, vt virtutes simplicium in vnum coactæ magis, & diutius conseruentur. Cæterum, quia hoc idem alia medicamenta refrigerantia præstare poterãt, non satisfaciunt quæsito. Ego (vt meam sententiam proferam) existimo soporem inducentia his antidotis admisceri, quia præter enarratas facultates, quas medicamento tribuunt, peculiari virtute febri conducunt, non solum quia refrigerant, sed etiam quia humorum motum compescunt, vndè disgregatio eorum prohibetur, quam quidem proximam febris causam,

multo-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 182 sur 636

A multorumq. aliorum morborum agnoscit Hipp. vt in expositione lib. de Natura humana à nobis demonstratum est. Quia igitur huiusmodi medicamenta incrassando, & refrigerando sistunt motum tum spirituum, tum humorum: hinc est, quod dolores sedant, destillationes sanant, febrium humoralium inuasiones inhibent, somnumq. profundum inducunt. Medicamenta verò hæc, per explicatam virtutem prædicta omnia præstare in vnoquoquè eorum affectuum, probari faciliè posset. Verum, breuitatis causa, satis erit, doloris exemplo id confirmare. Existimarunt Galenus, & qui eum secuti sunt Medici, medicamenta hæc dolores sedare, quatenus sensum partis dolentis tollunt: vndè ea stupefacientia appellarunt. Veruntamen dolores ab ipsis tolli absque stupefactione, certum est. Quum enim homo dolore vexatus medicamentum huius facultatis assumit, dolor sedatur, non modo absque vllo stuporis sensu, verum etiam sæpè nedum inducto somno, stuporem verò nullum interfuisse ex eo palam fit, quia si quis eo tempore ægrum in qualibet corporis parte, atquè etiam in B ipsa dolente leuitèr pungat, aut quouis modo contrectet, punctionem, & contrectationem facillimè, & perfectissimè percipit. Si ergò ab assumpto medicamento tantus stupor non est corpori inductus, quin leuissimam punctionem persentiat, quomodo dici poterit, dolorem vehementissimum stupore mediante sedatum esse? Medicamenta hæc igitur non stupefaciendo, dolores sedant: sed humorum & spirituum motum compescendo, eos tollunt. Hanc verò huiusmodi medicamentorum facultatem non ignorasse præceptorem, constat. quando lib. de affectionibus sect. 2. vers. 83. de his loquens ait; quæ verò somnum faciunt, ea quietem sanguini exhibere oportet, sanguinis nomine intelligendo quidquid in venis, siuè arterijs continetur: videlicèt, & quatuor humores, & spiritus per venas transcurrentes; his enim quiescentibus dolores fieri, est impossibile. Eadem facultate omnia enarrata symptomata huiusmodi medica- *Mar. n. 35.*
C menta tollunt. Febrisque inuasionem prohibere possunt, quiescentibus quippè humoribus eorum disgregatio non consequitur, qua mediante febrem excitari, iam demonstrauimus. Hac igitur intentione Hipp. & hyosciami semen, & mandragoræ radicem medicamento imposuit. Animaduertendum tamen, quantitatem vtriusque juxtà vulgatam interpretationem ridiculam esse. Quid enim præstare potest quantitas ad granum milij illius medicamenti, cuius integra dosis, Dioscoride Auctore, ad obolum addito insuper semine papaueris, ascendit? Alitèr ergò interpretanda est vox ἴσον. idest quantum, quæ similitudinem quantitatis, seù magnitudinis importat, vndè per eam seminis hyosciami naturalis magnitudo, non quantitas medicamento imponenda significatur. Quarè ab Hippocrate apposita est, vt hyosciamsemminis magnitudinem describeret, parum enim magnitudinem milij excedit: illius inquam, cui cortex exterior detractus sit. Hoc igitur modo prętens particula verti poterit, & seminis hyo-
D sciami magnitudinis milij, & mandragoræ æquales partes: id enim importat vox ἴσον. Quantitatem enim indeterminatam medicis iudicio reliquit, fortè adeò nota erat tunc temporis illorum medicamentorum non transcendenda dosis. Vndè lib. de locis in homine sect. 2. vers. 183. *Mar. n. 48.* eiusdem mandragoræ radicis quantitatem in conuulsione exhibendam, indeterminatam reliquit, dum dixit, & mandragoræ radix in potu præbeatur minore pondere, quam quòd insanire facit. Quale sit hoc pondus, nullus antiquorum (quod sciam) determinauit, eò quòd, vt dicebam, erat cunctis notissimum. Si tamen huiusmodi medicamento vti, necessitas me cogeret, vtriusque medicamenti semiobolum acciperem. Nam si succum mandragoræ condensatum ad duos obolos exhibitum vehementèr hellebori instar purgare testatur Dioscor; longè diuersus est huius medicamenti vsus: cum aliam facultatem obtineat succus, aliam exiccata radix, & proindè diuersa etiam dosis esse potest. Semen pariter hyosciami ad oboli pondus
E exhibet Dioscor. quod etiam superius adnotauimus, ipseq. Hipp. ad chiramidis mensuram pro tribus vicibus exhibet l. 1. morb. mul. sect. 4. vers. 171. in cuius loci explicatione hanc do- *Mar. n. 116.* sim examinauimus, ex quibus coniectura quadam præfatam huius compositi dosim determinare, ausi sumus. *Mar. n. 39.*

Vers. 214. Statim veratri albi radices longitudine trium digitorum &c.

Interpres sua versione hellebori quantitatem indefinitam facit; significat enim, dandas esse radices veratri albi trium digitorum longitudine, quid enim refert determinata radicum longitudo, si earum numerus incertus remanet? cum igitur verba græci contextus ità sese habeant. πίσσα παραχρῆμα λευκοῦ ἐλλεβόρου πόσι βίζεων ὅσον τριῶν δακτύλων μῆκος. hoc enim pacto verten-

da

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 183 sur 636

da erant,melius enim auctoris mentem exprimunt. Statim radicum hellebori albi longitudinem trium digitorum bibere, Hoc enim modo intelligimus,tantum hellebori dandum,quantum longitudo trium digitorum capere potest, radicibus iuxtà extremitatem se contingentibus, & quia hæc quantitas admodum exigua est pro purgatione, ità vt rarò vomitum inducere soleat, ideò subiunxit,etsi vomitiones ipsum vrserint vomat, indicans, non ad vomitum ciendum,cuius gratia communitèr vsurpatur,sed vt aliorum medicamentorum attenuans virtus intendatur, helleborum medicamento imponi. Idquè præstat non helleborus modo,sed quodlibet medicamentum purgans,siuè sursum, siue deorsum; nam idem Hipp. 3. de morb. vers.422. cnicum potioni ad Ictericos apposuit; quod purgatorium est,potio vero aperiens,& extenuans.Medicamenta enim hæc(vt longo experimento mihi notum est)si in minori quantitate,quam pro purgatione vsurpari solent, aperientibus medicamentis permisceantur: ità vt virtus aperientium prævaleat,nullo modo aluum mouent,imò eorum virtus,quia maximè est actiuitatis, ad vias sudoris, aut vrinæ aperientium facultate conuersa: horum vim adeò intendit, vt medicamentum euadat, tum ad aperiendum, tum ad sudorem,aut vrinam mouendam efficacissimum: Horum vsum me docuit Teutonicus quidam, qui eo pro secreto vtebatur in curatione febrium, quæ in longum tempus protrahuntur, cuius efficaciam, & ipse felicissimo successu sæpiùs sum expertus. A B

Mar.n.29.

Mar.n.40. *Vers.* 219. *Pleuritis vbi corripuerit, & febris, & rigor tenet, & dolorem.*

Medici antiquiores omnem scopum in curationem dirigentes, tot morborum differentias constituebant, quot modis curationem eorum variari necesse erat, vt vbique in Hippocratis doctrina obseruare licet: euidentius autem in tractatu pleuritidis,de qua in præsenti sententia sermo habetur, vbi eius tres constituit differentias, pro quarum diuersitate varianda est curatio. Quam quidem diuisionem secutus est etiam libro superiore, vndè horum librorum doctrinæ consensus manifestatur. C

Mar.n.23.

Primam igitur speciem pleuritidis(de qua libro superiore tractans.vers.233.hæc habet: sæpè verò, si ad infernas partes conuertatur,dolorem per venas ad vesicam distribuit,& multum, ac biliosum æger mingit) hoc loco describit, in qua materia morbifica non per sputum, vt communitèr fieri solet: sed per vrinam expurgatur, cuius inditium est dolor per inguina, ad vesicam se extendens, & sanguinolentam vrinam intelligens eam,quæ saturato rubore infecta est, vndè color sanguinolentus apparet. Sententia de vrina rubra memoriæ demandanda. Cùm igitur huiusmodi pleuritis per vrinam, non per sputum iudicetur, ideò eius curationem per ea,quæ vrinas mouent,absoluendam iubet, cuius gratia oximel aqua multa dilutũ exhibet,oximel scilicèt diureticũ est, & frigiditate aquæ,qua diluitur,bili attemperandæ aptissimum est. Milij succum pariter actu frigidum probat, qui dominante biliosõ succo Hippocrati familiaris fuit, ptissanæque præferendus est, quando lenitioni, & sputorum eductioni non datur opera; quemadmodum in hoc casu. Dat verò hunc succum actu frigidum,tùm ratione febris,tùm etiam vt feruor promptiùs mitigetur; nec frigiditatem actualem in hoc casu timet, quia materiam per sputum expurgare non intendit, sed per vrinæ vias. Alteram pleuritidis speciem describit, in qua dolor partes superiores potius infestat, vndè ad clauiculam vsquè sæpe dolor peruenit. Et de hac in priore libro hunc in modum mentionem fecit: & quum huius in latere pars à rigore contracta fuit,& sanguis in ipsa horruerit,ad alas,& clauiculam,& humerum concedit, & conuellit, & dolorem inducit. Quæ quidem pleuritis, quia promptè per sputum expurgatur, meritò eius curationem absoluit per ea,quæ faciliorem reddunt excreationem, huius facultatis est balneum,aqua fauorum mellis, & ptisana superpotato vino. Tertia verò, & vltima pleuritidis species posteriores partes magis infestat, quam superius lib. citato describens ait: Eodem modo,& loci circa dorsum ab affixo ad latus humore pituitæ, & bilis percalescunt, ex quibus signis rubor dorsi hoc in loco expressus adiungi poterit; quod interni incendij indicium existit, cuius calore, & caput, & pectus incalescunt,& aliquando etiam venter,& pedes, & crura, quemadmodum hoc in loco adnotauit Hipp. vt mirandum non sit, si huius curationis momentum in refrigeratione reponatur. Hos curationis modos adeò inter se differentes in pleuritide notent iuniores, qui vniformiter omnes curant venæ sectione,purgatione,expectorantibus,fotibus,alijsque vsitatis remedijs:& videant, quantum ars medica his temporibus perfectionis amiserit priscorum respectu, quamuis contrarium vbique iactent veræ artis ignari. D E

Vers.

A *Vers. 254. Febris definet aries quatuordecim vt minimum, &c.*

Non ſicuti de pleuritide tractans, vniuerſam omnium pleuritidum curationem tribus iræ-fatis modis inter ſe diſtinctis abſoluit in præcedenti capite, ità modo de Peripneumonia agens, omnem eius curationem hac ſola comprehendi voluit, ſed potiùs ſpeciem quandam eius deſcribit, cui præſens curatio adaptatur. Fortaſsè quia de alijs curationum modis ſibi agendum, non exiſtimauit eò quòd hac excepta, cœteræ omnes differentiæ à vera, & exacta pleuritide, partes ſcilicèt ſuperiores pectoris occupante, in curatione parum differre videntur, quod ipſemet Hipp. & lib. de locis in homine, & 3. de Morbis teſtatus eſt. De hac verò particulari agit, quia ab alijs non parum differt, vt ex perſcriptis in textu notis apparet; huius igitur diuerſitas in motus tarditate magna ex parte conſiſtit, vndè ad diem vigeſimum ſe extendere ſolet: quod quidem ob materiæ morbificæ craſſitiem euenire, aſſerendum eſt,

B cuius gratia, cum in conuenienti temporis ſpacio per ſputum expurgari non poſſit, ad ſuppurationem plerumque tranſit; ſuppuratos enim ex peripneumonia fieri, dicebat libro præcedenti, verſ. 182. ſi in diebus iudicatorijs non expurgentur, longitudinem verò præſentis morbi præ- *Mar. n. 10.*
monſtrare poteſt ſputum, quod non à principio, ſed circa octauam diem apparet, & tunc non concoctum, ſed craſſum, & putum: craſſum quidem, quia humor peccans eſt pituita à calore nimio incraſſata: purum verò, hoc eſt ſimplex, non autem flauo permixtum, conditio quam in ſputo laudabili in huiuſmodi morbis deſiderabat Hipp. Hæc de ſenſu præſentis tractationis. Circa verba autem ipſius contextus adnotandum ſputi dulcedinem futuram, ſiuè potius incipientem ſuppurationem atteſtare, & ratio eſt, quia morbo ad ſuppurationem tendente ſanguis in pulmone contentus ob viſceris laxitatem materiæ morbificæ admiſcetur, qui antè quā

C in totum ad puris naturam ſit tranſmutatus, proprium ſaporem adhuc retinens, illum materiæ ad ſuppurationem tendenti impartitur, ea tamen lege, vt materia hæc intenſioris ſaporis admodum ſit expers omninò, calorque ſuppurationem efficiens non acris, ſed mitis, ac blandus, quæ omnia in præſenti caſu concurrere ex ſuperiùs adnotatis iam conſtat; hoc autem peculiare eſſe præfati viſceris, ex eo fit manifeſtum, quia in Tabe ex pulmonis affectu ſputum dulcedinem habet, licèt colore ſubcloro conſtet, quemadmodum teſtatur Hipp. hoc eodem libro verſ. 321. preſentis ſectionis. Verùm etiam ſi dulcedo ſputi ſit ſignum ſuppurationis, non *Mar. n. 43.*
tamen ſequitur in omni ſuppuratione dulcedinem in ſputo perſentiri. Quia aliquandò amariùs ſolito fieri 1. lib. de Morbis verſ. 192. Hipp. adnotauit, idque euenit, quando materia, quæ *Mar. n. 10.*
ad ſuppurationem tendit, calidioris naturæ fuerit, cum aduentitio accedente, in exceſſum caloris perducitur, qui amarum ſaporem producit, ex quo euenit eos, qui cum ſputi amarore ſuppurati fiunt, citiùs interire, quàm quibus dulce eſt ſputum. Hos enim ad annum produci obſeruatum eſt, cum cœteræ ſuppurationes ſextum menſem non excedant, cuius quidem du-

D rationis diuerſitas à natura morbi ſuppurationem præcedentis dependet; ità vt quo auctiores fuerint morbi, eò breuius etiam tempus ſit, in quo ſuppuratio terminetur. Ea tamen propoſitione ſeruata, vt ſicuti ſeſe habent ſeptenarius numerus ad morbos acutos, ita quatuor anni tempora ad morbos chronicos. Vndè ſi acutiſſimi morbi primo ſeptenario iudicantur, minùs acuti ſecundo, & adhuc longiores tertio, aut quarto, quo Lunæ motus per Zodiacum abſoluitur, ita chronici morbi breuiores trium menſium ſpacio iudicantur, his longiores ſex menſibus, & adhuc longiores nouem, longiſſimi verò ad annum vſque perueniunt, quo tempore eundē motum per ſigniferum Sol abſoluit, quem Luna in viginti ſeptem perficit proprio motu. Quarè ſuppurationes acutiſſimis morbis, quique primo ſeptenario iudicari ſolent, ſuccedentes, tertium menſem non excedent; quæ longioribus ad ſecundum ſcilicet ſeptenarium peruenie-

E bus ſextum, & ſic de reliquis eadem ratione. Doctrina memoriæ demandanda, quippè quæ Medico plurimum dignitatis afferre prædicendo poteſt.

Vers. 296. Quum tempus longius protrahitur, & febris vehemens, ac tuſſis &c. *Mar. n. 45.*

Pus in pulmone genitum duplicem exitum habere poteſt, primus eſt per ſputi excreationem, quod tamquàm optabiliùs omni ingenio procurandum eſt. Alter verò, quando abſceſſu rupto, in quo pus continetur, in Thoracis cauitatem dilabitur; vndè à pulmonibus denuò abſ- *Mar. n.*
ſortum ſputo educitur, vel ſectione, aut vſtione extrahitur, & de hoc intellexit Hipp. dùm ſuperiùs dixit. Sæpè enim prorumpit in aluum, per aluum ſignificans, non cauitatem illam, in qua ventriculus, & inteſtina continentur, (quemadmodum explicauit Salius) ſed in qua pul-

mones,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 185 sur 636

mones, & cor sita sunt; vsus est enim hac voce Hipp. κοιλίης, qua omnis cauitas Hippocrati significatur, in qua significatione recepta est 1. aphoris. Αἱ κοιλίαι χειμῶνος ἔνδον θερμόταται. ideſt, hyeme ventres, & vere calidissimi. Hancque expositionem ipse met Hipp. indicauit lib. 3. huius operis vers. 343. vbi hanc eandem referens sententiam proprio nomine præfatam cauitatem designauit. Si verò (inquit) ex eò, quòd in pulmonem infusum est, pus non educatur, rumpitur hoc ipsum ex pulmone in thoracem, & post ruptionem sanus esse videtur, quia ex angustia ad amplam capacitatem pus peruenit, & spiritus, quem spirando attrahimus, in pulmone locum, ac sedem habet, verũ, &c. ex quibus manifestè apparet Hippocratem hoc in loco per aluum pectoris cauitatem intelligere, non ventriculum ciborum receptaculum. Quæ verò tituli nomine in textu leguntur: Alius morbus, perperam interiecta esse constat, cum præsens doctrina à superiori non sit distincta, & fortè quispiam transcribendo ex margine in ipsum textum collocauit, & cæteros in eundem errorem traxit. A

Mar. n. 46. *Vers. 347. Iusculum autem nè sorbeat.* B

Inquisitione dignum est, cur Hipp. hoc in loco iusculum prohibeat, ciboſque solidos concedat, cura eius præceptum sit, & ab eodem inuiolabiliter obseruatum, cibaria febrientibus non esse propinanda, sed eos & sorbitionibus esse nutriendos, & potibus: sed quod maiorem admirationem parit, est, quia inquit, si febres acutæ tenuerint, cibis vtatur carnibus ouillis elixis, & volucrium, quas neque Petronus dedisset. Hoc tamen absque magno consilio factum esse asserendum non est, & propterea existimo dari cibos, non vt simpliciter corpus vberius nutriatur; quid enim prohibebat id per fortiores sorbitiones fieri? has enim distinguens inter

Mar. n. 38. se libro de affectionibus ver. 3. dicebat, sorbitiones autem in morbis omnibus dato, aut ptisanam, aut milium, aut farinam, aut alicam, & quæcunque ex his dederis ad secessum, tenuia dato, & magis percocta, & dulciora potius, quam salsiora, aut calidiora, quæ verò ad robur, aut refectionem crassiora, pinguiora, & moderatè cocta. Hæc Hipp. ex quibus manifestum est, per sorbitiones etiam corpus copiosè nutriri posse, absque quod ad cibos confugiendum sit, vnde non gratia nutritionis tantùm cibos exhibet hoc in loco Hipp. ad quid enim iuscula prohiberet & intinctus? Sed potiùs (vt ego existimo) nè à sorbitionibus, si ex crassiori materia factę sint, qualis est alica, & ptisana triticea, hęc enim inter sorbitiones fortiores

Mar. n. 42. adnumerantur lib. de Aff. sect. 2. vers. 152. sputum supprimeretur, aut laxaretur aluus nimis, si ex tenuiori, & molliori materia pararentur: nihil enim grauius in huiusmodi morbis superuenire potest, quam si sputi excreatio cesset, aut immodicè profluat aluus, cuius gratia etiam à iusculis abstinendum censet, ad cibos igitur se conuertit, eligendo inter eos, & molliores, & molliori modo paratos, vt faciliùs concoquantur: quales sunt, qui referuntur in textu. Et hæc pro tutela vulgatæ lectionis, cui omnia græca exemplaria consentiunt, dicta sufficiant: etsi C Calui versioni libentiùs adhærerem, qui transtulit, nisi grauitèr febriat, fortè enim in suo codice legerat pro ἢν μὲν οἱ πυρετοὶ ὀξέες ἔχωσι ἢν μὴ οἱ πυρετοὶ, &c. facilis est enim Scriptoris lapsus ex μὴ in μεν. Hac enim lectione recepta Auctoris sententia erit, in hoc morbo ægrotantes hac norma nutriendos esse. Si febris quidem tenuis, & lenta eos teneat, quod plerumque accidit, cibis mollioribus vtendum: videlicèt carnibus ouillis elixis, & volucrum, & cucurbita, & beta. At iusculis verò abstinendum, similiter piscibus vtendum, de quibus in textu. At si febre continua non detineantur, verùm calores aliàs, atquè aliàs corripiant, pisces edant optimos, ac pinguissimos, & pinguia, & dulcia, panem frumentaceum, aut mazam pro consuetudinis ratione. Quòd si febris putrida, & acuta superueniat, quod aliquandò accidere solet, tum à cibis abstinendum esse supponit, sorbitionibusque vtendum, cum hi febre acuta laborantes lædere magis possint, quam sorbitiones ob causas superiùs recensitas. Quæ quidem viuendi ratio cum admodum rationabilis sit, Calui lectionem confirmare videtur. D E

Lib. II. Sectio III. de Morbis.

Mar. n. 48. *Vers. 20. Ita vt in quinta, aut sexta potione desinat.*

Non est probabile ægrotanti debili quinquies helleborum dari voluisse Hippocratem, quemadmodum interpretis versio sonat, eiusdemq. imbecillitatis causa, medietatem tantum medicamenti dari permittat. Nam absquè dubio plus lædi infirmum est rationabile, à

medie-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 186 sur 636

©BIUM

A medietate medicamenti quinquies assumptum, quam ab integra dosi semel tantum vsurpata, præter quam quòd non est vsitatum Hippocrati toties purgationem reiterare, potissimum vbi vires sunt imbecilliores. Quarè intentio potiùs eius est, medietatem tantummodò dosis communis hellebori dare in ea quantitate decoctionis lentium, quæ quinto, & sexto haustu absorberi possit, modus quantitatem potionis determinandi fortassè apud vulgus eo tempore vsitatus, quem adhùc seruantes, dicere etiam nos solemus, post alicuius medicamenti potionem, vnum, vel plures haustus alicuius humoris exhauriendos esse.

Vers. 25. Vbi autem saliua graueolens fuerit, interpositis inter lenticulæ &c. Mar. n. 48.

Medicamentum in pulmones infundendum iubet, quando saliua graueolens fuerit, quæ vlcus sordidum, ac putridum ostendit; vt eo mediante actualis abstersio fiat vlceris. Quando fœtor sputi in hoc casu non est signum adeò lethale, vt omninò desperanda sit curatio, quemadmodum in tabe, in qua sputum malè olens omnem curationis spem tollit. Aspera enim B arteria cum dura sit substantia, non est adeò putredini obnoxia, quemadmodum est pulmo, in quo semel introducta, nunquam in posterum extingui, aut aboleri potest. Huius autem medicamenti infusionem necessariã existimauit Hipp. quia sordidum vlcus, & putridum curari est impossibile, nisi actuali abstersione id fiat. Hanc verò infusionem tanquam laboriosam non priùs tentandam esse nos admonet, quam vlcus putridum effectum sit: nam purum alijs præsidijs sanari potest, putridum verò nequaquam, quòd magna abstersione eget. Præsens igitur curatio sola in hoc casu conueniens est; cum vanum sit credere, asperæ arteriæ vlcera huiusmodi per ea, quæ ventriculum ingrediuntur, abstergi posse, ac sanari, dum enim tot subeũt coctiones, antèquã ad affectam partẽ perueniant, eorum vires admodũ refractas esse, necessè est.

Vers. 37. Et si interroges ità affectum, dicit, sibi supernè de capite in spinam velut formicas descendere videri. Mar. n. 49.

C Hoc symptoma adnotetur, ex quo argumentum desumitur, quo probari potest, genituræ plurimam partem à capite descendere, quemadmodum libro de genitura Hippocratis testimonio confirmauimus. Nec audiendi sunt, qui dicunt, huiusmodi sensum euenire propter consumptionem, quæ maximè viget in hoc morbo, cum reddi non possit ratio, cur in tabe ab alijs causis dependente idem symptoma non apparet, cuius quidem rationem loco citato adduximus.

Vers. 55. Hunc veratrum bibere oportet, per se, & lenticulæ decocto ammixtum. Mar. n. 50.

Quomodo veratrum per se bibatur, ambiguum est, cum certum sit, eumdem in puluerem redactum absque aliquo humore potari non posse. Ego existimo, Hippocratem intelligere, helleborum per se potari, quando cum aliquo simplici liquore assumitur, & quantum ad deglutiendũ illum sufficiat. Adeò enim notus erat illis temporibus simplex modus assumendi D helleborum, quem indicare volens dicebat simplicitèr, helleborum dato. Quum verò huic potioni aliquid aliud addendum erat, siue potus, siuè sorbitio aliqua pro necessitate indicationis, id exprimere solitus fuit: quemadmodum facit in præsenti casu, vbi lenticulæ decocto ammixtum præbet, quod etiam manifestius declarauit superiùs vers. 19. dum dixit. Quòd Mar. n. 48. si tempestiuum tibi visum fuerit, veratrum bibat, siquidem potens homo fuerit per se, sin minus, dimidium potionis ad lenticulæ decoctum ammisceto, ex quo textu colligimus, lenticulę decoctum veratri purgationem adeò facilitare, vt dosis minui possit, quando cum huiusmodi decocto assumendum est, idque summa cum ratione, quando simplex decoctum vomitum per se facere nouimus; eoque sæpiùs vtitur Hipp. cum melle, & aceto ad vomitũ excitandum.

Vers. 69. Et vehiculum insedere. Mar. n. 51.

E Græcus cõtextus ita legit καὶ ἐπ' ὄχημα ἀναβαίνειν, ad verbum, & ab insedere vehiculum, phrasis quidem vsitata apud Græcos, denegata autem Latinis, qui verbi loco nomine verbali vtentes ità dicerent, & à vehiculi sessione quiescere oportet, quia enim dixerat, à laboribus, & exercitijs quiescendum: modò subiungit, & à vehiculi sessione, non est enim rationabile in morbi curatione permittere, vt curru vehatur, & id in præseruatione prohibeatur, quod facit inferiùs, dùm inquit: Postquàm autẽ vlcera sanata fuerint, per annum abstineat ab ebrietate, & nè nimium impleatur, nequè manibus laboret, nequè vehiculum conscendat, ex quo elicimus, motum curru factum partes pectoris peculiaritèr lædere, & propterea in quamplurimis morbis eius vsum interdicendum esse.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 187 sur 636

Mar.n.52. *Vers. 63. Si verò calor fuerit, cibis vtatur molliſſimis, &c.* A

Febre detinente, quæ ſub nomine caloris hoc in loco indicatur, quia fortè non eſt putrida, ſiuè cum Hippocrate loquentes, non ex bile; verùm à ſimplici calore dependens, cibos molliſſimos exhibet, quos febre omninò carentibus daret ſiccos, acres, & facultate extenuante præditos, medicamentorum naturam æmulantes, de quibus paulò antè mentio facta, eſt, qualia ſunt centaurium, daucum, ſaluia cum melle, & aceto, & hipericon, & irion, huius enim facultatis, tùm alimenta, tùm medicamenta exhibere, propter febrem ſuſpectum eſt.

Mar.n.53. *Vers. 98. Si eryſipelas in pulmone fiat.*

Hoc nomẽ eryſipelatis pulmonis tribus morbis inter ſe diſtinctis impoſitum in Hippocratis doctrina inuenio. Primum enim eryſipelas pulmonis vocauit inflammationem à ſanguine, à pulmonibus ob reſſicationem eorum attractum, & in ipſis conculcatum: vndè febris oritur acuta, tuſſis ſicca, pectoris repletio, dolor in partibus pectoris, tùm anterioribus, tùm poſterioribus, & circa ſpinam maximè: his accedit vomitus, aliquando ſubcruentus, aliquando liuidus, & quandoque bilis, & pituitæ: frequens animi deliquium, & aſſidua febris inuaſio, & B

Mar.n.13. de hoc affectu pertractauit lib. 1. de Morbis verſ. 1 ſect. 2. libro autem de intern. Affectionibus

Mar.n.8. verſ. 161. eryſipelas pulmonis vocauit morbum quendam, ſummum incendium præſeferentem, cuius generationem referre viſus eſt in bilioſum ſuccum, dum æſtatis tempore eum fieri adnotauit. Internum incendium atteſtatur igneus ardor in reſpiratione apparens, quę adeò magna eſt, vt æger narium pinnas expandat, velut equus à curſu, linguam pariter exerit, velut canis, & rubores in pectore, & dorſo apparent inſtar flammæ. His accedit morſus, & anxietas magna, propterquam ſtare loco nequit. Verùm præter incendium præfatum, maxima etiam

Mar.n.7. adeſt pectoris anguſtia, ad quam reſpiciens lib. 3. de Morbis verſ. 72. de hoc eodem affectu ſub titulo pulmonis præ calore tumentis, pertractauit; cuius ſigna erãt, tuſſis fortis, orthopnęa aſthma, intumeſcentia, & reliqua in textu enarrata. Tertiò deniquè loco eryſipelas pulmonis C

hoc in loco appellat affectum, de quo etiam lib. de Inter. Affect. verſ. 127. ſub nomine inflam-

Mar.n.7. mationis pulmonis pertractatum eſt; omninò enim inter ſe conueniunt, tùm ſigna, tùm effectrices cauſæ, de quibus vtroque in loco mentio fit. Qui quidem tres affectus, quum plurimum inter ſe differant, perperam vnicum nomen ipſis adaptari videtur, hoc tamen propter aliquam ſimilitudinem, qua inter ſe conueniunt, factum eſſe, rationabile eſt, vndè curioſitas oritur inueſtigandi, quodnam ſit illud, quo inter ſe conueniunt, vndè nomen eryſipelatis commune ſint ſortiti. Secundo conſideratione dignum eſt, quomodo hi tres affectus à vera peripneumonia differant. Ad primum igitur dicerem, hos tres affectus in duobus potiſſimum conuenire, quorum gratia comune nomen ſunt ſortiti, primo enim conueniunt in calore manifeſto, & vehementi. Nam etiam ſi tertius caſus, quem pituitæ participem eſſe, adnotauit; ceteris duo- D

Eriſypelas pulmonis a vera peripneumonia quomodo differat.

bus calorem remiſſiorem præſeferat, & remiſſa acutie in longiùs tempus protrahatur (quod plurimis inflammationibus viſcerum contingit, in quibus materia morbifica incraſſata ad ſcirrhoſum tumorem perducit) à principio tamen acutus eſt morbus, vehementemq. prodit æſtũ ad quem reſpiciens Hipp. pro curatione, præter frigidum lauacrum, omnibus actu frigidis vtendum iubet: ſecundo conueniunt, quia pulmo intumeſcens vicinis partibus affectionem communicat, vndè enarrata ſymptomata inſurgunt, dolor pectoris, dorſi, & laterum, & vomitus, acidi ructus, anxietates, viſcerum ſuctus, ventrisque tùm murmur, tùm etiam tormen. Quia igitur in his duobus conueniunt hi tres affectus: in calore vehementi: & pulmonum intumeſcentia, quæ duo ſunt eryſipelatis, ſymptomata propria, meritò eryſipelatis nomine ſunt inſigniti. Differunt autem à peripneumonia, quia etiamſi hæc quoque calore, & incendio participet, longè tamẽn hæc remiſſiora exiſtunt, nec tanta anguſtia in hac apparet, quanta in E

præfatis morbis, & ratio eſt, quia in peripneumonia nõ adèò intumeſcit pulmo, vt vicinis partibus anguſtiam, & laborem faciat, quemadmodum in prædictis morbis, quod quidem euenit, non ratione multitudinis, quia hæc ſæpè in peripneumonia æquè viget, ac in prædictis, ſed potiùs ratione loci, in quo materia morbifica continetur. In peripneumonia enim pro maiori parte pulmonis vaſa obſidet, in quibus putreſcens inflammationem inducit, quæ quidem vaſa cum plurimam materiæ partem capiant, ideò fit, vt non adeò intumeſcant pulmones, quemadmodum in prædictis affectibus, in quibus materia morbi per eorum ſubſtantiam diſperſa eſt, cuius quidem loci diuerſitas in cauſa eſt, cur peripneumoniæ ſolutio in ſputo-

rum

A rum eductione consistat, hi verò affectus nunquam per sputum iudicentur. Et hæc dicta sufficiant in communi de essentia eorum affectuum, qui sub nomine erysipelatis pulmonum comprehenduntur. Quandoquidem in reliquis, quæ ad textus explicationem faciunt, supplere poterunt ea, quæ Salius in comentario text. 60. lib. 3. de Morbis adnotauit. Vnum tantummodo circa purgationem non præteribo, hanc ab Hipp. probari, quæ potissimum in præsenti casu conueniet, quatenus dolor, deorsum potius, quam sursum vergit, iuxtà normam ab eodem 2. acutorum nobis traditam, quo in loco, quia helleborum nigrum probat, ab eo in hoc casu non recederem, exustos enim humores trahit, quos in hoc affectu peccare, est rationabile, eorumque præsentiam indicat, tùm doloris inclinatio deorsum, iuxtà rationem in explicatione citatæ sententiæ 2. acutorum à nobis allatam, tùm accidentia relata in textu. Acidi ructus, & vomitus velut aceti pituitæ permixti, à quo dentes stupescunt, sitis, & viscerum suctus, quod quidem medicamentum etiam accomodatiùs morbo erit, si helleboro scamonij portio addatur in gratiam bilis, quam in his affectibus abundare iam diximus. Quod verò ad venæ sectionem spectat, quam his verbis imperauit Hipp. & venas in manibus pertundito; non existimandum est Hipp. velle secari eas, quę propriè in manibus sunt, & nostris temporibus communitèr secari solent. Non enim consuetum fuit Hipp. has venas vllo tempore, aut morbo aperire, sed quia χεῖρος nomine pars illa, quam nos brachium dicimus, apud Græcos significatur; has duas voces modo penitus contrario vsurpantes, ac Latini faciunt, nobis quippè manus est pars brachij. Græcis verò ἐπάχιον pars manus existit, ideò per venas manus eas intelligere debemus, quæ in cubito communitèr secantur. Hanc autem veram esse huius vocis significationem, etiam si indubitatum sit, quia tamen nonnulli viri docti id negant obstinatiùs, eandem confirmare auctoritate Græcorum auctorum oportet, & 1. Galeni, qui lib. 2. de vsu part. cap. 2. & 1. de motu muscul. brachium partem manus esse testatur, & quod brachium est in manu, id in crure ait esse femur, lib. 2. de Fracturis, & tertiò de Anatom. administrat. χεῖρος namque eodem teste lib. proximè citato, totum membrum vocatur ab humero ad digitos extremos, hanc denominationem ab Hipp. edoctus; qui libro de fracturis de manus fracturis sermonem instituens, de brachij, & cubiti ossibus fractis tanquam τοῦ χεῖρος partibus agit: manumque à nobis vocatam, vt distinguat, vocem πάχιον addit, summamque manum appellat, ad differentiam χεῖρος simpliciter, quod totum membrum significat: cum hæc igitur sit harum vocum significatio, dum inquit Hipp. venas, quæ sunt in manibus secato; idem sonat, ac si latino sermone dixisset, venas, quæ sunt in brachijs secato. idque confirmant verba, quæ lib. de locis in Hom. vers. 69. leguntur hunc in modum, ex caua autem vena producitur quædam in sinistram manum: fertur autem subter splenem ad sinistri lateris mollitudinem, vndè splen prorogatur per omentum, & finem sortitur ad thoracem, producitur autem iuxtà septum, & cum humerali committitur subter cubiti articulum: atque hæc splenis gratia secatur. Ex quibus patet, venam in cubito secari solitam, venam manus Hipp. appellare, & clariùs lib. de sterilibus vers. 336. id expressit, dum inquit. Postquam autem ab hac curatione desieris, his, quæ secundum naturam fiunt, desinentibus, sanguinem de manu detrahere oportet, siquidem fortis fuerit de ambobus brachijs, si verò debilior, de altero sufficit. Cum ergò brachij venas, non manus secari hoc in loco velit Hipp. in cassum laborauit Salius, dum venarum manus sectionem, vigore transacto faciendam ex præsenti textu elicere conatur: quod si quis à me quæret, cur venæ sectionem tantum differat Hipp. ego responderem, id fieri, quia vigente bilis feruore venæ sectionem semper formidauit Hipp. & hæc est ratio, cur sæpè in acutissimis morbis de venæ sectione nullam fecerit mentionem, quarè, aut dimittenda, aut differenda, quòusque feruor remittatur, aut bile ipsa purgata, Hipp. exemplo lib. de Intern. Affect. sect. 2. vers. 246. Notandum præterea illud verbum ἀποκαῦσαι doloris cessationem non significare, vt Cornarij versio importat, sed mutationem loci, quarè iuxtà vocis proprietatē interpretari oportet, & si abscesserit dolor, ità vt velit Hipp. dolore ex dorso sub scapulas abscedente, venam secari, ità enim humoris inclinationem sequimur, quam 6. aphoris. 12. respiciens dicebat, quicunque dolores ex dorso ad cubitos, venæ sectio soluit. Ex dorso quippè ad cubitos vena perueniens, sub scapulas descendere notum est.

Vers. 137. Quum tuberculum in pulmone natum fuerit.

©BIUM

Si quæ hoc loco referuntur, addideris ijs, quæ libro de Inter. Affect. vers. 86. de pulmonis tuberculo sunt tradita sub nomine pulmonię, exactam huius affectus, tùm essentiam, tùm curationem habebis. Et quia omnia apertis verbis sunt explicita, in eorum expositione immorandum non est. Vnum tantummodo facit difficultatem, quomodo tuberculũ in pulmone natum, latus in tumorem eleuare possit, id enim euenire ait Hipp. si pus nõ erumpat (nam progressu temporis abscedit ad latus, & intumescit, vndè sectione, aut vstione opus habet.) Hoc ità fieri posse crederem, quando materia in tuberculo contenta suppurata fuerit, nec viam ad exitum per ipsius pulmonis vasa inuenire potest, si in parte lateri proxima constiterit, pulmo intumescens latus attingit, eique adhęret, & agglutinatur, vndè caro humore fruitur, ac intumescit eodem humore imbuta, quem tandem natura ad partes exteriores paulatim deponit, interiorum magis solicita, fitque tumor conspicuus, qui ferro, aut igne apertus puri exitum præbet. Nam eodem planè modo, os vteri lateris mollitudini affixum, tuberculum in parte exteriori excitare, nouimus, id Hipp. lib. 1. morborum mul. vers. 100. attestante, vbi ita habet. Cęterum id, quod veluti tuberculum est, tali modo fit: fruitur sanguine caro ipsa, vtputà osculo vterorum lateris mollitudini adiacente: & impletur caro ab ipso, & insurgit, ac eminet, vt sanguine repleta: & post pauca subiungit: si verò non conuersum fuerit os vterorum ad pudendum, circa lateris mollitudinem suppuratur, & hac parte transitus fit mensibus. A B

Mar. n. 3.

Mar. n. 56. *Vers. 152. Si pulmo repletus fuerit, tussis tenet, & erectæ ceruicis spiratio, &c.*

Mar. n. 52. De hoc eodem affectu superiùs vers. 66. ijsdem ferè verbis pertractatum est sub titulo conuulsionis amborum pulmonis articulorum, ex quo docemur, præfatam conuulsionem fieri à pulmonis repletione, de qua hoc loco agitur. Vndè non rectè visus est sentire Salius, dum in illius sententiæ commentario negat conuulsionem, siuè auulsionem articulorum pulmonis ab internis causis ortum habere posse. C

Mar. n. 57. *Vers. 163. Si pulmo ad latus prolapsus fuerit, tussis tenet &c.*

Quamuis ex destillatione à capite in pulmones, vndè & pleuritis, & peripneumonia generantur, pulmo latus attingens ipsi adhęreat, id Hipp. attestante lib. de loc. in hom. vers. 263. & confirmante experientia. De hac tamen non intelligendus est hoc in loco Hipp. sed de ea agglutinatione, quæ absque inflammatione, & sine febre contingit: materia scilicèt crassa, & vilcida, pulmonis lobos glutinis instar lateri affigente, vt optimè Salius adnotauit. Quamuis in curatione à similitudine deceptus, eò peruenerit, vt auctorem redarguere ausus sit, quippe qui pro curatione, concussionis mentionem non fecerit, qua mediante pulmo lateri agglutinatus facilè abduci poterat: eodem sanè modo, quo hepatis apicem complicatum ad pristinam naturam se reduxisse lib. 6. epidem. sect. 8. vers. 61. profitetur, deceptus est inquam à similitudine, quia aliud est agglutinatum esse, aliud tãtummodo complicatum. Præterea, concussione grauia quidem, quale est hepar, facilè dimouentur, non tamen leuia, vt pulmo, hæc enim vento potius cõmouentur, impelluntur que, quam concussione, & agitatione. Quæ omnia cum optimè consideraſſet acutissimus Hipp. hepar complicatum concussione explicuit. Pulmonis verò lobos lateri agglutinatos, insufflatione dimouendo ad naturalem statum reduxit. D

Mar. n. 24.

Mar. n. 58. *Vers. 177. Quum in latere tuberculum sit, tussis emergit dura, &c.*

De lateris tuberculo agitur etiam lib. de Intern. Affect. vers. 194. Quapropter si hæc illis conferantur, obscura quęque dilucidabuntur, v. g. quia tussim, quam hoc in loco duram vocat, loco citato siccam dicit, siccum quippè, & durum idem significare aliquando, apud Hippocratem nouimus, scimusque, siccam tussim dicere eam, in qua nihil expuitur, & sic de reliquorum exacta intelligentia haberi poterit eodem modo. Vnum verò circa curationem animaduertendum est, quando pure in totum educto ad vlceris curationem deueniendum est, penicillum sensim imminuendum esse, non in crassitudine, sed in longitudine, vt vlcus interius sanetur perfectè, antèquam os vlceris externum claudatur, nè vlcus in exteriori parte sanatum, interius verò relictum, pus in cauitatem thoracis fundat, homoque suppuratus dénuò fiat, quod sæpius euenire, animaduertit Hipp. lib. præcedenti sect. 2. vers. 88. E

Mar. n. 18. *Vers. 197. Et quidam ab inferna aluo id esse putant.*

Hęc palã faciunt, causam generationis, siuè collectionis aquę in pulmonibus, non depẽdere à vitio viscerũ, vt credidit Salius: sed ad ipsos pulmones esse referendam, qui portionem potus in ipsa deglutione in asperam arteriam latenter dilabentis (vt sensibili experimento libro de

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 190 sur 636

©BIUM

A corde vers. 14. confirmauit Hipp.) superare, siuè ob humoris copiam, siuè ob propriam imbecillitatem, nequeunt, vndè temporis progressu humor ille ab ipsis pulmonibus in pectoris cauitatem funditur, sensimque, & thorax, & pulmo implentur. Hunc enim generationis modum declarauit Hipp. lib. de Intern. Affect. sect. 2. vers. 76. his verbis, Hydrops ex his fit, quum æstatis tempore siti vexatus, aquam multam biberit, nam ex his maximè fieri solet, & pulmo repletus fuerit, rursus ad pectora dimittit &c. colligitur etiam aqua in pectoribus ex tuberculis in pulmone ortis, & ruptis: quod experimento sensibili in boue, & sue, eodem loco demonstrauit, ex quibus patet, nullo in naturalibus membris existente vitio, hydropem pulmonum generari consueuisse, quamuis temporis progressu, nisi aqua in thorace contenta citò educatur, affectione naturalibus partibus communicata, verus hydrops tandem superueniat, tùm quia aqua à superiori ventre in inferiorem descendit, vt loco citato Hipp. adnotauit, tùm etiam quia hepar ex morbi diuturnitate compatitur, & hydropem ascitem propriè dictum B producit, quod quidem respiciens ipsemet Hipp. subiunxit, intumescunt enim hæc, si sectionis tempus transgrediatur, indicans sectionem faciendam esse, antèquam hæc appareant, affectione namque partibus naturalibus communicata, in cassum aquæ eductio procuratur, quæ opportunè administrata, sola ægrotantem ab exitio liberare poterat. Meritò igitur pharmacorum omnium vsu reiecto, aquæ eductionem sectione faciendam esse iubet. Nam præterquam quod hæc aquam in pulmonibus, & pectoribus contentam educere non possunt, propria qualitate visceribus infensa, imbecilliora ea reddunt, & ad aquæ generationem promptiora. Etsi aliqui educta per sectionem aqua moriuntur, id non sectioni, sed aquæ extractioni imputandum, quæ non minùs lædit, si pharmacis, quàm si sectione educatur. Sanandos verò à sectione, aut morituros, vt cognoscamus, docet Hipp. certissimo signo, quia si die quinta à sectione pus linamento adhæserit, plerũque euadit; indicat enim caloris innati tantum roboris inesse, vt coctio perficiatur, affectionemq. hepati, cæterisque partibus naturalibus nondum communicatam esse, quæ sicuti vlcera reddit insanabilia, ità pus optimum in ipsis generari non permittit, tùm quia calor insitus ipsis particulis imbecillis est; tùm etiam quia copiam humoris serosi per venas, & carnes diffundit, qui crassi puris generationem prohibet, & ex consequenti vlceris consolidationem. Quum igitur reliquo corpore sano existente solus pulmo afficitur, quod puris generatio attestatur, homo sanus fieri potest, quum verò totum simul ægrotat, cuius signum est pus nullum in vlcere produci, casus omninò desperatus habendus est.

Mar. n. 2. *Mar. n. 25.*

Vers. 217. Ex qua re cognoueris quod peripneumonia fit. *Mar. n. 60.*

Si datur peripneumonia sine delirio, quomodo delirium certum signum permutationis febris ardentis in peripneumoniam esse potest? Resp. delirium in peripneumonia tunc necessariò fieri, quando ingens inflammatio in eo consistit, idquè euenit, tùm ratione copiæ humoris, tùm eiusdem humoris qualitate, & natura, bilis enim, eaquè vehementèr accensa, magnam inflammationem ex necessitate producit. In peripneumonia igitur ex febris ardentis permutatione omnia hæc concurrere, rationabile est; copiam quidem, quia si humor, qui per vniuersum corpus diffusus febrem ardentem facit, totus ad solos pulmones abscedit, in ipsis abundare, necessè est. Immò transmutatio sola vnius morbi in alterum, humoris copiam præsupponit, quàm cum natura regere non possit, à loco ad locum, importuno motu mouet, & hoc pacto fit vnius morbi in alium transmutatio. Vehementiam paritèr simul adesse necessè est, tùm ratione humoris peccantis, qui à præ dominio biliosus est, tum etiam feruoris accessione, dum accenditur denuò in ipsis pulmonibus, iam antea in vniuerso corpore feruens cum febrem ardentem excitaret. Si ergò peripneumonia ex febre ardente fieri non potest, quæ non E magna sit, & vehemens, ideò eam delirium perpetuò concomitari, necessè est, & hoc pacto delirium permutationis signum erit certissimum, & necessarium.

Vers. 235. Etsi hyems sit, aut autumnus, aut ver. &c. *Mar. n. 62.*

Petrus Salius existimat, hic Hippocratem anni tempus determinare, quo præfatum medicamentum assumere expediat, ità vt dum inquit ῥωφάνετο, & sorbeat, de præscripto medicamento intelligat, in formam sorbilem redacto, non de propriè vocatis sorbitionibus, vt Interpretis versio sonat. Sed Salij pace dictum sit, Cornar. interpretatio veritati magis consona mihi videtur. Nam si dixerat Hipp. præfatum medicamentum in vino bibendum esse, quomodo de eodem intelligens, statim subiungere potuit, & sorbeat? nonnè sorbere, & bibere idem

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 191 sur 636

est? verborum igitur sensus non est extorquendus, quæ ex græco contextu verbum è verbo reddito, ità se habent. Hæc in vino dulci temperato ieiunus bibat, & sorbeat, si hyems, aut autumnus, aut ver fuerit, si verò æstas fuerit, minimè. Hisque docet, præscriptum medicamentum in vino dulci bibendum esse: eique sorbitionem aliquam superpotandam esse, cuius lenitate, medicamenti acrimonia quoquo pacto retundatur, si verò æstas fuerit loco sorbitionis communis, particularem describit parandam, ex amigdalis, cucumeris semine, sesamo, aqua, & farina, quæ non attemperet modò, & mitiget medicamenti præassumpti acrimoniam, verùm etiam refrigeret, & hanc pariter post potum; ideſt post medicamentum præfatum sorbendam iubet, per potum enim intelligere non possumus potionem à principio propositam ex aceto, melle, & aqua paratam: quia eam primis tantummodo diebus exhibendam esse dixerat, non etiam vigesima die transacta, & quandò iam pus expuere æger incipit. ex hac autem doctrina colligo, (quod etiam alibi constat) morem fuisse Hippocrati, quandò medicamenti qualitas quædam intensior corrigenda est, nè per admixtionem alicuius medicamenti qualitatis contrariæ compositi actio minuatur, superpotandum dare aliquid, quod id efficere valeat, absque totius compositi alteratione, quæ enim simul admixta assumuntur, vnà permeantia, inuicem se corrigunt, & retundunt, non autem quando vnum post aliud assumitur. Quod non considerantes nostri temporis medici, dum corrigentia qualitates medicamentorum compositis admiscent, sæpè eorum vires adeò hebetant, vt incassum ab ægrotantibus assumantur.

Mar. n. 63. *Vers.* 242. *Morbus lethargus dictus.*

Moderati hominis, fidelisque discipuli erat, fateri potius, quid per lethargum intellexerit Hipp. ignorare, quam summum præceptorem insciliæ adeò audacter arguere, quod à Salio factum absque indignatione sentire non possum, qui si morbi naturam indagare voluerat, non simplex nomen, sed morbi symptomata, curationemque ab Hipp. institutam respicere debuerat, inuenisset enim morbum hunc pectoris, non capitis affectionem esse, & eò magis huius veritatis certior fieri poterat, si eundem Hippocratem lib. 3. de Morbis de hoc eodem affectu tractantem audiuisset, vbi eius exitum describens, inquit. Huic exigua vitæ spes est: attamen hoc curandum est, vt plurimum spuat, & calefiat, & à vino abstineat, si verò effugerit, suppuratus fit, quod pectoris, non capitis affectibus conuenit. In eandemq. sententiâ lib. coac. Prænot. vers. 187. quicunque, inquit, ex lethargicis seruantur, plerumque suppurati fiunt, quod quidem quomodo in lethargo capitis affecti contingat explicari non potest. Dicendum est ergò affectum, de quo hoc in loco sub nomine lethargi tractatur, longè differre ab eo, qui à pituita in cerebro putrescente originem habere dicitur, est enim pulmonum morbus à peripneumonia non multum differens, quod loco citato adnotauit Hipp. dum inquit, status idem est, ac peripneumoniæ, quarum affectionum differentia in sola materia consistit, in peripneumonia enim humor à prædominio peccans bilis est, siuè sanguis biliosus: in hoc verò affectu pituita est, quæ peccat, quod insinuauit Hipp. loco citato illis verbis, non omninò remotus est ab humida peripneumonia: sed multò tardior est morbus. Quia igitur in hoc lethargo materia pituitosa in pulmone putrescens morbum facit, ideò ratione partis affectæ est similis peripneumoniæ, ratione verò materiæ, ab ea differt. Vndè sicuti in peripneumonia propter eius caliditatem delirium consequitur, in lethargo propter humiditatem sopor accedit, & quia putrescit, & in putrescente succo aliquid est, quod calore participat, ideò leuis quædam desipientia ei associatur, quam hac voce φλυπρεῖς significauit; cuius quidem materiæ diuersitate euenit, vt lethargus lentè quidem moueatur, non tamen diuturnus fiat morbus, quod libro sæpiùs citato animaduertit Hipp. cuius causam in visceris conditionem reponerem, quod facilè corruptionem eam subeat, quæ à calido, & humido dependet, & ideò quando materia, quæ in eo putrescit, humida est, viscus ipsum citiùs corrumpitur, quàm eadem calida, & sicca existente, vt mirum non sit, si hic morbus, non solùm periculosiòr sit peripneumonia, vt lib. allegato testatur Hipp. sed etiam citiùs ægrotantem interimat, etiam si motu tardiori moueatur. Huius verò loci, & lib. 3. discrepantiam in vino exhibendo componere, non est difficile, si consideremus Hippocratem, in pectoris affectibus rarò vinum non exhibere, si non ratione potus, saltem gratia medicamenti, quo sputum faciliùs educatur; aut medicamentorum virtus ad pulmones citiùs perueniat, qua quidem ratione

Lethargus in pectore.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 192 sur 636

A ne sæpissimè sorbitionibus vinum superbibendum iubet, quod in hoc affectu factum est; in quo quoniam propter delirium vini potus suspectus est ideò à vini potu abstinendum lib. 3. iubet, non tamen vetat, quin ratione medicamenti in pauca quatitate sorbitionibus superbibatur, quod in præsenti loco factum esse cõstat, ex quibus Notandũ est, in quibus casibus vini potus prohibetur, post sorbitiones gratia medicamenti dari posse; huiusque praxis plura alia apud Hipp. exempla inuenies.

Vers. 248. Morbus siccatorius appellatus. Mar. n. 64.

Morbus ab Hipp. hoc in loco descriptus maximam similitudinem habet cum eo affectu, quem Hippocondriacam affectionem recentiores appellarunt, curatioq. hoc in loco tradita, adeò ipsi conuenit, vt si quis de ea periculum fecerit, meliorem non inueniet absquè dubio: Nec diuersus est euentus, quando experientia docet, rarò ægrotantes ab hyppocondriaca affectione, nisi ætatis beneficio, senectute accedente, liberari, quod significauit Hipp. illis verbis: B Morbus hic diuturnus est, & consenescentes, si ità futurum est, relinquit: sin minùs commoritur. Morbum hunc siccatorium appellarunt antiqui, ab exiccatione partium dependet, earumq. potissimum, quæ naturali facultati inseruiunt, idq. ob humidi substantifici penuriam, cuius defectu coctiones vitiantur, flatuumq. copia generatur, à quibus maior pars symptomatum huius morbi dependet. Flatus enim vigente siccitate produci Hippocrati non erat nouum; quamquidem sententiam in explicatione vers. 344. quarti acutorum Aristotelicæ philosophiæ fundamentis defendimus. Nec reliqua symptomata à predicta causa aliena sunt, quandoquidem vbicumque humidi substantifici penuria adest, calorem innatum imbecillem esse necesse est, vndè omnigenum excrementorum copia, coctionibus diminutè fientibus, producitur: quæ in vomitionibus apparet. Non enim ad diuersitatem temperaturæ viscerum confugiendum est: quod in ore recentiorum semper habetur: ventriculi frigidam intemperiem, hæparis calidam: cerebrique humidam, quæ opinio nostris temporibus adeò vulgaris effecta est, vt non modo nullius consultatio à Medicis habeatur, in qua hæc palinodia non decanterur; sed etiam nullus homo reperitur, qui prædicta viscera talitèr affecta habere, sibi non persuadeat. Humido igitur substantifico deficiente, quia calor insitus ex necessitate debilis est, excrementorum præfata diuersitas accumulatur; quatenus causæ, quæ ex Hipp. sententia ad illorum generationem concurrunt, in his maximè vigent. Hæ autem ad duas reducuntur, ad cibos, potusque, & ad anni temporum varietates. Ciborum vitio excrementa copiosiora producuntur, quia cibariorum, alia sunt pituitósa: alia biliosa, alia melancolica magis. Horumque excessu modò bilis, modò pituita, modò melancolia abundat in corpore. Quemadmodum igitur, dum cibi à vario calore superantur, minimum excrementi cognati producunt, D vndè videmus robustos homines etiamsi vitiosa alimenta ingerant, & quæ in humores præfatos facilè transmutantur, nihilominùs, nec biliosa excrementa, nec pituitosa, aut melancolica congererè, nulla alia quidem ratione, nisi quia exactè ea superant, ità vice versa, quando caloris innati defectu non perfectè vincuntur, in illum humorem transmutantur, ad quem eorum naturalis inclinat dispositio. Vndè quia difficilè est inuenire edulium, quod ad naturam alicuius prædictorum humorum non inclinet, ideò euenit, vt, quamuis exactus ciborum delectus habeatur, vix tamen fieri possit, quin copia prædictorum humorum generetur, quotiescunque calor insitus debilis existens ab illis quoquo pacto superatur. Eadem ratio pariter circa aeris constitutionẽ concurrit, qui enim humido substantifico abundant, & frigori, & calori resistẽtes à nullo eorum superantur excessu. Vndè nec bilis adeò augetur in eis æstate, & hyeme pituita, vt earum excessus conspicuus fiat. Quibus verò humidi substantifici copia deficit, ab vtroque E excessu, etiam si magnus non sit, statim superantur, quia, & per frigora algent, vndè pituitosi excrementi copia producitur, indè verò calore accedente æstuant, bilisq. in corpore augetur, & si eodem die vigeat frigus, & calor eodem tempore, & pituita, & bilis producitur. Cum igitur huius affectionis causa sit humidi penuria, quod reparare impossibile existimatur, ideò eius curationem non in morbi totalem ablationẽ dirigere oportet: sed ea tantumodò sunt administranda, quæ morbum leuiorem faciãt, vt æger eum tolerare possit, quousque ad eam ætatem perueniat, in qua morbus sua sponte deficit, quia tunc siccitatis excessus ineſt homini secundũ naturam, vndè penuria humidi substantifici non ea inducit simptomata, quæ in alijs ætatibus copioso humido egentibus, & ratio est, quia humidi paupertas in senibus remisso calori associatur,

Exemplum melancholiæ hyppocondriacæ.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 193 sur 636

ciatur,& in corpore densiori fudatur,ex quo fit,vt præfate causę,à quibus humorū omnigenū copiam in his produci iam diximus,non adeò polleant in hac ætate,quēadmodum in alijs. his igitur rationibus morbus iste cum ætate decrescit,& aliquando (vt inquit Hipp.) senescentes relinquit omninò. Curatio autem eò dirigitur,vt humores,quorum generatio, ob rationes assignatas prohiberi non potest,à locis propris detrudantur;vomitione,deiectione,& per narium purgatione,vt in hoc affectu nos docet Hipp. Interim verò causis externis se opponendo contrarijs,cuius gratia tempore existente calido,vere inquàm, & æstate,frigidam lotionem probat, frigido autem existente anni tempore,vnguento vtitur,vt corpus à frigido tueatur. Quæ tandem continuò generantur excrementa per naturales excretiones excerni procurādum est exercitatione, & aluum mollem conseruando, prout nos admonet Hipp. in textu.

Non prætereundum est autem,Hippocratem in hoc affectu euacuationem primò deorsum inchoare, indè verò sursum per vomitum eam perficere, cuius oppositum obseruasse in capitis affectibus constat, nam primò vomitum facit, indè verò deorsum purgat,cuius diuersitatis ratio ex eo dependet,quia euacuatio ab ea parte incipienda est, quæ parti affectæ proximior est, ità vt morbis, partes infrà septum transuersum infestantibus, ab inferna purgatione inchoādum sit, à vomitu verò,si partes superiores morbus obsideat, id verò intelligendum est, quando morbus vtraque euacuatione opus habet, quia igitur in hoc morbo pars affecta septo transuerso inferior est, (diximus enim particulas facultati naturali inseruientes potissimum laborare in hoc morbo) ideò euacuationem à purgatione per inferiora incipit. Quæ curandi ratio sicuti Hipp. est legitima, ità etiam rationabilis censenda est. Primum enim partes morbo proximiores euacuare oportet,tùm quia,vt sentit Celsi.lib.2.c.9.materia,quę in partibus sedi affectæ proximioribus viget,malignior est, quam quæ in reliquo corpore abundat, vndè statim per viam proximiorem educenda est, vt promptiùs euacuetur, & nè longo itinere educta totū corpus coinquiētur (hac enim ratione potissimum,quādo vnica purgatio sufficit,per proximiorem regionem faciendam nos docuit vbique Hipp. potissimum verò in eo aphorismo. Dolores supra septum trāsuersum,qui purgatione egent,per superiora purgari oportere significant, quæ verò,infrà deorsum) tùm etiam nè contrarium operantes,materia in loco affecto remora à medicamento agitata, ad partem laborantem attrahatur, indèq. morbus adeò increscat,vt vel ægrum è medio tollat, vel in posterum remedijs non cedat. Hæc adnotare volui,propterea quod totum oppositum obseruari video à communiter practicantibus, Galeni præcepto,qui existimauit reuulsionem,quæ fit à remotissimis partibus primo loco faciendam esse, indè ad deriuationem à proximiori; & denique ad ipsiusmet partis euacuationem deueniendum esse. Quod quidem præceptum,quando in euacuatione,quæ fit per sanguinis missionem Gal. concedatur, non indè sequetur, etiam in purgatione obseruandum esse, si non alia ratione,saltem propter agitationem,quam pharmacum in humoribus inducit, quam venæ sectio efficere non est apta. Quamuis,neque hoc in venæ sectione reuulsiua à remotissimis partibus simpliciter concedendum est. Sed tantumodò in deriuatione,quæ euacuationem laborātis partis præcedere debet, vt ex. g. in angina venam cubiti prius secamus ad deriuationem, deindè eam,quæ est sub lingua, vt ab ipsa parte fiat euacuatio,sed fortassè neque deriuationē præponeret euacuationi,si hęc sufficiens pro euacuatione totali esset. Quo ad reuulsionem verò, alibi iam demonstrauimus reuulsionem, quæ fit à remotissimis partibus per venæ sectionem factam non vsurpari ab Hippocrate in morborum præsentium curatione, sed tantummodo in futurorum præcautione: quia partibus superioribus affectis, superiores venas perpetuò secat,inferioribus verò læsis,inferiores. Præceptum à Galeno receptum, & non semel confirmatum. Vide expositionem tex.230.lib.de Nat. Hominis.

Vers. 322. *Pituita alba. Intumescit totum corpus &c.*

Mat.n.69.

Morbum,quem Hippocrate posteriores tertiam hydropis speciem facientes,hyposarcam, siuè anasarcam dixerunt;inter hydropes adnumerare non consueuisse Hippocratem, priusquā aqua in vētre collecta sit,apertius demonstrabitur in expositione lib.Acutor.sect.4. vers.373. quandoquidem vbique locorum eum ab hydrope distinguens sub nomine modo ὑποσαρκίδιον modò τῆς λευκοφλεγματίας, aliquandò λευκοῦ φλέγματος de eodem pertractauit, quod si verum est, distinctio,quam sibi finxit Salius,inter pituitam albā, & leucophlegmatiam,vana est omninò; Credidit enim in Leucophlegmatia carnes pituita tenui, siuè potiùs seroso humore imbutas esse;

©BIUM

A eſſe, in pituita alba verò à pituita craſſiori potiùs intumeſcere. Quia ſi hęc diſtinctio vera eſſet, cur Hipp. in hoc morbo, quem pituitam albam vocat, & ex Salij diſtinctione à pituita per carnes diffuſa ortum habet, cur (inquam) medicamentum non exhibet phlegmagogum, ſed à quo aqua purgatur inſinuans, in hoc humorē aquoſum peccare, quod leucophlegmatiæ proprium facit Salius. Præterea ipſe Gal. 7. aph. 29. eam hydropis ſpeciem, quæ leucophlegmatia vocatur, à pituita ortum habere teſtatur, vndè ſequeretur, ſi ambo hæc duo nomina morbos ratione materię diſtinctos ſignificant, (nàm re vera paſſim etiam apud Galenum confunduntur) oppoſito penitus modo ſeſe habere, ac à Salio ſunt recepta. Etſi lib. 2. Epidemiorum ad ſubalbidum colorem vergere eos inquit, qui ex hydrope, & leucophlegmatia laborant, non ob id negat, in his faciem aliquo rubore ſuffuſam eſſe, cum non ſit inconueniens, totum corpus ſub albido colore infectū eſſe cum faciei rubore, nam id etiam in præſenti textu euenire ait, quod apertius confirmatur lib. de Inter. Aff. 30. ſect. 2. namq. hominem hoc morbo laborantē ſpe-
B cie populari pallidiorē eſſe ait, quamuis facies rubeat. Nāq. non in pituita alba modò, ſed ēt in hydrope vero quibuſdam facies rubicunda fit. Talis fuit Illuſtriſſimus Cardinalis Aſculanus, qui cum ob calidam cordis, & pulmonis naturalem intemperiē, ſiti perenni vexaretur, frigidæ potioni adeò ſe dedit, vt ſenectute accedente, in hydropem aſcitem inciderit, & quia facies naturalem ruborē conſeruabat, & aliquandò naturali intenſiorē, hoc ſigno nonnulli medicorum, qui eius curationi mecum interfuere, confiſi, quamuis, & ventris tumor, & aquæ fluctuatio manifeſtè perciperetur, eum tamen hydropicum eſſe obſtinanter negare, ferè vſque ad extremos dies non ceſſarunt. Rubet igitur facies in hoc morbo quotieſcunq. vera leucophlegmatia eſt, non cachexia, quæ hydropi dat initium, idque euenit, quia calor in partibus internis à frigiditate humoris per externas partes diffuſi conſtipatus intenditur, qui cum aliundè euaporare nequeat, per venas, & arterias ſurſum ad faciem peruenit, eamque rubore
C inficit, caloris enim proprium eſt, vt recluſus maior fiat, & maiori impetu ſuperiora petat, quod tantò facilius præſtat, quantò ſanguis tenuior exiſtens ſeri permixtione, ad externam ſuperficiem facilè peruenit, eiuſdem caloris augumento ſitis originem habet, & propterea omnia actu frigida exhibet Hipp. facultate tamen calida, & ſicca, vt hac mediante frigida, & humida viſcerum intemperies corrigatur, à qua morbus omninò dependet. Praxis, quæ ſicuti optima eſt, & rationabilis, ità in vſum reuocari poſſet, quando morbis ex frigidorum humorum copia, ſitis ingens adiuncta eſt, niſi vulgaris medicina obſtaret.

Verſ. 336. Morbus hic maximè à nullo iudicatur. Mart. 11.

Quia paulò antè dixerat, huic ſiquidem venter ſua ſpontè turbatus fuerit in principio morbi, proximus ſanitati eſt, & libro de Iudicationibus verſ. 143. Si pituita alba detento (ait) vehemens alui profluuium accedat, ſoluit morbum, ſententia inter aphoriſmos ſect. 3. regiſtrata;
D difficultatem facit, quod hoc loco aſſeritur: Hunc morbum, maximè in nullo iudicari ſuā ſpontè, ità enim ſignificat verbum διαχρίνει, quo vtitur Hipp. Pro huius difficultatis ſolutione adnotare oportet, Hipp. non ſimpliciter aſſerere, hunc morbum in nullo iudicari, ità vt nullus hoc morbo correptus ſua ſpontè ſanatus ſit, ſed cum conditionibus appoſitis in contextu, videlicet, quando tranſacto principio eò deuentum eſt, vt ægro extenuato ſuffocatio in pectore oboriatur, & ratio eſt, quia cum morbi ſolutio à ſola diarrhæa proueniat, hæc extenuatos ſemper lædit, morboſque in pectore conſiſtentes exacerbat potius, quam ſubleuat. Duplicem igitur huius morbi ſtatum conſiderat Hipp. cuius gratia duplicem, tum euentum, tum curationem inſtituit, prima eſt circa initia, quo tempore morbus ſua ſpontè iudicari ſolet, aluo turbata. Quod ſi minimè ſequatur, curationem particularem inſtituit, pro vt in
E textu. Alterum verò ſtatum conſiderat, quando ſcilicet morbi progreſſu, iam æger extenuatus, non modò difficulter ſpirat, ſed etiam anguſtiam magnam in pectore perſentit, ità vt ſuffocari videatur, ægrotanti enim in hoc ſtatu conſtituto nulla amplius ſpes remanet, vt morbus ſpontè iudicetur, quarē medici auxilio tunc eget, qui diuerſam à præcedenti curationem faciens, primo quidem per veratrum ſurſum purget, vt vomitu mediante materia in pectore ſuffocationem faciens facilius expuatur, deindè verò caput purget, nè indè fluxus procedens, pectus denuò repleat, & tandem deorſum purget, vt totum corpus exactè euacuetur. Adnotanda verò eſt vox in pectoribus, quam appoſuit Hipp. vt indicaret difficilem reſpirationem, qua æger à principio tenetur, non pertinere ad ipſum pectus, ſed fieri ob com-

preſ-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 195 sur 636

pressionē sepṭi transuersi à tumore inferioris ventris, cum verò morbus tempore ingraueſcit, humor eq. pectus, & pulmones repleri incipiunt, tunc oritur anguſtia, quæ ſuffocationem facit in partibus ſpiritualibus. Vndè ex hoc tex. diſpnæa duplex adnotatur, altera ex compreſſione à partibus inferioribus. Altera propter obſtructionem factam in pulmonibus. A

Mar.n.70. -*Verſ.* 346. *Neque vinum bibat, ſed aquam maximè, aut ſaltem vinum aquoſum.*

Mar.n.6. -Hanc eandem dietam inſtituens Hipp. ijs, quibus timet inſaniam lib. de inſomnijs verſ. 74. vinum pariter interdicit, aquoſum tamen, vt hoc in loco concedit; vndè colligitur, non alia ratione vinum damnari, niſi quia peculiari facultate mentem ferit, in cuius confirmationem libro de Affect. cap. de Phrenitide. Potu (inquit) vtendum eſt, quocunque alio volueris præter vinum, aut acetum, mel, & aquam dato. Vinum autem non conuenit mente motis, neque in hoc morbo, neque in quouis alio ex quo certum eſt, in quolibet delirij genere, ſiuè cum febre ſit, ſiuè abſque febre, vinum omninò ſuſpectum eſſe. Quod attendere recentiores vellem, qui ex melancolia inſanientibus, vinum exhibent omninò, quamuis in multis alijs caſibus, in quibus dari poteſt, ſummâ religione ab eo caueant. Aliud etiam adnotandum eſt, vinum aquoſum in quouis morbo dari poſſe, ſaltem ijs, qui illud vehementer appetunt, aut alias potiones abhorrent: quando videmus, Hippocratem illud concedere etiam in illis caſibus, in quibus ſuſpectum maximè habetur.

Vinum non conuenit mẽte motis. B

Lib. III. De Morbis.

Mar.n.1. -*Verſ.* 14. *Sed & ſanguinem detrahere oportet.*

Ex hoc loco maximè conſtat, Hippocratem ſcitè admodum diſtinxiſſe caſus, in quibus ſanguis mitti debet, & in quibus abſtinendum. In hoc enim capitis dolore, qui à ſanguine cerebrum infeſtante excitatur, ſanguinem mittit, nequaquam verò in ſequenti; etiam ſi amborum par ſit, tùm acuties, tùm grauitas: eoquòd, vt ipſe teſtatur à cachochimia dependet, quæ, & coctione, & purgatione curatur, non ſanguinis miſſione, immò quia ab hac refrigerato cerebro, coctio prohibetur; nihil eſt, quod ægrotantem magis lædere poſſit, quam venæ ſectio, cuius læſionem percepit Halicarnaſſenſis, de cuius morbo hæc 7. epidem. ſect. 2. verſ. 462. referuntur: Halicarnaſſenſis, qui in domo Xantippi diuerſabatur, aurem hyeme dolebat, & caput non mediocriter, erat autem annorum circiter quinquaginta. Vena ſecta eſt ſecundùm Mneſimacum, læſum eſt caput euacuatum, & perfrigeratum, non enim facta eſt ſuppuratio, phreniticus factus eſt, & mortuus. Cùm enim euadere ex hoc morbo æger non poſſit, niſi, vt ait Hipp. ex aure humor eruperit, venæ ſectio huiuſmodi eruptionem impediendo, mortem inducit. Quæ, recentiores medicos in ſanguine mittendo adeò audaces, adnotare vellem, quem admodum etiam eos, qui in pluribus affectibus de venæ ſectione Hipp. his in libris mentionem non feciſſe, aiunt, eoquòd neceſſaria ſupponatur, cum conſtet, eam non tacuiſſe, quotieſcumque neceſſitatem mittendi ſanguinis cognouit, abſque neceſſitate enim, neque hoc, neque alio remedio vti Hippocrati conſuetum fuit. C

In capitis affectu quãdo ſit noxia venæ ſectio.

Mar.n.2. -*Verſ.* 18. *Quum doluerit caput præ cerebri repletione.*

Conſideratione dignum eſt, cur in hoc affectu capitis ex vitioſorum humorum repletione æger deliret, nequaquam verò in præcedenti: in quo cerebrum inflammatione laborat. Non enim exiſtimare oportet Hippocratem delirium ſignificare voluiſſe, quando inquit, & vociferatur, & exilit, quaſi hic eſſet delirij modus; quia dum ſubiungit, præ dolore, non ex delirio, ſed cum mentis conſtantia ægrum ſe iactare, & è lecto exurgere, doloris impatientem nobis ſignificauit. An ſanguis, quia calorem humiditati adiũctum habet, dum ſimpliciter abundat in cerebro, delirium non facit? Certè hoc ſatis rationabile exiſtit, quia ſi delirium fit, quando ſpiritus animales menti, & rationi famulantes, facultatis imperio non ſubijciuntur, ſed importuno motu agitati, vanas, peregrinasque imaginationes inducunt. Id duplici modo euenit, vel quia tenuiores, & calidiores quã par ſit, effecti à natura moderari non poſſunt, vel quando vitium in propria ſubſtantia contraxerunt, prout latiùs in tractatu de delirijs à nobis explicabitur in expoſitione ſententiæ lib. coacarum prænotionum verſ. 123. primum vitium in hoc caſu non concurrit, in quo ſanguis peccat, qui etiam ſi vehementiùs incaleſcat attamen ob naturalem humiditatem exceſſum tenuitatis in ſpiritibus animalibus introducere non poteſt. D

Alterum E

©BIUM

A Alterum pariter vitium, quod putredine mediante, animales ſpiritus contrahere, eodem in loco demonſtrabitur, nec in præſenti caſu locum habet, ſupponit enim Hipp. ſanguinem in proprijs receptaculis contentum nullo modo putreſcere, ſed feruorem quendam tantummodo concipere, proportione reſpondentem ei, quem ſanguis in ſinocho non putrido acquirere ſolet, etſi affectum inflammationem appellauit, non veram intellexit, quæ à ſanguine, à proprijs vaſis per poroſitates diffuſo, & putreſcente dependet, vndè pars in tumorem attollitur, quæ propriè phlegmon, ſiuè inflammatio dicitur, ſed cerebri intumeſcentiam quandam ſignificare voluit, quæ oritur, venis eiuſdem ſuprà modum ſanguine feruеſcente repletis, cum igitur ſanguine in præſcripto caſu, nec tenuitatis exceſſum in ſpiritibus animalibus introducere poſſit, nec eorum ſubſtantiam notabiliter corrumpere; non eſt mirum, ſi æger non deliret in eo affectu, quemadmodum in hoc, quem à repletione vitioſorum humorum dependere ait, vndè ſpiritus animales vtrumq. vitium contrahere poſſunt ad delirium efficiendum.

B *Verſ. 49. Morbi lethargi appellati ſtatus idem eſt, qui & peripneumoniæ, &c.* Mar.n.5.

Qui affectus ſit, quem lethargum vocat Hipp. & quæ ſit in eo pars affecta præcedenti libro ſect. 3. verſ. 242. explicauimus, vt eadem repetere, vanum ſit.

Verſ. 66. Et primis quidem diebus deorſum purgato. Mar.n.6.

Per primos dies non intelligit Hipp. primã, aut ſecundã diem, quando idem Hipp. 4. Acutorum verſ. 96. Medicamentum dari antè diem quartam in febre ardente expreſsè prohibuit, ob rationes proprio loco referendas, ſed totum illud tempus reſpexit, quod nomine principij comprehenditur: hoc autem ad quintam diem, vel etiam ad ſeptimam aliquando extendi, alias demonſtrauimus.

Verſ. 67. Et aquam bibendam dato. Mar.n.6.

C Aquam frigidam exhibendam eſſe in hoc caſu, non tepidam, exiſtimo: cum non ſit rationabile, in febre ardente tepidam potari. Hanc verò non gratia potus tantum dari, ſed potius vt medicamentum, eamque copioſam coniicio, ex eo quod ſubiungit: Nam plerumq. vomitum aqua ciere ſolet: quod niſi copioſa aſſumeretur, euenire non poſſet, quæ verba etiam vlterius indicant, non ad vomitum ciendum principaliter eam exhibere, quia non dixiſſet, eam plerumque vomitum inducere: ſed à potu vomendum imperaſſet. Aquam igitur frigidam, & copioſam præbet ad refrigerandum, & humectandum, quæ intentio in curatione febris ardentis principalis exiſtit. Ex quibus colligo, ad frigidæ exhibitionem in febre ardente, non eſſe neceſſarium, coctionis ſigna præcedere, quod voluit Gal. quando circa primos dies eam exhiberi iubet Hipp. antèquam ſigna vigoris morbi in lingua appareant, ne dum coctionis ſigna, vide quæ adnotauimus 2. de Morb. ſect. 2. verſ. 167.

D *Verſ. 72. Pulmo tumens præ calore.* Mar.n.7.

Eſſentiam huius affectus, qui pulmo tumens præ calore inſcribitur, libro præcedenti ſect. 3. verſ. 98. explicauimus.

Verſ. 99. Phrenitides fiunt etiam ex alijs morbis. Mar.n.9.

Quia phrenitidis non vnicam eſſe ſpeciem, indicatur ex hoc loco, merito quot, & quæ ſint apud Hipp. illius differentiæ, à nobis explicandum eſt. Phrenitidem igitur propriè vocat Hipp. delirium cum febre, quod continuum eſt, & à firma, ac ſtabili affectione dependet, videlicet ab inflammatione earum partiũ, quæ naturæ inſtituto, & rationi, & menti inſeruiunt, ita enim ſpiritus animales, quorum vitio deliria fiunt, non ſimplici qualitate, modò incaleſcunt, ſed etiã ſecundum ſubſtantiã alterantur. Hæc eſt enim phrenitidis ab alijs delirijs vera diſtinctio. Quia ad delirium excitandũ ſatis eſt, vt ſpirituum temperies ad calidiorem permutetur, vt verò cõtinuum ſit, vitium vlterius in eorum ſubſtantia requiritur. Verum obijciet aliquis: Quando cauſa calefaciens, & attenuans ſpiritus continua eſt, quid prohibet delirium fieri continuũ? vt v.g. ſi ab vteri ſiſtrophica inflammatione, animales ſpiritus in cerebro adeò incaleſcãt, vt indè ſequatur delirium, perdurante inflammatione, nonnè perſeuerabit delirium? Nequaquã & id etiam experientia nos docet, quia ſæpè ex inflammatione quarundam partiũ deliria excitantur, quæ intermiſſiones habent, licet inflammatio perſeueret, & ratio eſt, quia etiam ſi inflammatio, quæ delirium facit, perpetuò tenet: non tamen neceſſarium eſt, animales ſpiritus ità incaleſcere, vt deliriũ tandiù perduret, quamdiù inflammatio perſeuerat; quia ſicuti ad leuiores internorũ inflammationes nullum ſequitur delirium, ità quando vigor inflammationis remittitur,

De phrenitide.

E

titur, quod in omnibus per interualla quædam euenire obseruatur; delirium etiam cessat, quod denuò superuenit, quando vigore accessionis inflammationis feruor augetur, vndè & febres intenduntur, omniaque symptomata graviora fiunt. Præterquam quod multa superuenire possunt, & intrinsecus, & extrinsecus, a quibus spirituum calor temperetur, vndè delirium sedetur, firma tamen affectione remanente. Quarè vt delirium sit continuum, necesse est animalium spirituum non temperiem modo, sed etiam substantiam vitiari; tunc enim delirium fit continuum, quia substantiæ vitium ex feruoris remissione, aut aliqua re aduenien te emendari non potest. Quod quidem considerans Hipp. phrenitidis causam in sanguinem vitiosum retulit, eo enim impuro existente perfectam spirituum animalium generationem
Mar.n.28. fieri est impossibile, lib. enim 1. de Morb. sect. 2. vers. 277. sta inquit. Phrenitis fit, quum bilis commota ad venas, & sanguinem ingressa fuerit, quem commouet, serosum facit, & calefacit, & indè reliquum corpus: & desipit homo, & non sibi constat præ febris copia, & sanguinis dicta transmutatione, quandoquidem sanguis maximam partem confert ad prudentiam, quidam dicunt totum. Quod etiam expressit clarius paulò infrà eodem lib. vers.
Mar.n.30. 307. Desipiunt semper (inquit) in hoc morbo, nimirum sanguine corrupto, & ex consueta motione sublato. Ex quibus constat, causam continuitatis delirij, in qua phrenitidis essentia consistit, in Hipp. doctrina esse vitium in sanguinis substantia, quatenus ex sanguine vitioso puros spiritus generari, est impossibile; quorum impuritati si calida intemperies associetur, delirium oritur intermissione carens, & ex consequenti phreniticum. Quoniam igitur ad phrenitidis generationem, spirituum animalium substantiam, & temperiem vitiari necesse est, meritò dictum est à principio, hanc ab inflammatione earum partium dependere, quæ menti, & rationi inseruiunt, inflammatio enim putredinem præsupponit, quæ spirituum substantiam, & temperiem alterare promptè valet. Menti verò inseruiunt Iecur, Septum transuersum, cor, & cerebrum. Iecur quidem, quatenus materiam pro generatione spiritus vitalis subministrat, ex quo animales spiritus, animæ instrumenta generantur. Septum transuersum, quod flabelli instar, cordis, & spiritus vitalis feruorem temperat, & moderatur. Cor, in quo spiritus vitalis fabricatur, & cerebrum denique ipsum, quod est animalis facultatis sedes, & domicilium: ex inflammatione igitur alicuius dictorum viscerum omnis phrenitis
Mar.n.25. dependet. De Iecore phrenitidis causa lib. 4. Epidem. vers. 348. legimus. Quibus in dextris distentio submollis, phrenitici sunt, nisi soluatur febre detinente, quorum verborum expositionem nostram legisse, huic tractationi non parum conferet. Et de hac phrenitide specialiter tractauit Hipp. lib. de affect. vers. 92. Septo transuerso pariter inflammato phrenitim
Mar.n.10. excitari in Hipp. doctrina adeò frequens est, vt hanc solum phrenitidis causam cognouisse, visus sit. Nam vt loca præteream, in quibus de hac fit mentio, præsens sententia id palàm facit; in qua etiam si à pluribus alijs causis eam excitari fateatur, huius tamen speciei tantummodo curationem descripsit, imò, quia hæc frequentius euenire obseruata est, ideò hoc membrum, tanquam sapientiæ primarium instumentum Phrenes, hoc est mentis nomen apud Græcos sibi vendicauit, indèque ipsius phrenitidis nomen deductum est. Cerebro autem inflammato phrenitim excitari certum est, & ab omnibus receptum, adeò, vt posteriores, omnem phrenitidis speciem ad cerebri affectionem reduxerint, siuè per se & primario, siuè secundario, & (vt inquiunt) per consensum affecto, quorum opinio inferius examinabitur. Hanc verò phrenitidis speciem non ignorasse Hipp. ex multis constat, quæ in coacis prænotionibus leguntur. Eamque capitis dolorem vehementem præcedere adnotauit. Eandemq. in Eualcide famula, & in Halicarnassensi lib. 7. Epidem. sect. 2. obseruauerat. Sciebat enim cerebro insigniter læso omnia deliriorum genera ortum habere consueuisse. Nam lib. 2. de Morbis vers. 24. inquit, caput quidem dolet præ nimia excalefactione, desipit sanguine à bile, & pituita in capite excalefacto, & plus solito commoto. Nam vt lib. de Morbo sacro v. 296. ait, cerebro, & insanimus, & deliramus, & timores, & terrores nobis accedunt. De phrenitide autem cordis inflammationem consequente nullus mentionem fecit, quia hoc viscus inflammari non patitur, & si aliquandò inflammari contingat, prius mors consequitur, quam cordis inflammatio, & phrenitis conspicua fiant. Tria hæc igitur, Iecur, septum transuersum, & cerebrum sunt, ex quorum inflammatione phrenitis dicta excitari solet, quia hæc, vt suprà diccbamus, peculiari quodam modo menti, & rationi inseruiunt. Quotiescunq. igitur

hæpar

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 198 sur 636

A hepar inflammatione corripitur, quæ magna ſit, & cum biliosa cachochimia, ſanguis, qui ab eo tunc generatur, non impurus modò, ſed adeò feruens redditur, vt neque à cordis actione, neque à cerebri temperie corrigi poſſit; vndè ſpiritus animales ea perſpicuitate, & puritate, temperaturaq. non producuntur, vt actioni adeò nobili, qualis eſt ratio, inſeruire poſſint. Vndè hominem delirare neceſſe eſt, idque euenit, quando inflammatio eſt tanta, vt totum viſcus occupet, & potiſſimum vaſa omnia per illud diſſeminata, aliaque concurrant, quæ lib. 4. Epidem. verſ. 348. adnotauimus, cum enim, pars aliqua eiuſdem viſceris ab inflammatione libera eſt, ſanguis in parte non læſa genitus, purus exiſtens, ſpiritus vitalis materia euadit, cor enim facultate attractrice, qua pollet, quod optimum ad ſe trahit, & hoc pacto ſpiritus puri generantur, quo caſu nulla mentis læſio contingit. Hæc eſt enim ratio potiſſima propter quam non omnes ex hepatis inflammatione phrenetici fiant. Simili modo quando ſeptum

Quare non ſemper ex hepatis inflãmatione phrenetici fiant.

B transuerſum inflammatione corripitur, ſpiritus vitales in corde, non modò ventillatione naturali deſtituti, feruidiores redduntur, ſed etiam fuligines ex inflammatione excitatæ ipſis admiſcentur, quæ eorum puritatem, & nitorem deſtruunt, in quo phrenitidis eſſentiam collocauimus, ex quibus cunctis patere arbitror, in phrenitide ex hepatis, aut ſepti tranſuerſi inflammatione caput non neceſſariò affectum eſſe: quia nullo modo eo patiente, ſed in naturali temperie cõſtituto, vitio tantũmodo obiecti, naturalis ſpiritus generatio vitiari poteſt, & ſicuti iniuſtè ventriculus inculparetur, ſi carnes crudas, & triticũ non concoqueret, ità pariter cerebro non eſt imponendũ, ſi ex inepta materia animales ſpiritus vitioſi generentur. Nam ſi cerebro, ex g. data eſt ea temperies, qua calorem vitalis ſpiritus, vt duo remittere poteſt, & ob aliquam cauſam morbificam hi incalefcant vt tria, non eſt mirum, ſi à cerebro etiam optimè diſpoſito, non exactè temperentur. Et quod de temperie dicimus, idem de vitio, ſecundum

C ſubſtantiam eſt aſſerendum. Non eſt ergò inconueniens in phrenitide ex hepate, aut ſepto tranſuerſo, cerebrum, nec per eſſentiam, nec per conſenſum laborare, quamuis ſciam Galenum, & eius conſectatores contrarium ſentire. Exiſtimant enim cerebrum in his caſibus affici per conſenſum, quatenus inflammatio dictarum partium, ſiuè eius feruor cerebro communicatur, quod abſurdum eſt omninò. Adeò enim diſtant inflammatę partes à cerebro, vt impoſſibile ſit, hoc ab illis incalefcere, vt homo deliret, qui ſæpè non delirat ex inflammatione faciei, à qua longè probabilius eſſet, cerebrum ob vicinitatem incalefcere, quam ab hepate, aut ſepto tranſuerſo, adeò à capite diſtantibus. At verò, quæ ſigna oſtendunt in præfatis inflammationibus cerebrum incalefcere? quod ſi tandem à vaporibus infernè eleuatis cerebrum incalefcere concedatur, ità vt homo deliret, delirium hoc non erit continuum,

D & ex conſequenti phrenitis minimè dicenda erit, ſed logicis diſputationibus omiſſis, ſatis eſt mihi ſcire, noſtram hanc ſententiam, Hipp. habere auctorem, qui, vt ex præſenti loco conſtat, phrenitidem à ſepto tranſuerſo excitari abſque vlla cerebri læſione, cognouit, quando in eius eſſentia explicanda nullum recenſuit ſymptoma, quod ad capitis affectionem reduci poſſit, nec remedium aliquid propoſuit, quod capiti opem ferat, quod non erat omittendum, ſi aliquo modò caput affectum eſſe, credidiſſet. Verum ſi huius læſæ operationis cauſas eadem me hodo indagare voluerint aduerſarij, qua lib. de ſymptomatũ cauſis ipſemet Galenus vſus eſt, in noſtram ſententiam ire cogentur. Nam cum quælibet actio læsi poſſit, vt ait Galenus dupliciter, vel læſa facultate, vel aliquo errore externo accedente. Facultas q. iterum lædatur dupliciter, vel ipſiuſmet facultatis culpa, vel vitio inſtrumenti, ſicuti hæ duæ poſtremæ cauſæ in cerebro conſiſtunt, ità quæ ab errore externo dependet, quod euenit in caſu noſtro,

E cum ab illis diſtinguatur, cerebrum minimè affectum ſupponit, conſtat enim ſub ratione erroris externi comprehendi omnes cauſas, quæ neque ad facultatem, quæ in naturali temperie conſiſtit, neque ad inſtrumentum, quæ eius conſtructionem reſpicit, vllo modo ſpectat, ex quo ſequitur, ob vitiatam materiam animalis ſpiritus, animalem facultatem abſque cerebri læſione, labefactari, & hoc pacto in prædictis inflãmationibus cerebro illæſo phrenitidem excitari. Quod ſi cerebrum læſum dicere velint, quia operationes, quæ in eo fiunt offendantur, ità vt quæſtio ſit tantummodo de nomine, concedatur, dummodo fateatur, cerebrum nullam in ſe habere affectionem, ob quam læſio operationis contingat. A cerebri tandem inflammatione phrenitis generatur: quod ab omnibus receptum eſt (cerebri nomine comprehendentes totum membrum, quatenus medullari ſubſtantia conſtat, venis, & arterijs per

ipſum

ipsum disseminatis, duplicique membrana ipsum cerebrum continente) quandoquidem hoc animalis facultatis sedes existit, quamuis constet de hac re antiquos aliter sensisse, contrà quos Hipp. disputans libro de Morbo sacro, non cor, aut septum transuersum hominì sapientiam præstare, sed cerebrum sapientiæ internuntium, & prudentiæ c. usam esse, demonstrauit. Hoc enim aere mediante, quem primum in se trahit, vitalem spiritum, qui animalium (vt sæpius dictum est) materia proxima existit, attemperat, & peculiari facultate, animalitatis formam (vt ità dicam) ipsis impartitur. Si igitur hoc viscus ab inflammatione ità incalescat, vt solitam temperiem spiritibus largiri non possit, delirare hominem, necesse est: deliriumq. fit phreniticum, ob putredinem, quæ inflammationi adiuncta est, vt à principio explicatum est. Et hi sunt morbi, à quibus phrenitides excitari censet Hipp. ad quos alludens in præsenti sententia, in qua de ea tantum tractare intendit, quæ à septo transuerso dependet, vt quæ fortè frequentius contingat, à principio inquit: Phrenitides fiunt etiam ex alijs morbis, de quibus hoc in loco sibi agendum non existimauit: tum quia minus frequenter inuadunt, tum maximè, quia cum sint quodammodo symptomata eorum morborum, à quibus ortum ducunt, curatio illorum, ab ipsorum morborum curatione dependet. His de Phrenitide explicatis, quæ de deliriorum differentijs à nobis sunt tradita in expositione Coac. Prænot. vers. 123. addere, non erit inutile.

Mar.n.9. *Vers.* 103. *Excepto vino.*

Quia phrenitis ex septo transuerso valdè conuenit cum peripneumonia, ideò ijsdem ferè curanda est, nam & humidis fomentis, ac potionibus vtendum iubet. Excipit peculiariter vinum, quod in peripneumonia exhibere censùit Hipp. in hoc verò morbo pernitiosum est propter delirium, quo præsente nihil est, quod magis hominem lædere possit. Vndè lib. de *Mar.n.10.* Affectionibus vers. 97. Legimus: vinum nõ conuenit mente motis, neque in hoc morbo, neque in quibusvis alijs. Quia igitur eadem est curatio in hoc morbo, qualis est peripneumoniæ, ideò interdicto vino, in reliquis curationem instituit calefactorijs, quæ dolorem sedent; potionibus, quibus partes pectoris humectentur, quemadmodum in peripneumonia fieri solet, quam curationis similitudinẽ clarius expressit inferius de pleuritide tractãs his verbis. Curare verò pleuritides hoc modo oportet, vt plurimum velut phrenitidem, peripneumoniã, præterquã quod hic balneis calidis, & vino dulci vtendum est. Cuius quidem conuenientiæ ratio ab essentia morbi, & à laborante parte dependet. Hi enim affectus omnes in inflammatione consistunt, affectæque partes ad medium ventrem pertinent. Peculiaria verò proponit vinum dulce, omnibus pleuriticis conueniens, nec non peripneumonicis, dum mente constant. Phreniticis verò ob rationem allatam infensum. Balneum verò, & ipsum in pleuritide conuenit, nequaquam verò in phrenitide, & peripneumonia, quia pleuriticorum dolores sedare, humoresque lateri infixos attenuare, dissipare, & discutere potest, quæ quidem in phrenitide, aut peripneumonia incassum tentantur, partes enim affectæ, non ità cum toto corpore, & cum externa superficie communicant, vt per illas humor peccans dispergi possit, imò à balneo attenuati humores in toto existentes, facilius ad inflammatam partem confluentes, morbum augere possent.

Mar.n.9. *Vers.* 104. *Et siquidem fieri potest sursum purgare.*

Dixit, si fieri potest, quia plurimi phreniticorum non medicamenta modo recusant, sed etiã alimenta, vt duce experientia Hipp. adnotauit lib. 1. de Morb. vers. 308. Quomodo autem *Mar.n.36.* circa purgationem pro huius morbi curatione sibi constet Hipp. quam lib. Acutor. 4. vers. 27. damnare visus est, patebit: si quæ in illius loci expositione à nobis allata sunt, benigno animo legantur. Et si quis illis non acquiescens, purgationem in hoc affectu improbare persistat, tanquam in omnibus inflammationibus antè venæ sectionem Hipp. suspectam, is tandem sciat, eo in loco non prohiberi purgationem, quæ fit per superiora, quæ necessaria statuitur in hoc casu, quò sputorum eductio facilior reddatur: quemadmodum in peripneumonia, quandoquidem hi duo affectus, curatione omninò inter se conueniunt, sed de ea tantum, quæ fit per inferiora, & quæ humorem respicit in parte inflammata fixum, & constipatum, vt sequentia verba illius contextus palàm faciunt.

Mar.n.10. *Vers.* 113. *At insipientibus nihil mali habere videtur.*

Insanus quidem esset ille, qui ægrotantem suffocari videns, spiritu intercepto, fixisque, & promi-

prominentibus oculis intuentem, deglutire nequeuntem, anxium, & frequenter exilientem facieque, & faucibus exardentem, nihil mali habere existimaret, & ideò verba illa, inspicientibus nihil mali habere videtur, non ad ægrum, sed ad fauces referenda sunt, ac si dixisset, & fauces inspiciẽtibus nihil mali habere videntur, quod quidem signum pluries diuersis phrasibus adnotauit Hipp. Aliquando enim loquitur in hunc modum, cum faucium gracilitate, aut æqualitate, modo ait, gurgulione non magno existente, & molli, aliquando hoc pacto, circa fauces planas, non tumidas. Nihil (etiam quandoque) faucibus conspicuum facientibus, alijsque dicendi modis vsus est Hipp. quibus tumorem nullum, aut inflammationem in faucibus apparere significatur. Verum hæc, quia satis nota sunt, facilè præterijssem, nisi Salij interpretatio ad dicendum me concitasset. Quid verò de medicamentis ab Hipp. propositis sit dicendum; quæ adeò acriter improbat Salius, 4. Acutorum vers. 72. à nobis indicabitur.

B circa litteram adnotanda est vox ἀσχὸς quam interpres transtulit, anxius est, significat enim eiulatus emittit, aspera, & rauca voce, cuius proprietatem, vnico verbo exprimere latino sermoni non est concessum.

Vers. 131. Et in vrina subsidet, velut eruum. Mar.n.12.

Quid per sedimentum orobo simile intelligendum sit ab Hipp. libro 4. Epidem. vers. 77. explicare pro posse tentabimus.

Vers. 145. Et vbi moriturus est, & potum, & sorbitionem, & pituitam per nares reuomit. Mar.n.13.

Non quidem ob angustiam viarum: sed quia musculi deglutitioni inseruientes proprium munus præstare non possunt.

Vers. 160. Hi tertia die moriuntur voce soluta. Mar.n.14.

Si dum vehemens est morbus, cõuulsiones fortiores torquent, simulquè laborantibus neruis, vox (vt nuper dicebat) intercipitur, rationabile est etiam, conuulsionibus remissis vocem

C recuperari. Remittuntur verò conuulsiones, non solum quando natura præualens morbo, illum superare incipit: sed etiam eadem natura succumbente morbo, cum enim conuulsio (vt alibi demonstrauimus) sit motus præter naturam à spiritibus animalibus excitatus, dum ab aliqua causa morbifica irritantur; viribus collabentibus, eorum motum hebetari, & ex consequenti conuulsiones remitti, necesse est, & quia vocis interceptio ab eadem neruorum affectione dependet, remissis conuulsionibus, vocem recuperari, rationabile est. Hac igitur ratione in hoc morbo voce soluta, tertia die moriuntur opistotonici, vt inquit Hipp. Hac eadem ratione sæpius in morbis contingit, ægro propè mortem constituto, plurima symptomata, adeò remitti, vt deuicti à natura morbi opinio oriatur, quæ quidem remissio, vt vanum quid perspectum, *Meglioramento della morte*, vulgari prouerbio appellatur.

D *Vers. 170. Fiunt maximè septima die.* Mar.n.15.

Omnia symptomata recensita, intrà terminum septem dierum ferè superuenire intelligendum est, quamuis alia prius, alia posterius appareant. Nam voluulosos septima die maximè mori testatur Hipp. lib. de Affect. vers. 232. His autem omnibus concurrentibus morbus non Mar.n.22. desperatus modò redditur, sed mortem in propinquo esse, demonstratur.

Vers. 202. Atque hoc in his contingit, quorum naturæ, & corporis affectiones humidæ Mar.n.16. *sunt, & morbus fortis est, &c.*

Quorum natura, & complexio humida est, & morbus fortis, hi purulenta expuunt, nam humida complexio humorem producit: morbi autem fortitudo eiusdem humoris copiam attestatur, quarè hi multum spuunt; qui verò natura sicca existunt ob rationes dictis contrarias, concocta quidem expuere possunt, pauciora tamen prædictis.

E *Vers. 212. Hæc peripneumonia nihil abest ab affectionibus, quæ in pulmone sunt.* Mar.n.16.

Horum verborum sensus est. Peripneumoniam nullo modo differre ab alijs morbis, qui in pectore consistunt, quia si eorum quidam modò leuiores, modò grauiores conspiciuntur; iuxtà naturam accidentium, quæ ipsos concomitantur, aut superueniunt: ità etiam peripneumonia modò grauis, modò leuior est: quandoquidem, in qua omnia symptomata in textu enarrata concurrunt, ea grauissima est, & læthalis, quæ verò pauca eorum habuerit, pernitiosa non est, sed mollis, & quæ facilè superatur.

Vers. 217. Non tamen peccabit, si quis etiam pleuritidem, & phrenitidem ità curare Mar.n.17. *aggrediatur.*

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 201 sur 636

Quia, vt suprà adnotauimus, phrenitis, de qua in hoc libro tractatur, septimansuersi inflammationem consequitur; non est rationi alienum, eodem etiam modo curari, quo reliquæ affectiones, quæ ab inflammatione medium ventrem tenente dependent, vt superius explicauimus. A

Mar.n.17. *Vers. 219. Primis autem diebus sorbitiones sint dulciores.*

Hic locus apertè ostendit, distingui apud Hipp. pinguia à dulcibus, ità vt non satis mirari possim Galenum qui comment. 6. in sextum Epidemiorum, sub nomine pinguis dulcia contineri, testatus est, innumera enim reperies loca apud Hipp. in quibus pinguia, & dulcia manifestè distinguuntur.

Mar.n.17. *Vers. 231. At medicamenta sursum educentia, sexta, & septima, &c.*

Damnauerat superius purgationes copiosas deorsum factas, quia per hæc sputorum fit suppressio, à quibus æger suffocatur; quia reuulsio fit in contrarium, quod in purgatione, quæ fit per superiora, non contingit, imò ab hac sputi eductio facilior reddatur, quarè sicuti ad quintum diem, quo tempore communiter sputum nondum procedere incipit, inferna purgatio permittitur, quæ ab eo tempore, cum iam æger spuere incipere debet, est suspecta; ità purgantia sursum, & sexta die, & septima, & nona, atque etiam morbo vlterius progresso dari possunt. Medicamentum verò ab Hipp. in hoc casu propositum, vt expertum sæpius non adeò formidandum est, quia si homines illius seculi illud ferebant, nescio videre, cur etiam nostri idem ferre non possint. Vanum est enim dicere, tunc homines robustiores fuisse, quod vulgò decantatur vbique; quia si hoc concederetur, fateri etiam oporteret, naturam humanam, brutorum respectu, impefectissimam esse, si illis adhuc pristino robore fruentibus, soli homines in dies imbecilliores redderentur. Nam si idem cœlum est, eademque terra, à quorum dispositione animalium forma, roburque dependet, quod in lib. de Aere, Aquis, & loc. docet Hipp. eadem etiam modo complexiones esse fateri oportet, quales fuere antiquitus, nisi quatenus, ex viuendi genere eas alterari contingit, nam qui in otio degunt, debiliores, qui verò se exercent, & alia pro ratione faciunt, robustiores esse fatendum est, quarè vnus viuendi modus aliquo seculo vsitatus, hominum, status non parum immutare potest. Verum id non ex temporum successione contingit: nec diuersitas tanta est, vt eius gratia medicamenta, quibus communiter vtebantur antiqui, in robustioribus saltem, modo administrari non possint. Ridiculum pariter est Salij subterfugium (quod etiam alios recepisse noui) dum medicamenta per vomitum purgantia nostris temporibus periculosa existimat, quia illis non sumus assueti, quemadmodum antiqui; ac si, hoc æuo nullus per vomitum indiceretur morbus, nec reperiantur homines, qui facillimè, & sponte, & à medicamentis vomant. Vndè obseruamus quotidiè, multos ægrotantes, postquā diutius à Medicis rationalibus vocatis incassū curati sunt, tandem Antimonio assumpto, aut aliquo simili medicamento sursum vehementer purgante, quibus empirici vtuntur, à contumacissimis morbis in totum sanari, nec magis periclitari homines ab horum medicamentorum vsu, obseruamus, quam à nostris benedictis communiter dictis, quæ etiamsi blanda sint, ac leuia, aliquando tamen, & ipsa, læthales superpurgationes inducere obseruantur. Nam læsiones à medicamento prouenientes, non ab eius fortitudine dependent omninò, sed ab inepto eius vsu. Vndè non minus ægrotantem lædit medicus, leue medicamentum præbens ei, qui forte exposcit, & deorsum purgat, cum sursum id facere deberet: quam ille, qui forte, & sursum purgans dat illi, qui mitiori, & infrà subducente opus habet. Non nego tamen supernas purgationes longè molestiores esse in ipso actu vomitionis, quam infrà ducentes: vndè sæpè ægrotantes sibi ipsis mori videntur, cessata tamen euacuatione, totum oppositum sequitur, quandoquidem per vomitum purgati, statim melius habent, alacrioresq. & ad omnes operationes obeūdas promptiores redduntur, non siticulosi, benè appetunt, & citissimè reficiuntur, cuius oppositum euenit inferiè purgatis. Nihilominus medici nostri temporis iucunditatem omnibus præferentes, nullo habito respectu, aut morbi, aut temporis, aut alicuius rei, quamlibet purgationem cum maxima artis iactura per inferiora moliuntur. B C D E

Mar.n.19. *Vers. 242. Et tussiendo reycit subbilosa, velut à mali punicicorio, &c.*

Vt præsentis sententiæ legitimus sensus inueniatur, contextus verba à propria lectione non sunt distorquenda, ità igitur latinitati donanda sunt, & tussiendo reijcit subbilosa, velut à malico-

A licorio, niſi rigmata, hoc eſt ruptiones habuerit. Si verò habuerit, etiam ſanguinem à ruptionibus, eſt autem & ſanguinea. In ſanguinea verò ſub cruenta reijcit, &c. His igitur diligenter perſpectis, patebit hoc loco, ex ſputis triplicem pleuritidis ſpeciem conſtitui, prima eſt bilioſa ſine ruptionibus, in qua ſputum ſubbilioſum apparet colore malicorij infectum. Altera ſpecies eſt bilioſa pariter, ſed cum ruptionibus (ſunt autem ruptiones ῥήγματα Græcè, ſolutiones continui in carne, citrà vulnerationem tamen factæ, ſimiles illis, quæ fiunt in neruoſis σπάσματα quæ dicuntur (vt Gal. pluribus in locis teſtatur) quia igitur per huiuſmodi ruptiones venulæ per carnes diſſeminatæ rumpuntur, & ſanguinem fundunt, meritò ægrotantes ſanguinem ſincerum expuunt. Tertia deniq. ſpecies eſt, quæ ſanguinea dicitur, eò quod à ſanguine oritur, à præcedenti differens, quia in illa ſanguis ſincerus expuitur à ruptionibus, in hac verò ſputum ſanguineum expuitur, cuius diuerſitatis ratio infrà explicabitur. Has igitur tres pleu-
B ritidis ſpecies inuicem comparando, inquit: Bilioſam abſque ruptionibus omnium mitiſſimam eſſe, quatenus dolores non admodum intenſos producit, quæ verò ruptiones habet, doloroſior quidem eſt prædicta. verum non læthalior, doloroſior quippè eſt propter ruptiones, quæ abſque dolore vehementi fieri non poſſunt, non eſt tamen læthalior, quia per abruptiones exitus materiæ morbificæ patet, & de his pleuritidis ſpeciebus intellexit Hipp. lib. Coac. Prænot. ſect. 2. v. 222. vbi in confirmationem præſentis doctrinæ, inquit: Pleuritides ſinè auulſionibus grauiores ſunt his, quæ cum auulſionibus fiunt, nam etſi diuerſo nomine vſus ſit: quandoquidem, quæ hoc in loco ῥήγματα vocat, in coacis σπάσματα appellauit, eandem rem, tamen ſignificare voluit. In idem enim ſignificatum eadem voce vſus eſt lib. 1. de Morb. ſect. 2. verſ. 52. *Mar. n. 18.* vbi ità loquitur. Quibuſdam autem cum debilia ſpaſmata facta fuerint in carnibus, aut venis, non ſuppurantur, ſed fiunt dolores diuturni, & vocantur hæc rigmata, ex quibus patet diffe-
C rentiam inter rigmata, & ſpaſmata, quam ſuperius, e Gal. adnotauimus in Hipp. doctrina non attendi, ſed quaſi ſynonima eſſe. Pleuritis igitur bilioſa ſinè ruptionibus, quo ad dolorem, mitior eſt: verum ratione periculi, grauior eſt, ac periculoſior. Sanguinea verò appellata, fortis eſt, doloroſa, & læthalis. Idque conſonum eſt ei, quod in lib. Coac. Prænot. ſect. 2. v. 247. de Pleuriticorum ſputo regiſtratum eſt, vbi ſanguineum ſputum ſtatim à principio excretum, valdè pernitioſum eſſe determinatur. Generatur autem huiuſmodi pleuritis à ſanguine in intimis ſubſtantiæ partibus conculcato, qui loco coctionis, corruptionem adeptus, pars eius ſeroſior vi putredinis ſegregata educitur, & hoc modò ſputum ea ſeroſitate infectum ſubſanguineum apparet, pars verò craſſior in grumos nigros concreta temporis progreſſu educitur, vndè ſputum apparet, de quo Hipp. in textu inquit. Quum igitur affuerit ſingultus, ſimulque cum ſaliua ſanguinis grumos nigros tuſſiendo reiecerit, ſeptima die moritur;
D hæc enim corruptionem in ſanguine indicant, adeòque malignam, vt indè eleuati vapores ſingultum inducere poſſint, ex quo mirum non eſt, ſi mors ineuitabilis ſeptima die ſequatur. Quum verò pleuritis à ſanguine excitatur benigniori, qui vice corruptionis coctionem quandam ſubire incipiat, pars eius tenuior vi caloris ad bilis naturam accedit, pars altera ſemicocta cum ea excernitur, vndè ſputum flauum ſanguini permixtum excreatur, quod mitiſſimæ, & ſalutaris pleuritidis inditium eſt. De hac enim intellexit Hipp. inferius verſ. 259. *Mar. n. 20.* Dum inquit: Bilioſæ verò, & ſanguineæ: hoc eſt, in quibus ſputum bilioſum ſimul, & ſanguineum eſt, nona, & vndecima die iudicant, atque hi magis ſani fiunt. Quam ſententiam repetens libro Coacarum Prænot. verſ. 232. Dum vocem (ſimul) addidit, eius loci veram expoſitionem patefecit, inquit enim. Bilioſæ ſimul, & ſanguineæ pleuritides plerumque nona, & vndecima die iudicantur, & maximè ſanantur, &c. quæ ſequuntur, omninò conſen-
E tientia ijs, quæ in hoc libro traduntur, ex quibus patet, vnicam eſſe pleuritidis ſpeciem, in qua ſputum, & bilioſum ſimul, & ſanguineum expuitur, longè diuerſam ab his duabus pleuritidis ſpeciebus; bilioſa inquam, & ſanguinea, quarum vtraque grauis eſt, & periculoſa, illa autem mitis eque, ac ſalutaris.

Verſ. 271. Si alicui ex dictis pleuritidibus contingat dorſum rubefieri, &c. *Mar. n. 21.*

De peculiari pleuritidis ſpecie non tractat Hipp. hoc in loco, licet pleraq. ſymptomata, quę referuntur in contextu, eam pleuritidem deſignare videantur, quam ex dorſo appellauit libro ſuperiori: quam quidem, ſigna hæc concomitantur. Dorſum rubicundum fit, caput, & pectus caleſcunt, & venter aliquando, & pedes & crura. Sed quædã ſymptomata recenſet grauiora,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 203 sur 636

quæ nullius speciei propria sunt, sed omnibus communia, vt in vnaquaq. superuenire possint, A
quò his mediantibus, quid de euentu futurum sit præuidere possimus. Idque patet ex ijs, quæ
habentur in textu, dum inquit: Si alicui ex dictis pleuritidibus contingat, &c. & ex sequenti-
bus ibi. Porrò super omnia relata signa in vnaquaque pleuritide considerare oportet lin-
guam, &c.

Mar.n.22. *Vers. 290. Si igitur prima, & secunda die postquam inuasit morbus, &c.*

Quum superius vniuersalem, & omnibus pleuritidibus congruentem curationem attigisset,
ibi: Curare verò pleuritides hoc modo oportet, &c. nunc particularis pleuritidis curationem
instituit, in qua bilis viget, quæ si leuiter abundet, pro ea educenda sufficiens erit clyster ex
thapsiæ decocto. Bilem verò mediocriter peccare, ex stercore subbilioso patebit: Quod si
exindè bilis portio adhuc in aluo contineatur, quod tormen, & dolor ventris ex aluo cómota,
indicabit: idem clyster reiterandus erit. Quæ quidem euacuatio per clysteres non bilioſæ tan- B
tum, sed etiam alijs conuenit, vbi aluus modicè egerit, & ideò licet stercus purum sit, hoc est,
nequaquam bilioſum, nihilòminus eadem euacuatio per clysteres conueniens erit. Bile autem
vehementer peccante, vt euenit ijs, quibus præter bilioſum temperamentum signa bilis præ-
cessere, eaque non purgata, in morbum inciderint; purgatio facienda est per pharmacum bi-
lem purgans: priusquam æger expuere incipiat, nè ab inferna purgatione spiritus eductio pro-
beatur, & hæc de purgatione in pleuritide. Quæ verò de reliqua curatione in textu referun-
tur, sicuti vtilia sunt, ità sunt adeò manifesta, vt nostra explicatione minimè egeant. non præ-
tereundum est tamen, Hipp. fomentorum vsum non probare, nisi postquam spurtum apparere
inceperit, ob rationes referendas lib. de Affect. vers. 71. licet tentandi gratia, an ex eorum
vsu antè omnia dolor sedari possit, vt in acutis nos admonuit.

Mar.n.25. *Vers. 313. At verò sanguineam pleuritidem, sic curare oportet.* C

Hæc antedictis copulanda sunt, quibus docemur præcedentem curationem pleuritidis bi-
lioſæ, sanguineæ etiam conuenire, nec absque ratione, quia dum sanguis in inflamatione cor-
rumpitur, ad bilis naturā quam proximè accedit, vnde curatio eadem, & bilioſæ, & sanguineæ
accommodari potest. Dum verò subiungit Hipp. Post iudicationes autem cibis leuibus refi-
cito, & reliqua subsequentia. Doctrinam proponit à præcedentibus separatam, qua docemur,
quid faciendum sit in omni pleuritide, postquā morbus fuerit iudicatus, nè quæ relinquuntur
post iudicationem, alicuius maioris mali causæ fiant, quod in hoc morbo sæpissime euenit, &
potissimum nostris temporibus, in quibus hæc pars curationis à recentioribus negligitur, &
hanc nostram interpretationem confirmat, particula verò, quam cum omiserit Interpres, er-
randi occasionem Salio præstitit, qui sibi persuasit, hæc de sola sanguinea pleuritide esse in-
telligenda, cuius malitia tanta sit, vt post iudicationem peculiari cautione etiam egeat. Ve- D
rumtamen præter dictam particulam verò, quæ relationem ad præcedentia dicit, curatio ipsa,
quæ omnibus pleuriticis, à morbo iudicatis, accommodatur, nostram expositionē confirmat,
refectionem enim ægrotantis intendit, materiæq. morbificæ reliquias respicit, quæ sæpè ob
tenacitatem, aut ægroti debilitatem intus relinquuntur, quod quidem omnibus pleuriticis
euenire potest. Nec rationabile est Hipp. morbi acutissimi, & grauissimi curationem tacuis-
se, pleuritidis sanguineæ inquam. Quid vero iudicato morbo faciendum, indicasse.

Vers. 341. Si verò ex eo, quod in pulmonem effusum est, pus non educatur.

Hic est idem affectus, de quo superiori libro actum est sect. 2. v. 294. & ideò eadem curatio
ambobus accommodatur, quamuis in causa antecedente aliquo modo differant. Docet enim
Hipp. qua ratione tractandi sint illi, qui ex pulmone suppurati facti sunt, postquam pus à pul-
monibus in pectoris cauitatem descendit. In priori tamen libro loquebatur de suppuratione E
peripneumoniam consequente, propter materiam in pulmonibus derelictam excreationis
defectu, hic autem de suppuratione tractatur, quæ in pulmone quidem, velut præcedens,
sedem habet, eius tamen materia à latere ad pulmones transmissa, quæ ob aliquam causam
tempore congruo expurgari non potuit, loquebatur enim de curatione, quæ pleuriticis con-
uenit, quando soluta inflammatione lateris, materiaque ad pulmones transmissa, nec sponte,
nec artis beneficio expurgari potuit, sed in ipsis collecta, in pus tandem connertitur, indè
verò in pectoris cauitatem descen dens, manus operatione eget, ex quibus notandum, ex
pleuritide suppuratos duplici modo fieri, primò quando materia in latere, vbi viget inflam-
matio,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 204 sur 636

A matio, ſuppuratur, ruptoque abſceſſu, pus in pectoris cauitatem deſcendit, & de hac tractauit lib. 1. de Morb. verſ. 235. Altero modo ex pleuritide ſuppurati fiunt: quando poſt iudicationem materia à latere ad pulmones tranſmiſſa, in ipſis pulmonibus ſuppuratur, puſque indè in thoracis cauitatem delapſum ſuppuratum hominem facit, & de hac in hoc loco tractatur, qua quidem diſtinctione ignorata auctoris mentem aſſequi, locaque diuerſa inuicem conciliare, eſt impoſſibile. *Mar.n.11.*

Verſ. 394. Ptiſanæ heminæ congio aquæ affuſo. *Mar.n.29.*

Per ptiſanam, hoc in loco intelligimus hordeum piſum, & cortice mundatum, ex quo ptiſanæ ſorbitio conficitur. Vndè præſens potio erit, aqua hordei à noſtris appellata, ex hordeo decorticato parata, quia fortaſsè aqua hordei, cuius mentionem fecit ſuperius, ex integro parabatur, ariſtis tantummodo ablatis. Notanda eſt quantitas hordei aquæ incoquenda, quæ iuxtà vulgatam ponderum Græcorum computationem, erit vncia hordei pro qualibet B libra aquæ.

Verſ. 398. Vuarum paſſarum exemptis vinaceis heminam, &c. *Mar.n.29.*

Si vinacea ex paſſis vuis detrahuntur, vt earum adſtrictio, & auſteritas auferatur, neſcio cur nobis fingere debemus, Hipp. hoc in loco probare auſteras, non communes, præſertim, cum de auſteris vuis paſſis nullibi fiat mentio? & certè niſi dulcium reſpectu tales dicantur, nunquam auſteras deguſtaui paſſas, licet vinum ex ijſdem vuis paratum auſterum euadat, quia auſteritas in vino à vinaceis prouenit, ſi diutius cum muſto bullire permittantur, quod in paſſis non contingit. ſed eſto paſſas auſteras inueniri: hęc non modo dulcibus temperatiores non erunt, quemadmodum credidit Salius; ſed illis calidiores. Vinum enim auſterum dulci calidius eſſe, docet experiętia, eodē met Hipp. atteſtante lib. 2. de Diæta v. 247. At verò (inquit) *Mar.n.13.* alba auſtera calefaciunt, magiſq. vrinam mouent, quam aluum. Sed fortaſsè dum dixit auſte- C ra, acida intellexit Salius, quæ ex vua ſint confecta, naturalem, & perfectam maturitatem nondum conſecuta. Verum nimis ſuperſtitioſum eſt, paſſarum caliditatē formidare, quæ ab aquæ frigiditate corrigi poteſt: ſi Hipp. eam non timuit, quam & mel, & fauum, & cuminū, & vinū Thaſium vetus habere, notum eſt, quando ex his potiones in eundem finem parare nos docet.

Verſ. 414. Vinum Thaſium vetus. *Mar.n.29.17*

Vinum Thaſium vinosū, & admodum potens eſſe, multa perſuadent, & primo, quia in hac potione adeò exigua vini quantitas imponitur, vt ſi aquoſum eſſet (vt credidit Salius) nihil ſenſibile aquæ impartiretur: ſecundo, quia vina aquoſa citò aceſcunt, nec diù perdurare poſſunt, & Hipp. antiquū probat: tertio, quia ad longiſſimas regiones tranſportabatur, & nomine inſigne erat, quæ vinum generoſum fuiſſe atteſtantur. Addo ſolum, in quo naſcebatur, inſulam eſſe, quæ ob maris ambitum, continenti calidior eſſe conſueuit. Præterquam quod ra- D tione longitudinis aſtronomicæ, regio calida potius, quam frigida dicenda eſt, eſt enim ſub longit. g. 41. m. 50. ſi Ptolomęo credimus, regioni, vbi phalernum naſcebatur, omninò conueniens. Quod ſi Gal. Thaſum inſulā, ventis aquilonaribus expoſitam eſſe ait, non tamen ex hoc inferri debet, vina generoſa non producere, ſi & ratione climatis, & ratione ſitus inter calidas regiones adnumeratur. His rationibus Plinij teſtimonium addatur, qui lib. Nat. Hiſt. 14. cap. 7. de vino Thaſio hæc ait. In ſumma gloria poſt Homerica illa, de quibus ſuprà diximus, fuere Thaſium, Chiumque, ex quibus patet, vinum Thaſium vetus generoſiſſimum fuiſſe: ità, vt exigua eius portio aquæ admixta vehiculi loco inſeruiat, nè diutius in hyppocondrijs moram trahens, in bilem conuertatur, aut aliquod maius malum inferat.

Verſ. 419. Mala odorata dulcia contundito, & aqua macerato, & aquam bibendam *Mar.n.29.20*
dato.

E Mala dulcia, & odorata probat, non acida, quia cum hæc frigidioris ſint naturæ, aquæ frigiditatem, non adeò corrigere poſſent, præterquam quod, hæc non ità naturæ amica exiſtunt, quemadmodum dulcia, & odorata; vinoſis pariter hæc præferuntur, quæ ſaporem medium inter dulce, & acidum habent (talē enim eſſe ſaporē vinoſum, docuit Dioſc. c. de malis punic.) hæc. n. vini inſtar caput tentant, vndè quia potionē in notabili quātitate ingrediūtur, hac facultate nō parū lędere poſſent. Dulcia igitur, & odorata ſunt eligēda, quippèquæ odorē, & ſaporē gratū aquæ preſtant, vt ęgrotantibus iucunda fiat. Huiuſmodi potiones æmulantes recētiores aquā ex amarenis conficiunt, cuius potu ægris febrientibus, abſq. vllo incōmodo ſatisfacimus.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 205 sur 636

Mar.n.22. *Vers. 421. Quod si morbus regius insuper corripiat, vuæ passæ albæ, &c.* A
Rectè dixit superueniat, non succedat, quia quando causoni morbus regius succedit causone iudicato, copioso potu non amplius egemus, sed tantummodo, quotiescunq. perseuerante causone, morbus regius superuenit. Notandum verò in hac potione diureticis, cnicum admisceri, qui purgatorius est, non vt in diuersum trahat, sed vt diureticorum virtus augeatur, aliàs enim adnotauimus, vt 2. de Morb. sect. 2. vers. 214. purgantia diureticis imposita, horum facultatem mirumin modum augere.

Mar.n.22. *Vers. 428. Omnia verò, per noctem sub dio exposita, dabis febrienti.*
Has potiones sub dio exponit hoc in loco Hipp. non modò (quod alibi 2. de Morbis adnotauimus) vt tenuiores, & puriores reddantur, sed vt frigidiores quoquè actuali frigiditate euadant. Verum quia intensa frigiditas hæc admodum infensa est ijs, qui aluum laxiorem satis habent, ideò subiungit: Exceptis ijs, quibus alui immodicè fluunt. Superius enim B
aquam ex malis cydoneis paratam probauerat, si aluus soluta fuerit, quo casu eam sub dio exponere non oportet, nè adeò frigida euadat, vt ægrotantem lædere possit, cum enim in fluxibus retentrix ventriculi facultas imbecillis sit, copiosas potiones tandiù retinere non potest, quòusque actualem frigiditatem, si intensior fuerit, deponat. Vndè adhuc frigida ad intestina perueniens (quibus frigidum inimicum esse, propter nouitatem Hipp. determinauit lib. de Humid. vsu) ea mirumin modum lædit, nihil enim experimento magis, notum est etiam apud idiotas, quam actu frigidum in ventre inferiore dolores mouere, potissimum ijs, qui alui fluore tenentur. Sed video aliquem mihi obijcere, Hipp. in superpurgationibus frigida copiosa vti consueuisse, idque colligitur ex historia vxoris Antimachi lib. 5. Epid. vers.
Mar.n.9. 128. registrata, quæ assumpto Elaterio, siuè alio fortiori medicamento, nimium purgata mortua est, in fine enim narrationis subiungit Hipp. Videbatur viuere potuisse, si aquam bi- C
bere potuisset, ac statim euomere, priusquam deglutisset. Huic respondeo dupliciter, primò quia non erat intentio Hipp. eam dare actu frigidam, quemadmodum in hoc casu, & quia frigiditatis nulla fit mentio, signum, talem exiberi voluisse, qualis eo tempore reperitur, non arte refrigeratam. Secundo, quia supponit, eam statim, ac potata est, euomi, priusquam ad intestina descendat, vt nihil incommodi ijs afferre queat.

De Morbis Lib. IV.

Mar.n.8. *Vers. 93. Quod aliàs biliosum est & leue.*
Ex hoc loco colligi posse videtur alimenta, quę facilè concoquuntur propter etiam in bilem verti, neque id ratione carer, cum enim bilis nihil sit, quam sanguis tenuior, vlteriorem con- D
coctionem adeptus, certum est, quæ facilè concoquuntur, tenuiora esse: vndè non solum propter succi tenuitatem, in tenuiorem succum, vt est bilis, facilè transeunt, sed etiam, quia cum citò concoquantur, calore in ea vlterius agente; quo tempore duriores cibi conuenientem coctionem acquirunt, hi tenuioces percocti in bilem transmutantur. Quæ omnia cum non ignoraret Hipp. ideò peccante bile, alimenta in suo genere paulo duriora eligere solitus fuit vt milium, & pisces cartilaginosos. Pituita verò dominante leues cibos probat, vt
Mar.n.56. expressis verbis manifestauit, lib. de Inter. Affect. sect. 3. vers. 327. in curatione coxendici morbi à pituita.

Mar.n.8. *Vers. 97. Hepar, quod pueri corrugant.*
Non pueros modo, sed etiam medicos nostri temporis nomine insignes, in hoc eodem deceptos noui, qui hepatis dolores ex bile prouenientes, quales sunt, de quibus hic tracta- E
tur, tanquam ad ventriculum spectantes, calidis curare vsque ad ægri interitum desistere non possunt, erroris autem occasionem præbet situs, qui (quoniam hepar secundum lobum superiorem ventriculo superpositum est) vtriusque visceris vnus, & idem est, ità vt partis affectæ cognitio ex loci inspectione haberi non possit, probabile tamen est, dolores ad ventriculi regionem sub costis affligentes, si in anteriori tantum parte consistunt, ad hepar potius, quam ad ventriculum pertinere, quandoquidem dolores ventriculi, modò anteriores partes, modò posteriores, modò latera vtrinque, & aliquando cinguli instar prædictas omnes partes simul infestare solent, idque sæpius in praxi ipsemet obseruaui, & ratio est, quia ventriculi capacitas

latè

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 206 sur 636

©BIUM

A late ad partes præfatas ſe extendit, ità vt humores in ea contenti, modo hàs, modo illas partes inuadant.

Verſ. 143. *Si non ab ipſo egreſſus fuerit.* Mar.n.10.

Ex hoc loco quatuor à natura deſtinatas vias eſſe pro ſanguinis copia expurganda, colligimus. Prima per veſicam, vndè ſanguinis mictus, ſecunda per aluum, hincque dyſſenteria oritur ſanguinolenta, tertia pariter ad ventrem ſpectat, & per venas ad podicem terminantes expurgatur, & poſtrema tandem fit per nares, vndè narium hæmorrhagia prouenit. Harum autem priores duæ ſanguinem educunt, nondum per vniuerſum corpus diſtributum, ab hepate enim, aut vicinis partibus immediatè euacuant. Ad quod alludens Hipp. inquit, ſi non ab ipſo egreſſus fuerit, reliquo humori (qui ſcilicet per totũ corpus diſtributus eſt) admixtus, dolorem corpori inducit. Duæ autem poſteriores ſanguinem in venoſo genere peccantem

B educunt, quod nobis ſignificauit Hipp. ſermo dicentis. Verum temporis progreſſu diſtribuitur ab ipſo ad ventriculum, aut ad nares, quæ ipſum foras excolant, ex quibus etiam colligimus, venas ad podicem tendentes ramos eſſe venæ magnæ, alioquin ſanguis in toto abundans per eas non educeretur.

Verſ. 221. *Poſtquam comedit, & bibit, & humor ad corpus peruenit, &c.* Mar.n.16.

Naturales ingeſtorum progreſſus, eorumque excretiones hoc loco deſcribit Hipp. indicans, quo temporis ſpatio aſſumpta edulia totum circuitum in corpore expleant, concluditq. tenue excrementum tertio quoque die, craſſum verò, altero tantummodo excerni, quæ quidem ſententia, quia aliquid obſcuritatis habet, eam ſic explicare oportet. Alimentũ ingeſtum prima die cõcoquitur in ventre, vbi per totam diem moratur, quòuſque per corpus diſtribuatur, idque euenit ſecunda die, quo quidem tempore eius pars tenuior, & ad corpus & ad pro-

C prios fontes demandatur, craſſior verò ad infernam aluum deſcendens abſcedit, & excernitur foras. Adueniente verò tenuiori ſucco ad corpus, & ad fontes, alius humor ibi contentus, à præaſſumptiſq. cibis, & potibus genitus, iam attenuatus, & perfectè elaboratus, partim in corporis nutrimentum abſumitur (quamuis de hoc non faciat mentionem Hipp. quippè qui de humoribus tantummodo morbum efficientibus tractare intendit) partim ad ventriculum remeat, dum humor, qui eum expulit, attenuatur, & concoquitur, qui quidem, & ipſe à nouo humore die tertia ſuperueniente impulſus, eodem modo ad ventrem remeat, vſus autem huius humoris eſt, vt cibis recenter ingeſtis permiſceatur, eoſque diluat, vt coctioni faciliores reddantur. Interim verò dum hæc concoctio in ventriculo perficitur, humor, qui à corpore remeauit, tanquã excrementũ inutile excernitur, partim cum ſtercore, partim per vias vrinæ, & hic eſt progreſſus coctionis alimentorũ, cuius tenue tertia die ab alimento ingeſto excerni-

D tur: craſſius verò, ſecunda die. Animaduertendum verò Hipp. totum circuitũ nutritionis menſurare dierum numero, non horæ eius reſpectu, in qua cibi aſſumuntur; eo quod hæc cõſideret in gratia humorũ, ſiuè excrementorũ, à quibus morbi dependent. Qui quidem humores, quia peculiari quadam virtute motum vniuerſi ſequuntur, qui die, ac nocte abſoluitur, ideò euenit, vt humores iuxtà diei, ac noctis viciſſitudinem producantur, & varijs alterationibus ſubijciantur, conſtat enim, ſingulos humores particularibus diei horis moueri, & augeri in corpore, vt matutino tempore ſanguis: bilis in meridie, veſperi melancolia, ac nocte pituita, idque perpetuum eſt, quamuis cibi, ex quibus generantur, diuerſis horis aſſumantur. Hunc igitur humorum motum reſpiciens Hipp. eorundem generationem, excrementorumq. excretionem per diurna tempora, neglectis horis computari voluit. Notandum verò per humorem, quem à toto corpore, & à fontibus ad ventrem remeare dixit, nihil aliud intelligere, quam

E humorem aquoſum, qui ſolidarum partium nutritioni ineptus fuit, poſtquam vehiculi munere functus eſt, eo autem vtitur natura ad ſolidos cibos diluendos potiſſimum, vt coctioni aptiores fiant. Cum enim corpus ex ventriculo, quod magis attenuatum eſt, trahat: in fine cõctionis reſiduum cibi ſiccius redditum, coctioni, quæ elixationi reſpondet, ineptum fieret: niſi ab hac humiditate irrigaretur continuò. Hic eſt ergò humor de quo ità loquitur Hipp. (iuxtà germanam interpretationem Græci contextus, à quo nonnihil receſſit Cornar.) Alter autem coctus à caliditate diffunditur, & tenuis fiens poſtera die ad ventrem accedit, per omne tempus à recenti expulſus. Eiuſdem humoris eſt ſaliua à ventriculo ad fauces, vi glandularum attracta, & adſeruata ad vſum maſticationis, & ſermonis, reſiduum verò ventrem inferiorem

conti-

©BIUM

continuò irrorat, & humectat, quæ causa est, cur quamplures hominum solidis, & siccis cibis vtentes, & sæpè ab omni potione abstinentes, optimam tamen coctionem operantur. Huius humoris vbertate, ventrem humidi promptuarium dixit Hipp. & ità dispositum, vt det omnibus, & accipiat ab omnibus iuxtà maris facultatem lib. 1. de Diæta vers. 171. & hic est tandem ille humor, quem tertia die excerni voluit. Nam prima in ventre concoquitur (sub hac coctione comprehenditur ea, quæ fit in hepate:) Secunda peruenit ad fontes, & ad corpus: vbi fit nutritio, & ad fontes, vbi pro necessitatibus adseruatur. Dieque tertia remeat ad ventrem, indèque excernitur foras. Expellitur verò tunc è corpore, non amplius ad corpus, & ad fontes peruenit; quia per tot coctiones acrior effectus, naturam stimulat ad excretionem. Sed quæret quispiam, qua virtute humor iste à superueniente nouo humore expulsus remeet ad ventrem potius, quam aliò? Huic respondet Hipp. dum statuit, quatuor fontes præfatos trahere, & à corpore, & à ventriculo succos proprios; & vicissim à fontibus transmitti, & ad corpus, & ad ventriculum. Insita est enim fontibus facultas, succum illum sibi familiarem attrahendi, quarè dum præfata humiditas, aquæ naturam adhuc retinet, cuius fontem lienem constituit natura, sequitur liene mediante humiditatem hanc à corpore expulsam remeare ad ventrem: ex quibus patet, lienis vsum diuersum agnouisse Hipp. ab eo, quem ei tribuit Galenus, existimans, ea ratione factum esse, vt esset receptaculum humoris melancolici. Quæ opinio licèt communitèr recepta sit ab ijs, qui à Gal. dissentire, nefas credunt; plurimos tamen habuit aduersarios: quamuis inter se non omninò concordes, rei difficultate cogente, quarum opinionum tutior, & rationabilior ea habenda est, quam summus habuit præceptor, qui non inani ratiocinatione; sed medio sensu, confirmante ratione, doctrinam suam stabiliuit. Existimauit enim, fontem, & receptaculum aquosi humoris lienem esse, quia experientia didicerat, nullam partem ab importuno aquæ potu magis intumescere, ac lædi, quam lienem, quam statim ingestam ad se trahit, & qui lienis imbecillitate laborant, sanguinem aquosum, & tenuè habent, non crassum, & nigrum; quod ipsemet adnotauit lib. 6. epid sect. 2. vers. 70. nulla alia quidem ratione, nisi quia malè proprio fungitur munere, quod erat, sanguinem à superflua humiditate expurgare, vndè lienosi euadunt, non melancolici, & frigido, siccoque referti succo, vt Galeni suaderet opinio: sed è contrà, sub aquosi, & hydropici frequenter, nec vtilitatem percipiunt à calidis, & humidis, sed à cõtrarijs potius: quando experientia nos docet, nihil magis prodesse lienosis, quam potus abstinentiã, siuè parcitatem, & aquæ potissimum: vsumque eorum, quæ superfluam humiditatem assumunt, aut educunt. Et licèt nigro succo lien refertus appareat, non ob id humoris melancolici fons statui debet, nam id euenit, quia eo succo nutritur. Quod quidem naturæ prouidentia factum est, quæ hoc viscus crasso, & nigro succo nutriri voluit, quo insitæ humiditatis excessus corrigeretur. Nam eadem ratione naturam imitatus Hipp. lienosis omnibus ea exhibet, quæ crassum, & siccum generant succum, v.g. panem ex duro tritico, lenticulam, suillam carnem, pisces q. omnes durioris carnis, & vinum nigrum: vt videre est lib. de Affect. & de Inter. affectionibus, vbi de varijs affectibus lienis ex professo tractauit, quæ omnia penitus contraria essent, si lien proprio officio malè fungens humoris melencolici cachochimiam produceret. Scio recentiorum inuentum fuisse, vt Galenum, Hipp. concilient, asserere Hipp. nomine aquæ humorem melancolicum intellexisse. Quod quidem ab Hipp. mente penitùs distare, demonstrauimus in expositione lib. de Genitura vers. 45. quo in loco rationem adduximus, cur inter quatuor humores aquam, non humorem melãcolicum quibusdam in locis enumerauerit Hipp. indicauimusque non fuisse necessarium peculiarem fontem melancolico succo statuere, quippè qui cum sanguine stabulatur, à quo non differt, nisi crassitie. Concludamus ergò, aquosum humorem, si plus iusto ingeratur, virtute lienis trahi, eoque mediante, dum valet, ad renes, & ad aluum transmitti. Similitèr, qui in venis superfluus est, & adhuc aquæ formam retinet, postquam vehiculi alimenti officio functus est, ab eodem liene trahitur, indèque ventri impartitur, quo per eum coctio perficiatur, modis superius recensitis. Postquam verò secũdò ad ventrem peruenit, nõ amplius trahitur à liene, quia per tot coctiones acrior effectus aquę formam non retinet: sed vrinæ potius; vndè renes propria facultate illum ad se trahunt. Ex quo patet duplicem esse materiam vrinæ in homine sano, alteram quidem, humorem superfluum ex cibis, & potibus in ventriculum ingestis: alteram verò, serositatem refluentem à corpore: à carnibus inquam, ad venas post absolu-

Mar. n. 12.

Vsus lienis, ex mente Hypp.

A B C D E

©BIUM

A absolutam alimenti distributionem, nutritionemque, de quibus mentionem fecit Hipp. lib. 6. epidem. sect. 5. vers. 20. nosque in eius loci enarratione eius naturam explicauimus sufficienter. Quod verò hoc in loco subiungit Hipp. vers. 232. portionem illam humoris, quæ ad corpus, & ad fontes peruenit, tertia die vnà cum stercore, & vrina excerni, copia sibi ipsi æquali, eiusdem naturæ, & æqualis ponderis: plurimum videtur habere difficultatis, si enim pars eiusdem humoris in corpore manet (vt ipsemet Hippocrates testatur) nec totus excernitur foras, & modo pars maior, modo minor retinetur pro diuersitate temporis, & dispositionis corporis, humorem illum absumentis, quomodo quod excernitur sibi ipsi æquale est, consimile, & equilibre? Vult inferre Hipp. in homine sano, & in victu minimè delinquente, alui, & vesicæ excrementa non qualitate modò, sed etiam pondere, & mole perpetuò respondere ingestis, verum quia pars humoris tenuis non semper eodem modo procedit, quandoquidem, vt ait *Mar. n. 16.*

B Hipp. aliquando cum recenti cibo ad corporis nutritionem fertur: aliquando in ventre putrescens stercori admiscetur, ideò non semper excrementorum copia ingestis respondere potest, maior enim eorumdem copia erit, quando dictus humor in ventre graueolens factus cum excrementis admiscetur, quam vbi ad ventris coctionem adiuuandam vnà cum recenti cibo demandatur. His respondet Hipp. semper excrementa ingestis respondere, quia etiam si aliquando maior eorum copia producatur, aliquando minor iuxtà relatam rationem, attamen, quia eorum excretio non fit nisi recentis impulsu, ideò si materia impellens erit pauca, pauca etiam erit excretio; sin multa, & copiosa quoque excretio erit. Rem hanc ità exemplo declaro, sit vas aliquod plenum, quatuor librarum humoris capax, cui fistula accommodetur, per quam nouus humor ingrediens priorem expellendo educat, si igitur per fistulam libra humoris vas ingrediatur, etiamsi quatuor humoris libras contineat, vnam tamen tan-

C tummodo expellet, si duæ ingrediantur, duas expellet. Pari ratione, si humor tenuis, qui cum cibis ad fontes, & ad corpus fertur, copiosus fuerit, his pariter à fontibus maiorem copiam humoris ad ventriculum expellet, qui excrementis admixtus è corpore educetur, sicq. quò maior erit copia humoris ad fontes, & ad corpus, vnà cum cibis procedentis, eò etiam maior erit copia illius, qui à fontibus ad ventrem expellitur, ità vt quod deficit excrementis, propterea quod eius plurimum ad fontes demandatur, supplet copia illius, quod à fontibus ad ventrem expellitur. Vndè constat, qua ratione in sano homine excrementa ingestis proportione semper respondent.

Sectio II.

D *Vers. 223. Consentiunt enim corpus, & ventriculus.*

Hoc additum est ab Hipp. quia supponit, lac, vt ipsemet docuit libro de Nat. Pueri vers. 250. ex pinguissimo, & dulcissimo generari, quod cibis, & potibus inest, quia ergò hac opinione recepta, aliquis credere potuisset, ad lactis puritatem, aut impuritatem nihil corporis dispositionem præstare, eò quod lac affectionem ventriculi tantummodo sequatur, vt hanc opinionem tollat, subiunxit. Consentiunt enim corpus, & ventriculus, ità vt altero affecto, alterum illius affectionis incommoda persentire necesse sit, quarè corpore malè affecto lac, sanum generari est impossibile, etiam si ventriculus proprio affectu non laboret. *Mar. n. 28.* *Mar. n. 21.*

Liber de Affectionibus.

E

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Ex his, quæ in huius libri exordio continentur, patet, hoc opus conscripsisse Hipp. in gratiam eorum, qui cum medici non sint, Medico tamen egere possint, in quo ea tractantur, quæ eum ignorare, non oportet, qui Medici curationi se tradiderit, vt quæ ab eo dicuntur, adhibenturq. rectè iudicare possit, & quia cum idiotis sermo habetur, quibus artem exactam callere non est necesse; ideò obscura, & difficilia omittens, quæ eorum capacitati accommodantur, docet tantummodo, ex quibus tria contrà vulgarem opinionem elicio. Primum Hippocratem in suis libris obscuritatem non affectasse, nec artem sub arcanis contineri voluisse,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 209 sur 636

luisse, quãdo non medicis modò, sed etiam idiotis medicinam cõmunicauit. Colligo secundò plurimum conducere idiotas, medicinæ non omninò ignaros esse, quandoquidem cẽset Hipp. vulgares homines de medico iudicium ferre posse, non ægrotanti modo, sed etiam artis dignitati haud parũ referre. Causas enim adducens libro de Arte à principio, cur medicina omniũ artium præclarissima eò deuenerit, vt omnium vilissima censeatur, duas potissimas statuit. Alteram medicorum insciti am, vulgi ruditatem alterã, quod tales ignaros homines pro medicis iudicat, & habet, vt ergò ex hac parte, medicinæ dignitati consuleret, hunc librum edidit, à quo edocti viri idiotæ, peritos medicos ab imperitis distinguere possint, & ars medica à fortunæ arbitrio vindicetur. Tertio, & postremò colligo: ægrotantem non modo, qui medicus sit; sed etiam idiotam, non adeò curantis medici arbitrio se ipsum subijcere debere, vt nihil eorum, quæ in propriam salutem administrantur, scire velle profiteatur. Medicus enim in medendo cautior procedet, si omnia eius opera diligenter obseruari, cognouerit. A B

Mar.n.1. *Vers.* 15. *Oportet autem circa hæc idiotam nosse, &c.*

Medicina duabus partibus constat, altera quæ dicit, & imperat ea, quæ circa ægrotos sunt administranda: altera, quæ manu operatur. Hanc chyrurgiam, Physicam illam communiter appellant. Chirurgia, quia in actione consistit, ideò idiotis non conuenit: vndè Hipp. ait: Oportet autem circa hæc, idiotam nosse, quæ par est nosse idiotam, quæ verò artifices, & qui manu operantur (id enim significat græca vox χειροτέχναι) nosse par est, ea etiam adhibere, & tractare, hoc est operatoribus hæc dimittere. Quòusque verò idiotarum cognitio procedere debeat, exponit; virum idiotam (subiungens) intelligentiam habere posse, non modo eorum; quæ dicuntur, & quæ ad priorem medicinæ partem spectare diximus, sed etiam eorum, quæ fiunt, ità vt possit idiota scire, quomodo, & quando manu operandum sit, & quando desistendum, idque, quoniam manus operatio, non doctrina modo, sed exercitatione etiam eget. Ex quo patet, eam medicinæ partem, quam medici recentiores sibi ipsis propriam fecerunt, manus operatione, vt indecora, reiecta, non vlteriùs procedere, quàm eam, quam idiotis permisit Hipp. C

Mar.n.2. *Vers.* 21. *Si verò non liberetur, purgandum est caput à pituita.*

Etsi, vt innumeris Hipp. locis constat, per capitis purgationem eam intelligamus, quæ fit medicamentis naribus appositis; non desunt tamen viri etiam nomine insignes, qui talem purgationem pharmaco purgante per os exhibito in Hipp. doctrina fieri contendunt, propriã opinionem præsenti sententia confirmantes, si enim inquiunt, sternutatione facta, & mucis, ac pituita per nares excretis, perseuerante dolore iubet Hipp. caput à pituita purgari, certum est per regionẽ diuersam hanc purgationẽ tentari voluisse, quæ alia esse non potest, quàm quę fit pharmaco per os exhibito. His igitur ità sentientibus hæc satisfacere posse existimo. Adeò clarum est in Hipp. doctrina (quod à princip. dicebamus) capitis purgationẽ medicamẽtis naribus applicatis tantũmodò fieri, vt in hoc confirmando tempus terere, vanum sit. Præsens verò sententia in hunc sensum recipienda est. Sternutatoria etiam si mucos, & pituitam narium meatibus inexistentem educant, capitis tamen purgatoria dici non possunt, quia non attrahendo, vt pharmaca verè purgantia solent, sed irritando facultatem expultricem, humores quoscunque in ductibus consistentes, euacuant, errhina enim vocata, sunt quibus peculiarem humorem à capite educere solet Hipp. quia ex medicamentis conficiuntur, quæ naturali proprietate peculiarem humorem trahunt, nec id mirum esse debet recentioribus, nam præter alia loca, in quibus hæc veritas confirmatur, eligenda scilicèt esse medicamenta, quæ electiuè à capite ducunt, id manifestè colligitur ex lib. 2. de morbis mul. vers. 178. vbi hæc habet Hipp. huic si robusta, & iuuencula fuerit, & alia apparuerint ab initio, pharmacum sursum, & deorsum pũrgans exhibeto, & caput pũrgato, si pituitosa est, per ea, quæ pituitam purgant, si biliosa, per ea, quæ bilem, & lib. 2. de Morbis hæc ait, & siquidem saliua ad os prodierit multa, ac salsuginosa, ad nares apponito quid, quod bilem non ducat. In præsenti igitur casu Hipp. à leuioribus incipiens, primò morbum soluere tentat sternutatorijs, quæ mucos, & pituitam in proximioribus ductibus existentia, educant, à quibus nisi morbus remittatur, purgantibus à toto capite vtendum esse iubet, errhinis scilicèt electiuè purgantibus. D E

Mar.n.11.

Mar.n.2. *Vers.* 24. *Si verò aliàs, atque aliàs dolor, & vertigo in caput inciderit, &c.*

Frequentes doloris, & vertiginis permutationes, materiam doloris per venas capitis vagari,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 210 sur 636

A gari, indicant, ità vt modò partes cerebri interiores, vndè oritur vertigo, modò exteriores peruadat, & indè capitis dolor contingit, quo ſuppoſito, curatio ſumma cum ratione ſanguinis miſſione abſoluenda eſt, à qua Hipp. in capitis dolore abſtinere conſueuiſſe, quando materia à ſanguine diuerſa eſt, iam ſuperiùs lib. 3 de Morbis verſ. 14. adnotauimus. Mar.n.2.

Verſ. 28. Aut venas in circuitu inurere,

Quid ſit venas circulariter, aut in circuitu inurere, me ignorare, fateor, niſi intelligamus omnium venarum vſtionem, quæ ſunt in circuitu capitis, vbi capilli terminantur, vel circum circa aliam quamuis particulam, quæ dolore afficiatur, facta enim omnium dictarum venarum vſtione; fluxio, quæ per venas fertur, cicatrice obducta intercipitur, omnes verò inurendas iubet, quæ à partibus inferioribus aſcendentes humores, per capitis cutem diſtribuunt, & in cerebri membranas, ſuturas capitis ingredientes, diſperguntur, ità enim fluxu humorum
B intercepto, dolorem ſedari neceſsè eſt. Quæ quidem vſtio maximam ſimilitudinem habet cũ ſectione ſincipitis, quàm poſteriores Græci Perſcyphiſsum appellarunt, de qua Paulus Aeginetà lib. 6. cap. 7. cuius præſidij rationem, ad finem narrationis afferens, inquit. Nam cutis craſſiuſcula, cicatrice denſata, & occluſa vaſorum ora, per initia pituitæ impetum in oculos deferri prohibet.

Verſ. 31. Si verò omiſſo principio, ad finem iam vergente morbo, &c. Mar.n.2.

Tria tempora in morbis diſtinguenda cognouit Hipp. principium, ſtatum, atquè declinationem. Sub principio augumentum comprehendit, vt ex aph. 29. ſect. 2. colligitur, inquit enim, in principijs, ſi quid videtur mouendum, moue, dùm verò morbi conſiſtunt, meliùs eſt quieſcere, circa initia enim, & fines omnia imbecilliora, circa vigores verò fortiora. Horum trium temporum pro purgatione, alijsque generoſis remedijs adminiſtrandis, principium
C aptiſſimum eſſe, docet hoc loco, hocq. maximè attendendum monet, vt quibus opus habeat æger ſciamus, & quales à principio purgare expediat, ſi enim (ſubiungit Hipp.) omiſſo principio ad finem iam vergente morbo, medicamentum exhibueris in delaſſato iam corpore, forte quiddam præbere veritus, periculum eſt, nè magis delinquas, quam ſucceſſum conſequaris. Quaſi dicat, ſi principium elabi permiſeris, cum in morbi vigore purgatio, nullo modo tentanda ſit, neceſsè erit eo tranſacto, & ad finem tendente morbo illam adminiſtrare, quo tempore, cum vires ſint à morbo debilitatæ, medicamentum morbo par exhibere veritus, debiliori propinato; periculum eſt, vt plus lædas, humores agitando, aut tenuiorem eorum tantummodo partem educendo, quam quid vtilitatis afferas. Quòd quidem adnotare vellem recentiores medicos pleroſque, qui hoc timore, leuioribus pharmacis vtuntur vbique, quandoquidem ſatiùs eſſe, ex hoc dicto colligimus, penitùs abſtinere, quàm morbo impar medi-
D camentum dare. In huius confirmationem, vide ea, quæ lib. de locis in hom. verſ. 9. ſect. 2. adnotauimus. Quid huic ſententiæ reſpondeant illi, qui purgationem à principio damnare Hipp. contendunt, audirem libenter.

Verſ. 36. Sin minus, optimum omnium pharmacum fuerit, quod, &c. Mar.n.3.

Manifeſta apparet contradictio circa curationem doloris aurium: lib. enim de locis in hom. verſ. 200. de purgatione in hoc morbo tractans inquit: & medicamentum potandum præbe, quod ſeceſſum deorſum faciat: ſurſum autem non, quandoquidem vomitus non auxiliatur. Mar.n.20.
Hoc autem in loco de eodem affectu aurium tractans, omnium pharmacorum optimum eſſe ait, quid in potu exhibitũ ſurſum vomitu pituitam purgat. Huius autem curationis diuerſitas à natura humoris morbum efficientis omninò dependet. Si enim calidus, & tenuis fuerit, vomitus non conducit: quia cum huiuſmodi humor in partibus inferioribus ſedem habeat, vbi
E generatur. v. g. in hepate, à quo ad caput aſcendit, vomitu inducto eiuſdem aſcenſus facilitatur, vndè ad partes ſuperiores maiori impetu fertur, his accedit eiuſdem leuitas, cuius natura eſt ſurſum ferri magis, quam deorſum. E contrà verò materia frigida exiſtente; quia hæc in partibus ſuperioribus ſedem habet, purgationi per inferiora non facilè cedit, nimis enim remota eſt via, per quam expurgatur, qua ratione ſect. 4 aph. 18. ſtatutum eſt, dolores ſuprà ſeptum tranſuerſum exiſtentes, qui purgatione egent, per ſuperiorem purgandum ſignificare: qui verò infrà, deorſum. Materia igitur frigida, & pituitoſa in cerebro peccante, vomitus præferendus eſt, nec timenda eſt ex vomitus violentia capitis repletio: quia cum materia ſit craſſa, non facilè ad ſuperiora eleuatur. Hæc igitur conſiderans Hipp. lib. de loc. in hom.

facto

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 211 sur 636

facto de humoris peccantis natura periculo, per medicamẽta calida auribus impoſita, materiamq. calidam eſſe, certior factus, damnauit vomitum : purgationemq. per inferiora faciendam iuſſit. Hoc autem in loco, quia pituitam peccare ſupponit, vomitum magis probat, vt non ſatis admiranda veniat Hipp. diligentia, qui omnia neceſſaria adeò ingeniosè diſtinxit contrà recentiorum incuriam, qui nec humoris peccantis, nec læſæ partis rationem habentes, purgationes perpetuò per inferiora moliuntur. A

Mar.n.6. *Verſ. 55. Si in nare polypus naſcatur, &c.*

Græca lectio apertior eſt, quam latina conuerſio Cornarij. Eam igitur hoc pacto verterem. Si in nare polypus naſcatur, velut caput polypodis reſpiratione ventilatur, & in obliquum è naribus dependens, intumeſcit, &c. dignotionem enim tradit polypi, qui in naribus generatur, & inquit : quoddam velut caput polypi piſcis per reſpirationem è naribus factam, ventilatur, hoc eſt, ſpiritu è naribus egrediente, & ingrediente commouetur; ità vt in ſpiritus emiſſione polypus è naribus egrediatur, intumeſcatq. in inſpiratione autem detumeſcens ferè deliteſcat. Adnotauit etiam in egreſſu è naſo, non rectà deſcendere; ſed in obliquum : idque euenit, quia ad latus alligatus eſt, & ideò verſus partem inclinat magis, ad quam eſt alligatus. B

Mar.n.8. *Verſ. 63. Pleuritis. In pleuritide febris detinet, & lateris dolor; &c.*

Quia, vt in exordio libri adnotauimus, hæc idiotis compendiosè tradita ſunt, ideò in tractandis morbis exactam doctrinam non eſt profeſſus : ijs tantummodo inſiſtens, quæ morborum communi curationi conueniunt, quod ſicuti in quamplurimis morbis manifeſtatur, ità in pleuritidis tractatione; quam hoc loco inſtituit, omninò apparet, ſigna enim recenſet, quæ omnibus ferè pleuriticis conueniunt, curationemq. omnibus accommodatam inſtituit, varias eorum diſtinctiones, de quibus alibi actum eſt, conſilio omittens. Quam normam ſecuti C
poſteriores, hanc materiam ſatis imperfectè tradiderunt.

Mar.n.8. *Verſ. 71. Quum autem pus purgari inceperit, &c.*

Mar.n.23. Hæc eſt eadem ſententia, quam lib. 3. de Morbis verſ. 303. his verbis adnotauit. Et quum iudicationes ſunt, dolentes locos humidis fomentis tepefacito, & oleo illinito, & quamuis id fieri à principio, & priuſquam ſputum procedere incipiat, manifeſtè prohibeat, non tamen hoc aduerſatur ei; quod 2. Acutorum text. 1. determinatum eſt, vbi ſtatim fomentis vtendum eſſe, nos docuit. Nam aliud eſt, doloris gratia fomentis tentare diſſoluere, vt ibi loquebatur Hipp. aliud, hæc eadem ad humectandum apponere. Quandoquidem etiam loco citato 2. Acutorum, fomentorum vſum à principio damnare intendit, quotieſcunq. ex eorum vſu dolor non ſedatur, ſubiungit enim. Quod ſi dolor ad calefactoria non ſoluatur, non multo tempore calefacere oportet : reſiccat enim hoc pulmonem, & ſuppurationem facit. Quarè fo- D
mentis vtendum non eſt; priuſquam ſputum aliqua ex parte concoctum appareat, quod puris nomine hoc in loco deſignare voluit Hipp. niſi à principio quiſpiam ijs, tentandi gratia, vti velit. His hunc in modum explicatis patet, quam ſibi ipſi conueniens ſit horum omnium librorum doctrina, ſi vera mens auctoris percipiatur. Detegiturq. error vulgarium medicorum, qui ſtatim à principio pleuritidis fomenta vulgari quadam conſuetudine adhibentes, ab his deſiſtere neſciunt, etiamſi dolores ab eorum vſu non remittantur, nec ſputum facilius, indè procedat, imò ad fortiora tranſeuntes, & linimenta, & cataplaſmata adhibentes calidiora, & ſicciora; ſputum in dies ſiccius in ægri perniciem reddunt.

Mar.n.8. *Verſ. 77 Porrò iudicari in morbis eſt, quum morbi, aut augeſcunt, &c.*

Non eſt, cur de hac voce iudicari, quid importet apud Hipp. cõtendamus : quando ipſemet eius ſignificationem hoc in loco manifeſtauit, inquit enim, morbos tunc iudicari, quum, aut E
augeſcunt, aut marceſcunt, aut in alium morbum tranſeunt, aut ceſſant. Animaduertendum eſt autem, per verbum augeſcunt, non intelligere Hipp. augumentum propriè dictum, vnum ex quatuor morbi temporibus, per quæ omnes morbi communiter procedunt, ſed morbi exacerbationem particularem, per quam morbi conditio plurimum immutatur, v.g. ſi ex ſalutari periculoſus fiat, & ex benigno malignam naturã acquirat, ſicuti vice verſa, marceſcere morbum intelligit, quando eius læuitia tollitur, & ex læthali ſalutaris, aut ex acuto lenis euadit. In quam ſignificationem eo vſus eſt 2. Epidem. verſ. 34. vbi inquit. Quæ ad melius iudicant, non ſtatim appareant. Quid verò per morbi tranſmutationem intelligat, &

quod

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 212 sur 636

A quod hæc quoque iudicatio dici ſoleat, ſatis in Hippocr. doctrina perſpicuum eſt; quemadmodum etiam vox, deſinunt, quæ morbi totalem ablationem importat, duplicemque exitum comprehendit: quando alij morbi ad ſalutem, alij ad mortem terminantur: quibus ſignificationibus, verbum iudicari apud Hippocr. recipitur, vt alibi à nobis adnotatum fuit.

Verſ. 91. Phrenitis vbi apprehenderit. Mar.n.10.

De ea phrenitide hoc in loco tractatur, quæ ab hepatis, aut ſepti tranſuerſi inflammatione ortum ducit, quod, ſymptomata memorata in textu manifeſtant: Qua ratione autem hæc duo viſcera phrenitidem faciant, explicauimus ſuprà lib. 3. de Morbis verſ. 99.

Verſ. 104. Febris ardens quum habuerit, &c. Mar.n.11.

In idæa exponenda huius febris ardentis, ſymptoma admodum terrificum recenſet Hipp.

B ægrotantem ſcilicet extrinſecus frigidum eſſe, interius verò ardere: de quo ità legimus 4. aphor. 48. In febribus non intermittentibus, ſi externæ quidem partes frigidæ fuerint: interne verò ardeant, & ſitim habeant, læthale eſt. Vndè mirum cuipiam videri poſſet, quomodo multos indè ſanari hoc in loco teſtatur. Pro cuius rei explicatione, & difficultatis ſolutione, afferendæ ſunt cauſæ, propter quas, interioribus æſtuantibus exteriora, ſint frigida: & vndè hæc diuerſitas. Si igitur Hipp. doctrinam percurrat, obſeruetque ea, quæ in ægrotantibus contingunt, inueniet tandem, prædictarum partium alterationes his modis euariare in febribus continuis, in quibus internus viget calor. Aliquando enim extrema tantum, pedes inquam, & manus, refrigerantur. Aliquando externa totius corporis ſuperficies tepida eſt ſolum. Quandoque frigida manifeſtè, & nonnunquam frigidiſſima. Qui quidem refrigerationum modi omnes ab vnica vniuerſaliori cauſa dependent, à defectu ſcilicet ſanguinis

C & ſpirituum in refrigeratis partibus, à quibus earum vitalis calor omninò dependet. Qui quidem defectus dupliciter euenire ſolet in partibus exterioribus, vel quia ſanguis ipſe vnà cum ſpiritibus exteriora deſtituentes, partim à febrili calore diſſipati, partim ab interno æſtu attracti, interiora petunt, vel quia naturæ prouidentia, maxima neceſſitate vrgente, eò tranſmittuntur, hoc in animi deliquijs, illud in inflammationibus internis manifeſtatur. Quotieſcunque igitur in febribus continuis extremorum fit refrigeratio, vtcunque ſit, alteram prædictarum cauſarum concurrere neceſſè eſt; aut vtramque ſimul, calorem nempè interius auctum: aut ſanguinis, & ſpirituum penuriam in partibus internis. Priorem cauſam, modumq. explicauit Hipp. ſatis appoſitè lib. 1. de Morbis ſect. 2. verſ. 250. dum rationem indicaret, propterquam exteriora in cauſone refrigerentur, interioribus æſtuantibus, vbi hæc habet ex- Mar.n.27.

D tremæ verò corporis partes, vtpotè natura ſiccæ reſiccantur, & plurima humiditas ex ipſis exuritur, & ſi ipſas contingere velis, frigidas comperies, ac ſiccas. Quapropter hi, qui à febre ardente corripiuntur internis quidem partibus à febre exuruntur, externis autem frigidi ſunt &c. Verum quia calore in interioribus vigente non ſemper exteriora refrigerantur, quando id eueniat, explicare oportet. Quo igitur calor intrinſecus, auctus calorem externum ad ſe trahat, vndè extremorum refrigeratio ſequatur, quatuor potiſſimum concurrunt. Et primo quidem, neceſſe eſt, calorem internum in intimis partibus, & remotis à ſuperficie ſitum eſſe, alioqui calor ob vicinitatem externis partibus communicaretur, & ideò in cauſone primo ex ichore bilioſo venulas exteriores occupãte, de quo pertractauit Hipp. 4. Acutorum à principio; refrigeratio extremorum nulla adeſt: ſed interiora, & exteriora æquè ardent. Secunda conditio requiritur, vt pars affecta, ſiuè locus, in quo intrinſecus calor viget,

E non ſit notabilis magnitudinis, quia impoſſibile eſt calorem magnum, datèq. diffuſum proximis non communicari, vſque ad extrema. Et ideò in magnis inflammationibus magnorum viſcerum, refrigeratio non fit extremorum, imò ardor maximus perſentitur, vt de cal. pulmonis inflammatione teſtatur Hipp. 3. de Morb. verſ. 73. quam pulmonem præ calore tumentem appellat, narrat enim & dorſum, & pectus, & latera ardere, velut eius, qui ſedeat ad ignem. Eadem ratione, nec in pleuritide, nec in hepatis inflammatione totum viſcus occupante, talis refrigeratio apparet, niſi alia cauſa concurrat præter calorem intrinſecus auctum, & ideò non eſt mirum, ſi quicumque hypocondriorum inflammatione cum tumore inſigni laborarunt in conſtitutionibus lib. 1. & 3. epid. febre vehementi de- Mar.n.7.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 213 sur 636

©BIUM

ti detentos fuisse, adnotauerit Hipp. Talis fuit Erasinus, Calzomenius, mulier trimestri fœtu grauida, & homo quidam. Quapropter, vt internus calor exterioribus partibus non communicetur, locum incendij in angustum coarctatum esse necesse est. Huius naturæ sunt venæ maiores intimius sitæ, distantesq. ab externa superficie. Quod cognoscens Hipp. lib. cit. de Morbis, venas à superficie sanguinem trahere dixit, & hoc modo calore interius aucto extima refrigerari. Tertiò necessè est, non modo calorem vehementem in dictis partibus cõsistere, humoribus ipsis impẽsius excalefactis, sed etiam putredinẽ intercedere. Nam simplex feruor, etiam maximus, & interiora occupans, caloris reuocationem nõ facit, id patet in ephimera febre ex ira, in qua licèt sanguis in venis circà cor accendatur, refrigerationem tamẽ exteriorem non facit. Quarta, & postrema conditio est, vt affectio quædã inflammatoria partes solidas occupet, quæ incendium fixum, & stabile reddat: neq. huc, & illùc cum humoribus diffluat. Aliqua igitur harum conditionum deficiente, calor interius vigens exteriorum refrigerationem per se non facit. Altera causa refrigerationis extremorum erat transmissio sanguinis, & spirituum naturæ prouidentia ad partes internas: idque euenit, quando magna fit intrinsecus spirituum dissipatio, quam, vt reparet natura, à toto corpore spiritus eò transmittit, vnà cũ sanguine; nè calor insitus ijs priuatus extinguatur omninò. Hac ratione in animi deliquijs exteriora refrigerantur, in malignis febribus, & venenis ipsis, hęc enim ob insitam facultatẽ nobis inimicam, spiritus, & humores statim corrumpunt, destruũtq. vndè nisi continuò nouus sanguis, & spiritus eo transmittantur, ijs deficientibus calorem innatum extingui necesse est. Cum igitur his duabus rationibus extrema refrigerentur, modo vnà, modo altera, modo vtræque cõcurrunt. Si prior tantummodo id præstet causa, quæ erat calor intrinsecus auctus, morbus quidem non vacat periculo, quia quatuor illæ conditiones recensitæ febrem ardentem constituunt, putredinemque in venis maioribus, & cordi proximis vigere cum affectione inflammatoria, ostendunt, verumtamẽ non adeò læthalis censendus, quin multi euadant, vt ait Hipp. in præsenti contextu. Nam humor morbum constituens expelli potest, & à natura, & artis auxilio, parsq. affecta ad naturalem temperiem reduci. Si verò altera concurrat causa, quæ erat maligna corruptio sanguinis, & spirituum, casus redditur læthalis omninò: non solum defectu spirituum, in quibus caloris actio, & vita consistit, sed etiam ratione corrumpentis causæ, quæ est maligna putredo, & venenosa qualitas, quæ artis, aut naturæ conatibus rarò cedũt. Hancque causam refrigerationis extremorum in febribus respiciens aphorismorum auctor, meritò dixit læthale. An verò hanc peculiarem causam expresserit in textu, dubium est. An verò hæc, latet sub his vocibus? In febribus non intermittentibus? quatenus prior causa viget tantummodo in causone, qui ea ratione videtur excludi ab aphorismo, quia inter febres non adnumeratur: quemadmodum nec pleuritis, nec peripneumonia, nec aliæ huiusmodi affectiones: etiam si febrem acutam adiunctam habent, quæ non est ipsa morbus, sed symptoma morbi, & ideò de causone tractans Hipp. in textu ait: Causon cum habuerit, febris detinet, &c. Quarè in gratiam prognostici obseruanda erit natura febris, in quibus exteriora, siuè extrema refrigerantur: & si fuerit ardens cum linguæ siccitate, quæ deinde exasperetur, & nigrescat, non adeò malum erit, quemadmoddm in alijs febribus, & in quibus prauitatis adsunt indicia, & hæc quo ad causas refrigerationis extremorum in febribus. Quod verò ad eius differentias spectat, communiter peius est, totum corpus tepidum, aut frigidum esse, quam extrema tantum, pedes inquam, & manus, quia maiorem caloris reuocationem, aut spirituum dissipationem arguunt, nihilominus peius est refrigerari extrema spirituum defectu, quam totum corpus reuocatione caloris. Imò per febres malignas frequentius refrigerantur extrema, quam totum, contrà verò in febribus ardentibus sæpius refrigeratur totum, quam sola extrema. Refrigerationem verò grauiorem esse cæteris paribus, quam vbi tepor quidam solum persentitur, hoc est omnibus notum, quia à quacunque causa id eueniat, maiorem semper arguit, quarè si frigiditas erit summa, quam marmoream dicunt, casus omninò desperatus erit, idque euenire solet, quando vtraque causa ad refrigerationem concurrit v.g. quando internum incendium, quòd exteriora refrigeret, malignam putredinem spiritus corrumpentem adiunctam habet, aut eorundem spirituum defectum, & ideò hoc symptoma proprium est eorum, qui à causone intereunt, cum ad extrema deuentum est. His explicatis pro

intel-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 214 sur 636

A intelligentia Hippocratis doctrinæ, in gratiam curationis non prætereundus eſt communis ferè recentiorum medicorum abuſus, qui vbi in febribus continuis exteriora frigent, aut tepida ſunt, ſtatim abſque vlla diſtinctione ad cordialia medicamenta confugiunt, epithemata, & inunctiones exterius cordi admouentes, aliaque medicamenta exhibentes, quorum virtus eſt apta plurimum ſpirituoſæ ſubſtantiæ, cordis actionem roborando, producere, quæ quidem, in refrigeratione extremorum ab interno æſtu, ſanguinem, & ſpiritus ad partes interiores contrahente, tantum abeſt, vt quidquam auxilij præſtent, vt ſummoperè lædant, quia ſi localia medicamenta reſpicimus, epithemata inquam, & inunctiones cordis regioni admotas, in his dupliciter peccant, primò, quia calidis actu, & potentia vtuntur, quæ, & actu, & potentia frigida eſſe deberent, vt patebit inferiùs, ſecundo, quia his mediantibus copiam augent ſpirituum in partibus internis, quæ minuenda eſſet. Quia dum ſpiritus vitales per totum corpus
B diffuſi vi caliditatis ad interiora conuertuntur, ibi adeò abundant, vt ſuffocationis caloris immineat periculum. Hancq. ſpirituum abundantiam manifeſtant pulſus magni, & celeres, qui deficientibus ijſdem, parui, rari, & intermittentes apparent. Quarè ſpirituum generationi incumbere in his, nihil aliud eſt, quam imminens periculum ſuffocationis ſpirituum vitalium in corde, ad certam calidi innati extinctionem perducere. Quapropter ſpirituum vitalium generationi tunc ſolum incumbendum præfatis medicamentis, quando ijdem ſpiritus deficiunt, quod cognoſcemus ex pulſu, & ideò præfata medicamenta cordialia tantummodo vſurpanda erunt in ea refrigeratione, quæ ab immodica ſpirituum diſſipatione, aut corruptione ortum ducit, vt explicatum eſt ſuperius.

Verſ. 107. Huic conducit frigefactoria adhibere, & ad aluum & forinſecus ad corpus, cauendo nè inhorreſcat. Mar.n.11.

C Huius febris curatio primo aſpectu ſatis inepta apparet, & maximè, quia frigefactoria, hoc eſt medicamenta actu, & potentia frigida exterius admoueri iubet, quando nihil noxium magis eſſe videtur, vbi exteriora frigent, æſtuantibus internis: frigida enim exterius adhibita (vt lib. de humid. vſu teſtatur Hipp. calorem interius reuocant, vndè morbus augumentum ſuſcipit. Hoc quippè verum eſſe prima fronte apparet; ſi rem ipſam tamen intimius perſcrutabimur remedium Hippocraticum longo experimento, vt credere eſt confirmatum, ratione minimè carere inueniemus. Nam quotieſcunque bilioſus humor in interioribus partibus flagrans extremorum refrigerationem facit, non autem caloris innati penuria, frigida exterius admota nihil obeſſe poſſunt; imò hæc ſæpiùs repetita facultate refrigerandi, internis partibus, à parte poſt partem communicata, internum bilis feruorem extinguere poſſunt. Nec timenda eſt caloris retractio, quia hanc facit frigidum multum, & confeſtim adhibitum, vt ex libro
D citato de humidorum vſu colligimus: non quod paulatim admouetur, & frigiditate non intenſa præditum, quale hoc caſu vſurpandum eſſe ſupponit, dum horrorem caueri præcepit, qua ratione autem frigida hoc modo adhibita internum calorem extinguant, demonſtrabitur in explicatione libri ſecundi epid. ſect. 3. verſ. 30. Sed præter rationes, & ſummi præceptoris auctoritatem, experientia ipſa eandem curationem confirmare mihi videtur. Obſeruaui enim taliter affectos, quò magis calefactorijs ad naturalem ſtatum reducere procuramus, eò impenſiùs refrigerari. Quod præ alijs nuper cognoui in Parafrenario, (vt Romani dicunt) Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli Quinti, quem ex febre ardente externis partibus ſummè refrigeratum, poſtquam aſtantes medicorum iuſſu per totum diem, & pannis laneis, & pellibus pelliceis extremè calentibus toti corpori adhibitis calefacere tentarunt, quibus abſque dubio ſtatuam marmoream calefeciſſent, eum tamen veſperi frigidiorem, quam antè inueni-
E mus maxima omnium admiratione. Quod tamen admirandum non erat. Quia ſi huiuſmodi refrigeratio ex penuria humidi ſubſtantifici, & ſpirituum defectu prouenit, quem defectum ſiccitatem appellauit Hipp. lib. citato 1. de Morbis: ſi dum calefactorijs ad ſuperficiem trahere, & humidum, & calorem intendimus, illum diſſipantes exhaurimus, quid mirum, ſi corpus indè impenſius refrigeretur, & ſi hac ratione calefactoria lædunt, eò magis ſuſpecta erunt quæcunque plus diſſipare poſſunt, quàm calefactoria, verbi gratia frictiones, & cucurbitulæ, quæ ſunt in frequenti vſu pro curatione harum febrium. Hæc vero adnotaſſe non erit fortaſſe inutile. Quamuis non ignorem, pleroſque medicorum noſtri temporis adeò adſtrictos eſſe ijs, quæ in communi ſunt vſu, vt his animum adhibere, nedum poſſint. Cætera autē, quę ad

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 215 sur 636

integram curationem ab Hipp. proponunt in textu, sicuti à veritatis fonte emanarunt: ità vt summè rationabilia administrari tutò posse, existimo. Non enim mos fuit antiquis, & Hipp. maximè, aliquod remedium tradere, quod experientia inuentum, ratio etiam ipsa non comprobauerit. A

Mar.n.11. *Vers.* 111. *Hic morbus fit à bile, quum mota intrà corpus firmata fuerit &c.*

Hæc est differentia inter febrem ardentem ex bile per venosum genus vagante, & eam, quæ fit, eadem in aliqua interna parte conculcata, in illa enim calor tùm interiora, tùm exteriora occupat, in hac verò externa frigent, interioribus incendio conflagrantibus, vt adnotauimus supra.

Mar.n.1. *Vers.* 138. *Si verò externæ partes non valdè feruidæ fuerint &c.*

Hæc febris, quam æstuosam appellari ait Hipp. non videtur differre à superiori, de qua sub titulo febris ardentis, pertractauit. In duobus enim principalioribus conueniunt, in quibus febris essentia consistit, primò enim in vtraque calor exterius remissus apparet: intrinsecus autè vehemens est. Secundò lingua in ambobus aspera est, & nigra. Verum tamen re ipsa non exigua est inter eas differentia, febris enim, quam causon appellauit, hyeme potissimum inuadit, quo tempore bilis, ab ambientis frigiditate ad interiora propulsata in aliqua particula firmatur, & hoc pacto causon, siuè febris ardens generatur, in qua partes internę vruntur, exteriora verò frigida sunt. Hæc verò, quam æstuosam dicit: fit quidem, & ipsa à bile, verum non adeò in parte aliqua conculcata, sed in venis maioribus, & ab externa superficie remotis, putrescente, aut ebulliente. vt mirum non sit, si calor vehemens externis partibus non communicetur, quemadmodum euenit in ea febre ardente, quæ ex bile per totum venosum genus, & per venulas ipsas vagante, & ebulliente generatur, nec adeò frigent exteriora, vt in febre ardente hyemali ex bile in aliqua interiori parte conculcata, euenire dictum est. Quam differentiam considerans Hipp. in febre ardente, exteriora frigida esse dixit: in hac verò, de qua in præsenti tractatur, partes exteriores non valdè feruidas esse ait. Quarè febris omnis, quæ respectu caloris ardens dici potest, triplex erit, pro diuersitate loci, in quo bilis putrescit, aut feruet. prima, quæ hyeme oritur, à bile dependet in aliqua parte interius conculcata, & in hac calor intrinsecus vrens est, exterioraq. frigida sunt. Secunda fit à bile in venis maioribus ebulliente, & in hac pariter calor intrinsecus vehemens est, vndè æstuosæ febris nomen meruit, licet exterius mitis appareat. Tertia tandem species est, in qua & intrinsecus, & extrinsecus æstuat æger, fitq. à bile in vniuerso genere venoso, ebulliente, & de hac tractauit Hipp. lib. Acut. com. 4. à principio. B C

Mar.n.14. *Vers.* 142. *Si verò febrilis calor apprehenderit, ac dimiserit.*

Adnotatione dignum est, corporis grauitatem, siuè cum febre, siuè absque febre indicare purgationem, quippè quæ bilis copiam attestatur, quæ in venas, & articulos incubuerit, ac firmata fuerit, vt ait Hipp. in textu. In carentibus tamen febre oris amaritudinem adiunctam desiderat, vt quæ aliam causam alioqui habere possit, Hoc tamen mirum videbitur vulgaribus medicis, qui vbi grauitatis sensum in febribus agnoscunt, statim ad venæ sectionem deueniunt: existimantes hoc esse signum certissimum plenitudinis, à Gal. edocti lib. de plenit. cap. 2. Sed falluntur vtique, vt Hipp. auctoritate constat, & in dies confirmat experientia, & apertissimè cognouimus in febribus anno 1622. vagantibus, quarum præcipuum symptoma fuit totius grauitas, & potissimum à principio. In ijs verò bilis adeò dominabatur, vt non modo excreta, omnia bilioſa apparerēt: vomitiones, deiectiones, & vrinę, sed etiam cętera omnia symptomata: vigiliæ, capitis dolores, deliria, oris amaritudoq. imò, & exāthemata, quę in cute apparebāt, pleraque colore subflauo erant. Vndè earum principale remedium censuimus purgationem à principio, venæ sectione dimissa, potissimum in bilioſis temperamento; & si quis ægrotantium à purgatione non fuit adiutus, id euenit, vel quia humores non erant dispositi ad purgationē, quod vrinarum tenuitas indicare poterat, vel quia per eam regionem bilis non educebatur, quæ loco affecto conueniret. Nam de purgatione in febribus tractans Hipp. lib. de loc. in hom. sect. 2, vers 87. duo præcipua adnotauit, primò, vt medicamentum sit bilis purgatoriū, Secundò, vt educat, qua parte (ait ipse) febris magis hæret, siuè supernè, siue infernè. Quarè cum pro maiori parte bilis circà ventriculum consisteret, & iuxtà partem eius superiorem, quod oris amaritudo indicabat, ideò per superiora purganda erat. Quòd D E

Mar.n.38.39

etiam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 216 sur 636

A etiam confirmauit Hipp. 4. Acut. à principio, vbi de febre ardente tractans ait, & si os amarum fuerit, vomere conducit. Eandemque distinctionem circa purgationem in febribus inuenies 2. de Morb. vers. 70. quæ quidem distinctio si necessaria est, quid mirum, si multi à purgatione opem non sentiant, quando purgantur deorsum, cum sursum purgandi essent? Quarè quotiescunque in febribus oris amaritudo viget, per superiora purgandum est, cum verò totius grauitas, aut dolor absque amaritudine oris, deorsum, id tamen leui medicamento faciendum est. Nam de febre æstiua tractans Hipp. paulò antè vers. 135. dicit, si dolor affuerit per totum corpus, tertia, aut quarta die pharmaco leui, aut potione deorsum purgato, potionem intelligens decoctiones medicamentorum purgantium. Pharmaci enim nomine intelligebat Hipp. totam substantiam medicamenti, qua perpetuò vtebatur, quando purgationis aderat necessitas: non eorum succis, aut decoctionibus, cognoscebat enim totam vim medicamenti, illis non communicari, & ideò eorum vsus ipsi erat tantummodo, quando aut leuiter purB gare, aut aluum laxare, opus erat. Contrà vsum recentiorum, qui ferè nunquam medicamentorum exhibent substantiam, decoctionibus solis, imò simplici infusione contenti, etiam vbi purgationis vrget necessitas, medicamentum verò purgans exhibendum iubet tertia, aut quarta die, quia aliquando purgandum est die impari, quando scilicèt exacerbationes fiunt in diebus paribus, vt alias adnotauimus. Quapropter cum prima accessio, prima die leuis, secunda ad vigorem peruenit; tertia dies leuior esse consueuit, & tunc pharmacum dare oportet; quod si prima dies grauior fuerit, secunda leuior, in tertia die non est dandum, quia fortior: sed in quarta, quæ mitior erit.

Vers. 155. *Danda etiam sunt ijs, qui talibus doloribus vexantur, &c.* Mar. n. 15.

Liber hic medicamentarius, siuè de medicamentis inscriptus, sæpè in hoc opere citatur, C in quo variæ medicamentorum compositiones ad morbos quoscunque descriptæ continebantur: quæ dubio procul artem nostram magnificentissimè ditassent, nisi temporum iniuria, vnà cum alijs multis Hipp. libris, illud opus nobis arripuisset. Medicamenta autem, de quibus hoc in loco mentionem facit Hipp. opium, siuè papaueris succum, aliaque huius naturæ medicamenta recipere, credendum est. Ad dolores enim inscribebantur, quæs huiusmodi medicamenta propriè sedant. Antiquorumque descriptiones ad dolores inscriptæ, quæ ad manus nostras peruenerunt, eadem medicamenta recipere, notum est. Quæ etiam si ex multis alijs constent medicamentis, quorum gratia varij eorum sunt vsus; vndè hæc vni morbo, illa alteri magis prosunt: in hoc tamen conueniunt omnia, quatenus dolores sedant: idque opij, aliorumque medicamentorum stupefacientium virtute. Eiusdem autem naturæ fuisse hæc, de quibus mentionem facit Hipp. ex præsenti loco colligere licet, dum inquit. Et doloris gratia bibenda dentur, quæ in pleuritide sunt descripta, aut alia prout tibi visum D fuerit, & inferiùs hoc eodem libro, medicamenta diuretica probat dolorem sedantia, quæ eiusdem naturæ fuisse indubitatum est. Horum verò medicamẽtorum vsum Medici, qui Hipp. secuti sunt, retinuere, quod, quamplurimæ anthidotorum differentiæ, ad varias corporis particulas dolore affectas inscriptæ, atteſtantur, quarum pars ad nostra tempora peruenit, easq. apud Aetium, Alexandrum, aliosque antiquorum transcriptores videre licèt, eorum enim vsus semper frequentissimus fuit, & maximo ægrotantium commodo; quòusque Galeni secta, præualuit, qui de huiusmodi medicamentis iudicium, ratiocinatione potiùs, quam experientia ferens, ea tanquam suspecta medicæ facultati ferè penitùs subripuit. De horum vero medicamẽtorum natura, & viribus actum est à nobis in expositione lib. 2. de Morb. v. 206. sect. 2.

Vers. 173. *Tertiana febris, quum apprehenderit, siquidem videbitur, &c.* Mar. n. 18.

E Quæ de purgatione in febre tertiana hoc in loco traduntur à præceptore, nihil aduersantur ijs, quæ libro 2. de Morbis de eadem materia scripta sunt: etiam si hic die quarta purgationem instituat: ibi autem quartam accessionem, quæ in diem septimam cadit, expectari voluerit, causam enim diuersitatis exprimit illis verbis, siquidem videbitur tibi non purgatus esse, quarta die pharmacum dato, si verò pharmaco non videbitur opus habere. &c. Quarè purgandi ratio in febre tertiana erit hæc, si æger pluribus humoribus repletus in tertianam incidat, quarta die purgari debet, periculum enim esset, nè ob copiam humorum febris in continuam, & acutam transmutetur, sin minus purgatio à principio non est necessaria, quia vt loco citato dicebat Hipp. si à febris initio dederis, postquam purgatus est, febris repetit, & rursus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 217 sur 636

medicamẽto opus habet,expectandũ est ergò quòusq. morbi vigor pertrãseat, qui in tertiana A
febre,quæ septimum paroxismum non transcendit,ad summum in quartam accessionẽ cadit.

Mar.n.13. *Vers.* 175. *Medicamenta in potu exhibeto, quibus febris,aut transmutetur,aut deficiat.*

Non est rationabile summum præceptorem in febre tertiana,exhibere ea medicamẽta, per quæ febris omnium tutissima, & breuissima in grauiorem, & longiorem morbum transmutetur. Quarè hoc in loco per metastasim intelligere debemus,non morbi transmutationem, sed humorum translationem ad aliam partem,vt hac mediante detracto caloris febrilis pabulo à proprio foco, febris tollatur. Quarè sententia auctoris erit,pro huius febris curatione danda esse medicamenta, quæ calorem febrilem extinguant,aut humores à minera febris dimoueant. Qualia fuerint hæc medicamenta,exactè determinari non potest,quia medicamentarius liber, in quo descripta erant,desideratur. Coniectare tamen possumus duarum fuisse facultatum: quæ enim febrem tollunt,frigida fuisse verisimilè est, quæ verò metastasim humorum faciunt, vel sudorifica, vel diuretica fuisse,existimo. Nam huiusmodi medicamentis vsus est in eiusdem febris curatione lib.2.de Morbis, vbi inquit. Si tertiana febris tenuerit, siquidem non omissis tribus inuasionibus quarta corripiat,pharmacum dato deorsum purgans; si verò pharmaco non egere tibi videatur, radicum quinque folij tritarum acetabuli mensuram ex aqua bibenda dato. Eccè genus medicamenti, quo febrem tollere intendit. Si verò (subiungit) nec sic cesset,multa calida loto trifolium, & silphij succum in vino pari aqua ammixta bibenda præbeto,& reclinato vestimenta multa integito, donec sudet. Eccè forma, & exemplar sudorifici medicamenti, quo humorum fit transmutatio, de qua hoc loco tractatur.Diureticis pariter medicamentis tertianam febrem curare antiquos consueuisse, multa inueniri possent testimonia, vnum tantùm adducam in modum exempli. Hypericum, quod febrem tertianam curare testatur Dioscorides,nulla alia ratione id præstare potest,nisi quia diureticum existit, vndè biliosorum humorum transmutationem ad vias vrinæ facit. Remedij genus à Gal.celebratum,vndè lib.de Arte curat. ad Glauconem de febris tertianæ curatione tractans, hæc scripsit. Venter autem mollibus clysteribus exinaniendus est,vrina verò potionibus,in quibus apium, aut anethum maduerunt,prouocanda. Nostri autem primis tantummodo medicamentorum qualitatibus perpetuò intenti, non modo hæc omnia medicamenta, sed etiam his temperatiora, vti calida semper damnabunt. Sed hunc abusum adnotauimus paulò antè lib.2.de Morb.sect.2.vers.194.

Mar.n.18. *Vers.* 177. *In apprehensione autem sorbitione, & potu nutrito &c.*

Hac voce ἀνάληψις, quam apprehensionem transtulit interpres, non ipsum insultum, & accessionis principium intelligimus,sed totum illud tempus, quo perdurat accessio, quemadmodũ per illa τοὺς δὲ διαλείποντας,quę interposito tempore malè interpretatur, reliquum temporis significatur,quod duabus accessionibus interponitur, & febris intermissionem, siuè interuallum appellant. His igitur docet Hipp.dum febris actualiter tenet,si ægrum nutrire expedit, id sorbitionibus, aut potibus faciendum esse. In confirmationem illius sententiæ libri de locis in hom. febrienti cibum nè offeras. Tempore autem intermedio,dũ scilicèt febre caret, cibis aluum subducentibus vtendũ, per subducentes cibos intelligens eos, non à quibus aluus manifestè subducitur,sed qui molles sunt, & facilè secedunt, ità enim distinguebat cibos lib.2.de Dieta, quod alij aluo secedant facilè,alij difficulter. Quarè hæc est eadem sententia,quam suprà vers.142.registrauit hunc in modũ,si verò febrilis calor apprehenderit,& dimiserit; grauitas autem corporis ipsum detinuerit,hunc,donec quidẽ calor tenuerit,sorbitionibus; & potibus curato,quum autem nõ tenuerit,etiam cibos dato. Apprehendit autem(subiungit) Hipp. non ita sæpè(vt vertit Comarius)qui hoc in loco etiam sua translatione,obscuritatem sententiæ addidit,dum vocem πλῆθος, quæ quantitatis continuæ est nota, ad discretam conuertens trãstulit,sæpè,cum diù vertere debuisset.Vult enim significare Hipp.hanc febrem accessiones plerumque breues habere,cum rarò spatium duodecim horarum attingat.Quarè,& græcæ lectioni,& auctoris intentioni accommodatior hæc erit interpretatio. Detinente quidem febre sorbitione,& potu nutrito,tẽpore verò intermedio cibis per aluum secedẽtibus,detinet autẽ plerunq.non longo tẽpore. Hæc adnotare vellem recentiores,qui febriẽtibus panẽ,& carnes, aliosq.cibos ẽt duriores exhibẽt in ipsa febre,quos nedũ in intermissione dedisset Hipp. eò q non facilè aluo secedunt,immò hepata gallinarum, oua semiassata,pira austera,cydoniaq. sub

cine-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 218 sur 636

A cineribus decocta concedunt, quæ aluo ſiſtendæ ſunt accommodata. Adeò longè ab Artis decretis, abuſus in Medicina proceſſerunt.

Verſ. 102. *Fit, tum tertiana, tum quartana à pituita, & bile.* Mar.n.19.

Melancolicum humorem, quem atrambilem vocare ſolet Hipp. aliquando ſub ſimplici bili vocabulo comprehendi, præter eas, quæ adnotauimus lib. de Genit. verſ. 45 ex hoc loco conſtat, quandoquidem melancoliæ nullam facit mentionem, enumerando humores, à quibus febris quartana generatur. Sciebat enim, non exiguam, huius humoris portionem ad febris quartanæ generationem concurrere, idquè expreſsè teſtatus eſt lib. de Natura humana verſ. 285. Quo in loco, quomodo febres, quas putridas vocamus, ex bile fiant explicauimus ſufficienter.

Verſ. 188. *Vim porrò habent medicamenta in febribus, vtepotis his, &c.* Mar.n.19.

Facultatem explicat eorum medicamentorum, quibus antiqui pro tollendis febribus, vti
B conſueuerant, & inquit talis eſſe naturæ, vt his epotis, vnaquæq. pars corporis in naturali, & propria temperie conſeruetur, ità vt neque præter naturam calefiat, neque refrigeretur, id enim importat græca lectio, in qua transferenda, cum aliquantulum à ſcopo declinauerit interpres, totam orationem obſcurauit. Verba enim κατὰ χωρίων in loco tranſtulit, quæ iuxtà locum propriè ſignificant, hoc eſt, ſecundum vnamquamq. corporis partem, χωρίων quippè apud Hipp. ſignificare partem quamlibet corporis, iam ſatis conſtat vel dicamus κατὰ χωρίων ideſt in ſtatione, hoc eſt naturali diſpoſitione perſiſtat. Qualia verò eſſent huiuſmodi medicamenta, non cõſtat. Crederem tamen, fuiſſe cõpoſitiones peculiares ex varijs, ac multiplicibus medicamentis confectas: partim calefacientibus, partim refrigerantibus, & quæ forſaſsè ſingulas particulas corporis, aut ſaltẽ laborare in febribus ſolitas, reſpicerent ſpecifica qualitate,
C quibus portio addebatur, eorum medicamentorum, quæ refrigerando ſtupefaciunt, vt præter facultatẽ refrigerandi, qua calori febrili reſiſterent, vim præſtarent compoſito, cõpeſcendi importunos humorum motus, à quibus & refrigerationes, & calores febriles originẽ habẽt; quatenus acceſſiones, & inſultus earum faciunt, vt hac etiam ratione medicamenta hęc dicantur, corpus in ſua ſtatione conſeruare, nè impenſius calefiat, aut refrigeretur. Idque præſtare triplici ratione videntur. Primò, quia ex contrarijs ſunt confecta, calefacientibus inquam, & refrigerantibus. Secundò, quia ſiſtendo humorum motum (vt 2 de Morbis ſect. 2. v. 206. indicauimus) inuaſionem febris inhibere poſſunt, quæ à motu humorum dependet, & deniq. quatenus corpus vniuerſum, & ſingulas eius partes roborando, ſunt cauſa, vt cauſis contrarijs facilius reſiſtat. Non enim inconueniens eſt medicamenta, vel etiam calefacientia prohibere, nè corpus incaleſcat nimis, roborando calorem innatum, qui à cauſis calefacientibus non
D adeò ſuperetur. Hac ratione nonnulli experiuntur in æſtate, eius ardores facilius ferre, ſi manè hauſtus quoſdam vini generoſi, aut aquæ ardentis aſſumant. Ruſticique teſtantur, minus ſub radijs ſolaribus ſitire, quo die allia comederunt. Hanc verò coniecturam de natura prædictorum medicamentorum confirmat deſcriptio medicamenti, quo vtitur Hipp. in eiuſdem febris curatione lib. 2. de Morb. eodemque apparatu, quo hoc in loco proponitur. Nam ibi pariter corpore purgato, balneoque præmiſſo medicamentum exhibet ex ſemine hyoſcyami, mandragoræ radice, ſucco ſilphij, & trifolio cum vino, quorum facultates ſi conſiderentur, omninò reſpondent ijs, quas in præfatis compoſitionibus animaduertimus. Huius naturæ multæ extant adhuc antiquorum compoſitiones, vt in expoſitione citati loci adnotauimus, inter quas Theriacam Andromachi principatum habere inuenio, cuius vires in febri-
E bus pluries expertus, affirmare audeo, nullum efficacius medicamentũ eſſe ad febrium acceſſiones prohibendas Theriaca ipſa, qua in febribus periodicis aſſiduè vtor, non quartanis modò ſed longè cõfidentius in tertianis, & quotidianis, ea tamen cautione, vt neceſſariæ euacuationes præceſſerint, & morbus augumentum vniuerſale pertranſierit, exhibeoq. ad dragmã vnam eo tempore, vt acceſſionis principium præcedat Theriaca, ſaltem ſex horis, ſed plerumq. ad initium noctis exhibeo, vel antè, vel poſt cænam, hac tamen diſtinctione, in quibus ratione temperamenti ſiccitatem medicamenti, ſuſpectam habeo, poſt cænam non longè poſt exhibeo, alioqui parum antè cænam, & potiſſimum ijs, qui ad vomitum procliues ſubeunt periculum, nè in Theriacæ aſſumptione euomant cibum. Aliquando ſingulo veſperi eam præbeo, aliquando alternis, eligendo eam, quam ratione futuræ acceſſionis, moleſtam

eſſe

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 219 sur 636

esse consueuit. Nec medicamenti caliditatem timeo, quæ tandem minor est, quam vulgò putatur, quando Hipp. nec silphij succum, nec trifolij semen timuit in tertiana febre lib. 2. de Morbis sect. 2, vers. 195. multorumq. medicamentorum caliditatem maiorem Theriacæ, in internis inflammationibus minimè suspectam habuit, exempli gratia in pleuritide, in peripneumonia, in hepatis inflammatione, vteri, ac aliorum, in quibus vtitur, & semine abrotani, & succo panacis, aro, silphio, apio, dauco, sinapi, ruta, capparis cortice, ac alijs calidissimis medicamentis, ob rationes alibi à nobis adductas. A

Sectio II.

Mar. n. 28. *Vers. 1. Quum ex vino, aut conuiuio, cholera morbus corripuerit, aut diarrhœa. Diarrhœa quidem conducit, &c.* B

Ex vino, & crapula mala quamplurima excitantur: sed duo tantummodo hoc in loco ab Hipp. recensentur frequentiora, quorum alterum diarrhœa est, cholera alterũ. Vtriusq. curationẽ docet, & primo loco diarrhææ, quæ quidem satis manifesta oratione absoluitur, estque satis rationabilis. Illud tamen facit difficultatem, quæ scilicet sint ea, quæ dari iubet ad vesperam, solita dari ijs, qui à pharmaco purgati sunt. An fortè intelligit ea, quæ paulò infrà, vers. 119. hoc eodem libro traduntur his verbis? His, qui medicamentum biberunt, post purgationem detur, febrientibus quidem, aut lenticula, aut milium tenue, aut ptisanæ succus. Danda est autem ptisana, & milium, velut quæ leuia sint. Alica verò velut omnium robustissima, & farina velut, his robustior, lenticula autem odorata præparetur, & modica secundo loco detur, vt quæ leuis sit sorbitio, & stomaco amica superiori. Admisceatur autem, aut C sal, aut mel, & cuminum, & oleum. Ad lenticulam verò ammisceatur pulegij herba, & parum aceti. Non febrientibus verò, panis puri medullam in iusculum interito, aut mazam, & frustum piscis dato, &c. quæ sequuntur.

Mar. n. 28. *Vers. 12. Si verò euacuaueris, violenter vomunt, & violentius secedunt.*

Choleræ curationem per potiones humectantes, & per balnea calida absoluendam docuerat in præcedentibus, vt si quid noxium in ventriculo esset, facilius euomatur, & quo aluus inferna promptius secedat. Quoniam (subiungit modo) si euacuaueris violenter, hoc est, humorum reliquias si euacuare volueris per medicamenta purgantia; euacuatio tam per superna, quam per inferna violenta sequetur: vndè æger debilitatus periclitabitur. Huic tamen curationi aduersari videntur ea, quæ libro 5. Epidem. leguntur, vbi virum Athenienſem cholera laborantem dato helleboro sanauit. Vndè experimento constat medicamenta etiam D fortissima, quale est helleborus, aliquando conuenire in hoc morbo. Apparens tamen contradictio hoc modo tolli potest, hac distinctione. Quando ex crapula, & potationibus cholera generatur, vt supponitur in præsenti casu, quia morbi causa (cibaria scilicet corrupta) in ventriculo residet, nec vitium aliquod totius concurrit, ad medicamenta purgantia non est confugiendum: quæ humores trahunt à toto, vbi nullum adest vitium. Nam educeretur, quod educi non debet, factaque humorum agitatione, confluxus ad ventriculum augeretur, debilem ex morbo, & ab assumpto medicamento non mediocriter læsum. Quum verò morbus à bilis copia, & aliorum prauorum humorum dependet, qui ad ventrem confluentes, & sursum, & deorsum symptomaticè erumpunt, tunc eorum totalis purgatio, quam citius procuranda est; ducendiq. sunt per regionem minus periculosam, qualis est contraria illi, per quam maiori impetu feruntur sponte. Quapropter præfato Athenienſi helleborum dedit E Hipp. medicamentum forte, & quod sursum purgat, quia humores fouentes morbum in toto peccabant, & maiori impetu deorsum, quam sursum ferebantur, vt adnotatur in textu.

Mar. n. 28. *Vers. 14. Fiunt autem, & hi dolores, qui ex potationibus, aut ex conuiuio oriuntur, quum cibi, & potus plus solito in ventrem ingressi fuerint, & quæ extrinsecus corpus supercalefacere solent, hilem, ac pituitam mouerint.*

Choleræ causam assignauit Hipp. à principio, ciborum, & potionum varietatem, & copiam, quam indicare voluit, dum dixit: ex vino, & conuiuio, eam ergò modo clarius exprimens, sub nomine doloris morbum memorans, inquit, quum cibi & potus plus solito in ventrem ingressi

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 220 sur 636

ingressi fuerint, cui aliam subnectit, quæcunq. scilicet exterius corpus, ità calefaciant, vt bilis & pituita commoueantur. Hancq. postremam causam respiciens lib. 5. Epidem. v. 385. cholericas affectiones in æstate, maximè fieri tstatus est, 7. eiusdē operis sect. 2. v. 267. inter causas, huius morbi insolationem adnumerauit, quippè quæ corpus immodicè excalefacere potest.

Vers. 25. *Coxendicus morbus quum fit, dolor corripit coxæ iuncturam, &c.* Mart. 30.

Quamuis ratione loci affecti quilibet dolor ad ischion, ἰσχιὰς, coxendicus morbus appellari possit, propriè tamen hoc nomen meretur ille, de quo hoc in loco tractatur, in quo scilicet, dolor viget, & ad coxæ articulationem, ad summ. as nates, & ad eminentiam illam musculosam subpositam natibus, quam proprio vocabulo γλουτὸν dixit, extenditurq. iam confirmato morbo ad inferiorem coxam, & per crus totum diuagatur ad pedem vsque, cuius quidem causam referens Hipp. morbum hunc fieri ait, quum bilis, & pituita per sanguifluam venam incubuerit, & sanguinem in ea existentem compegerit, & morbosum reddiderit, vndè euenit, vt plures partes, & inter se distantes dolor infestet, quia vbicunq. sanguis ille morbosus constiterit, ibi dolorem facit, in eaque remedia adhibere iubet Hipp. quæ sanguinem illum coactum emolliendo dissoluant, & diffundant. Quæ quidem manifestant, in quanto errore versentur illi, qui doloris extensionem in hoc morbo ad neruos referunt, qui à spinali medulla, iuxtà coxendicem à summis natibus, per femur, & crus totum, ac pedes disseminantur, certum est enim, hanc doloris extensionem per solam irradiationem absque materiæ concursu ad partem dolentem minimè fieri: alioqui dolores neruosarum partium semper communicarentur omnibus particulis, ad quas propagantur nerui. Nec est verisimile, materiam doloris per neruos densissimos ferri ad partem adeò remotam, in qua dolor exitatur, quia id absque conuulsione non contingeret. Assentiendum est igitur Hipp. asserenti, materiam doloris per venas sanguifluas ferri ad partes, in quibus excitatur dolor; quas quidem sanguifluas vocat, ad differentiam arteriarum, quas eodem nomine appellare consueuit antiquitas. Hancque distinctionem manifestis expressit verbis lib. de ossium natura pluribus in locis, dum venarum describeret anathomen. Quam quidem Hipp. sententiam verissimam cognoui per ea, quæ obseruaui in cementario quodam hoc morbo laborante: qui dum à vehementia doloris afficiebatur (idque per quosdam paroxismos contingebat) venæ omnes per exteriorem partem læsæ coxæ, & cruris disseminatæ mirum in modum intumescebant, remissoque dolore subsidebant statim; nec earum apparebat vestigium. In hoc igitur consistit essentia veri coxendici morbi, quia dolor vagus per crus totum, modo hùc, modo illùc consistit: fitque à materia per venam coxariam discurrente, quemadmodum explicatum est, quamuis latiori denominatione hoc nomen adaptetur etiam alijs doloribus coxendicis, & potissimum illis, qui à materia obsidente iuncturam coxæ, fiunt, qui quidem quando à materia frigida, & pituitosa ortum ducunt, magis proprie κεδματα, appellari debent, & hi duo affectus ischias, & cedma plurimum inter se differunt, & ideò Hipp. de his distinctè mentionem facit, lib. de Aer. Aquis, & loc. sect. 2. vers. 220. Latinæ versionis Cornar. vbi hæc leguntur, Mart. 52.

ὅκου γὰρ ἱππάζονται μάλιστα, καὶ πυκνότατα, ἐκεῖ πλεῖστοι ὑπὸ κεδμάτων, καὶ ἰσχιάδων, καὶ ποδαγρικῶν ἁλίσκονται. ideſt, vbi enim multum, & frequenter equitant homines, ibi plurimi à cedmatibus, & à coxendicis morbis, & à podagris corripiuntur, quam vocem κεδματα, adeò inconstanter vertit Cornar. vt cum eo mentem auctoris circa materiam hanc percipere, sit impossibile, communiter enim vertit fluxiones fluidas circa articulos, aliquando, vt loco proximè citato, diuturnos articulorum dolores, sed quod peius est, sæpè coxendicum morbum transtulit, licet constet, vt dicebam, hos duos affectus inter se distinctos esse. Cedmata enim, quemlibet articulū inuadere possunt, ischion verò est morbus proprius coxendicis illa à materia frigida semper originem ducūt, hic verò absque bile non fit, quæ sæpè pituitæ præualet. Quod si Hipp. vt dolores omnes, qui ad ischium fiunt, vnico comprehenderet capite, ἰσχιάδα etiam appellauit fluxiones materiæ pituitosæ ad coxæ iuncturam lib. de Inter. Affect. id ab eo factum est ex abundanti, & quia distinctam curationem facit, iuxtà materiæ diuersitatem, ideò nominis receptio impropria nihil affert incommodi. Ad institutum igitur redeuntes concludamus, coxendicū morbum propriè eum esse, quem hoc in loco describit Hipp. huicq. propriè conuenit curatio ab eo tradita in textu. Nam sanguinem ab affluxu bilis, & pituitæ compactum emolliendo, & calefaciendo dissoluit, eodemque tempore dolorem lenit. Aluum

subdu-

subducit clysteribus, & simul, & semel sanguinẽ circa regionem coxendicis compactũ dissoluit, materia mq. antecedentem sensim deriuat ad aluum. Dolore remisso medicamentũ exhibet purgans, quo bilis, & pituita morbum facientes educantur, quod antè præstare non audet, nè materia à medicamento agitata, & commota, ob doloris vehementiam ad partem affectam magis flueret, quam euacuaretur. Indè vero lac asininum præbet, quo mediante corporis habitus temperetur, humoresq. mitiores, & benigniores reddantur, illud verò coctum exhibet, vt simul, & semel humorum fluxibilitas, & prõptitudo ad motum auferatur. Nostri decoctum guaiaci exhibent, aut quid simile, quod humores attenuet, acuatque, & ad motum promptiores reddat: non solum in hoc: sed etiam in quolibet alio dolore articulorum. Tandem verò doloris gratia ea exhibet medicamenta, quæ scripta sunt in medicamentis, quorum natura, quando liber ille medicamentorum ad nos non peruenit, qualis exactè fuerit, non constat, verisimile quidem est, fuisse medicamenta composita ex varijs medicamentis, partim vrinas mouentibus, partim roborantibus, & potissimum stupefacientibus, & incrassantibus, quorum mixtiones medicamenta ad dolores inscribebantur; & de his sæpè mentio fit apud Hipp. cuius naturæ sunt varia medicamenta, quæ in communi sunt vsu ad dolores, v.g. Theriaca, Mitridatum, Philonium, pill. de cynoglossa, triphera cum opio, & alia huiusmodi, ego autem Theriaca vtor ad scrup. vnum cum g. septem Pill. de cinogl. vel etiam Theriaca ipsa, ægri natura inspecta, quorum medicamentorum caliditatem, & siccitatem corrigo victus ratione ijs contraria, pro ratione humoris peccantis; vt est medendi vsus Hipp. Hisque omnibus absoluitur curatio huius affectus adeò exactè, vt alia omnia remedia irrita habeam, quæ in alium finem tendant. Animaduertendum verò, si quis dolores omnes ad ischium præfata curatione curare velit, non ex voto cessuram esse: quia in doloribus coxendicis à materia fixa circa articulationem, alia debetur curatio ab ijs, in quibus dolores hùc vagantur, & illùc, nam sicuti principalis intentio in illis est; vt materia dissoluatur, & abducatur à iunctura: ità in his plurimum viget intentio euacuandi humores ad partem irruentes, & compescendi eorum motum. Quæ omnia considerans Hipp. longè diuersam curationem instituit huius morbi lib. de Affectionibus internis, ac fecerit in præsenti, ibi enim clysteres acerrimos injcit, quos hoc in loco emollientes probat, ibi frequenter articulum moueri iubet, quod hoc in loco non est necessarium: quando materia non est fixa, vstionemq. super iuncturam proponit ibi, quæ in hoc non habet locum, nisi postquam dolor pertinax in aliqua parte constiterit: quam circa iuncturam non semper necessariam censet: sed vbi dolor constiterit: consistit autem, modo in hac, modo in illa parte. Quod verò ad vstionem lino crudo, & fungis parandam spectat, quia modum non docuit Hipp. (adeò vulgaris erat temporibus illis hic inurendi modus) eum aperire operępretium est. Accipiatur linum crudum, & arctè conglobatum reducatur in formam pyramidis, cuius basis latior in angustum coarctetur. Magnitudinem, seu latitudinem basis indicabit locus inurendus: non ignorato, vstionem aliquanto latiorem fieri, quam sit basis pyramidis. Hæc igitur in summitate accensa, loco inurendo apponatur, ibique resideat, donec tota materia absumpta sit, nam ignis serpendo, ad cutim perueniens vstionem facit: & quod mirum videtur, ferè insensibiliter, & sine dolore. Extincto igne porrum elixum imponebat Hipp. donec, quod exustum est, decidat. Nostri butirum cum caule adhibent, indèque vlcus apertum seruetur ad libitum. Huiusmodi vstiones aliquando parauit Hipp. fungis, ex quibus esca conficitur ad excipiendum ignem è silice. Aegyptij ex petijs lineis inueteratis, & gossipio repletis, in eandem formam constipatis eo modo vstiones parant. Armeni ex solis petijs filo coarctatis inurunt. Qui quidem modi omnes optimi sunt: vt mihi constat experimento, in eoque tantummodo differunt, quia, quò materia ignem recipiens densior est, & magis coacta, vstionem altiorem facit. Quarè pro ratione loci affecti sexus, ætatis, ac temperamenti ægrotantis, materia variari poterit. Harum vstionum qualis vsus fuerit Hipp. ex eius librorum lectione constabit. Quanti verò has habeant orientalis plagæ populi, & quibus casibus vtantur, manifestauit Prosper Alpinus libro de medicina Aegyptiorum.

Marn. 31. *Vers. 37. Articularis morbus, quum tenuerit corripit calor, & dolor, &c.*

Occasione præsentis loci, in quo Hipp. de arthritide, & podagra distinctè agit, ratione longè diuersa à communi sententia posteriorum, operæpretium diximus horum duorum affectuum

natu-

©BIUM

A naturã, iuxtà Hipp. ſententiam explicare. Dolorum articularium quatuor ſpecies diſtinctas, proprijſq. nominibus inſignitas in Hipp. doctrina inuenio. Prima eſt, quæ proprio vocabulo ἰσχιας, ideſt, coxendicum morbus appellatur, cuius natura in ſuperiori ſermone explicata eſt. Altera ſpecies eſt, quæ arthritis, hoc eſt, articularis morbus per excellentiam quandam dicta eſt, nam hic morbus omnes articulos indiſtinctè inuadit, eſtque ſatis vehemens, & acutus, & de hoc tractat hoc in loco his verbis, Arthritis, ideſt, articularis morbus quum tenuerit, corripit calor, & dolor corporis, articulos, corripit autem acutus, & in alium, atque alium articulum dolores incumbunt, tum acutiores, tum molliores, &c. Tertia ſpecies podagra dicitur: quaſi dicas pedum ægritudo, haud certè, vt hoc nomine appellari debeant tantummodo dolores, qui pedes infeſtant: ſed quia hic morbus primò pedes incipit inuadere, eoſque præ alijs corporis partibus laceſſit magis, æquè enim podagra eſt dolor, qui manum, aut cubitum,
B aut quemlibet alium articulum occupat, quam, quæ pedes ipſos: dummodo podagræ eſſentia ei competat, namque chiragræ, gonagræ, aliorumque huiuſmodi nominum compoſitio poſteriorum ſunt inuenta, qui nominum ſignificationi tantummodo attendentes, veram podagræ eſſentiam non perceperunt, quam tamen ab Hipp. edoceri poterant hoc in loco, in quo breui quidem, ſed ſufficienti oratione veram podagræ naturam nobis aperuit, dum inquit. Podagra violentior eſt omnibus eiuſmodi, circa articulos morbis, & diuturniſſimus, ac ægrè cedens morbus, & eſt quidem hic morbus ſanguinis in venulis à bile, & pituita corrupti, &c. Quartam, ac poſtremam ſpeciem dolorum articularium comprehendit Hipp. nomine κεδματων, quæ quidem vox affectio fluida circa articulos à Cornario plerumq. interpretatur, dixi plerumque, quia aliquando coxendicum morbum, vt ſuperius adnotauimus, non ſine confuſione tranſtulit, Galeni permotus auctoritate, qui in explicatione vocum Hipp.
C diuturnos ex defluxione affectus, qui ſcilicet circa articulos omnes, aut præcipuè, circa coxam fiunt, hoc nomine ſignificari voluit. Verum licet κεδμα ad iſchium aliquando fiat, non ideò coxendicus morbus debet appellari; quando à vero coxendicum morbo, non parum differt, vt ex ſuperius explicatis ſatis conſtare poteſt. Cedmata ergò ſunt articulorum dolores diuturni, non admodum vehementes, quorum materia à prædominio pituitoſa eſt, & ideò Scythis familiaris fuit morbus, id atteſtante Hipp. lib. de Aeribus, Aquis, & loc. ſect. 2. quo in loco à coxendico morbo manifeſtè diſtinguitur. Hanc eandem ſententiam confirmant Heſychius, Varinus, Pſellus, & Erotianus, qui communi conſenſu diuturnam affectionem circa articulos exponunt, ab ipſomet Hipp. edocti, qui lib. 1. de Morbis verſ. 53. κεδματα inter morbos diuturnos enumerauit. Has verò quatuor morborum articularium ſpecies, natura inter ſe differentes meminit lib. cit. de Morb. verſ. 46. dum inquit: Tales verò non lethales ſunt, niſi quid ipſis accedat, κεδματα. Atrabilis, Podagra, ἰσχια, ideſt coxendicum
D morbus, Teneſmus, Quartana, Tertiana, Stranguria, Lippitudo, Lepra, Impetigo, Arthitis. Quarè quicunquè ſub aliqua harum quatuor ſpecierum non comprehenduntur articulorum dolores, communi denominatione vocari ſolent, modo dolores articulorum, modo circa articulos labores, horumque tot conſtitui poſſunt differentiæ, quot modis eos inter ſe differre contingit: tum ratione cauſarum, tum modi inuaſionis, durationisvè, aut aliorum huiuſmodi: & licet aliquando ob affectos articulos peculiarem aliquam prædictorum denominationem ſortiantur, quando v.g. ob affectos pedes podagrica appellantur, ſiue ἰσχιαδα propter iſchium læſum, à vera tamen podagra, & à vero coxendicum morbo differunt plurimum; ſi exacta horum natura attendatur. Ad peculiares ergò dolorum articularium ſpecies,
E vt deſcendamus, poſtquam ſuperius coxendici morbi veram eſſentiam, & curationem excauit Hipp. modo Arthritidis, naturã exponit, & primo ſigna huius morbi peculiaria proponit. Nam dolores articulos corripiunt cum calore ſatis inſigni, non modo articulorum, ſed etiam totius corporis, vt manifeſtè febrire ægrotantes videantur, ſecundo dolores in prima ſtatim inuaſione ſunt acuti, licet aliquando molliores fiant, tertio, & poſtremo ex vno in alium articulum trãſeunt, in hiſque tribus ſignis arthritidis eſſentia conſiſtit, quæ eam à podagra diſtinguunt, nam in hac calor adeò euidens, haud perſentitur ſtatim à principio, quemadmodum in arthritide: niſi poſtquam humor in venulis corruptus ad partes exteriores trãſmiſſus fuerit, & ratio diuerſitatis indè oritur: quia in podagra morbus eſt in venulis, & intimis partibus, in Arthritidè verò extrà, & ad ſuperficiem magis conſiſtit. Secundo in podagra dolores ſaltem

Mar. n. 51.

Mar. n. 3.

à pro-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 223 sur 636

à principio nõ sunt adeo acuti, idque ratione materiæ, quæ in arthritide tenuior est, & acutior, quæ quidem materiæ diuersitas potest etiam esse causa, cur dolor calorem adiunctum habeat maiorem in arthritide, quam in podagra; & ideo arthritis inter morbos acutos habetur, podagra verò inter diuturnos numeratur lib. 1. de Morb. vers. 52. nulla arthritidis mentione facta, vtputa morbo acuto, non diuturno. Tertium tandē signum, progressus inquam doloris ab vno in alium articulum, arthritidem à podagra distinguit, quia licet aliquando dolores podagrici ab vno articulo in alterum transeant, id fit paulatim, non subitò: vt in arthritide, in qua dolor sæpè in summo vigore consistens, statim cessat, & alium articulum inuadit. At podagra sensim desinit in vno articulo, antèquam in alium progrediatur, nisi ob materiæ copiam perseuerante priori dolore, nouus in altero articulo excitetur, idque euenit non solum ex diuersitate materiæ, quæ calidior est, ac tenuior in arthritide; sed etiam ex loco, à quo mouetur ad articulos. In podagra enim pars mittens est membrum aliquod particulare, in arthritide verò à toto corpore fluit ad articulos, vt inferius magis patebit, & sicuti modò ab vna fluit corporis parte, modò ab altera, varias partes inuadere necesse est, pro vt parti mandanti proximior fuerit, & magis cognata. De signis hæc sufficiant. Ad causas arthritidis deueniens Hipp. hæc ait: Hic morbus à bile fit, & pituita, cum commota in articulos incubuerit. Qua in re noto illud, quum commota incubuerit, indicat enim, humores dictos ad articulos ferri, non aliqua peculiari corporis parte transmittente, sed à toto corpore: in quo si abundet, superueniente aliqua causa, quæ illum agiter, ad articulos fertur, & in hoc etiam arthritis à podagra differt, in qua materia morbifica nõ à toto, sed ab aliquo mẽbro principali expellitur ad articulos, & hæc est causa potissima, cur podagra longè grauior sit morbus arthritide, & curatu difficilior; & cur hæc plerunque perfectè curetur, nec repetat in posterum, quod podagræ censetur proprium. Namque per interualla inuadens, toto vitæ cursu patientes miseros facit. Quicunque enim morbi (dicebat Hipp. lib. de Nat. hum. vers. 2 oo.) à validissima parte ad quandam debiliorem transierint, difficulter soluuntur. Cum ergò huius naturæ sit podagra, non est mirum si eius curatio difficilis sit, & eo magis, quia non est facilè percipere, quæ nam pars sit illius origo, an cerebrum, an iecur, an ventriculus, an aliqua alia pars nobilis, nam certum est, podagram sanare omninò impossibile esse, nisi pars mandans curetur prius, & si fortè contingat, roboratis articulis podagræ inuasionem cessare, de salute ægrotãtis timendum, quia materia podagram facere solita, aliò conuersa, morbos longè graviores, & difficiliores podagra facit, quos podagricorum plerique timentes, à doloribus cruciari malunt, quam à doloribus sanatos vitæ discrimen incurrere. Ad podagræ igitur generationem primò concurrit vitium aliquod in membro principali, quod quidem materiam morbificam, aut generet, aut congreget, aut disponat. Secundo necessaria est dispositio articulorum ad suscipiendam fluxionem, quia licet materia podagræ generetur in corpore, nisi adsit articulorum dispositio, quæ in quadam imbecillitate consistit, podagram excitari est impossibile, eoque casu succedunt morbi, qui cum podagra cognationem habet quandam, & per interualla repetentes consenescũt, cuiusmodi sunt coli dolores, epilepsia, asthma, vertigo, hemicrania, & nephritis, quæ tantam habet cum podagra affinitatem, vt vix podagricum inuenias, qui nephriticis doloribus non sit subiectus, ex dictis igitur patet, causam potissimam contumaciæ huius morbi, & cur interualla repetat, esse, quia ab aliquo membro principali originem habet, quod sanare non est facile, & in hoc differt ab arthritide, quæ à toto fluxionem recipit, quod quidem nec materiam morbificam ob aliquam malam dispositionem generat, aut disponit ad morbum, vt in podagra, sed continet tantummodo, & sicuti non est difficile per euacuationes, & viuendi rationem, præfatam materiam euacuare, & illius generationem prohibere, ita arthritidis curatio longè facilior redditur, quam podagræ. Altera differentia horum duorum affectuum respectu materialis causæ in eo consistit, quia ad generationem arthritidis, bilis, & pituita tantummodo concurrunt, in podagra verò vlterius accedit sanguinis vitium. De hac enim ita loquitur Hipp. & est quidem hic morbus sanguinis in venulis à bile, & pituita corrupti, ex quibus colligimus, præfatos humores, bilem inquam, ac pituitam, à viscere principaliter affecto per venas ferri ad articulos, in quorum venulis, si sanguinem ad corruptionem dispositum inueniant, illum corrumpentes, dolorem inducunt, si minus, dolorem excitare non solent, quia vasa sunt capacia, & nisi fiat distensio, aut humores

Mar. n. 3.

Mar. n. 19.

A B C D E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 224 sur 636

A mores extrauenentur(vt dici solet)cõtinui solutio non fit,quæ est proxima causa doloris.Idq; nos docuit Hipp. per ea,quæ paulò antè tradidit de generatione coxendici morbi qui in hoc omninò cum podagra conuenit,dicebat enim,Morbus hic fit,quũ bilis,& pituita in sanguifluã venã incubuerit, aut ex alio morbo,aut aliter quantumcunq. sanguinis à pituita,& bile compactum ægrotarit;hic enim per crus vagatur per sanguifluam venam,& vbicunq.constiterit,ibi etiam dolor manifestus fit maximè,molestus quidem, sed non læthalis: quæ quidem vlterius manifestũ faciunt, in quo consistat podagræ sanguinis corruptio,quæ fortasse particularẽ eiusdem sanguinis dispositionẽ requirit,sine qua,nec sanguinis corruptio fit,nec dolores vrgent. Indèque euenit,vt nonnulli,cũ antea à maximis doloribus cruciarentur,ætatis,aut diætæ permutatione,admodum raro,ac leuiter afficiũtur,licet grauitas & impotentia articulorũ eos de more corripiat, dũ fluxio ad venas articulorũ fertur, & hæc insuper alia causa assignari potest

B diuturnitatis,& contumacię podagrę,quia non est facilè,sanguinis præfatã corruptionẽ emendare,& corrigere, nec illũ iam corruptũ excernere ipsi naturæ facilè est, cum cogatur illũ per carnes ad cutim diffundere, tumorẽ inflammationis plerunquè participem in parte ipsa excitando,& tunc tẽporis remittitur dolor,& in hoc etiam videtur podagra ab arthritide differre, cuius dolor ex tumoris eleuatione nõ remittitur,sed exacerbatur magis,nã huius (arthritidis inquam)materia non in venis, sed circa articulos residet, vndè quò copiosior fuerit,dolorem simul, & tumorem maiorem excitari, necesse est. Verum licet dolores in podagra sint vehementes,& contumaces,experientia tamen demonstrat,id magis in vno,quã in alio ægrotante verificari,cuius materiam refert Hipp.in naturam partis affectæ,inquit enim:Quantò autem in tenuioribus fuerit venulis, & in plurima corporis necessitate cõstitutis, & in neruis,& ossibus multis,ac densis,tantò sanè durabilior est morbus,& qui ægerrimè depelli possit,& ratio quidem est,quia cum morbi solutio in eo consistat,vt sanguis cõpactus dissoluatur,ac insensibiliter discutiatur,venarum angustia dissolutionẽ difficilem reddit,discussionemq. prohibet substantiæ partis densitas. Causam verò difficultatis amplificando,subiungit: & in plurima corporis necessitate constitutis, quasi dicat, Quò maiorem vsum præstiterint venulæ laborantes, tantò longior erit morbus. Vndè hoc? quia morbi solutio à calido insito partis affectæ potissimum dependet, quæ quò maiorem vsum habet,eius calidum maius, & fortius esse necesse est. Si ergò sanguis corrumpatur, quod eiusdem calidi pabulum est, calidum innatum quod fortius esse deberet, si elangueat,morbi solutionem retardari necesse est. Adde etiam venulas eas maiorem vsum habere,quæ intimius sitæ sunt ad articulos, in quibus humor peccans longior abest à superficie, per quam humor discuti, ac euacuari debet. Causas verò remotas arthritidis innuens in fine subiungit.Solet autẽ iunioribus magis,quam senioribus con-

D tingere,ex quibus infertur,morbum hunc à calidis potius humoribus,quam frigidis originem habere; licet, & pituitam,& bilem simul concurrere existimauerit, idque vlterius confirmatur: quia calor euidens in parte affecta percipitur,breuisque,& acutus est morbus,vt superius adnotauimus, & ideò obseruatum est (id Hipp. attestante sect.3. aph. 16.) per siccitates generari arthritides. Quæ omnia indubitatum faciunt,hunc inter calidos, ac siccos morbos adnumerandum esse. Similiter dum ait,arthritidem iuuenes magis inuadere, quam senes,quos promptius à podagra infestari nouimus,colligimus & in hoc etiam arthritidem à podagra differre,quia hæc imbecillitatem senum peculiarem causam supponit: illa autem humorum copiam, quam iuuenes promptè incurrunt, ex quibus facilè est colligere, in quo Artritidis essentia consistat, & quantum à podagra differat.

Circa eiusdem arthritidis curationem, quam in hoc textu proponit Hipp. multa occurrũt

E consideratione digna,& primo quia antè omnia dolores sedari iubet localibus: quæ nostri antè euacuationem totius adeò formidant; sed id non est nouum Hipp. qui cognouerat,quam periculosæ essent purgationes in vehementia doloris exhibitæ,cuius rationem adduximus lib. 1. de Morb. mul. sect.4. vers.172. & 4. Acutorum vers. 396. retigimusq. in præcedenti coment.secundo quia dolores sedari iubet actu frigidis,id enim importat vox frigefactoria,cũ in alijs doloribus calefactorijs perpetuò vtatur, quæ tamen non minus prodesse in doloribus articulorum, quam frigefactoria, docuerat lib. de Humid. vsu vers.105. Verum aliquis dicet frigefactoria in arthritide conuenire potius,quam calefactoria, quia vt suprà adnotauerat,calor manifestus apparet in hoc morbo,cui frigidum opponitur. Sed quia eandem curationem adhibet etiam in podagra, in qua calor iste euidens non apparet,responsio non satisfacit.Ego

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 225 sur 636

©BIUM

dicerem in arthritide, & podagra frigefactoria præferri, non calefactoria; quia cum huiusmodi particulæ sint ad fluxiones suscipiendas paratissimæ, tum naturali constitutione, quia, vt Gal. animaduertit com. ad 31. aph. 4. spacia habent ad recipiendum idonea: vndè frequentissimè abscessus ad articulos fiunt, tum etiam ex morbo: qui enim his doloribus corripiuntur, necessariò articulos laxos, & ad fluxionem paratos habent, vndè ex calidorum vsu laxiores facti, ad fluxiones in posterum redderentur aptiores, calefactorijs ergò post habitis, frigefactoria adhiberi iubet: quæ quidem multis rationibus in arthritide, ac podagra conuenientissima sunt. Primo actualem arthritidis feruorem compescunt, humorisq. acrimoniam in vtroquè morbo vigentem, ac fluxibilitatem remittunt, eiusdemquè actiuitatem, ac in agendo vehementiam obtundunt, à quibus doloris sensus omninò prouenit. Secundo frigefactoria calidum innatum affectæ particulæ roborando, ad humoris expulsionem, coctionemque aptius reddunt. Tertio calli generationē circa articulos prohibent, quam quidem calefactoria sæpè adiuuant, partes humoris tenuiores in halitum digerendo, & quod crassius est assando, torrēdoq. eadem ratione, qua oximel sputum viscosum facere adnotauit Hipp. 3. acut. ver. 69. Huncque indurandi modum à calefactorijs adnotauit Hipp. lib. de Hum. vsu vers. 72. dum inquit. Et post calidam durescit corpus, magis resiccatum. Scio contrarium credi à vulgaribus, & ideò summopere cauent vsum frigefacientium actu in podagricis, & alijs articulorum doloribus, sed decipiuntur, absque dubio. Nam licet frigidum induret æquè, ac calidum: quod etiam Aristotel. 4. Metheororum affirmauit, durities tamen, quæ à frigido prouenit, in casu nostro non concrescit in tophos, quia proprium humidum adhuc conseruat, licet à frigore conglaciatum: quod tandem calido superueniente liquatur, pristinamq. mollitiem recuperat. At verò quæ indurantur à calido, proprio humore priuantur, calore ipsum absumente, & in halitum digerente; vt durities introducatur, quæ non facilè tollitur, qualis est durities tophorū, quam podagricorum articuli contrahunt. Hac ratione biliosus succus, licet tenuior pituitoso, circa articulos conclusus facilius concrescit, & concalescit in tophum, vt ex Hipp. colligitur lib. de Inter. Affect. v. 58. sect. 3. vbi de tertio morbo Typhos ab eo vocato, tractatur. Quarto frigefactoria in his morbis præstant calefactorijs, quia pars illorum ope roborata, non ità facilè fluxionem in posterum recipit. Taceo stuporem, quem refrigerantia inducunt, de quo hæc leguntur libro de Humid. vsu. v. 105. Tumores in articulis, & dolores sinè vlcere, ac podagricos, & conuulsa; plurima ex his frigida multa affusa leuat, ac extenuat, & dolorem torpefacit, torpor autem moderatus dolorem soluit, quia fortassè huiusmodi remedium sub præscriptis frigefactorijs non comprehenditur, quæ mitius refrigerant, quam vt stuporem inducant, & ideò dixit plurima ex his frigida affusa leuat: non omnia, quibus frigefactoria communiter conueniunt. frigida ergò hoc modo affusa non omnibus adhibenda est, sed iuuenibus, ac mediocriter carnosis, in quibus calidum innatum partis non ità facilè extinguitur, dolorisque vehementia viget. Vulgus humoris repulsionem ad interiora ex hoc remedio timet, quod tantum abest, vt id præstet, quod eam potius, incrassando, prohibere potest, vt sufficienter demonstrauimus in explicatione lib. 2. de Morb. sect. 2. v. 37. In arthritide igitur, & podagra dolor à principio sedandus est medicamentis actu frigidis, quæ tamen potentia respiciant humorem prædominantem, vndè si bilis præstet, medicamenta actu, & potentia frigida erunt, si pituita, actu frigidis vtemur, quæ tamen facultate mediocriter calefaciunt, ac attenuant. Interim verò subducendus est venter, vel clystere, vel glande, quod significauit Hipp. dum inquit. Et quæ sunt ex aluo, subducere per clysteres, aut glandem. Ad sorbendum verò dari iubet, quodcunq. conducibile visum fuerit, quo nomine comprehenduntur, tum alimenta, tum medicamenta, quæ respicere debent, tum humorem peccantem, tum eius motum, & si quæ alia sunt huiusmodi. De purgatione verò in his morbis facienda, hæc subiungit Hipp. Quum verò dolor intus fuerit (sic enim vertit. Corn. verba illa ὅταν δὲ ἡ ὀδύνη ἐνῇ) pharmacū infrà purgans bibendum dato. Verum quia non constat, quid intendat, dolores intus esse; quo tempore instituenda sit purgatio in his morbis, non constat. Id vero inquirendum est ex ijs, quæ alibi de hac materia ab Hipp. determinata sunt. Certum est purgationem in doloris vehementia numquam exhibuisse, imò eam prohibere expressis verbis 4. Acut. v. 406. vbi catalogum facit eorum morborū, in quibus inferna purgatio suspecta est, sed leniendum prius dolorem iubet, deinde ad purgationem deueniendum, quod etiam paulò ante animaduertit in curatione coxendici morbi. Quarè dolores intus esse, fortè fortuna intelligit Hipp. quando

Frigida ad articulos.

Mar. n. 28.

Mar. n. 6.

Mar. n. 10.

Mar. n. 64.

sedari

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 226 sur 636

©BIUM

A sedati, eius causa adhuc remanet in corpore, modus dicendi fortasse tunc temporis vsitatus apud vulgus, nec tandem omninò improprius, morbum enim, siuè dolorem intus latitare est, quando eo sedato efficiens causa adhuc remanet in corpore. Post purgationem verò, serum coctum, & asininum lac præbet ad humorum reliquias expurgandas, & simul, ac semel acrimoniam, ac tenuitatem corrigendam, cuius gratia facilius ad articulos fluit, & hęc intentio est tanti momenti, vt hac semota non fiat morbus. Hac enim ratione non generatur podagra in mulieribus, nisi menstrua defecerint, per quæ humor ille acris expurgatur, nec eunuchis, nec pueris, in quibus temperamenti ratione huiusmodi humor non generatur in corpore, vt in explicatione Aphor. 28. sect. 6. demonstrabitur, exhibetq. coctum, vt per ipsum fluxio magis sistatur, quod suprà in coxendicum morbo adnotauimus. Quantitatem verò, & modũ non diffiniuit hoc in loco, nam de hac re alibi distinctè actũ est. Nostri, & in his, & alijs ferè omnibus
B morbis diuturnis post purgationẽ seri, & lactis vice, decocta varia exhibent attenuantia, calefacientia, & exiccantia, & quæ humores acriores reddere, ac diffundere possunt, constãt enim ex Guayaco, salsaparilla, China, sassafras, quorũ virtutes, quantũ conueniant cum sero, & lacte, iudicent lectores. In præfatis igitur omnibus curationes horũ duorum affectum, arthritidis inquam, & podagrę conueniunt, quod insinuauit Hipp. dum podagræ curationẽ instituẽs inquit: Conducunt autem, & huic eadem, quæ morbo articulari, & conueniẽtiæ ratio est, quia omnia respiciunt materialẽ causam, quæ bilis est, & pituita confluens ad articulos. In fine verò de podagra tractans, hæc subiungit. Si verò in digitis dolor relinquatur, venas paululũ suprà articuli nodum inurito, vrito autem cum lino crudo. Hocq. remedium proposuit in podagra: non in arthritide, tum quia in hac huiusmodi doloris reliquiæ non solent permanere propter humoris
C tenuitatẽ, & quia non adeò intimius latitat, quemadmodũ in podagra, tum etiam quia huiusmodi doloris perseuerantia articulorũ summam imbecillitatem significat, quæ nullo alio ingenio magis corrigitur, quam exustione. Quæ vlterius malã dispositionẽ partis tollere potest, propterquã sanguis in ea consistens ad corruptionem disponitur, in qua podagrę essentia consistere videtur, & hac ratione fortasse in coxendico morbo, & in podagra exustionẽ probauit, nequaquã verò in alijs doloribus articulorũ, quia in illis sanguinis viget corruptio: nequaquã verò in alijs. His hunc in modum explicatis de differentijs dolorum articulorũ, ac eorum na- Contra Gal.
tura, & curatione, facilè est percipere, quam longè Gal. à præceptore discesserit in hac materia pertractanda; quando arthritidem morbum diuturnum vocat 1. de Crisibus c. 4 ità vt per totam vitam perdurare existimauerit 6. de Sanit. tuenda c. 7. Hipp. verò non solũ eam inter morbos diuturnos non adnumerauit, l. 1. de Morb. v. 52. in quorũ numero descripsit coxendicum
D morbum, podagrã, & cedmata; licet eiusdẽ arthritidis eo in loco mentionẽ fecerit in catalogo morborum non læthalium; sed vice versa, breuem, & acutum morbũ esse, hoc in loco fatetur, quibus cõsentiunt, ea quæ 3. aphor. 16. leguntur: vbi morbos recensens, qui per siccitates vagantur, arthritidẽ meminit. Præterea 5. de sanit. tuend. c. 8. Arthritidem, senum peculiarẽ morbum facit Gal. at Hipp. iunioribus magis, quã senioribus cõtingere, hoc in loco adnotauit. Vlterius arthriticos ferè omnes prius podagricos fuisse Gal. affirmat coment. ad aphor. 28. se. 6. quasi podagra in dies ingraueſcẽs in arthritidem conuertatur, quo posito arthritis longè grauior, ac difficilior esset podagra, cuius contrarium statuit Hipp. dum inquit. Podagra violentior est omnibus eiuscemodi (& arthritidis mentionẽ fecerat) circa articulos morbis, & diutur nissimus, ac ægrè cedens morbus. Gal. tandẽ in podagra partes affectas, fluxionemq. recipientes statuit spatium articulationũ, & quæ in orbem circumstant omnia ad cutim vsque, nequaquam verò tendines, & neruos 6. aphor. 49. quod propriũ videtur arthritidis iuxtà Hipp. sententiã, vt suprà adnotauimus. Namque in podagra, & venulas, & neruos, ac tendines, imò etiã
E ossa fluxionẽ susc ipere posse testatur: dum inquit. Quantò autẽ in tenuioribus fuerint venulis, & in neruis, & ossibus multis, ac densis, tantò sanè durabilior est morbus, & qui ægerrimè depelli possit. Idem absque dubio appareret dissidium circa curationem, si proprium, ac peculiarem curandi modum tradidisset Gal. curari enim arthriticos attenuãti victu, testatur à principio libri huic materiæ dicato, cum incrassans potius Hipp. curationi conueniat, nam serũ, & lac cocta exhibet in hunc finem, incrassandi. Similiter curationem inchoari ab euacuatione voluit Gal. 10. de comp. med. sect. loc. cap. 3. Hipp. verò frigefactorijs dolorem prius sedat. In curatione verò sanguinem mittit Galenus, cuius rei nullam fecit mentionem Hipp. quippè quæ plus lædere debilitando articulos possit, humoresq. attenuando, fluuidioresquè red-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 227 sur 636

dendo,quam eua prodesse curatione,quæ tandē cum bilis sit,& pituita, purgatione euacuantur,nō sanguinis missione,nā licet aliquādo plenitudo adsit,hæc dieta tolli potest,alijsq.ingenijs,nè æger à venę sectione lædatur.Quarè cū Gal.à præceptore adeò dissentiat,non est mirū, si posteriores omnes,qui de hac materia Gal.duce pertractarūt,à veritate longe aberrauerint. A

Mar.n.33. *Vers.* 61. *Et quicunque cibi, aut sorbitiones congruè, ac consequenter, &c.*

Hæc est differentia inter medicamenta purgantia,& cætera omnia, quæ pro morborum curatione vsurpantur. Hæc enim, vt decet,præscripta,intentum finem sortiuntur,& nihil periculi in se habent. At medicamenta purgantia, licet ex arte exhibeantur, non tamen carent periculo. Medicamentorum enim purgantium(dicebat lib.de Medic.purg.) res non ità se habet, quemadmodum putatur. Eodem enim medicamento purgantur, & non purgantur: quandoq. verò alia purgat, quam quæ purgare solet: aliquando nimium purgat, &c. Quarè subiungit modo,quam maximè ea vitare oportet. Sed quomodo curabimus morbos,quibus necessariam esse purgationem, nos docuit superius? Hoc dictum est ab Hipp. non medicis, quos satis fuit admonuisse loco proximè citato, nè temerè exhibeantur, sed idiotis, quibus hunc librum conscriptum fuisse,in procemio adnotauimus. Inferens tutò omnibus præscriptis remedijs vti posse, quia nihil incommodi ipsis euenire timendum est. At purgationibus quantum fieri potest, abstineant, quia si aliquod inconueniens ex purgatione casu contingat, maiori culpa dignus habebitur idiota, quam medicus. B

Mar.34. *Vers.* 74. *Lepra, & pruritus, & scabies, & impetigines & vitiligo, &c.*

Quia multi ex enarratis morbis à melancolico succo originē habent, quod in præsenti sententia ait Hipp. eos omnes à pituita fieri,non ità simpliciter accipiendum est, vt intelligamus eos à sola pituita generari, nam pituitosus humor illorum causa dicitur, quatenus sine ea nullus eorum generatur. Simili enim dicendi modo vsus est lib.de Nat.hum, dum pluriinas febres ex bile generari dixit,& inter illas quartanam adscripsit; quam tamen atrębilis participē esse,ibidem explicauit. Quoniam igitur prædicti affectus omnes vitia cutis existunt, quæ vt pars neruosa (neruum enim sanguineum,cutim appellauit lib. de Humid.vsu) sanguine pituitoso nutritur, Galeno etiam attestante lib.Prognost.2.non videtur aliquis morbus in cuti generari posse,qui pituitoso excremento non participet. Verùm quia non ignorabat,hunc humorem solum ad prædictorum affectionum generationem non concurrere,sed modo vni,modo alteri admisceri, ideò quando de purgatione loquitur,non pituitam tantummodo purgandam iubet; vt par fuisset, si illorum hanc solam causam credidisset;sed humorem illum,quem in corpore prædominari contingat, quod quidem ex totius temperamento coniectandū esse insinuat, dum inquit. Dandum esse pharmacum bilioso quidem, quod bilem purget,pituitoso, quod pituitam, melancolico, quod atram bilem, aquoso verò, quod aquam; quasi necesse sit,talem in toto abundare humorem,qualis naturali conuenit temperamento,cui licet pituita in cute redundans associetur; hæc tamen,nisi etiam in corpore abundet,vt in pituitosis,non est pharmaco educenda, quia nimis ab aluo distat, vt per ipsam expurgari debeat, cum facilius per cutim educatur. C D

Mar.n.36. *Vers.* 89. *Postea, in morbum sursum purgare oporteat, aut deorsum, &c.*

Hoc præceptum cum spernant recentiores,omnem purgationem per inferiora, in quolibet morbo rectè fieri,existimantes,morbos, qui per superiora purgati, facilè cederent,in immensum producunt, miserosq. ægrotantes inferioribus purgationibus sæpè,& sæpius repetitis absumunt, quousque idiota, aut empyricus vomitorio forti propinato, non sine artis ignominia homines liberet, sed hoc idem superius adnotauimus.

Mar.n.37. *Vers.* 103. *Vbi verò carnem producere voles,pinguia, & calida magis conducunt.* E

Nè ex hoc textu colligas,Hipp. ad carnis generationem probare medicamenta simpliciter pinguia, velut oleum, hæc enim sordidum reddunt vlcus, & carnis bonæ productionē potius impediunt, sed id comparatiuè intelligendum est, quod vox, magis, importat, significans ad carnis productionem pinguia, & calida potius esse debere, quam frigida, & sicca.

Mar.n.38. *Vers.* 105. *Quibuscunq. cibis, aut potibus homines in victu vtuntur, &c.*

Tanti est consuetudo, quæ altera natura dicitur, vt quantum fieri potest, in morbis curandis conseruanda veniat; ea per morbos exhibendo, quibus tempore sanitatis ægrotantes vti consueuerunt, ea tamen adhibita præparatione, vt alibi adnotauit Hipp. quò edulium leuius fiat. Et si nullus simplex cibus, aut potus ex consuetis reperitur, qui ægrotanti & morbo satisfa-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 228 sur 636

A tisfaciat, ad insueta, & peregrina non est confugiendum, sed ex consuetis edulijs calida, frigidis, humida, siccis componendo, aptum, & morbo conueniens conficiendum iubet; rationemque adducit, quia (inquit) præter consuetos cibos, & potus nullum aliud inuenies, quod ægrotanti vtilitatem præstet, & hic Hipp. sententiæ verus est sensus.

Vers. 122. *Lenticula autem odorata præparetur, & modica secundo loco detur.* Mar.n.39.

Quoniam Hipp. his, qui medicamentum potarunt, lenticulam secundo loco exhibet, idest post aliquam ex supradictis sorbitionibus, & rationem adducit, tum quia leuis est, tum quia stomaco (parti inquam superiori ventriculi) amica est, duas elicio conclusiones in arte, & pulcherrimas, & admodum vtiles, quarum altera est, si in assumptione cibi, aliquis ordo seruari debet, talem esse, vt primo loco grauiora assumantur, & quæ parti inferiori ventriculi amica sunt, deindè verò leuiora, & quæ superiori eius parti magis conueniunt. Quæ opinio,
B etiamsi Galeno, & communi medicorum opinioni aduersatur, huius tamen ratio adeò euidens est, vt contrarium sentientes, admirandi sint potius, quam confutandi. Nam si supponimus, ingestos cibos in ventriculo non confundi, aut commisceri simul, quod vomitiones distinctorum palàm faciunt, certum est, cibos eo ordine assumendos esse, vt quæ difficilius concoquuntur, in ea ventris parte situentur, in qua coctionis robur viget magis, è contra verò, qui propter leuitatem antè alios concoquuntur, in ea parte collocari, quæ orificio inferiori proximior est, vt statim ac concocti sunt, ad exitum sint paratiores, nec ab inconcocto impediantur. Si ergò pars ventriculi inferior, quia carnosior est, vim concoquendi maiorem habet, quam superior; ex præmissis sequitur, cibos duriores in ea parte collocandos esse: & ideò ante alios cibos assumi debere. Similiter, quia ostium inferius ventriculi, per quod cibi, vbi sunt concocti, descendunt, non in fundo ipsius ventriculi, sed in superiori potius parte ad dexteram
C situm est: vt anatomes palàm facit: ideò cibi, qui citius concoquuntur, in parte superiori collocandi sunt, quod quidem fiet, si vltimo loco assumantur, ex quibus patet, grauiora, & duriora edulia primo loco, deindè leuiora, & tenuiora assumenda esse. Quam opinionem Hipp. fuisse, non ex hoc loco tantummodo constat, sed ex his etiam, quæ inferius hoc eodem libro referuntur: vbi hæc habet Hipp. Quicunq. cibos sufficientes perficere possunt, his sorbitiones nè dederis, excludunt enim cibum, qui verò non possunt, his dato. Si verò quid dare volueris refectionis gratia, alicam dato, & ptisanam triticeam, hæ enim sorbitiones sunt fortiores: dentur autem post cænam, &c. Scio Hipp. lib. acutor. 1. ptisanæ præpotandam dare, aut mulsam, aut vinum, quæ prædicto ordini aduersari videntur: verum id facit Hipp. quia morbus siccus existens, copiosam humectationem exposcit, quod præstat potus ante alia exhibitus, quia potus ille statim distribuitur, & hoc pacto corpus citius humectatur. Sicuti è contrà in humidis morbis, non inter cibum potus datur, sed paulò post, vt inferius hoc eodem lib. Mar.n.42. Mar.n.6. Mar.n.45.
D vers. 207. faciendum iubet. Alioqui semper à cibis, & sorbitionibus bibendum: idque ab omnibus animantibus naturæ instituto seruatur. Altera conclusio, quam ex hoc textu elicio est. In ordine ciborum determinando, non grauitatem modo, & leuitatem esse respiciendam, sed etiam eorum substantiæ proprietatem, iuxtà quam eduliorum aliqua vni ventris parti magis amica sunt, alia alteri, & ideò, quę cognoscuntur ventriculi fundo iucundiora, ea antè alios cibos assumere expedit, vltimo autem loco ea, quæ ori ventriculi magis amica existunt, quia si contrarium fiat, comestione absoluta, dum quælibet pars sibi familiarem attrahit, maxima in cibis agitatio fit, propter quam omnia in transitu his sursum, illis deorsum secedẽtibus, conturbantur, ventrisq. subuersionem faciunt. Hanc verò loci transmutationem, ex naturali proprietate, alimenta ventriculum ingressa efficere, vomitiones palàm faciunt, in quibus sæpè ci-
E bi, qui postremo loco fuere assumpti, omnium postremi euomuntur. Quod ficubus euenire Hipp. experientia edoctus lib. de Inter. affect. sect. 2. vers. 15. apertè testatur, quamuis enim Mar.n.22. post alios cibos assumantur, & ex consequenti in superiori ventris parte situari deberent ad fundum tamen peruenisse, ex eo indicatur, quia postremo loco euomuntur, cuius effectus alia ratio assignari non potest, nisi quia, cum fundo ventriculi, naturali proprietate amicæ sint, postquam ingestæ sunt, ad partem sibi familiarem attractæ secedunt. Hanc verò familiaritatem alimentorum cum partibus ventriculi, ratione inuenire, est impossibile, cum id à sola experientia haberi possit, an verò odorata hanc facultatem habeant, cuius gratia stomaco sunt amica? Et ideò Hipp. lenticulam non modo eligit, quæ talem habet proprietatem, sed

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 229 sur 636

odoratam præparari iubet, dulcia verò ventriculi fundo potius conueniant, peritioribus A
disquirendum relinquo. Hæc igitur omnia considerans Hipp. hoc in loco, lenticulam post
alias sorbitiones exhibet, tum quia leuis est, tum quia oris ventriculi est amica, & familiaris.
Quotiescunq. igitur coctionem quiete perfici intendimus, prædictus ordo seruandus est, con-
trarius verò, quando ad facilitãdum vomitum, ventrem cibis omnigenis replere procuramus,
quo consilio Hipp. loco citato, ficus postremo loco assumendas esse docet, ità enim dum in-
gestæ ad cognatum locum secedũt, agitationem in cibis faciunt: vndè vomitio redditur faci-
lior, ex quo aliud adnotatione dignum elicitur: vomitum inducentia cibaria, & leuiora esse,
& stomacò amica, quarè primo loco assumpta vomitũ faciliorem reddunt, non autem si post
alios cibos assumantur, imò quia stomaco sunt amica, plurima eorum illud roborando, ad vo-
mendum hominem difficiliorem reddere possent, licet non ignorem, horum vsum ad vomitio-
nes esse, non tota assumpta, sed eorum decocto potato, cui virtus roborandi, quæ in crassio- B
ri parte fundatur, non communicatur, sed ea tantum, quæ humores concitat sursum, ex quo
fit, vt multa medicamenta sint amica stomaco, & vomitum sistunt, quorum decoctum
illum prouocat.

Mar.n.39. *Vers.* 125. *Non febrientibus verò, panis puri medullam in iusculum interito.*

Apud Hipp. inuiolabile præceptum fuit (quod sæpius adnotatum est à nobis) febrientibus
nullum cibi genus dari, febre soluta, quo tempore cibos leues, & facilè secedentes exhi-
bet, horum exempla quædam in textu referuntur, & inter illa reposuit panis medullam in
iure tritam, cuius edulij frequentissimus est nostris temporibus vsus. An id inter cibos, an
inter sorbitiones adnumerari debeat, non constat. Nam Hipp. inter cibos collocauit, quan-
do non febrientibus dari iubet. Nos autẽ sorbitionis loco febrientibus damus. Pro huius rei
determinatione dicerem, si talis medulla in iure per longam ebullitionem ad leuorem redu- C
catur, ità vt sorberi possit; huiusmodi edulium inter sorbitiones collocari, & febrientibus
exhiberi posse, & hoc est, quo communiter vtimur, & panem gratatum vulgariter dicimus.
Si verò panis medulla in iure tantummodo madefiat, inter cibos collocari, & in hanc formam
eam exhibet Hipp. non febrientibus. Vndè adnotare oportet edulium, quod nostri panem
stufatum vocant, ex bucellis panis in iure maceratis confectum, febrientibus non conuenire:
dum febris actu tenet, quia cibus leuis est, non sorbitio. Verum si panem simplicem, & car-
nes dare, recepit abusus, longè minus errabit, qui panem iure maceratum horum loco dabit.

Mar.n.44. *Vers.* 158. *Post sorbitiones cibum debilibus dato.*

Quia superius sorbitiones post alios cibos communiter exhibendas esse, vniuersali præcep-
to determinauit, modò excipit corpora debilia, in quorum refectione contrario modò proce-
dendum est, ità, vt primum sorbitiones, deindè cibos exhibeamus, & ratio est, quia cum hi D
Mar.n.12. celeri refectione indigeant, humido alimento (vt libro de alim. vers. 112. dicebat Hipp.)
egent, & quod statim distribuatur, cuius naturæ sunt sorbitiones, verum quia debile alimen-
tum præstant, cibos etiam simul exhibere oportet, hos tamen aliquo interuallo sorbitiones
præcedere oportet, vt ab his corpus ex parte restauretur, dum solidus cibus in ventriculo
concoquitur, nec timenda est in hoc casu perturbatio, de qua suprà mentio facta est, quia
quando corpus refectione eget, concoctio exacta liquidorum non expectatur, sed quod at-
tenuatum est per porositates ventris ad vniuersum corpus statim distribuitur, atque hoc pa-
cto antè quam solidus cibus ingestus sit, sorbitionis maior pars distributa est, vndè perturba-
tionis occasio tollitur; potissimum verò, si inter vtrumque aliquid temporis intercedat.

Mar.n.44. *Vers.* 159. *Ante cibos verò, & potus, & sorbitiones.*

Hoc in loco confusam orationem fecit Interpres, quæ ex vulgato græco contextu, aptissi- E
mo themate constat, eam igitur hoc pacto transferrem. Antè cibos verò, & potus, vel sorbi-
tiones, & post hæc, si aliquid tibi dandum videtur, debilibus dato, & corpus, & animam in-
spiciendo, & cibum, & potum. Hisque admonemur, in restauratione debilium, summa cau-
tione procedendum esse: ità, vt si huius gratia aliquid antè cibos, & potus, & sorbitiones
dare expediat, siuè post, omnia diligenter perpendantur, habita ratione non modo illius,
quod exhiberi debet: sed etiam corporis, & animi ipsius patientis, & ciborum pariter, &
potionum, & ratio est; quia in debilium restauratione quilibet error, etiam minimus, magnus
euadit, & plurimam læsionem inducit, sed quid in hac re potest animus? tantum potest, vt

sola

A sola opinio ipsius patientis, cibi, & potus conditionem immutare possit: vndè multi sola opinione cibos quam iucundissimos auersantur, & euomunt.

Vers. 193. *Vina dulcia, & austera, & mellei coloris vetusta, &c.* Mar. n. 44.

Regulam tradit Hipp. per quam cibaria vtilia ab inutilibus distinguatur, indicans, ea inepta esse, quæ postquam ingesta sunt, aut flatum, aut tormen, aut grauitatem inducunt. Vtilia verò, & ad sanitatem optima esse, quæ nihil dictorum efficiunt, sed modicè ingesta sufficiunt, & pro ratione secedunt; quam quidem regulam postquam in cibis exposuit, eandem in potibus explicare aggreditur, & inquit. Vina dulcia, & austera, & mellei coloris vetusta, ventrem subducunt, maximèq. vrinam cient, & nutriunt, ex hoc inferens, corpori, maximè conuenientia esse: cum omnes conditiones habeant, quas alimenta optima habere, superius determinatum est, ijsque carent vitijs, per quæ cibi inutiles censentur, quia scilicet, neque flatum inducunt, neque tormen, neque repletionem. Circa facultates verò, quæ his tribus vinorum

B generibus in textu tribuuntur, adnotare oportet, non affirmare Hipp. vnumquodq. illorum his omnibus participare. Nam quantò minus austera ventrem subducunt, tantò minus dulcia vrinas mouent. Sed vult significare, hæc tria vinorum genera simul omnes facultates habere, quæ ad edulij bonitatem indicandam concurrunt, cum non sit necesse, vnumquodque illorum his omnibus participare, vt bonum dicatur: quemadmodum omnibus præfatis vitijs carere debet. Ad destruendum enim sufficit vnum (vt est in prouerbio) & ideò ad vini bonitatem satis est, vt vel ventrem subducat, vel vrinas cieat, & nutriat, nullumq. eorum præstet, quod edulij malitiam attestatur, quemadmodum vnicuique ex enarratis vinorum generibus euenire ait. Difficultas tamen circa vinum dulce oritur, quod flatum in superno intestino inducere tertio Aeutorum testatus est. Pro solutione adnotare oportet, vbi Hipp. non asse-

C rere simpliciter, vinum dulce flatus inducere; sed ijs tantummodo, qui ab ara bile abundant; nam quoties vinum dulce dedit Hipp. in ijs affectibus, in quibus flatuosa non conueniunt: quod nullo modo fecisset, si simpliciter flatuosum esset, nam, vt alios præteream, in pleuritide vinum dulce eligit: quamuis in hoc morbo flatus plurimum obesse possint, ità vt pro purgatione peplium cæteris præferatur medicamentis, quia, vt ipse eodem in lib. Com. 2. ait, flatus maximè discutit. Mar. n. 13. Prætereà lib. 2. de Morbis sect. 3. vers. 299. in morbo ructuoso, in quo flatus in superno ventriculo maximè abundant, vinum exhibet dulce, quo nihil nocentius excogitari posset, si ex sui natura flatuosum esset. Mar. n. 67.

Vers. 200. *Ex cibis, & potibus, qui commodissimi sunt corpori, &c.* Mar. n. 45.

Ab hac sententia vulgatum illud emanasse existimo, quamuis illius auctor adhuc me lateat, i omnem repletionem malam esse, panis autem pessimam. Quia si vera sunt, quæ hoc loco ab Hipp. referuntur. Eduliorum quæcunq. corpori aptiora sunt, & ad alimentum, & ad sa-

D nitatem, eorum etiam grauiores esse noxas, si perperam, & immodicè ijs vtamur; cum panis omnium sit optimus; errores etiam, qui circa eius vsum immodicum contingunt, grauissimi sunt censendi, vndè non erit inconueniens, si quis eo repleatur immodicè, grauissimis subijci morbis.

Vers. 216. *Vinum diffusum, ac perfrigeratum, & excolatum tenuius fit, ac debilius.* Mar. n. 45.

In Regensi ciuitate, in qua natus sum, vt vinum citius clarescat, & dulce reddatur, hoc artificio vtuntur. Vinum à vinaceis excolatum, postquam in propria vasa condiderunt, spatio vigint quatuor horarum transacto, rursus extrahunt, & per noctem aeri in apertis vasis exponunt, indè dolijs proprijs recondunt, & post duos, aut tres dies illud eodem artificio diffundunt, tertioque rursus pari interuallo hoc idem repetunt. Atquè huiusmodi artificio vinum citissimè clarescit, & dulce euadit, eò quod ebullitio per euaporationem, & agitationem il-

E lam interrumpitur, vndè citius absoluitur, qua diutius perseuerante, vinum, & tardius clarescit, & dulcedo euanescit, veruntamen vini robur, quod in spirituosa substantia consistit, & per longam ebullitionem concipere solet, huic denegatur, & si quid illius habet, dum agitatur, & diffunditur magna ex parte euanescit. Huiusmodi igitur vinum, diffusum vocat Hipp. illudque meritò tenuius fieri, ac debilius testatur: eadem ratione vinum refrigeratum tale redditur, quatenus per frigiditatem ebullitionis terminus accelleratur, vndè & citò clarescit, & spirituosa substantia, quam à longa ebullitione contrahit, ferè priuatur, quamuis tenuius reddatur. Quod Romani experientia cognoscentes

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 231 sur 636

scentes vinum in Vrbis circuitu productum, quod *Romanesco* proprio vocabulo appellant, quia ex propria natura crassum est, illud in vasis ligneis reconditum, aeri, & aquilonaribus ventis per totam hyemem exponunt, ità enim ab aeris frigiditate refrigeratum, tenuius, & suauius redditur. Quod verò excolatum vinum, & ipsum tale reddatur, non est, qui nesciat, quandoquidem in pluribus Italiæ regionibus vinum saccis excolari adhuc est in vsu, potissimum verò in multis Insubriæ Ciuitatibus, in quibus, qua vinum crassum, & insuaue nascitur, percolatione, tenue, & dulce efficiunt, eadem penitus ratione, quam in diffuso attulimus, cui accedit propriæ fæcis separatio, quæ ebullitionis est causa, eaque segregata statim ebullitio cessat. A

Mar.n.48. *Vers.* 246. *Coriandrum stomaco gratum est, & per aluum secedit.*

Coriandri, tum herbæ, tum seminis frequens vsus fuit antiquis, quarum vires inter se diuersas, & planè contrarias ex hoc loco cõligere licèt: in quo, aluo secedere, & crudum, & Mar.n.14. coctum ait, quod de eius foliis intelligere oportet, libro autem 2. de Diæta de semine loquẽs, aluum sistere ait, quarum facultatum cognitionem habuisse Dioscoridẽ etiam apparet, quando plantæ folijs, refrigerantem facultatem tribuit, semini verò calefacientem innuit, dum ex eius vsu genituram augeri testatur. B

Mar.n.48. *Vers.* 247. *Ocymum humidum est, & frigidum, & stomaco gratum.*

Adhuc maior in ocymi facultate cõtradictio apparet, libro enim citato de Diæta, calidum, Mar.n.14. & siccum esse, aluumque sistere ait. Hic verò, frigidum, & humidum dicit. Vt hæc apparens contradictio tollatur, supponendum est, antiquos aromatum defectu, hortensibus condimentis vsos fuisse frequenter, nam de his sæpius mentionem fecit Hipp. cuius gratia huiusmodi olera exiccata adseruabantur, ità vt ijsdem tum viridibus, tum siccis vterentur, cuius diuersitatem plurimum ad facultates olerum immutandas posse, indubitatum est, & potissimum eorum, quæ vnà cum odoris fragrantia plurimum humoris in se continent, veluti ocymum, humidi enim succi copia, quæ in viridi continetur, adeò humectare potest, vt etiam simul caloris excessus corrigatur, instar eorum, quæ propriè frigida sunt. Nam & Dioscorides pulmonum inflammationibus ocymum auxilio esse testatur, quod quidem efficere asserendum est, non quia potestate frigidum sit, sed quia humoris copia, vt dictum est, caloris vehementiam retundit. Hac verò humiditate per exiccationem euanescente, propria, & vera facultas elucet, quæ calida est, & sicca. Quia igitur Hipp. obseruauit, ex huius oleris viridis vsu pro alimentorum condimento, æstatis calores, & siccitates emendari, frigidum, & humidum hoc in loco dixit, quia verò aromaticum est, & potissimum dum siccum existit, meritò, & calidum, & siccum lib. de Diæta statuit, in omnibus enim plus tribuit experientiæ Hipp. quam rationi, sed potissimum in viribus, & facultatibus alimentorum assignandis, cognouit enim, quam facile sit, homines ratiocinando à veritate aberrare, quorum fidelis magistra est experientia, potissimum circà ea, quæ sæpiùs obseruari possunt: cuiusmodi sunt alimenta, quæ sunt in communi vsu, & ideò de illis tutum experimentum haberi potest. Vndè non est mirum, si Gal. qui rationi nimis intentus fuit, in multis à præceptore dissentiat, in facultatibus alimentorum assignandis. v.g. de brassica inferius tractans Hipp. inquit: Brassica verò acrimoniam quandam habet ad secessum, & simul boni succi est. Obseruauerat enim, frequentissimè homines hoc olere præ alijs vti absque euidenti nocumento. At Gal. rationi innixus malum succum, & graueolentem gignere dixit, ab odore decocti ad succum ex ea genitum ratiocinando. Quod si verum esset, vę Neapolitanis, qui rarò sine brassica comedunt. Eadem ratione diuersam ab Hipp. opinionem habuit Gal. circà ocymum, vtrunque peponem, cucurbitam, & alia, quæ cum sub nomine olerum comprehenduntur, omnia mali succi esse, existimauit Gal. quæ tamen non mali succi esse cognouit Hipp. C D E

Mar.n.50. *Vers.* 271. *Quæ per aluum secedunt, succosa sunt & natura calida.*

Hoc de alimentis intelligendum est, non de medicamentis purgantibus, quæ experientia tantum, eodem etiam Hipp. paulò superius vers. 152. attestante, non intelligentia inueniuntur; verùntamen neque id omnibus competit alimentis, sed tantummodo maiori parti.

Mar.n.51. *Vers.* 277. *Quum quis cibos, aut potus plures solito acceperit, &c.*

Præsens oratio ex græco contextu ità vertenda est. Quum quis, aut cibos, aut potus plures solito accipiat, si non consuetis se impleuerit, optimum est, vt statim vomat, quia non consue-

A consuetorum repletio à natura superari non potest, eò quòd duplex vitium concurrit, & quia plus ingestum est, quam conueniat, & quia edulium insolitum est, & naturæ alienum: quod si quis consuetis cibis repleatur, vomere non est necesse, cum sperari possit, & quiete, & inedia progressu temporis à natura propter familiaritatem superandos fore.

Vers. 279. Poma, & fructus arborei tum mollis, tum duri corticis &c. Mar. n. 51.

Fructus, & mollis corticis, quos ὀπώρας Græci appellant: & durioris, quos ἀκροδρύα, post cibum damnat Hipp. quia corpus ab his solum humorem, hoc est, aquosam partem quæ in his pessima est, trahit, à quibus antè alios cibos ingestis, plus elicit, & solidius, cuius dicti rationem inuenire non erit difficile; si quæ suprà à nobis explicata sunt de ordine ciborum, in memoriam reuocentur. Demonstrauimus enim cibos, qui postremo loco assumuntur, primo à ventriculo descendere. Si ergò fructus post alia comedantur, quia cito descendunt, perfectam concoctionem acquirere non possunt, vndè non totus eorum succus, sed B tenuior pars tantummodo, in alimentum transit, & eò magis, quia ex propria natura difficulter superantur, in superiorique ventris parte remanent, in qua concoctrix facultas debilius operatur. Si verò antè alios cibos assumuntur, quia in fundo ventriculi, vbi concoctio magis viget, situantur, diutiusque ibi permanent, perfectam coctionem acquirunt: vt tota eorum substantia corpus frui possit. An ergò fructus prima mensa comedere melius est? melius quidem, quam post cibum, si gratia medicamenti quis ijs vtatur. Nam alioqui neque hoc modo eorum vsus vitio caret. Quādoquidem lib. 3. de Diæta vers. 90. poma, & ante cibum, & post cibum damnare visus est, dum inquit, At verò poma fortiora sunt, quam pro humana natura, melius est ergò à pomis abstinere, si verò quis cum cibis vtatur, non deliquerit, cuius sententiæ rationem in eius loci explicatione adduximus. Horum igitur nunc memor Hipp. non dixit, C huiusmodi fructus antè alios cibos assumendos esse, sed dixit tantummodo, eo modo ingestos plus alimenti præstare, quam post cibum, insinuās, si quis fructibus ratione medicamenti eget, vt totius eorum substantiæ eorum particeps fiat, antè alios cibos assumendos esse.

Vers. 290. Cibaria, potus, & obsonia. Mar. n. 52.

Ex hoc loco aquam nutrire colligunt nonnulli, quia ad augumentum, & ad robur eam conferre dixit Hipp. At verò aliud est ad augumentum conferre, aliud augumentum præstare; aqua enim ad augumentum conferre dicitur, quia alimenti est vehiculum, quo deficiente nutritio, & augumentum cessat omninò.

De internis Affectionibus.

D PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Hic liber, de internis Affectionibus in omnibus græcis exemplaribus inscribitur, quamuis Gal. 6. aphor. 27. magnum de Morbis librum vocet, & apud nonnullos de empijs inscribi testatur, quo in loco ad Hipp. referre eum videtur, quemadmodum etiam in libro obsoletarum vocum Hipp. dum eius mentionem facit. Non desunt tamen, qui eum ad Gnidios medicos referant, Galeni auctoritate permoti, qui comentario 1. in lib. Hipp. de Morb. Acut. t. 8. Gnidios plus quam conueniat, de morbis scripsisse ait, quia bilis morbos septem, pari modo paulò infrà, vesicæ duodecim, renumque quatuor, strangurię quatuor, deindè tetani tres, morbi præterea regij genera quatuor, atque tandem phtises quatuor, quem modum secutum esse huius libri auctorem, constat, verumtamen etiam si hæc ver. esse, concedatur, non ob id librum E hunc ab Hippocratica Bibliotheca tollere possunt. Quia Hipp. vt ipse fatetur sæpiùs, medicinā non inuenit, sed ab alijs eam acquisiuit, vndè in propijs libris describendis, quæ alij rectè scripserunt, recepit, quæ verò perperam, tacere professus est, vt à principio lib. 1. de Diæta appareret. Quapropter si Gnidij Medici in quibusdam errauerunt, qui a morborum quorundam plures differentias constituerunt, quam reuera existant, in omnibus tamen eos erraſſe, nō est credendum, quarè non erit inconueniēs dicere, Hipp. in multis eorum distinctiones secutum esse, quia verè illi morbi in tot differentias distinguendi essent, alias verò distinctiones reliquisse, vt potè ineptas. Immò quia libros Gnidiorum vidit Gal. & ordine posuit morbos, quo ab illis descripti sunt, longè diuerso, à quo in præsenti libro proponuntur, nec omnes recensentur,

quos

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 233 sur 636

quos in lib. Gnidiorum legit, signum est, hunc librum à libris Gnidiorum diuersum esse. Dicamus igitur, præsens opus eiusdem scholæ esse, cuius, & cæteri libri, qui Hipp. nomine circumferuntur, doctrinamque continere veram, etsi ex parte rudiorem, qualis medicis illius sæculi consueta fuit. Quis autem recentiorum in huius libri elucidatione elaborauerit, haud scio, verumtamen quia oratione satis aperta descriptus est, pauca occurrerunt, in quibus nostram industriam impendere, opus esse, existimauerim. A

Mar.n.2. *Vers. 66. Si verò arteria vulnerata fuerit.*

Hic morbus in eo tantum à superiori differt, quia in illo manifesta adest continui solutio, quam his verbis significauit, si arteria fuerit exulcerata, aut aliqua vena rupta, in hoc verò facta est tantummodo diuulsio quædam substantiæ, propter quam venæ minimæ, & capillares disrumpuntur, vndè sanguinis exigua portio per substantiæ porositates diffunditur, & temporis spatio in pus vertitur. Huiusmodi affectiones modo σπασμα, modo ρηγμα appellauit Hipp. hancque hoc in loco voce σπαθη significauit, differentiamque explicatam à præcedenti manifestauit, quia in illa sanguis copiosus educitur, in hac verò subcruenta saliua aliquando per interualla expuitur. Verum si hæc vera sunt, quomodo hunc morbum priore grauiorem, & acutiorem dicit? nonnè maius incommodum prouenit ex perfecta continui solutione; vndè sanguis copiosus excernitur, quam ab exigua substantiæ diuulsione? Certè si morbus quatenus ad continui solutionem spectat consideretur, hæc maior est in primo, quàm in secundo casu, postremus tamen grauior fit, & acutior, quia sanguis è venis egressus non educitur foras, sed per ipsammet substantiam diffusus necessariò putrescit, & inflammationem inducit, quæ affectum grauiorem constituunt, id autem in priori casu non euenit: quia sanguini exitus patet, vt non necessariò subsequatur inflammatio. B

Mar.n.3. *Vers. 81. Nam multi (rupto pulmone) perseuerant, donec moriantur.* C

His indicare vult Hipp. ex hoc morbo plurimos mori non suppuratione intercedente: sed ex ipso morbo consumptos.

Mar.n.16. *Vers. 123. Quum venæ cauæ per pulmonem tendentes, sanguine, aut atrabile, &c.*

Modum ostendit, quo varix in pulmone fit, & inquit quando venæ cauæ (ad distinctionem arteriarum venas cauas dixit) per pulmonem tendentes sanguine, aut atra bile impletæ fuerint; venæ aliæ in alias rumpuntur, vt quæ in angustum sunt conclusæ, & exitum non habent, venæ enim capillares per pulmonis substantiam distributæ, dum repletæ humorem fundunt, in vnum collectum, & è proprio conceptaculo egressum, dolorem exhibere, & ampullam in pulmone excitare necesse est. Id enim significat hoc in loco φυσα, quam vocem flatum transtulit interpres: quid enim flatus efficiunt in hoc casu? est quippè φυσα, eleuatio substantiæ in tumorem à re aliqua intus conclusa, & propriè à flatu; vndè nomen φυσης sortita est per translationem, tamen potest intelligi de intumescentia à qualibet re inducta. D

Mar.n.7. Mar.n.53. *Vers. 127. Si inflammatio in pulmone fiat, &c.*

De hoc affectu sub titulo erysipelatis pulmonis actum est lib. 2. de Morbis sect. 3. vers. 98. quo in loco circà hanc materiam nonnulla adnotauimus.

Mar.n.8. *Vers. 161. Si pulmo ab erysipelate intumuerit.*

Et de hoc pariter mentio facta est à nobis in expositione præcitatæ sententiæ lib. 2. de Morbis, de eadem affectione tractantes, de qua lib. 3. de Morbis vers. 72. agitur sub titulo pulmonis præ calore tumentis.

Mar.n.7. Mar.n.8. *Vers. 180. Cibos autem accipiat eosdem, quos & qui à pleuritide correptus est.*

Sicuti pleuriticis cibos non exhibet, priusquam morbus fuerit iudicatus soluta febre, ità pari ratione in hoc morbo, qui ad partes pectoris spectat, dari cibos iubet, qui pleuriticis morbo iudicato exhibentur, dummodo non adsit febris. Febrienti enim cibos dare nefas apud Hipp. fuisse, adnotatum est sæpius. E

Mar.n.9. *Vers. 191. Si pectus & dorsum ruptum fuerit.*

De hoc eodem affectu actum est lib. 2. de Morbis sect. 3. vers. 207. circà quem sicuti Salij comentario ibi fuimus contenti, ità hoc in loco nihil adnotatione dignum nobis occurrit.

Mar.n.10. Mar.n.58. *Vers. 194. Si in latere tuberculum nascatur.*

De Tuberculo lateris mentio facta est lib. citato 2. de Morbis vers. 177. vbi curationem per chyrurgiam tantummodo instituit. Hoc autem in loco paulò vberiorem docet, indicans

quid

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 234 sur 636

©BIUM

A quid agendum sit. Primo quidem loco; quando tuberculum ad suppurationem tendit. Secundo verò postquam facta est suppuratio. Tandem qua ratione à recidiua præseruari homo possit. Omnia quidem adeò manifestè, vt nostra interpretatio parum profutura sit.

Vers. 225. Tertia tabes ab hac hæc patitur, &c. Mar. n. 13.

Præsentem affectum tabem appellat Hipp. non quia verè, & propriè sit tabes, sed quia ad tabem denique perducit, postquam ægrotantem per annos nouem vexauerit, idque ex ipsiusmet contextus verbis colligitur, inquit enim, morbus autem durat maximè annos nouem: ecce tempus morbi tabem ipsam præcedentis) postea durat ὑπερμενεῖ, ideſt, dum contabescit corpus, quod est tempus, quo tabes vera tenet. Qualis autem sit morbus adeò grauis, & diuturnus, qui tabem præcedit, determinare non est facilè. Ego autem attentis ijs, quæ inter signa huius morbi referuntur in textu, dicerem esse repletionem quandam earum venarū, B quæ sunt circa spinalem medullam, vel à copia sanguinis, vel tenuioris pituitæ bilioso succo admixtæ, venæ enim huiusmodi succis repletæ compressionem in spinali medulla efficiunt, cui tandem atrophia, & totius consumptio succedit. Quamuis enim spinalis medulla non sit via alimenti, sed tantummodo spiritus animalis: experientia tamen demonstrat, eodem spiritu animali deficiēte, tandem partem ipsam extenuari, & sicuti magna existente compressione, propter quam totus spiritus ad partes ferre prohiberetur, citò corpus contabescceret, ità leui existente compressione, qualis supponitur in præsenti casu, longo tempore retardari consumptionem rationabile est. Leuiorem autem compressionem facit materiæ tenuitas, quæ aquosa pituita, & bilis statuitur. Nec præsens opinio ab Hipp. doctrina aliena est, qua de tabe ex destillatione per spinalem medullam pertractauit, tum lib. de loc. in hom. tum lib. de Glandulis vers. 122. A sanguinis pariter copia emaciari corpus, testimonium facit historia viri in Onea- Mar. n. 10.
de, quæ lib. 5. epid. vers. 25. registrata est. Hic enim cum ab alimentis non restauraretur, sed C Mar. n. 2.
in dies contabesceret magis, vena secta in vtraque manu, sanguineque extracto, quòusque exanguis redderetur; hoc solo remedio perfectè liberatus est; cum omnia incassum antea tentata fuissent. Verum circà causam huius affectionis, pituitam scilicèt ὑδρωπικόν, ideſt aquosam, & tenuem, oritur difficultas, quia hæc hydropem, non tabem inferre posse videtur. Id autem euenire ob succum bilioſum pituitæ admixtum asserere oportet, huius enim permixtione pituita salsa euadit, quæ quantum tabi inferendæ valeat, omnibus est notum, idque euenire ait Hipp. quando huiusmodi repletio in venis cauis fuerit, hoc est, à vena caua dependentibus, ad differentiam earum, quæ à vena porta procedunt: & in mesenterio sedem habent, ab his enim fortasse macies non proueniret, sed potius hydrops ob naturalem earum partium humiditatem, & quæ hepar facilè in consensum trahunt. Quia igitur morbus à repletione dependet, meritò curationem tentari iubet euacuatione, discussione, & attenuatione, quorum D nullum conuenire, quando iam ad tabem homo peruenit, omnibus est notum.

Vers. 225. Morbus autem hic magis priore quieſcit. Mar. 13.

Differentia præsentis tabis à superiori in pluribus apparet: quamuis vtrique eadem curatio debeatur. Differunt enim, quia hæc longior est superiori, illa quippè per annum durat, hæc extenditur ad triennium, cuius diuersitatis rationem adducit, quia illa ægrotantem continuò vexat, hæc verò quietibus intercedentibus eum recreat in æstate, quæ huiusmodi morbis tantum conducit, quantum hyems propter frigus pectori inimicum officit. Morbos verò ab huiusmodi quietibus, seu remissionibus produci obseruamus, non modò in cronicis: sed etiam in acutis.

Vers. 228. Et color magis limpidus exiſtit. Mar. n. 12.

E Vox græca λιπαρὸς molle, hoc est, copioso humore dilutum propriè significat, vndè impropriè limpidus transtulit interpres, & eò magis, quia non est rationabile colorem limpidum fieri in ijs, qui præter modum extenuātur, vndè Galuus propè scopum accessit, dum vertit color dilutus est. Nam sicuti corpora mollia euadunt copiosiore accedente humore, & quod molle euadit, humore dilutum dici potest, ità & coloris intensio alieni humoris accessu remittitur. Molle igitur pro diluto accipiens hoc in loco Hipp. per colorem dilutum, & mollem significare voluit eum, qui remissus ad pallorem accedit, satisque rationi consonum est in hoc morbo, colorem ad pallidum permutari: quia corpore tabescente, sanguis, à quo roseus dependet color, imminuitur, vndè corpus palleſcere necesse est.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 235 sur 636

Mar.n.12. *Vers.* 248. *Flatus, & asthma oboritur.*

Spirandi difficultatis species occurrit, in qua ægri euidenter multum spiritum emittunt, ità vt nonnulli etiam cum sibilo respirẽt, & de huiusmodi asthmate intelligit hoc in loco, per flatum accipiens sensibilem, & magnam prædictam spiritus emissionem. A

Mar.n.14. *Vers.* 314. *Resiccatur medulla spinalis &c.*

Spinalis medullæ resiccationem, vndè quarta tabis species oritur, à tribus causis originem habere in Hipp. doctrina inuenio, prima est obstructio venarum, quæ ad spinam tendunt: quarum humore nutritur, & in proprio officio conseruatur, humore enim deficiente resiccatur, estque hic morbus ab eo, quem in præcedenti commentario explicauimus, omninò diuersus, in eo enim contabescit corpus sanguinis multitudine comprimente, in hoc verò propter humoris defectum spinalis medulla non nutritur, & exiccatur, indèque tabes oritur. Resiccatur secundo propter bilis influxum à capite in ipsam, de quo affectu tractauit Hipp. lib. de locis in Hom. Tertia à venere dependet: vndè tabes emergit, quam dorsalem lib. 2. de Morb. sect. 3. vers. 35. vocauit, vbi particularem illius curationem descripsit. Has igitur causas omnes respiciens hoc in loco, vniuersalem, & omnibus accommodatam curationem instituit, in qua remedium proponit, quod primo aspectu plurimam difficultatem facit, si enim tabes à resiccatione dependet, ad quid tot crustas candente ferro adhibet, quæ maiorem exiccationem inducere possunt? Animaduertendum tamen est, hoc remedium non ipsam resiccationem, sed eius causas respicere, quia si hæc fuerit obstructio, vstiones humores obstruentes dissipando, prosunt, si distillatio à capite, hæ fluxionem intercipiendo sanant, fluxiones enim intercipere vstionibus Hipp. vsitatissimum fuit, vt ex pluribus locis constat, potissimum verò ex lib. de loc. in hom. sect. 2. vers. 30. In ea verò, quæ à venere oritur vstiones fortasse suspectæ essent licèt affirmari posset, præfatas vstiones huic etiam conferre posse, quatenus vias seminis à capite descendentis comprimendo eiusdem fluxio sistatur. B

Mar.n.49.

Mar.n.33. C

Mar.n.15. *Vers.* 334. *Primo hæc patitur dolor acutus incidit in renem.*

Hic morbus aliquam similitudinem habet cum nephritide propriè dicta, quamuis in multis ab ea differat, ità vt affectus omninò diuersus censeri debeat. Differentia enim in eo consistit, quia in nephritide dolor est grauis, vt partis affectæ natura indicat, quæ est pars renis interior ad cauitates, sensus expers, idque ipse Hipp. lib. 6. epid. sect. 1. confirmauit: in hoc verò affectu acutus. Similitèr in illa lapilli, in hac arenulæ excernuntur. In nephritide etiam raro non superuenit vomitus, de quo nulla hoc in loco fit mentio. Sed dolor in meatu vrinario de se significationem præbet, & colis perfrictionem facit, quorum nullum in nephritide apparere solet. His accedit suppuratio, quæ in nephritide nunquam visa est. Si ergò hic morbus non est nephritis, quæ est eius essentia? Hanc nobis insinuauit Hipp. per illa verba. Hic morbus fit à pituita, quum ren susceptam in se ipsum, non rursus dimiserit: sed in ipso in tophum concalluerit, & fiunt ex ea tenues lapilli, velut arena, vult enim demonstrare materiam arenularum suscipere renem per influxum in proprias carnis porositates, non à venis emulgentibus in latiores eiusdem cauitates descendere, vt contingit in nephritide. Quum igitur tali modo ren pituitam susceperit, nec per vrinas expurgauerit, in ipsius porositatibus concrescens in tenuissimos tophos arenulæ instar transit, non in crassiores lapillos, quemadmodum in nephritide contingit, quia eorum concretio in angustis porositatibus perficitur, vndè doloris diuersitas apparet, in nephritide enim grauis est, vt suprà adnotatum est, quia doloris causa in intimioribus partibus residet, vbi sensus admodum obtusus est, propter distantiam ab exteriori membrana, in qua sensus consistit, in hoc autem acutior, quia materia dolorem efficiens externæ renis superficiei proximior est, vbi sensus ratione membranæ exquisitior est. Quod si contingat, pituitam hanc in notabiliori quantitate conculcatam putrescere, fit suppuratio, à qua pars in tumorem eleuata locum sectionis ostendit. Quam quidem suppurationem in hoc affectu contingere, est rationabile, quia humor, vt dictum est, non in vasis continetur, sed in porositatibus carnis, vbi facillimè putrescit. Quod etiam ex eo confirmari potest: quia in tertio renum morbo de suppuratione non fit mentio, quia materia peccans in venis, & cauitatibus, non in porositatibus continetur. Circa sectionem verò adnotare oportet, eam non in ipso rene faciendam esse, sed in partibus ei adhærentibus, nam præterquam quod id manifestè exprimit Hipp. dum arenulas per vesicam ex- D E

pur-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 236 sur 636

A purgandas esse iubet, quæ secto rene per vlcus exire possent. Nec arduum cuipiam videri debet, arenulas in porositatibus genitas, cauitates renis permeare, & cum vrina expurgari, quia hoc est facultatis expultricis opus: quæ spicula, & pillulas plumbeas carni infixas ad cutim extimam à profundo expellere obseruatur quotidie, præterquam quod porositates dictæ in renis cauitatem desinunt.

Vers. 359. Si verò aberraueris, periculum est, nè vlcus linamentis, &c. Mar. n. 36.

Præsentis operationis difficultatem fatetur Hipp. propter quam sæpius medicum à scopo aberrare contingit, ex quo errore euenit, sectionem ad interiores partes penetrare, vlcusque fieri, quod linamento egeat, quia enim Hipp. linamentum vlceribus imponere non consueuit, nisi quando internas cauitates penetrauerit; ideò idem est Hipp. dicere: vlcus egere linamento, ac si penetrans esse dicatur. Finis autem penicilli præcipuus est, nè vlcus in exterio-
B ri parte sanatum, interius relinquatur, quod pus in internam cauitatem fundat, & aliquod maius malum inducat, hoc autem si contingat, pus, vt inquit Hipp. in interna renis cauitate colligitur, & ibi suppurationem facit, quæ si intus rumpatur, & pus ad rectum intestinum procedat, spes adest fugæ, si verò suppuratio alterum renem attigerit, periculum est, nè æger pereat. Hoc autem Hipp. obseruatione dignum esse, credendum est.

Vers. 412. A renum morbo corripit morbus magnus cauarum venarum, &c. Mar. n. 19.

Duas describit Auctor morborum ideas, quæ quoniam in venoso genere consistunt, ideò morbos venarum cauarum appellat: quorum alter ad dextras, alter ad sinistras pertinet. Horum essentiam constituit in sanguinis alteratione quadam, quam nullo alio nomine significauit, quam hoc, quod venæ laborant, siue ægrotant à bile, & pituita in eas confluente. Veruntamen etiam si causa efficiens amborum affectionum eadem sit, ob partium tamen affec-
C tarum diuersitatem, plurimum affectiones ipsas inter se differre, contingit, quod non solum accidentia in textu enarrata ostendunt, sed etiam eorum diuersa curatio. In primo igitur affectu, qui est dextrarū partium curatio, in sanguinis attenuationē dirigitur, cuius gratia præ cæteris ægrotum vini potu inebriari iubet, quò usque sanguis à largiori potu attenuatus, & serosior effectus, decem, & trium dierum spatio per nares effluat. In morbo autem sinistræ partis contraria intentio præcedenti penitus cōtraria viget, quādo humores adeò serescunt, vt indè hydrops sæpius contingat, & si quæ adest curationis similitudo, illa humorum motum potius respicit, quam eorum naturam. Præterea morbus dextræ partis inferiores iuncturas, & caput inuadit, sinistræ verò pulmones magis lædit. Vndè igitur hæc diuersitas? A viscerum affectorum natura dependet. Nam quia venæ partis dextræ magis communicant cum omnibus partibus corporis propter hepar, quàm sinistræ, facilius etiam dolores modo vnam, modo alterā
D corporis partem infestant, & quia in dextra parte sanguis crassior est, quàm in sinistra, ideò abscedente in aliquam partem morbo, eam mutilari, contingit vndè æger modò claudus, modò surdus, aliquandò cæcus redditur iuxtā aphoristicam sententiam illam. In atrabilarijs morbis decubitus humorum periculosi, aut apoplexiam corporis, aut conuulsionem, aut furorem, aut cæcitatem significant. Aut in diuturnum sanguinis mictum transmutatur. è contra verò, quia sanguis sinistrarum venarum serosior est propter lienem, qui fons aquæ ab Hipp. appellatur, & ob multitudinem arteriarum, quæ in ipso disseminantur, quarum ope sanguis attenuatur, ideò in pulmones facilè rapitur, morboque in longum tempus producto tandem in hydropem desinit. Circa curationem præterirī non potest, cur Hipp. ad hæmorragiam excitandam vini potu copiosiore vtatur, quo in doloribus superiorum partium nihil nocentius excogitari potest, & potissimum venis iugularibus repletis, quas à vini potu specialiter intu-
E mescere conspicimus, nonnè tutius esset, venas narium aperire? Fateor quidem hanc curationem satis curiosam esse, verum huic morbo conuenientem fateri, me cogit Hipp. auctoritas, qui non fallaci discursu, aut imaginatione temeraria, sed longo experimento inuenta, & ratione confirmante, remedia in vsum medicum traducere solitus fuit. Quarè de hoc remedio plurima experimenta eum habuisse, credendum est in præsenti casu, qui etiam si rarò nobis occurrat, ab eo tamen sæpiùs obseruatum, & curatum fuisse, varij exitus indicant, quos hunc morbum habere, indicat, dum alios claudos fieri, alios surdos, cæcos alios, & quosdam sanguinem mingere ex hoc morbo ait, quamuis horum euentuum plurimam partem ex maiorum descriptis ægrotantium historijs accepisse credendum sit. Quæ enim in vno

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 237 sur 636

quoque ægrotante contingebant diligenti speculatione obseruantes medici antiquiores, ea A
liceris consignare in propriam, posteriorumque vtilitatem, & doctrinam, consueuerunt, vt ex
lib. acutorum à principio colligere licet.

Sectio II.

Mar. n. 25. *Vers.* 176. *Aqua inter cutem ex his fit, &c.*

Mar. n. 59. De hydrope pulmonum agit Hipp. de quo etiam lib. 2. de Morbis sect. 3. vers. 189. satis copiosè pertractauit, quo loco non nulla circa præsentem affectum à nobis fuere adnotata. Hic autem prætereri non potest ingeniosa, quam ipse proponit, pectoris sectio; dum mediam costam terebello perforari iubet, ità enim facilius aqua linamento immisso contineri potest, nè confestim tota exeat, quam sectione in musculis intercostalibus facta. Quarè dum aqua B
educenda est satius est, costam perforare. Dum pus in pectore collectum, sectio in musculis præstabit.

Mar. n. 26. *Vers.* 113. *Huic quum sic habuerit in principio si hepar doluerit, &c.*

Curationem, quam hoc in loco constituit Hipp. damnabunt multi, tanquam omninò aduersariam hydropi ex hepate primario affecto, de quo tractatur. Non animaduertentes curationem, quam à morbi principio proponit, non respicere hydropem, sed hepatis tumorem dolorosum, cui tandem hydrops succedit. Nam hydrope iam facto, & aqua in ventre prorupta, aliam curationem longè diuersam instituit ibi; si verò aqua intercus nascatur, & rumpatur in ventrem, &c. Quia igitur dolor causam morbificam acrimoniæ participem esse, demonstrat: caloremque exhibet visceri, antèquam ad discutientia, & exiccantia deueniat, humorum acrimoniam mitigare, & calorem compescere intendit; nam si id negligatur, ex vsu C
attenuantium, discutientium, & exiccantium medicamentorum, humores, licèt pituitosi sint, adeò acres redduntur, vt in posterum eos corrigere, sit impossibile; quem errorem in recentioribus medicis frequentissimum adnotauimus alibi; in hunc igitur finem, & ptissanam cum melle exhibet, & lac caprillum aqua mulsa temperatum. Nec vsus lactis improbari debet propter ea, quæ 5. aphor. 64. leguntur, lac scilicèt malum esse ijs, quibus suspensa murmurant hypochondria: quia hic lactis vsus non est, de quo loquitur Hipp. in Aphorismo, vt in illius expositione Deo dante demonstrabimus.

Mar. n. 28. *Vers.* 140. *Lactis item aunini heminas octo.*

Et hoc in loco paritèr, qui ad calumniandum faciliores, promptioresque sunt, quam ad exponendum. Auctorem damnabunt, quippè qui purgationem lacte instituat in lienis affectu, quod apertis verbis prohibetur lib. 2. de Morbis sect. 3. vers. 110. vbi ità ait, lienosos D
Mar. n. 53. non purgabis, neque lacte, neque sero, neque succis: sed ijs, quæ pauca assumpta multum educunt, non considerantes, loco citato per lienosos intelligi, non eos, qui quouis morbo lienis laborant, sed eos tantum, qui diuturno tumore cum visceris imbecillitate sunt affecti: nam talitèr affecti propriè lienosi dicuntur: quod Galenum adnotasse memini: lac igitur in hoc affectu à principio conuenit, eadem planè ratione, quam in superiori textu attulimus.

Mar. 29. *Vers.* 178. *Si verò aliquâ negligentia contigerit, & non statim curatus fuerit, breui moritur.*

Contradictio manifesta in dictis Hippocratis apparet. Hic enim, inquit, si morbus negligatur, nec statim curatus fuerit, breui moritur, paulò autem inferius ait. At verò statim curam adhibere oportet, sin minus cum multis consenescit, morbus, si enim E
breui moritur, quomodo consenescit? Duplicem morbi statum considerans hæc protulit Hipp. Alterum, in quo morbus in summo vigore est, & totum corpus intumescit, alterum, in quo morbi impetu remisso æger attenuatur, calorque innatus paulatim imminuitur, vndè cutis liuidum colorem contrahit. Ignescit autem ob humidi consumptionem, indèquè corpus magis attenuatur. In primo igitur morbi statu propter humorum abundantiam calor suffocatur, vndè, cita mors consequitur. In secundo autem, calore innato emoriente, humido deficiente contabescit corpus, ex quo intempestiuus marasmus insurgit, ad quem alludens dixit, consenescit cum multis.

Mar. n. 31. *Vers.* 247. *Si verò non visus fuerit tibi per æstatem lac subpurgandus esse, &c.*

Neque

Neque in hoc casu ac suspectum esse debet per ea, quæ in aphorismo leguntur, tum quia tertiam mulsæ partem admiscet, tum propter rationes, quas in aphorismo adducemus. Mar.n.32.

Vers. 256. Alius morbus hepaticus.

Huius morbi causam affert Hipp. ad vulgi opinionem potius, quam iuxtà propriam sententiam, idque indicauit nobis, dum dixit, velut ratiocinamur, vulgares enim vbi hominem aspiciunt colore vitiatum ictericorum instar, bilis folliculum ruptum esse aiunt, quæ quidem opinio vsquè ad nostra tempora peruenit. Vera autem huius morbi causa referenda est in atram bilem in hepate constipatam, ibique putrescentem. Vndè febris oritur acuta, & sicuti bile in hepate peccante, si inflammatio contingat, totum corpus in bilioſum colorem transmutatur, fit enim cum virore pallidum, quia sanguis vi inflammationis in bilioſum succum transmutatur Ita eodem viscere inflammato propter atram bilem in eo putrescentem, sanguis in atram bilem corruptus per vniuersum corpus dispergitur, vndè & cutis nigro colore inficitur, & vngues puniceum colorem contrahunt. Insanit præterea æger, cerebro eodem succo coinquinato, nec videre potest, animali spiritu tenebroso effecto. Ex hoc autem textu colligere licèt, non omnes icteros nigros (si per icterum simpliciter colorem vitiatum totius accipimus) à liene ortum habere, quamuis id pro maiori parte contingat.

Sect. III.

Vers. 1. Morbus typhos vocatus, typhos quidem appellatur hic morbus. Mar.n.43.

Quæ sit essentia morborum, de quibus hoc libro sub nomine Typhos agitur, non satis constat. Caluus, & post eũ Cornarius, quem tamen Calui versionem non vidisse apparet; hoc nomen Typhos stuporem interpretantur. Verum etiamsi hoc nomen priori morbo conuenire videatur ex eo, quia manuum, & crurum impotentiam facit, & ægrotantem intentis oculis prospicere non permittit; Alijs tamen non accommodatur, immò quia dolores premunt acutissimi, morbus stupori contrarius est omninò, stupor enim, vt lib. de Humidorum vsu dicebat Hipp. dolorem sedat. An ergò dicendum, hos omnes affectus hoc nomen Typhos consecutos fuisse, quia in hoc conueniunt omnes, quatenus corpus totum, velut incendio τυφεται, ideſt fumeat? licèt non æquè in omnibus? nam qui primi his nomina imposuerunt, aliquod omnibus commune respexisse credendum est. Deductum autem fuisse nomen à verbo τυφω, ideſt, incendio fumum emitto, satis rationabile est: ex quo bilis per totum corpus diffusa, & accensa, veluti fumum emittens, varias corporis partes dolore infestat. Hancque interpretationem confirmant, quæ de lipyria febre tractans Aetius Tetrab. 2. ser. 1. c. 89. scripsit hunc in modum: & siquidem circa ventrem fuerit erisypelas, febrem ex his accensam lipyriam nominant, si verò circa hepar Typhoden, crimoden verò si in pulmone, ex quibus apparet, hanc fuisse horum affectuum antiquam denominationem. Differunt autem hi affectus inter se, tum ratione loci affecti, tum ratione humoris, qui bili admiscetur: quod ex simplici verborum lectione colligitur.

Vers. 110. Fit igitur æger hoc morbo correptus, specie limpidus, &c. Mar.n.46.

Græca lectio in latinum sermonem conuersa ità se habet. Fit igitur species, quum hoc morbo correptus est mollis, subpallidus, diaphanus, similis matulæ vrinæ, quæ sensum apertissimũ constituunt. Adnotatione dignum est faciei colorem subpallidum esse, totius verò corporis nigrum, & ratio est, quia pallor faciem occupat sanguinis defectu, vndè omnibus extenuatis faciei color pallidus euadit, quia verò humores in venis contenti atra bile participãt, ideò reliquũ corpus nigrescit, iuxtà illud primo de humoribus à princ. τὰ χρῶμα τῶν χυμῶν ἔχον μὴ ἀκριβῶς ἐκ τῶν ἐν τῇσι φλεψὶ χυμῶν ὥσπερ ἀνθέων. Cur autem facies sanguinis defectu palleſcat, id fieri existimo, quia deficiente sanguine, venæ non modo inaniuntur, sed ipsemet sanguis spirituum defectu non adeò ad partes superiores eleuatur, quemadmodum quando spirituosus existit, quarè præualente in eo grauitate, partes inferiores petens, superiores exangues, & pallidas reddit, id facilè persuaderi potest exemplo conualescentium ex morbo, qui dum in lecto iacent longè coloratiores sunt, quam vbi surrexerunt, & si manum in sublime eleuant, pallida statim fit, si deorsum inclinant, statim ruborem contrahit; sanguine inferius ob naturalem grauitatem descendente.

Mar.n.47.

Vers. 127. Vlcera verò vocantur hi morbi.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 239 sur 636

Horum morborum essentia longè differt ab illo tenuioris intestini affectu, qui ileos propriè vocatur. Quia tamen Hipp. sęculo, vulgus eos hoc nomine appellare consueuerat, ideò de illis sub eadem denominatione pertractare voluit. Vt verò indicaret hoc nomen impropriè illis tributum fuisse, dixit, voluuli vocantur hi morbi. Horum igitur essentia (quemadmodum existimo) consistit in repletione quadam inutilium succorum, à quibus totum corpus irrigatur: qui dum crudi sunt, & ad pituitæ naturam accedunt, primum voluulum constituũt, si biliosi, secundus oritur, quem ileum arquatum vocat, si tandem succus melancolicus fuerit, voluulus hæmatites, ideſt sanguinolentus insurgit, ità appellatus, quia sanguinis fluori associatur. Notandum est verò, in primo ileo manifestum esse scripturæ vitium, vbi enim legunt omnes Græci contextus μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι ποσὶν, ideſt, maximè in potibus ἐν ποσὶν, ideſt, in pedibus legendum esse constat, ità vt intelligamus in pedibus maximè, digiti impressionem apparere. A B

Mar. n. 50. *Vers.* 280. *Morbi crassi sunt appellati.*

Horum morborum naturam explicauit Petrus Salius super coment. lib. 2. de Morb. tex. 4. ità vt quæ ab eo referuntur eo in loco, sint velut commentarium præsentis orationis.

Mar. n. 55. *Vers.* 313. *Si verò à bile morbus fiat veratum deorsum purgans ipsi, &c.*

Quamuis consuetum sit apud Scriptores, & potissimum apud Hippocratem per helleborum simpliciter album intelligere: hoc tamen in loco nigrum significare voluit, quod satis manifestauit, dum dixit, deorsum purgans.

De Virginum morbis.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES. C

Hæc maioris voluminis fragmentum admodum exiguum esse, eiusdem principium satis manifestat, in quo omnium morborum commune exordium præponere videtur. De virginum morbis autem inscriptum fortasse est, quia de his magis perfectè, & veluti primaria intentione tractabatur. Ab hoc enim libro tractatus Gyneciorum orditur, inde absoluendus duobus de mulierum morbis, & altero de sterilibus inscripto; hæc autem tria volumina eundem habuisse auctorem indubitatum est: quandoquidem adinuicem ab Auctore citantur, lib. enim 1. de morb. mul. vers. 110. hunc librum de morbis virginum memorat, & in lib. de sterilibus de morb. mulier. pertractasse profitetur. In hoc igitur libro omnes morbos virgines infestantes explicuisse credendum est, quorum gratia à principio tractationis à morbis omnibus genus humanum infestantibus exordium duxisse coniectamus. Huiusmodi enim exordijs D tractationes inchoare, etiam consuevit antiquitas, licèt breuitatis amica, idque obseruauit Hipp. non hoc in loco tantum, sed etiã lib. de flatibus, vbi ab vtilitate artis medicæ initio capto, tandem ad morbos à flatibus prouenientes lectorem perducit. Eandem methodũ igitur in præsenti libro secutum esse, satis probabile est, ità vt primum necessitatem cognitionis causæ morborum in communi proposuerit, & eorum maximè, quorum causa magis latet, quales sunt, & morbus sacer dictus, & apoplectici affectus, morbiq. qui mentis sedẽ occupant, indè verò aggredi particularem tractationem eorum morborum, qui mulieres infestare solent, & potissimum virgines, quibus præsens liber dicatus fuit. Ab his enim oppressæ virgines timẽt, & adeò vehementer delirant, vt aliquæ sibi ipsis mortem intulerint, aliaque patiuntur accidentia, quorum in hoc fragmento fit mentio.

Mar. n. 1. *Vers.* 11. *Cæterum virgines nubiles, & maturæ viro hoc magis.* E

Relata in textu symptomata mulieres infestare, inquit Hipp. & potissimum virgines, cum iam maturæ sunt viro, & cum primum menses adverum descendere incipiunt, hęc enim duo in idem tempus coincidunt, quod pubertatis nomine designatur. Illa enim verba, vnà cum mensium decursu, non significant tempus illud particulare, in quo menstrua periodicè erumpere solent, sed illud, in quo primùm erumpere incipiunt, quam quidem interpræterationem confirmant subsequentia verba, quibus, inquit, sanguis amplius fluxerit propter cibos, & corporis augumentum; his enim duplicem assignat causam, propterquam virginibus primum menses erumpant, altera est ciborum copia, altera verò corporis

A poris augumentum, quod eo tempore ceſſare incipit, cum enim ob corporis augumentum multum cibi aſſumere fuerint aſſuetæ, nec ceſſante augumento à copioſo cibo deſiſtant, ſanguinem ex copioſis cibis genitum, & in corporis augumentum abſumi ſolitum abundare, neceſsè eſt, qui ad vterum confluens menſtruæ purgationis materia euadit. Si igitur poſtquam ad vterum deſcenderit, exitum non inueniat, ſurſum ad cor, & ſeptum tranſuerſum reſilire ait Hipp. vndè ſymptomata emergunt; quæ in textu afferuntur, circà quæ nihil aliud mihi dicendum occurrit, cum oratione ſatis aperta proponantur.

Verſ. 15. Quum igitur hæc repleta fuerint, cor fatuum fit, &c.

Qua ratione propter affectionem ſepti tranſuerſi mentis operationes lædantur, ex his, quę de phrenitide lib. 3. de Morbis verſ. 99. ſunt enarrata: & quæ de delirij ſpeciebus referentur l. Coac. Pręn. verſ. 123. ſatis manifeſtum fore confidimus. Quod verò fatuitatem cordi tri-

B buit, id per modum quendam dicendi aſſertum eſt potius, quam quod mentis ſedem cor eſſe crediderit, fortè enim illis temporibus hæc fuit vulgaris opinio: quam hoc in loco confutare, non erat opus, eam tamen cõfutauit libro de morbo ſacro verſ. 343. ſatis probabiliter.

De Natura Muliebri.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

De Natura muliebri inſcribitur præſens liber, quæ inſcriptio indicat eſſe veluti promptuarium quoddam Aſclepiadum familiæ, in quo quæcunque ad mulierum affectiones pertinentia illis occurrebant, ad vſum, & memoriam adſeruarentur, vt mirum non ſit, ſi nullo ordi-

C ne ſeruato morbi muliebres, eorumque remedia confusè in eo fuerint deſcripta. ex hoc autem opere libros de morbis mulierum emanaſſe, probabilem coniecturam facit doctrinæ conuenientia; quæ tanta eſt, vt ſæpè eadem verba adamuſſim in vtroque opere contineantur, qui quidem libri tantò perfectiores præſenti exiſtunt: quantò illi, vt in vulgus ederentur, ſunt conditi: hic autem ad memoriam tantummodo, & à pluribus fortaſsè auctoribus conflatus eſt. Præterea plurima continet aliqua ex parte imperfecta, alia ſcriptoris negligentia fortè corrupta, non ideò tamẽ liber eſt negligendus, quandoquidem ad quamplurima explicanda ex vſu eſſe poterit eorum, quæ non ſatis apertè in libris morborum muliebrium ſunt tradita.

Verſ. 1. Maximè quidem numen in hominibus cauſam eſſe. *Mar. n. 1.*

Morborum cauſas in Deos referre, antiquiſſimum fuit, tantumque in hac re illis tribuebant,

D vt externorum tantummodo morborum, quique ab hominibus inferebantur, curationem ad medicinam pertinere, exiſtimauerint, in reliquis, ad Deos tanquam eorum cauſas pro ſalute concurrentes, & quamuis procedentibus temporibus remedia fuerint excogitata, quibus internis etiam morbis occurri poſſet, nihilominus hæc firma, fixaque hominum mentibus pertranſijt opinio, morborum cauſam numen eſſe. Quam quidem vt aliquomodo veram recipiens religioſiſſimus Hipp. in morbis ſingulis curationem à Dijs exordiendam eſſe conſulit lib. de Inſom. verſ. 20. Medicinamque ergà Deos reuerenter ſe habere, medicosque Dijs concedere lib. de decenti ornatu verſ. 63. teſtatur. A Deo autem omnes morbos ema- *Mar. n. 2.* *Mar. n. 6.*

nare, quamuis verum ſit, id tamen vniuerſali quodam modo accipiendum eſt, quatenus à prima cauſa, mediantibus ſecundis omnes effectus in hæc inferiora producuntur: Sunt enim quidam morbi, qui peculiari quodam modo abſque ſecundis cauſis (ſaltem apparentibus) im-

E mediatè à numine dependent, & de hoc ſecundo genere morborum hoc in loco intellexiſſe Hipp. exiſtimo, ſunt autem hi morbi, qui à Dęmonibus ſceleſtorum hominum veneficijs Deo Opt. Max. permittente mortalibus inferuntur, quique exorciſmis, & incantationibus, non medica arte curari ſolent. Gentiles enim hac numinis denominatione, non Deos modo, ſed Dæmones malos etiam compræhendere conſueuerunt, quod etiam ipſiuſmet Hipp. teſtimonio confirmari poteſt. Nam libro de inſomnijs, Dijs ſupplicandũ hortatur, in ſecundis quidem rebus, cęleſtibus: in aduerſarijs verò, Dijs malorum auerſoribus, & terræ, & heroibus, quò mala auertant. De huiuſmodi igitur morbis conſiderationem habendam eſſe, ait Hippocrates, ei, qui de morbis mulierum rectè tractare intendit. Nam licèt tales morbi

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 241 sur 636

maleficijs, & Dęmoniorum ope inflicti, & viris, & mulieribus sint communes: has tamen frequentius inuadere, nostris etiam temporibus conspiciuntur, & iudeò de his morbis in mulieribus magis suspicandum est, quam in viris, quapropter si medicus hanc cognitionem negligat, sæpè sæpiùs illorum morborum curationes incassum suscipiet. Idque non semel euenire obseruatur quotidie. Nam mulieres à diuersis morbis conflictatæ, postquam medicos, eas ex arte curare tentantes, deluserunt diutius, tandem maleficijs oppressæ deteguntur, nec ab hac interpretatione me remouere potuerunt ea, quæ lib. de Morbo sacro ait Hipp. morbos omnes æquè diuinos esse, & humanos: quia hæc ex abundanti prolata sunt, vt demonstraret, morbum sacrum non ità diuinum esse, vt medicis curari præsidijs non deberet, vt tunc temporis ferè communis opinio erat. A

Mar.n.8. *Vers. 96. Si vteri ad coxam decurrerint.*

Pro huius sententiæ explicatione nonnulla adnotabimus lib.2. de Morb. mul. sect.2. vers. 30. vbi eadem ferè leguntur. B

Mar.n.31. Mar.n.10. *Vers. 122. Si vteri pituita impleti fuerint, &c.*

Mar.n.83. De hoc affectu agitur lib.1. Morb. Mulierum sect.2. vers. 438. quo in loco quomodo huius morbi doctrina perfecta haberi possit, fauente Deo indicabimus.

Mar.n.11. *Vers. 134. Si vteri inflammati fuerint, &c.*

Quid per inflammationem vteri intelligat Hipp. & quis sit affectus, de quo hoc in loco agitur, exponetur libro 2. Morb. Mul. sect.2. vers. 384. vbi hęc fusius pertractantur à Præceptore.

Mar.n.54.

Mar.n.12. *Vers. 147. Si ignis sacer, erisypelas dictus, in vteri obortiatur, &c.*

De erysipelate vteri tractat Hipp. eod. lib.2. sect.3. vers.1. quo loco præsentis tractationis à

Mar.n.58. nobis fiet mentio. Hoc autem in loco duo peculiaria referuntur, quæ silentio non sunt prætereunda, primum, cur Hipp. grauidis hoc morbo correptis curationem instituat si morbus est lætalis omninò, quæ iuxtà diffinitionem medicinæ ab Hipp. allatam ad artem non spectat, dicebat enim medicinam esse morbos ab ægris in totum tollere, & morborum vehementes impetus obtundere, & eorum, quæ à morbis victi sunt, curationem non aggredi, cum inconfesso sit, quod medicina tales sanare non possit, quod respiciens lib.2. vbi de eodem affectu ijsdem ferè verbis agitur, de illius curatione in vtero gerentibus nullam mentionem facit, inferens, has solo prognostico dereliquendas esse. Respondeo, hæc ab Asclepiadum familiæ doctoribus proposita esse, non ad curationem morbi læthalis, & mulieris salutem, sed potius ad conseruationem fœtus, qui sæpè mortua matre viuus, & vitalis extrahitur, & ideò sola viuendi ratio proponitur, quæ non adeò tenuis esse debet, vt morbi acuties indicat: sed aliquantò plenior; vt fœtus conseruetur: cuius gratia cibos exhibet, quos nedum in mitiori morbo, dum febris adest, exhibere solet, clysteribusque aluum solicitari iubet, nè excrementorũ retentione, & calor augeatur infanti, & à cõpressione suffocetur, qui quidem locus adnotatione dignus est pro dieta in grauidis instituenda, dum morbo acuto laborant, quæ fortasse ab hac non admodum recedere debet, quando morbus medelam consequi potest. Alterum, quod hoc in loco explicandum occurrit, est, quid importent illa verba, sin minus, hoc est, si non est grauida, curata sanatur. Quia si mulier, quæ vterum non gerat, curata sanatur, & hanc solam curare tentandum est, quomodo verum erit dicere (quod inferius subiungit Hippocrates) morbum hunc paucas effugere? Respondeo, per illa verba curata sanatur, non intelligimus, quotiescunque conueniens medela adhibetur, semper sanari, sed si à morbo fuerit curata, ità vt morbum euadat, eam perfectè sanari, absque quod aliquod vitium in vtero ipsi relinquatur, quod ex alijs morbis magnis, qualis est præsens, contingere obseruatur, idque ab eodem ad finem adnotari consuetum est. Quandoquidem, aut in perpetuum steriles fiunt, aut vlcera in vtero innascuntur, aut aliquid simile, ex quo fit, vt eas perfectè sanari, dici non possit. C D E

Mar.n.15. *Vers. 186. Quum fluxus albus obortus fuerit, velut vrina, &c.*

A bile, pituita omnium fluxionum muliebrium genera, quæ purgamenta alba dicuntur, omninò dependent, ex quorum varia permixtione, & alteratione purgamentorum differentiæ resultant, de quibus singulis libro secundo Morborum Muliebrium pertractatur. Hoc autem loco speciem albi fluxus describit, à pituita paucæ bili admixta ortum habentis,

quod

©BIUM

A quod tacitè iudicauit, dum dixit. Morbus autem fit, si mulier pituitosa existens natura, febricitauerit, nec bilis (per febrem) commota purgata fuerit. Huius fluxus signa referuntur in textu, inter quæ illud præcipuũ adnotatur, excreta asinæ vrinæ similia esse, alba scilicet, & crassa, vt lib. 2. explicatur. Qua ratione autem huiusmodi fluxus contingat, exponens Hipp. inquit. Siquidem igitur venter acuerit, hoc est, si humores in ventre acuti, siuè acres fiant, ventris profluuia fiunt, si verò ad vteros conuertantur, fluxus vterinus contingit. His explicatis, quid in vtroque casu agendum sit, docet, & primo curationem instituit fluoris alui, dum inquit. Si igitur ventris profluuium habuerit, &c. quibus curationem restringit ad ea perquæ humoris acrimonia temperetur: qualia sunt papaueris cortex, & polenta, siuè farina, & fluxionem adstringendo compescant, qualia sunt spinæ fructus, & malicorium. Fluore alui sedato, ad curationem vterini fluxus accedit, cuius gratia purgationem instituit supernè primum, per hanc enim regionem pituita in superioribus partibus generationem habens facilius educitur, & ab inferioribus partibus quodammodo reuellitur. Deindè per inferiora, lactis asinini potione purgationem absoluit, quo præsidio materia peccans partim educitur, partim mitigatur. Post purgationem verò, curationem lactis bubuli potione absoluit, cuius exhibendi modus, sicuti artificiosus est, ità plurimis difficultatibus implicitus est. Nos igitur quantũ nobis dabitur, auctoris mentem aperire procurabimus. Lac bubulum igitur per dies quadraginta iubet exhiberi ακρητον οινου (vt græca omnia exemplaria legunt, etsi Cornar. particulam οινου præterierit) hoc est vino intermixtum, hoc autem additũ esse ab Hipp. existimo propter vsum admiscendi vinum lacti in morbis pituitosis, apud antiquos frequentissimum. Lac igitur purum accipiendum est, sub dio expositum quarta aquæ parte admixta, vt lactis crassities corrigatur. Subdioq. exponit, vt maiorem refrigerandi vim habeat, lactis mensuram non describit Hipp. supponens, tantum esse assumendum, quantum pro nutritione mulieris sufficiat vsque ad vesperam, quo tempore sorbitionem ex alicà præbet. Alibi lactis quantitatem ad duas cotilas determinauit. Hac igitur lactis potione, & sorbitione continenda erit mulier, & quia huiusmodi victus omnibus sufficere non potest, subiungit Hipp. si poterit, nam alioqui à lacte abstinendum supponit. Verum cur aliquid alimenti plenioris, addi non permittit si illa non sufficiunt? quia si dum lac potatur victus tenuis non seruatur, lac in ventriculo corrumpitur, vndè maius incommodum indè euenit, quare si diætam tolerare non potest, melius esse à lacte abstinere, censuit, quam minus conuenienter exhibendo, ægrotantem lædere. Præscripto modo igitur lac manè præbet, & alicam vesperi per dies decem, indè verò decima parte præfati lactis aqua temperati, & refrigerati, tantundem lactis recenter emuncti eius loco addit, dieque sequenti duabus partibus lactis refrigerati detractis, alias duas recentis apponit, hocque modo per quatuor dies lac potandũ esse iubet, quibus elapsis singulo die decima parte lactis alterati detracta, & tantundem recentis additione facta, procedat, quòusque vna tantummodo sit temperati portio, & nouem recentis. Postquam verò per dies quatuordecim (à prædictis quatuor diebus enumerando) lac modo prædicto potauerit, indè tertiam aquæ partem admiscens, per alios decem dies bibat, & tunc erit summa dierum quadraginta (ità enim legendum esse, dierum numeratio persuadet, quamuis græca omnia exemplaria legant quinquaginta, facilis est enim transcribentis lapsus ex μ in ν quod etiam visum est Interpreti. Circa victus rationem admonet Hipp. post primos decem dies, quando decima lactis præparati pars detrahi incipit, sorbitionis quantitatem esse augendam; quia facta iam humoris noxij attemperatione, & consumptione, nutrimentum vberius ferre poterit, paulatim additione facta, quousque ad diem trigesimam peruenerit: quo tempore loco sorbitionum cibis vtendum erit, quòrum omnium rationem reddere minus difficile esset, quam tędiosum. Huius tamen curationis modum per humectantia obseruare vellem recentiores, qui contrario modo procedentes, decocta exhiberent exiccantia, & calefacientia, vt est in communi vsu.

Vers. 207. Quum conceperit, & vterum, ac partus gestarit, ea quæ natura, &c. Mar. n. 16.

Basiliensis textus græcus ità legit, επὴν διάβαλλη τους τοκους φυσει ἄτοκος εουσα, idest cum partus luserit eam, quæ natura sterilis est, ità enim interpretandum esse mihi videtur verbum διάβαλλη. His autem quid significare velit Hipp. percipere difficillimum est. Ego pro difficultatis magnitudine dicerem, Auctorem hoc in loco agere de affectione quadam sterilibus fami-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 243 sur 636

familiari, propterquam sæpè euenit, vt in vtero concepisse sperent, his enim primum menses deficiunt per aliquod tempus, deindè verò apparentes minori copia, quam antea descendũt, & consuetum tempus pertranseunt, quæ in quibusdam, conceptionis signa esse consueuerunt, verum postea multi derepentè erumpunt, ex quo abortum fecisse existimantur, atque hoc pacto partum lusisse, quodammodo videntur. Hoc autem verbo vsus est Hipp. quia fortasse talis dicendi modus tunc vsitatus erat apud vulgus. Inquit ergò, quum quæ sterilis est natura, partus luserit, menses primum quidem deficiunt, & pauciores fiunt, & tempus, in quo prius fiebant, transmittunt, postea derepentè multi fiunt puri & fortes, idest sanguinis laudabilis, & copiosi erumpunt, ex quo euenit aliquando, eas in vtero concipere, & ratio est, quia propter sanguinis retentionem in vtero, & copiosam subsequentem fluxionem, vterus & ex denso rarus fit, & ex frigido calefit à sanguine retento, vndè sterilitas aufertur. Si verò post fluxum conceptio non subsequatur, frequentius erumpere menses incipiunt, bis scilicet, & ter in mense, vteri osculo propter fluxum facilè hiante, vndè tenuis, & pallida fit mulier. Quid autem Medico sit faciendum in hoc casu, docet Hipp. curationem instituens per ea, quibus noxius humor educatur, tempereturq. necnon vterus ad optimam temperiem reducatur, hisque omnibus rectè administratis, concepturam esse mulierem, promittit, quo casu quomodo dispositа ad virum accedere debeat, edocet. A B

Sectio II.

Mar.n.30. *Vers. 272. Si aqua in vteris gignatur.*

Hanc hydropis vteri speciem ijsdem ferè verbis descripsis Hipp. lib. 1. Morb. mul.

Mar.n.86. sect. 3. vbi tres eius distinxit differentias, quo in loco præsens sententia explicabitur à nobis, C verba græci contextus καὶ γίνεται ἐκ τοῦτο ἐτιδημίῳ diuerso modo ab Interprete exponentes.

Mar.n.31. *Vers. 296. Si indurati fuerint vteri.*

Cum varijs modis duritiem contrahere possit vterus, septem differentias ex Hipp. adnotabimus lib. 2. de Morb. mul. sect. 2. vers. 234. inter quas præsentis loci sententia numerabitur, & ea, de qua in sequentibus ab Hipp. tractatur, indicaturi verbum κρυπτεται non satis propriè à Corn. obtorquentur, interpretatum fuisse.

Mar.n.36. *Vers. 359. Si grumosi facti fuerint vteri.*

De hoc eodem affectu pertractabitur lib. 2. de Morb. mul. sect. 2. vers. 348. quo in loco pauca circa morbi ideam à nobis adnotabuntur.

Mar.n.42. *Vers. 407. Si ad caput conuersi fuerint vteri.*

Mar.n.16. Quomodo vteri ad caput conuersi dicantur, indicabimus lib. 2. Morb. mul. sect. 1. v. 391. D vbi de hoc eodem agitur affectu.

Sectio III.

Mar.n.46. *Vers. 5. Si ex partu sanguinem vomat, &c.*

Mar.n.113. Natura huius affectus explicabitur lib. 1. Morb. mul. vers. 165. sect. 4. vbi eadem sententia proponitur ferè ad verbum.

Mar.n.58. *Vers. 50. Si ad cor progressi vteri suffocent. &c.*

Mar.n.17. Qua ratione vteri ad cor progredi dicantur, ex his, quæ in expositione præsentis affectus libr 2. Morb. mul. vers. 297. à nobis proponentur.

Mar.n.88. *Vers. 127. Si lac extinctum fuerit, reliqua quidem eodem modo, &c.* E

Remedia ad lactis vbertatem procurandam ab Hipp. proposita, in textu satis nota sunt, difficultatem tantummodo faciunt verba illa, reliqua quidem eodem modo curato, quæ vt superflua, perperã interiecta fuisse videntur, & eò magis hæc suspicio augetur, quia lib. 1. Morb. mul. sect. 2. vers. 339. vbi hæc eadem sententia registrata est, prædicta verba nullo pacto leguntur, ea tamen penitus ociosa non existimo: sed dici posse crederem: Per illa verba indicare voluisse Auctorem, in hac materia rectè pertractanda considerãdas esse causas, propter quas lac deficit, & iuxtà causarum conditionẽ curationem instituendã esse, alioqui, quę ad generationem lactis proponuntur, indistinctè adhibita, vt empirici faciunt, parum vtilia sæpè erunt.

De

A *De Morbis mulierum lib. I.*

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Inter omnes Hipp. nomini dicatos libros, qui ad praxim ſpectant, hos de Morbis mulierum inſcriptos primum locum ſibi vendicaſſe, nemo dubitat, ità vt nullus ab Hipp. bibliotheca eos ſegregare, auſus fuerit, & quia tum lib. de Genitura, tum de Sterilibus: necnon in epiſtola de Ellebori vſu, horum librorum fit mentio, ſimiliter de Nat. pueri verſ. 106. lib. 4. de Morbis ſect. 2. verſ. 356. & de Affect. ſect. 2. verſ. 65. indè colligimus, præfatos libros omnes eundem habuiſſe Auctorem: etiamſi & dicendi ſtylo, & ſententijs ipſis, multi eorum, his in-
B feriores videantur. Vndè manifeſtum eſt, quam temerarium ſit, ex particularibus quibuſdam ſententijs, & ex dicendi ſtylo de Auctore librorum contrà communem inſcriptionem iudicium ferre. Horum duorum librorum Mulierum priorem commentarijs doctiſſimis illuſtrauit Mauritius Cordæus vir eruditiſſimus, cuius laboribus eum vti conſulo, qui pro Auctoris mente aſſequenda, hæc noſtra legere voluerit.

Verſ. 1. Mulierem, quæ non peperit, grauius, & citius è menſibus ægrotare, &c. Mar. n. 1.

Cordæus è menſibus ægrotare contrà communem ſententiam medicorum, qui de eorum ſuppreſſione Hipp. intelligere receperunt, exponit, in eorum eruptione laborare; ità vt quæ mulieres partum non ſunt expertæ, in actu fluxionis menſtruorum grauius, & citius male habeant, quam quæ ſemel pepererunt, hancque opinionem adeò firmis probat rationibus, vt facilè multis eam perſuadere poſſit. Verum quia iuxtà hanc expoſitionem non poteſt expli-
C cari, quomodò hæ, illis citius laborent in eruptione menſtruorū, cum vtræq. eodem tempore lædi ſupponantur, hoc eſt in ipſo actu eruptionis, eius expoſitio ſuſpecta redditur. Quare cum dicat Hipp. ſimpliciter è menſibus ægrotare, contingatq. mulieres æqualiter ægrotare, & ex fluxu menſium immodico, & ex eorundem ſuppreſſione, quod totum illo Aphoriſmo comprehenſum eſt, menſtruis largius fluentibus ex vteri morbi eueniunt non fluentibus autem ex vtero morbi contingunt: non video quid nos cogat, præſentem ſententiam ad vnicam tantum menſtruorū affectionem reſtringere, & quid prohibeat eandem vtrique accommodare? quando rationes, quæ de hac re ab Hipp. afferuntur, ambobus optimè conueniūt. Cur enim mulieres, quæ pepererunt, à menſiū fluxu immodico minus ægrotent, ratione aſſignat Hipp. per illa verba: Quum enim peperit, venulæ fluidiores ſunt ad menſes, & quæ ſequuntur, in quorū fine ità concludit: quum hæc ſeſe habeant mulier purgationem à partu experta, minus laborioſè
D menſibus decurrentibus purgatur. Cur autem ex menſium ſuppreſſione eædem mulieres minus, & ſerius ægrotent, rationem aſſignat per ſubſequentia: Si verò affectio aliqua mulieri, quæ iam peperit, accidat, vt menſes venientes probè purgari non poſſint, facilius dolorem fert, quam ſi non peperiſſet, aſſueti enim ſunt vteri, & corpus idoneum, vt impleatur, vtpotè in ventre habenti, & ſimul multa amplitudo in corpore eſt. Maior autem fit etiam amplitudo ſanguini, vbi peperit, nimirum corpore diſciſſo, & ſanguis in amplitudine exiſtens minus afficitur, niſi venæ ſuperimpleantur, & nimium laborent, &c. quæ verba vnà cum ſequentibus abſque vllo dubio ad menſium ſuppreſſionem referuntur. Concludamus igitur cum præceptore, mulierem, quæ nunquam peperit, citius, & grauius ægrotare ex menſibus, ſiue ſuppriman-
E tur, ſiue immodicè fluant, quam ea, quæ aliquando partum eſt experta; hæc autem adnotauit Hipp. quia de vtroque menſium vitio tractaturus in præſenti opere, hæc neceſſariò præmittenda eſſe exiſtimauit. Mar. n. 2.

Verſ. 33. Habet enim mulier ſanguinem calidiorem, & propterea calidior eſt, quam vir.

Hæc ſententia plurimorum virorum extorſit ingenia, quorum alij eam tanquā interiectam, & Hipp. indignam penitus reiecerunt, alij veram eſſe concedentes, mulierem viro calidiorem varijs adiectis argumentis demonſtrare, conati ſunt. Alij denique verba ipſa varijs modis interpretantes Auctoris dignitatem tueri conati ſunt. Horum verò opiniones confutare cum præter inſtitutum ſit, quid alij ſenſerint prætereuntes, noſtram ſententiā breuiter aperiemus. De Morbis mulierum peculiariter tractaturus Hipp. quorum principalis cauſa à menſtruali purgatione dependet, antè omnia demonſtrare aggreditur, qua ratione hæc purgatio mulie-

ribus

©BIUM

ribus sit necessaria: ità vt nisi singulo mense procedat, & calor, siuè febris oritur, & dolor; non A
autem viris. Cuius rationis fundamentum statuit: quia mulier carne constat rariore, & molliori: vndè plus humoris à ventre trahit, quàm virile corpus, quod densum est, & compactū. Hic autem humor est sanguis, qui nutritionis gratia à singulis corporis partibus attrahitur. Cum igitur muliebre corpus, propter raritatem plus humoris suscipiat, nec ab eo absumi possit, tum quia natura humidius est, tum quia vitam ociosam ducit necesse est sanguinem breui tempore abundare, qui nisi singulo mense euacuetur, quia humor calidus est; totum corpus indè excalefactum, & dolere, & febrire necesse est. Si verò quod superfluum accessit, secesserit, dolor non fit à sanguine, neque calor: quia hæc non ab humoris qualitate simpliciter: sed à multitudine tantummodo dependent: qua per euacuationem sublata, omnia præfata mala deuitantur. Et propterea vir (subiungit Hipp.) quia solidiore carne præditus est, sanguine non adeò impletur, vt euacuatione opus habeat, eiusquè defectu eum laborare contingat, B
tantum enim trahit solummodo, quantum ipsi ad nutritionem sufficiat, & hic est verus sensus Hipp. disputationis. Quarè quando inquit: & propterea mulier calidior est, quam vir, quia habet sanguinem calidiorem, id ex suppositione verum est, supponendo humorem illum superabundantem non dimitti per menstruas purgationes: sed in corpore retineri, eo enim casu mulier plus sanguinis habet, quàm vir, qui quidem sanguis, quia calidissimus est, sequitur, mulierem, quæ eo magis abundat, quam vir, eo etiam calidiorem esse. Rationi enim consentaneum est, illud calidius esse, quod calidi plus in se habet. Quarè comparatiuum, quod sanguinis caliditati adiunctum est, hoc in loco idem importat; ac si sanguinis copiæ adscriptum esset, v. g. si dixisset, & propterea mulier calidior est, quam vir, quia sanguine calido abundat magis. Quod si quis Grammaticæ regulis adstrictus huiusmodi transpositionem non admittat, dicemus, per illud comparatiuum, calidiori, non comparari caliditatem sanguinis mulieris cum caliditate sanguinis viri: ac si dixisset Hipp. & propterea mulier calidior est, C
quia habet sanguinem calidiorem sanguine viri, sed vt positiuum accipi debere: aut calidiorem, quam cæteri humores, iuxtà ipsiusmet Hipp. mentem, qui vt ex lib. 1. de Morbis constat sect. 2. vers. 123. sanguinem omnium humorum calidissimum statuit. Et ideò lib. 1. de
Mar. n. 22. Mar. n. 30. Diæta vers. 430. inter causas, propter quas mulieres sunt viris frigidiores, eam adduxit, quia caliditatis purgationem singulis mensibus faciant. Si ergò quia singulis mensibus purgantur ob calidi sanguinis, scilicet, euacuationem mulieres fiunt viris frigidiores, ità vice versa, dum non purgantur singulis mensibus, ob eiusdem sanguinis redundantiam calidiores fieri necesse est, ità vt sanguinis abundantia, non simplex eius caliditas intensior, sit causa, cur mulieres incalescant virorum respectu, & indè laborent. Et hanc expositionem manifestat contrapositum argumentum ex parte viri ab Hipp. adductum. Dum inquit. Vir autem, qui solidiore D
carne præditus est, quam mulier, neque in superna ventris parte adeò sanguine superimpletur, vt nisi aliquid sanguinis singulis mensibus secedat, dolorem fieri necesse sit, & sanguinis, quantum satis est ad nutrimentum trahit, & quum corpus ipsi non sit tenerum, non dolore affligitur, neque superincalescit à plenitudine, velut mulieri, ex quibus patet, huius causam in sanguinis abundantiam, non in caliditatem intensiorem referri.

Mar. n. 3. *Vers. 41. Postquam igitur mulieri, quæ non peperit, occultati fuerint, &c.*

Vt præsentis sententiæ legitimum sensum inuenirem, cùm diutius, & aliorum opiniones examinando, & mecum ipse diligentius rem contemplando, elaborauerim, nihil quod mihi satisfaceret, aut reperire, aut excogitare potui, vndè submissis (vt dicunt) alis hunc locum in explicatum præterire sui coactus. Quum tandem, dum id minus sperabam, occurrit mihi ratio, qua Hipp. mens facilè percipi possit, quæ (nisi meus me decipit amor) vnicuique Hipp. E
doctrinæ studioso satisfacere poterit. In cuius gratiam de vteri figura, & situ pauca quædam sunt præponenda. Vterus igitur quatuor potissimum partibus constat, prima est, quæ denudata muliere, oculis apparet, & hæc pudendum dicitur. Huic continuatur collum, siuè cervix vteri appellata, cui tertia succedit, quæ vteri os vocatur, quod intimius existens digito attingi, dum in proprio permanet situ, vix potest. Postrema verò est, quæ propriè vterus, siuè corpus vteri appellatur, & sicuti priores tres partes in omnibus mulieribus exiguam diuersitatem recipiunt, ità hanc postremam plurimum, & figura, & magnitudine euariare contingit. Nam, vt præteream grauidas, in quibus ad eam amplitudinem extenditur, vt fœtum

grandem,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 246 sur 636

A grandem, cum tanta membranarum mole, humorumq. copia contineat, quod miraculi loco reponi posset; in ijs etiam quæ vterum non gerunt, eius magnitudo non parum euariat. Virginibus enim, & ijs, quæ nunquam pepererunt, vteri corpus adeò angustum est: vt nucis magnitudinem parum excedat, & ità coarctatur, vt non solum difficilè extendatur: sed etiam in eius sinu spatium aliquod induci vix possit, vndè pars, quæ ad os sita est, fundum ipsius exactè attingat, ipsique fere adhæreat, secus est in illis mulieribus, quæ alias pepererunt, in quibus vterus magnam illam ex fœtu extensionem perpessus, etiamsi fœtu excluso coarctetur, non adeò tamen constringitur, vt priorem paruitatem consequatur, vndè non solum longè maior, quàm antè conspicitur, sed etiam cauitatem conspicuam retinet, aut saltem facillimè in eam extendi potest. Constat præterea vterus ex duabus tunicis, in quarum vtraque, & potissimum in interiori, plures venæ, & arteriæ disseminantur hùc, & illùc per dictas tunicas pro-
B cedentes, terminantesq. in eius fundum, plurima orificia angustissima, & inconspicua constituunt, perquæ sanguis egrediens, menstruas purgationes facit, & per eadem fœtus in vtero alimentum capit: dum secundina appellata siue corion prædictis vasorum orificijs adhærens, sanguinem veluti exugendo à licit, quem tandem per venam vmbilicalem fœtus trahit. Nec prætereundus est communis ferè anatomicorum error, qui existimarunt purgationes menstruas emanare, in pollutis quidem mulieribus à prædictis venis ad fundum vteri terminantibus, in virginibus verò ab illis, quæ in collum vteri desinunt. Nam puerile est credere, solam defloration em (quam dicunt) causam esse, propter quã natura antiquioris vię immemor facta nouos ductus tã citò inuenerit, per quos indè postea naturales purgationes excernãtur, quod eò minus probabile est, quò partes illæ, per quas virginibus menses erumpere existimantur, in coitu distenduntur, & extricatione, & distensione distrahuntur, rarefiunt q. vt dici probabilius
C posset, venas illas antea occlusas in posterum ad menstruorum eruptionem aperiri potius, quam antea apertas occludi. Præterea si venæ adsunt in vteri ceruice, per quas sanguinis multitudinem excernere consueuit natura, cur in menstruorum suppressione, quæ ab oris vteri occlusione dependet, ab humorum copia se obrui permittit? nec priorem viam arripiens per illam menstrua ducit, sed permittit potius, vt excitato in inguine abscessu à sanguine eò impetum faciente, nouos ductus sibi faciat, per quos indè menstrua erumpant? quemadmodum euenire Hipp. inferius hoc eodem libro vers. 108. testatur. Tandem si verum esset, vir- Mar.n.11.
ginibus menses non ab vteri cauitate, sed ab eius ceruice emanare, sequeretur menstruorum suppressionem nunquam fieri in virginibus propter oris vteri occlusionem, quod suprà ceruicem locatum est, & tamen id expressè affirmauit Hipp. libro de Virginum morbis vers. 13. Mar.n.1.
Quarè si menses virginibus supprimuntur, quando os vteri est conclusum, signum est, eos ex
D ore ipsius procedere, & ex consequenti, ab eius cauitate, non è ceruice. His stantibus quibus mulieribus cauitas vteri adeò coarctata est, vt vacuum in ea introduci, ab aduenienti sanguine menstruo per dilatationem membranarum non possit, quod euenire dicebamus in ijs, quæ nun quam gestarunt vtero, quia partes singulæ vteri interiores se inuicem contingũt, dum altera alteri adhæret, venarum orificia ad vteri fundum terminantia, perquæ menstrua erumpunt, compressione occluduntur adeò, vt sanguis aduenies, etiam si impetum faciat; ad vteri tamen cauitatem peruenire non possit, vterus enim dilatari minimè assuetus non cedit. Quarè vt sanguini exitus pateat, vteri os aperiri necesse est, ità enim, ex huiusmodi apertione, venarum oscula, quæ apertioni præfatæ è directo respondent, cum libera, detectaq. permaneant, natura sanguinis copia vrgente per easdem plenitudinem euacuat: sicque menses erumpunt. Menstruorum quippè tempore instante, facta in humoribus agitatione, sanguis
E ad vterum confluit, vndè natura totius conseruationi intenta, os vteri aperit, ex cuius apertione venarum orificia quædam (vt diximus) deteguntur, quæ à superueniente sanguine reserata, per os vteri in ceruicem, & indè per pudendum excernunt, & quia totum huius excretionis negotium ab vteri oscu li apertione dependet, ideò euenit, vt quò dicta apertio fuerit patentior, quia per eam plura venarum orificia deteguntur, eò copiosior indè excretio sequatur, contrà verò, quò angustior fuerit apertio, eò etiam minor excretio sequitur, vt mirum non sit, si ore vteri immodicè hiante, immodicus menstruorum fluxus sequatur, quemadmo- Mar.n.39.
dum adnotauit Hipp. & lib. de Nat. Mul. sect. 2. vers. 385. & lib. 2. Morb. mul. sect. 2. vers. 361. Mar.n.52.
qui pari ratione suppressionem eorum omnimodam imposuit totali vteri oris occlusioni, di-

minutam

©BIUM

minutam verò expurgationem sequi, testatum reliquerit, quando os vteri non aperitur, quantum oportet. His igitur hunc in modum explicatis vnicuique apertum esse existimo, quid sibi velit Hipp. in hac sententia, in qua causas proponit, propter quas mulieribus, quæ nunquam pepererunt, menses non fluant, inquitque id euenire, quotiescunq. os vterorum conclusum fuerit, aut distortum (adeò vt eius apertio enarratis venarum orificijs, quæ sunt in vteri fundo è directo non respondeat) aut denique si aliqua pars pudendi fuerit cōtracta, ità enim transtulit Corn. illa verba ξυστραφῇ τίτε αἰδοίου, quæ verba alio modo interpretatur Caluus, vertit enim, vel pudendorum quid inuersum sit. Quam versionem secutus Cordęus exponit Hipp. hoc in loco eam pudendi inuersionē significasse, per quam ceruix vteri prominet foras, quem affectum vteri procidentiam appellamus. Quamuis constet, huiusmodi affectum mensium suppressionem per se non inducere, nam quantumuis ceruix vteri conuertatur; dummodo os eius pateat: & recta situm sit, mensium exitus non intercipitur, latum est enim collum vteri, quemadmodum ipse Hipp. animaduertit lib. 2. huius operis sect. 2. vers. 145. vt non facilè exitus humori in eo intercipiatur. Imò de hoc affectu tractans inferius, quid agendum docet, quando in vteri procidentia menses fluunt. Argumentum euidens vteri procidentiam mensium suppressionem per se non inducere. Quarè Cornarij versionem libentius amplector, aut aliqua pudendi pars contracta, huic enim interpretationi plurimum fauet vox ξυ verbo Στρεφω superaddita, quæ simul, & in seipsum significare videtur, vndè ξυστροφη in seipsa contracta significet, ità enim intelligit Hipp. partem aliquam pudendorum in seipsam contractam, sursum trahi versus os vteri, ex quo euenit rugis, plicisque simul concurrentibus, os compressum angustiari, aut in totum occludi: vt mirum non sit, si mensibus exitus, intercipiatur, vel si os ipsum in se contractum ità angustietur, vt aperiri ad menstruorum eruptionem non possit, contractio enim distentioni opponitur, quam in ore vteri desiderat Hipp. infrà sect. 2. vers. 12. quo semen vterum ingredi possit. Quia igitur, & ceruicis, & oris vteri contractio ad menstruorum suppressionem concurrere potest, ideò dixit, si pars aliqua pudendi fuerit contracta, & de hoc affectu Hipp. intellexisse reor lib. 2. sect. 2. vers. 164. vbi inquit, si quid ex osculis vteri complicatum fuerit, menses non fluunt, aut pauci, & praui, ac dolorifici, &c. His tribus igitur de causis menses impediri testatur Hipp. illis mulieribus, quæ nunquam pepererunt. Huncque suppressionis modum peculiari nomine menses viam inuenire nequeuntes appellat, ad differentiam alterius suppressionis, de qua tractatur inferius vers. 112. mensesque occultatos, & non fluentes vocat. Harum verò suppressionum differentia in eo consistit, quia in priori menses viam, quæ in vterum tendit, inuenire non possunt: eò quod, vt explicatum est, venarum orificia occlusa sunt, per quæ sanguis vterum ingreditur, vndè retrocedentes varias corporis partes inuadūt, in quibus varia symptomata inducunt, aliquando etiā in venis per vteri tunicas disseminatis aggregantur, variaque mala ad vterum ipsum spectantia inferunt. Indè suppurationes contingunt, quæ modo in pudendum rumpuntur, modò conuertuntur ad coxendices, quandoq. etiam in inguine tuberculum efficiunt, aliaque multa inferunt symptomata, de quibus Hipp. particularem tractationem habet inferius hoc eodem libro. Ab altera verò suppressionis specie, earum propria, quæ aliquando pepererunt, longè diuersa eueniunt incommoda, & ratio est, quia menstruorum ingressus in vteri sinum non prohibetur, quemadmodum in superiori, sed in eum descendentes, cum indè exire non possint, ore vteri concluso, ea inferunt symptomata, quæ ad vteri cauitatem spectant. Hinc vteri dolores, falsæuè grauiditates, vteri suppurationes, exulcerationes, hydropes, & alia id genus, de quibus Hipp. distinctè proprijs in locis pertractauit. Hic autem suppressionis modus frequentius mulieribus contingit, iam partum expertis, quam inexpertis, quia vt suprà adnotauimus, harum vterus capacitatem habet, vndè vasorum orificia, quæ in fundo vteri collocauimus ab ipsiusmet vteri compressione, non ità clauduntur, vt sanguini impetum facienti resistere possint, cedunt enim vteri latera, si ipsis adhæreri contingat, ità vt sanguis in vteri capacitatem fundi possit, quotiescunq. menstruorum aduenit tempus. Quarè duplex est suppressionis menstruorum modus, primus, partum non expertibus peculiaris, in quo menses viam inuenire non possunt, alter verò earum proprius, quæ aliquando pepererunt, in quo menses in vtero occultantur. Quam quidem distinctionem, quia non animaduerterunt expositores, in inexplicabiles difficultates se implicuere, eā verò respexisse Hipp. constat, non ex diuersitate

Mar. n. 39.

Mar. n. 38.

Mar. n. 40.

Mar. n. 10.

A B C D E

sympto-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 248 sur 636

©BIUM

A ſymptomatũ modo, quæ ſuprà indicauimus, ſed etiam ex illis verbis apertiſſimè infrà. v. 136. Mar. n. 12.
regiſtratis, quibus inquit. Si verò non eruperint menſes, ex menſibus intus concluſi (loquitur de ſecundo ſuppreſſionis modo) omnia patietur, velut ea, quæ non peperit, in qua menſes viam inuenire non poſſunt. Verumtamen licet dicti ſuppreſſionum modi adeò inter ſe differant, cauſæ tamen vtrique ſunt communes, quæ ad has tres reducuntur, quia os vteri concluſum eſt, aut diſtortum, aut aliqua pars pudendi contorta, aut complicata eſt. Nec aliam ſuppreſſionis menſtruorum cauſam in hoc opere recenſet Hipp. quæ ad aliquam prædictarum non reducatur, etiamſi lib. de ſterilibus concedat aliquando, ſtomaco vteri recto, & molli, & ſano, & probè ſe habente, & in debito loco ſito, menſes ſupprimi. Verum quia id rariſſimè euenit, ideò de hac cauſa ſuppreſſionis menſtruorum mentionem non fecit in his libris, in quibus, quæ communiter eueniunt, tantummodo referuntur. Quarè animaduertant Medici
B recentiores, quam facilè ſit, eos errare in curatione ſuppreſſionis menſtruorum, quandoquidem de vteri diſpoſitione nullam habeãt conſiderationem, huius ſymptomatis cauſam in venarum obſtructionem perpetuò reijciunt, vniuerſamq. curationem medicamentis ore aſſumptis, quæ attenuant, & aperiunt pertinaciter contendunt. Quia etiamſi concedatur illis, hanc cauſam concurrere aliquando (quod apud me valdè ambiguum eſt) id tum rariſſimum erit, & in ea ſuppreſſionis ſpecie tantum, in qua menſes viam inuenire non poſſunt, quia ſi venæ ſanguinem deferentes obſtructæ eſſent, quomodo menſes in vtero occultari poſſent? Quarè quamlibet ſuppreſſionem menſtruorum, potionibus, alijſque medicamentis deobſtruentibus curare, nimis periculoſum eſt, ex hac enim temeraria curatione euenit, vt medici non modò intentum finem rarò aſſequantur, verum etiam, quod peius eſt, grauiſſimis alijs morbis miſeras ægrotantes perdant, quorum delicta, etiamſi tacere in animo eſt, illud tamen ſilentio
C omninò præterire non poſſum, quod maximum eſt, & frequentiſſimum. Quum enim menſes in vtero occultantur, eius oſculo malè ſeſe habente, hi aperientium medicamentorũ vſu, quæ calida ſunt, & ſicca, humores adurunt, & ad atræ bilis naturam perducunt, eoſque copioſiores ad vterum compellunt, vbi conculcati, quia non habent exitum, ore vteri concluſo exiſtente; ipſi vtero, & eius orificio impinguntur, tumoremq. durum in ea parte inducunt: qui tandem in cancrum exquiſitum conuerſus, ſummis cruciatibus infœlices ægrotantes ad interitum perducunt. Taceo errores, quos cancro, iam genito quamplures eorum committunt. Dum eos varijs decoctis ex Guayaco, Saſſaphras, alijſque exiccantibus medicamentis confectis curare profitentur. Quandoquidem de horum decoctorum abuſu tractare maius ocium requirit. Hæc verò non maledicendi, aut inanis gloriæ ſtudio, ſed chriſtianæ charitatis impulſu, dicta, vt humaniter ſuſcipiantur, lectores rogo. Medicoſque omnes,
D obſecro, nè quis eorum in poſterum menſtruas purgationes ſuppreſſas euocare aggrediatur, quin prius de ſtatu ipſius vteri certior fiat, hoc enim modo Hipp. doctrinæ veritatem, & integritatem cognoſcet, eiuſque curandi methodum ſecutus intentum finem fœliciori conatu conſequetur.

Verſ. 45. *Fit autem hic morbus his maximè, quæ anguſtos vteros habent, &c.* Mar. n. 30.

Enarratis cauſis propter quas menſes ſupprimuntur, indicat modo, quæ mulieres his maximè ſint ſubiectæ. Fit autem hic morbus (inquit) maximè his, quæ anguſtos vteros habent, aut ceruicem vltrà pudendum ſitam, per anguſtos vteros paruos intelligit, qui eò facilius obtorquentur, quantò locus, qui eos continet, ſpatioſior eſt, nec ab alijs ventris partibus coarctatur, quemadmodum euenit, quando latiores ſunt, & ſpatium maius expoſcunt, hoc enim reſpiciẽs Hipp. cauſas procatharticas peruerſionis vterorum, duas enumerauit, altera eſt coi-
E tus abſtinentia, ventris euacuatio altera, illa enim vterum exiccando, anguſtiorem quodammodo reddit, hæc autem ventris capacitatem maiorem facit, vt in ea vterus facilius conuerti poſſit. Huic affectioni diſpoſitas eſſe pariter eas mulieres inquit, quæ ceruicem vteri longè à pudendo ſitam habent, ità enim ſonant, verba græci contextus τον αυχένα προσω του αιδοίου κειμενον, non ità tamen vt extrà promineat, quemadmodum vertit Caluus, & Cordęus interpretatur, quia tantum abeſt, vt ceruicis vteri procidentia ad peruerſionem vterum diſponat, vt potius illam prohibere, vterum deorſum trahendo, poſſit. Sed longè à pudendo ſignificatur, quatenus longius ab externo pudendo verſus partes intimiores producitur, ità vt idem ſit dicere, quæ habet ceruicem vltrà pudendum ſitam, ac ſi dixiſſet, quæ vteri ceruicem ob-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 249 sur 636

©BIUM

longam habent, his enim vteri corpus in superiori ventris parte, quæ spatiosior est, collocatur, A
vndè ob ratione m proximè allatam facilius conuerti potest. Quarè proxima causa peruersionis vteri ex parte dispositionis corporis erit spatiositas, & amplitudo loci, in quo vterus collocatur, cuius duplex erit causa, altera vteri paruitas, eiusdem ceruicis longitudo altera, quæ quidem cerui cis longitudo, alia etiam ratione ad facilem peruersionem concurrere potest, quatenus propter longitudinem facilius conuoluitur, dum vteri corpus obtorquetur; certum est enim, funiculum quemlibet facilius conuolui, dum lõgior est, quã vbi est breuior.

Mar.n.4. *Vers.* 54. *In tertijs porrò mensibus optimè afficietur, si quæ prius sunt, &c.*

Tertium mensem vocat inchoando, non ab eo, ex quo menses primum suppressi fuerunt. Quia cum, vt experientia demonstrat, dictatque ratio, in secundo mense suppressionis aliqua mala contingant, hæc non erant prætereunda. Nec asserendum est, mensem hunc respexisse, dum superius dixit. Postquam igitur mulieri, quæ non peperit, occultati fuerint menses, & B
viam foras inuenire non poterint morbus fit. Nam id in communi dictum est de illa specie suppressionis, siuè recens fuerit, siuè antiquior, non de ea, quæ recens est, & secundi mensis tantum, & propterea non enumerauit aliquod peculiare symptoma, sed dixit tantummodo morbus fit. Quarè cum secundi mensis suppressio proprijs non destituatur symptomatibus, quæ à medico sunt animaduertenda, & corrigenda, illa Hipp. tacuisse asserendum non est. Quarè dicendum potius, tertium mensem appellare hoc in loco, enumerationem inchoando ab eo mense, in quo postrema purgatio processit. Ac si dixisset. Si postquam mulier singulo mense purgari solita, proximoq. mense purgata, in altero non purgetur, vt consueuerat, in tertio subsequenti optimè afficietur, si quæ prius retenta erant, fuerint egressa, alioqui mulier ea symptomata incurret, quæ in textu referuntur. Vndè, quem tertium hic vocat, primus est, ex quo mulier malè habere cœpit, & secundus ab eo, in quo menses deficere cæperunt, ter- C
tius verò à postremo purgationis periodo. Nec impropriè locutus est Hipp. quia cum sermo habeatur de purgatione fluente, non simpliciter de eius suppressione, dũ inquit, in tertijs porrò mensibus optimè afficietur, si quæ insunt (duorum mensium purgationes) fuerint educta, in ipsa enumeratione non erat prætereundus postremus mensis, quo purgatio postremum processit: sicuti in enumeratione dierum inuasionis febris vtramque diem extremam enumeramus, tertianam dicentes: quia tertio quoque die inuadit, etiamsi vnica tantum dies inter vtranq. accessionem cadat. Quia igitur de purgatione fluente loquitur Hipp. tertium mensem purgationis vocat illum, qui primus est molestiarum. Vndè inferius vers. 80. quia de mensibus suppressis agit à mense primo suppressionis inchoando, mensem, quem nunc tertium dicit, secundum ibi vocat. Inquit enim, quibusdam mulieribus menses bimestres in vteris existentes multi ad pulmonem procedunt. Hancque interpretationem confirmat experientia, D
cum videamus plurimas mulieres, quibus postquã per mensem purgationes restiterint, altero copiosius fluentes ab omni malo statim liberari, rarius autem, vbi per duos menses cessarũt.

Mar.n.4. *Vers.* 74. *In sextis verò iam incurabilis est.*

Hic locus plurimis difficultatem facit, quibus non videtur rationabile, menstruas purgationes suppressas, cum ad sextum mensem peruenerint, incurabiles esse, & eò minus, quando in praxi obseruatur, multis etiam diuturniores, quotidie reuocari, cuius rei habemus etiam ipsiusmet Hipp. testimonium 4. Epidem. vers. 295. in historia famulæ cuiusdam, cui menses
Mar.n.21. annis septem non prodierunt, quam tamen indè sanatã esse, & menses naturaliter erupisse narrat. Num igitur Hipp. falsi conuictum dicemus? Absit hoc ab eius assecla nefas, & dicamus non asserere Hipp. mensium suppressiones sexto mense elapso omninò incurabiles esse. Sed tantummodo iuxtà illum sanationis modum, de quo habetur sermo, eas enim sanari dicebat, si E
multi menses descendentes, iam antea retentos excluserint, & de eodem sanationis modo nunc intelligit, dum inquit, incurabilis est, indicans sponte amplius sanari non posse, non negando tamen artis auxilio restitui posse. Cur autem antè sextum mensem sponte educantur, postea verò nequaquã, rationem reddere non est facilè. Ego autem hanc assignarem. Quando ad sextum mensem, iuxtà computationẽ in præcedenti enarratione explicatam menstruorum suppressio peruenerit, iam quatuor mensiũ completorũ purgatio circa venas vteri collecta est, & quia huiusmodi solutio à materia impetum faciente dependet, quo impetu mediante, os vteri si clausum fuerit, aperitur, si distortum, dirigitur, & denique si contractum, & compli-

catum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 250 sur 636

©BIUM

A catum, diſtenditur; ſi tanta materiæ copia impellente, quanta ſpatio quatuor menſium collecta eſt, præfata impedimenta non remouentur, adiuncta occulta quadam quarti menſis virtute ad morborum ſolutionem plurimum operante, in poſterum nihil tale amplius ſperandum eſt. Vndè alterum duorum ſequi neceſſe eſt, vel materia in vteri tunicis pu reſcente tantum mali adferat, quod ægrotantem ad interitum perducere, ſit ſufficiens, quod vt frequentiſſimum ab Hipp. adnotatur, aut eadem materia aliò conuerſa menſtruorum eruptionem deſperatam faciat, niſi artis ope denuò ad vterum conuertatur, impedimentiſq. remotis aditus ipſi pateſiat, & de huiuſmodi materiæ tranſlatione inferius tractatur verſ. 75.

Verſ. 66. Nimirum dum exuritur, venter ab vteris ſanguine repletis. Mar.n.4.

Plenos ſanguine vteros intelligimus, non reſpectu internæ cauitatis: quoniam, vt ex ſupradictis patet, in hac ſuppreſsione menſtruorum ſanguis ad vteri ſinum non peruenit, ſed quia in venis per ipſius tunicas diſſeminatis conſtipatus eas replet, & ideò vterus repletus dicitur, B quam quidem plenitudinem peculiaria ſymptomata in textu enarrata conſequũtur, ſuper quæ nihil dicendum nobis occurrit, quando ex ſimplici lectione omnia fiunt manifeſta.

Verſ. 75. Poſtquam autẽ metaſtaſim fecerint, & veſica tenuẽ ſanguinẽ ab vteris trahet, &c. Mar.n.5.

Interpretes huius loci verbum μεταστασι, ad vterum referentes, ſententiam luce meridiana clariorem, obſcuram reddidere: debet enim referri ad ipſas purgationes, quæ poſtquam diutius in vtero occultatæ fuerunt, ad aliquam partem conuertãtur. Symptomata enim longe diuerſa inſurgunt ab his, de quibus ſuprà mentio facta eſt: eò quod non amplius afficitur vterus, ſed partes illæ, ad quas, purgationes metaſtaſim faciunt.

Verſ. 111. At hanc viam minus faciunt menſes mulieribus, quam virginibus.

In hac ſententia adnotat Hipp. prædictam metaſtaſim ad varias corporis particulas non adeò frequenter fieri in Mulieribus partum, & virum expertis, quemadmodum in virginibus C quia, vt ex dictis ſuperius colligere licet, quæ aliàs pepererunt, propter vteri amplitudinem menſes potius in eius cauitate, & tunicis concluduntur, vbi peculiaria inferunt ſimptomata virginibus è contra propter vteri paruitatem, & anguſtiam menſtruus ſanguis aliò transferri frequentius ſolet, morboſq. extrà vterum excitare, ex quibus adnotare oportet, etiamſi, vt ſuprà demonſtratum eſt à nobis, vtraque mulierum conditio peculiarem habeat ſuppreſſionis modum, & ex conſequenti morbos proprios, quos particularis ſuppreſſio inducere ſolet, non tamen hanc vni adeò propriam eſſe, quin alteri etiam aliquando contingat, quia ſicuti non eſt impoſſibile, virginibus ſanguinem ad vteri cauitatem aliquando peruenire, vt ex lib. de Morb. virginum conſtat, cum fieri poſſit, ſanguinem menſtruum in vterum tanto impetu ferri, vt violentiam tunicis faciens, eas diſtendat. ità vt in vtero cauitatem faciat, indèq. ore eius occluſo in cauitate retineatur, eadem inferens ſymptomata, quæ menſtruæ purgationes occultatæ in- D ferre ſolent ijs, quæ nunquam pepererunt, ità etiam non eſt inconueniens ijs, quæ alias pepererunt, ore vteri non patente, ſanguinis menſtrui ingreſſum ad vteri cauitatẽ prohiberi, eamq. ſpeciem ſuppreſſionis excitari, quæ virginum eſt propria, & earum, quæ partum non ſunt expertæ, idquè euenire illis mulieribus eſt rationabile, quibus à partu vterus adeò coarctatur, & contrahitur in ſe ipſum, vt cauitas in eo non relinquatur, quæ menſtrua recipiat, vbi os vteri concluſum fuerit, nec ijſdem impetum facientibus cedat, vt ea recipiat. Quod cum non ignoraret Hipp. paulò ſuperius, dum omnes ſuppreſsionũ modos recenſeret, qui mulieribus partũ expertis contingunt, eos etiam adſcripſit, qui virginum ſunt proprij, vt ex ſymptomatibus recenſitis patet. Quarè mulieres omnes vtrique ſuppreſsioni ſunt ſubiectæ, etiamſi quæ non pepererunt, frequentius ab hac corripiantur, ab illa verò, quæ partũ ſunt expertæ. Quarè ſymptomata diligẽter ſunt conſideranda, vt dictarũ ſuppreſsionũ vera diſtinctio habeatur, qua ne- E glecta auctoris mentẽ aſſequi impoſsibile eſt, menſeſq. ſuppreſſos ducere incaſſum tentamus.

Verſ. 154. Et in vteris eſſe non potens. Mar.n.13.

Non poteſt in vteris eſſe ſanguis quia eos ingredi ex ſuppoſitione non poteſt, ob cauſam ſuperius aſſignatam, ſi enim ad vterorum cauitatem peruenirent, exitu ipſi denegato, ea eſſet menſtruorum ſuppreſſio, in qua menſes in vtero occultantur; de quarum ſuppreſſionum differentia, iam ſatis diſputatum eſt à nobis ſuprà.

Verſ. 157. Sin minus, morbus ſeptimeſtris, aut diuturnior factus, læthalis fuerit, aut claudã efficiet parte aliqua, & ciborum incontinentem ſi præ rigore, & cibi faſtidio ſanguis circa neruos compactus fuerit, quancunq. tandem partem occupauerit. Mar.n.13.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 251 sur 636

©BIUM

Hoc enim pacto vertenda est præsens sententia ex Græco contextu, sensusq. est. Si mulier A
à prædicta affectione non curetur, & morbus ad septimum mensem, atque etiam vlterius producatur, iam incurabilis, & læthalis fuerit, aut claudam mulierem efficiet, ad neruorum genus conuerso sanguine, & in ijs conglobato, & compacto præ rigore, sanguinis translationem dictam concomitãte, materia enim morbifica, partes neruosas feriente, rigor fit, ità vt rigor translationis, & affectionis causa esse videatur; eo plane dicẽdi modo vtens hoc in loco Hipp. quo
Mar.n.23. vulgares vsos esse, ait lib. 1. de Morb. sect. 2. vers. 224. in pleuritidis causa assignãda, quia enim videbant pleuritidem cum rigore inuadere, eius causam rigorem dicebant, eadem ratione igitur, quia dum menstrui sanguinis translatio fit ad neruos, vndè mulier clauda euadit, rigor fit, ideò præ rigore fieri claudicationem ait, & præ cibi fastidio, ciborũ incontinentia: eò quod hæc à cibi fastidio initium habet, materia ad ventriculum translata, quam quidem translationem sub illis verbis comprehendit, quemcunq. tandem locum occupauerit, siuè hanc, vel B
illam partem, siuè ventriculum.

Mar.n.14. *Vers.* 167. *Et osculo vterorum propè pudendum sito.*

Hæc causa, nec primo, nec per se ad menstruæ purgationis fluxum immodicum concurrit, verum illud tantummodo præstat, vt sanguis cumulatè fluat: quod euenire non posset, si os vteri vltra pudendũ situm esset, hæ enim dispositiones vteri contrarię omninò inter se existũt, quarè sicuti os vteri vltrà pudendũ situm intelligimus (quod suo loco demonstrauimus) quando versus partes superiores producitur: vndè ceruix vteri elongatur; ità ex aduerso, os vteri propè pudendũ dicitur, quando ceruix vteri breuis redditur. Hoc igitur ad immodicum mensium fluorem facit: quia in viri congressu os vteri faciliori negotio aperitur immodicè, quæ apertio (vt suo loco indicauimus) copiosi fluoris immediata causa existit.

Mar.n.14. *Vers.* 169. *Et si ad hæc non incidat vasorum euacuatio, &c.* C

Quamuis hæc vox κένωσις (vt Gal. interpr.) de qualibet inanitione dicatur, in Hipp. doctrina tamen sæpius ab eodem acceptam esse pro inędia inuenio: in quam significationem accipienda est etiam hoc in loco. Superius quippè causa huius fluoris in corporis vniuersi fluxibilitatem reiecerat, necnon in humoris abundantiam. Hancque à conuiuio, & crapula, illam verò ab humorum agitatione, & à veneris vsu frequentiori, & induci, & foueri existimauit, si igitur (subiungit modo Hipp.) fluore perseuerante multa epulari, eaque diuersa, perseueret, simulq. à venere non abstineat, fluxus non modo non cessat; sed grauior fit, qui cessare potuisset, si inædiam seruare, & à veneris vsu tẽperare voluisset, & hic est verus (ni fallor) sensus præsentis sententiæ, iuxtà Vaticani codicis græci lectionem, quæ ità habet, ἀλλ' αὖθις πολλὰ εἰσὶν ἄλλοια, hoc est, rursus multa epuletur diuersa.

Mar.n.14. *Vers.* 185. *Si enim pauciores, aut plures dies, quam solent prodeant, &c.* D

Cum particula enim ad superius dicta referatur, quæ rationem reddit quodammodo præcedentium, non possum cum Cordæo intelligere per pauciores, aut plures dies, tempus illud, quo menstruus circuitus modo retardare, modo anticipare aliquando solet, sed potius tẽpus durationis ipsius menstruæ purgationis, quod trium dierũ spatio superius comprehensum est, habito respectu tantũmodo illius temporis, quo cumulatè fluunt, dum enim incipiunt, & dum desinunt, verè fluere non dicuntur, sed incipere, aut desinere, tum quia leniter fluunt, tum quia tenuiores, & aquosiores existunt, quod superius adnotauit Hipp. Quibuscunq. igitur pluribus, aut paucioribus diebus, quam tribus, menses fluunt, his fluxus morbosus est, & sterilis. Verum cur, id repetit modo, si hoc idem superius adnotauit? Hæc reuera non est repetitio, sed quæ suprà in communi dicta sunt, longius tempus, aut breuius morbosum esse, & sterile; nunc ad particularia descendens, quibus id morbosum sit, & quibus sterile, demonstrat. E

Mar.n.16. *Vers.* 195. *Fit autem potissimum tunc, vbi vasa euacuata fuerint, &c.*

Duplicem peruersionis vteri causam assignat Hipp. Alteram κένωσιν vocat, alteram insolitum laborem. Priorem interpretatur Corn. hoc in loco, & vbique vasorum inanitionem, aut euacuationem, Gal. secutus, qui 1. aphor. 2. reprehendens eos, qui inædiam exponebant, quamlibet euacuationem hac voce significari testatur. Cæterum etiamsi Gal. concedatur in aphorismo citato, iuxtà hanc significationem ab Hipp. receptam esse; sæpius tamen pro sola inędia ab eodem vsurpari indubitatum est, quod etiam ipsemet Gal. fatetur com. 2. lib. Acut. t. 47. in qua significatione accipienda est in præsenti textu, quemadmodũ etiã superius v. 170 hoc eodem libro, vt ibi adnotauimus. Sed adeò euidenter libro de Articulis vers. 255. vt de

illi,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 252 sur 636

A illi, vt ſignificatione nemo dubitare poſſit. Græcè enim quæ ibi leguntur hunc in modum ego interpretor. Si enim febris continua his non ſuperuenerit, & inedia peior eſt alimento; maioremq. dolorem, & febrem, & tuſſim inducit, moderata enim repletio ventris, & quæ ſequuntur, ex quibus luce meridiana clarius eſt, per vocem κενεαγγιην, non quamlibet inanitionem eo in loco ſignificare, ſed eam tantummodo, quæ ad ventriculum ſpectat, & quæ à cibi prouenit abſtinentia. In hac eadem igitur ſignificatione accipienda eſt in præſenti textu, vbi propter inediam vteri præfocationem fieri, ait Hipp. quia locus ſpatioſus eſt ventre vacuo exiſtente, certum eſt enim, non quamlibet vaſorum inanitionem locum ventris ſpatioſum reddere, ſed eam tantummodo, quæ fit per inædiam, aut ventris euacuationem. Verum dicet quiſpiam, ſi ieiunium intelligere voluit Hipp. cur propria voce non eſt vſus? ſed hæc omnibus inanitionibus communi? Hoc factum eſt, vt indicaret nobis, ciborum abſtinentiam hunc affectum inducere, quatenus ventris inanitionem inducit.

B *Mar. n. 16.*

Verſ. 203. Et aliquando ſimul incipiunt hepar impetere, &c.

Quæ hoc in loco afferuntur, eadem ferè repetet inferius ſect. 2. verſ. 122. de eodem affectu tractans vtero gerentibus contingente. Quarè hæc duo loca inuicem ſe explicare poſſunt. Sententia igitur Auctoris eſt. Vterum aliquando ad hepar aſcendere, & eodem tempore pituitam à capite deſcendere, cuius effectus cauſam affert pulcherrimam, & meo iudicio veriſſimam. Inquit enim (locis ambobus ſimul copulatis) atque ſimul, & ſuffocatio fieri incipit, & à capite defluit pituita ad hypocondria, vtpote corpore reſpirationem trahere non potente. Quia igitur ſuffocatio eſt cauſa deſcenſus pituitæ à capite, ideò euenit, vt aſcendente ad hepar vtero, ſuffocatio oboriatur, qua vrgente, quoniam pulmo, & pectus aerem ſufficientem trahere non poſſunt, plurimum laborant, magnamque agitationem corpus patitur, vndè cerebrum vehementius incaleſcit, eoque excalefacto pituita in eo colliqueſcens,

C ad inferiora deſcendit, quæ illud commodi affert; quia ab ea humectatus vterus, ſtatim deſcendit in locum ſuum, & ſic ſuffocatio ceſſat. Propter eandem reſpirationis angustiam euenit, vt in apoplexia, ſi fortis fuerit, deſtillatio tandem commoueatur, à qua ſuffocentur ægri, quemadmodum obſeruatur quotidie.

Verſ. 216. Si mulier corpore malè habuerit, & menſes bilioſi, &c. *Mar. n. 18.*

Hoc in loco plura occurrunt explicanda, quia ex dictis Hipp. difficultates inſurgunt non contemnendæ, quæ tamen nonnullis ſuppoſitis facillimè diſſoluuntur. Supponendum eſt igitur primo, aliud eſſe fluxum vterinum bilioſum, aliud menſes bilioſos, differunt enim in multis: potiſſimum verò, quia fluxus vterinus bilioſus continuus ferè eſt, menſes verò bilioſi tempore menſtruorum tantummodo fluunt, & ideò de his diſtinctè tractauit Hipp. Nam de

D menſibus bilioſis agitur in præſenti libro, de vterino verò bilioſo fluxu in ſequenti pertractabitur. Animaduertendum eſt etiam, menſes bilioſos duplici modo fluere poſſe, primò modo in muliere, quæ natura bilioſis ſcateat humoribus, qui ſanguine permixti purgationes bilioſas, hoc eſt, bile infectas reddant, quo caſu purgationes fluentes nihil incommodi afferunt, educitur enim humor, qui in corpore abundat. Altero modo menſes bilioſi fiunt ob aliquam malam affectionem, propter quam bilis augetur in corpore, quę menſtruę purgationi admixta menſes bilioſos facit, & hæc purgatio nihil vtilitatis mulieri affert, quia non totus humor peccans educitur; imò quia per huiuſmodi euacuationem morboſa affectio non remittitur, quanto plus humoris bilioſi educitur, tanto copia in dies producitur maior calido innato pei humidi conſumptionem, deficiente, ſuperanteq. extraneo, quæ cauſa eſt, cur in emaciatis bilioſus ſuccus præ alijs abundet, vndè plerique diarrhea bilioſa ſuperueniente è medio tolluntur,

E de hoc igitur poſtremo fluxu nunc agit Hipp. quę vt à prædicto diſtingueret, illam conditionem appoſuit, ſi corpore malè habuerit, quia corpore benè ſeſe habente bilioſi menſes fluere quidem poſſunt, vt ſuprà explicauimus, præſens verò bilioſus fluxus fieri nequaquam poteſt. Differunt ſecundo, quia menſes bilioſi in muliere morboſa, ſola inſpectione excretorum cognoſcuntur, & ideò de his inquit, & ex hoc probè cognoſci poſſunt, nigri ſunt valdè, quandoque verò nigri, aut ſplendidi, & pauciſsimi prodeunt, & citiſsimè congelantur. In ſana verò muliere abſque artificio cognoſci non poteſt, an menſes ſint bilioſi, an pituitoſi, an melancolici; ſed artificio vti oportet, quo vſus eſt Hipp. modo per arenam in ſole exiccatam, *Mar. n. 38.* vt inferius ſect. 2. verſ. 1. & ſect. 4. verſ. 238. nec non & lib. de Nat. mul. & ſterilibus. Modo *Mar. n. 120.*

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 253 sur 636

23. linteo menſibus infecto, ſtatimq. abluto, & exiccato, eius enim color menſtruorum vitium A
patefacit, quo vſus eſt hoc eodem lib. verſ. 282. cuius diuerſitatis ratio eſt, quia in fluxu, de
quo nunc agitur, materia, quæ purgationes menſtruas facit, pro maiori parte eſt humor pec-
cans, quia ſanguis in morboſa muliere non accumulatur adeò, vt vitioſo humori permixtus
illius vim, & colorem oculis celare poſsit, & ideò quia vitioſus humor præualet, ſolo aſpectu
optimè dignoſci poteſt. In ſana verò humor fluës pro maiori parte eſt ſanguis bonus, humore
ſibi admixto tantùmodo infectus, cuius color adeò cum ſanguinis colore confunditur, vt ſolo
aſpectu diſtingui non poſsit; dignoſcitur autem in panno menſtruis imbuto, deindè abluto, &
exiccato, quia per aquæ ablutionẽ ſanguinis color abluitur, vitioſi autem humoris remanet,
qui illius conditionem atteſtatur. Bilioſi enim humoris color, ob eiuſdem tenuitatem linteo
vehementius imprimitur, quam ſanguinis, ità vt huius color ſimplici lotione tollatur omninò,
bilis verò nequaquam. Differunt tandem menſes bilioſi præfati, quia pauciores ſunt, ſan- B
guis enim in muliere morboſa non abundat, cuius ratione menſes copioſi fluunt, niſi fortè
mulier ex natura multo ſanguine abundet, vt in textu adnotauit Hipp. eò quod ſanguis, qui
purgationis menſtrualis eſt materia, in muliere ſana iuxtà naturæ inſtitutum abundat; & prop-
terea in conſueta fluũt copia. Adnotandum eſt tertio ex hoc peculiari loco colligi poſſe, bilis
ſimplici nomine atram bilem aliquando intellexiſſe Hipp. (quod alibi etiam obſeruauimus)
loquitur enim de menſibus bilioſis, dum verò humoris peccantis ſigna adducit, melancolici
humoris notas deſcribit, quibus vtriuſque melancoliæ conditio diſtinguitur. Qui enim ſunt
nigri valdè, hi ab humoris melancolici propriè dicti admixtione ſunt vitiati. Qui verò ni-
gri ſunt ſimpliciter, hoc eſt remiſsioris nigredinis, aut ſplendidi, hi ab atra bile tales ſunt.
Appoſuit autem conditionem illam, & citiſsimè congelantur: vt ſignificaret huiuſmodi hu-
mores ſub forma ſanguinis adhuc perſiſtere, cuius ratione menſes bilioſi dicuntur, non flu- C
xus vterinus bilioſus, vt ſuprà diſtinximus, ſanguinis enim proprium eſt congelari ſtatim,
ac è proprio receptaculo egreſſus eſt, quod cæteris humoribus à ſanguinis maſſa recedẽ-
tibus non contingit. Hoc in loco igitur agit Hipp. de menſtruis bilioſis atrabilarijs, quate-
nus eorum excretio ſymptoma eſt cachochimiæ atrabilariæ, qua totum genus venoſum ſca-
tet, & ideò ex eorum excretione nullum iuuamentum ægrotans conſequitur, quia vt ſuprà
adnotatum eſt, nec totus humor noxius educitur, nec illius humoris cauſa effectrix remoue-
tur. Mulierem igitur taliter affectam ſi medicus, vt decet, curandam ſuſceperit: facilè ſa-
nari poterit, ſi verò negligatur, temporis progreſſu cuncta grauiora fiunt, humorque noxius
ſuperiora petens, varijs ſymptomatibus longè grauioribus mulierem infeſtabit, cuius cauſam
adducens Hipp. ſubiungit, ſi enim corpus malè habuerit, menſes pauciores fiunt, pauciores
inquam pro cachochimiæ ratione, quibus verò plenum fuerit corpus (plethoriam dixerũt po- D
ſteriores) his menſes plures prodeunt. Primis res malè eunt, quia in dies cachochimia au-
getur, poſtremis verò peſsimè, quia indè debilitata mulier difficilius morbum ferre poterit.
In vtroque igitur caſu, & cum pauci fluunt, & quandò immodicè, auxilium artis deſideratur,
alioquin mala contingunt, quæ in textu referũtur, ſuper quæ nunc philoſophari non eſt opus.

Mar. n. 19. *Verſ. 232. At verò bilioſæ ſi menſes prodeant, &c.*

Cum in præcedenti textu doctrinam inſtituerit Hipp. menſtruorum bilioſorum, biliſq. no-
mine intelligat, & bilem atram, & bilem ſimpliciter dictam, quam flauam dicimus, egeritq.
proximè de menſibus bilioſis ex atra bile. Nunc de bilioſis à bile flaua tractare aggreditur,
quod accidentia in textu enarrata atteſtantur. Nam etiamſi triſtitiæ, & timoris meminerit,
quæ melancoliæ ſymptomata cenſentur, non ob id negandum, hic de affectu ex bile tractari,
quam cætera omnia manifeſtant, cum non ſit inconueniens, bile flaua in corpore dominante, E
& æſtuante, vapores in caput eleuari, qui atræ bilis ſint participes: vndè timor, & triſtitia
excitentur. Cum igitur talis excretio ſymptomatica ſit: & indè nihil boni ægrotanti, ſed plu-
ra mala euenire poſsint, ob rationes in ſupradicto affectu allatas; ideò medici auxilio opus eſt.
Quid verò pro curatione agendum ſit, neque in hoc, neque in ſuperiori docuit Hipp. ſponti-
nas tamen referens ſolutiones, viam demonſtrat, & modum, per quem ad imitationem
naturæ, præſentibus, & imminentibus malis occurri poſsit. A tribus enim euacuationum
generibus ſubleuatur natura, prima eſt bilioſorum vomitus, ſecunda bilioſa deiectio, quæ
moderata ſit, tertia verò eſt vterinus fluxus, qui & ipſe non violenter procedat; ſed mo-

deratè

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 254 sur 636

A deratè. Circa hanc verò poſtremam euacuationem oritur difficultas, quia non videtur rationabile, fluxum menſtruorum bilioſum, à bilioſo fluxu vterino liberare. Hanc difficultatem, vt vitarent nonnulli, præſentem ſententiam ad menſtruorum ſuppreſſiones reduxerunt; additaque negatione legunt. At verò bilioſæ, ſi menſes non prodeant, puſillanimitas incidit, &c. quo quidem modo difficilia quæque facillimè diſſoluuntur. Quarè cum nullum græcum exemplar huic lectioni adſtipuletur; expoſitio hæc temeraria eſt, & periculoſa: præterquam quod eodem dicendi modo vtitur inferius de menſibus pituitoſis tractans, vbi de eorum fluxu agitur, nec de menſium ſuppreſſione vlla ſuſpicio oriri poteſt. Nam ad quid de menſium ſuppreſſione hoc in loco ageret Hipp. vbi de menſium fluore vitioſo tractatio inſtituta eſt? Ad difficultatem igitur reſpondendum eſt, fluxum bilioſum, de quo nunc loquitur Hipp. non eſſe fluxum propriè ſumptum, ſed eſſe menſtrua bilioſa iuxtà diſtinctionem in præcedenti narB ratione explicatam: quandoquidem huiuſmodi excretio menſtruorum tempore tantummodo contingit, eſtque ſanguinis bilioſi humoris admixtione infecti; ex quo euenit, vt pro ratione bilis vigentis in corpore talis euacuatio ſatis diminuta ſit, quarè ſi intermedio menſtrualis purgationis tempore, bilis portio moderata per plures dies expurgari per vterum contingat, (in hoc enim eſſentiam fluxus vterini conſiſtere demonſtrauimus ſuperius) totus humor noxius tollitur, ſicque ſanatio integra affectionis conſequitur, fluxus tamen ſubſequens hac conditione ſalutaris erit, ſi moderatè procedet, non ſolum, quia quo fortè eſt (ait Hipp.) ab ægrotante tollerari non poſſet: tum etiam quia quotieſcunque moderatè procedit, ſignum eſt à natura rectè operante promoueri, quæ humores antè euacuationem mitigat, ſeparatque exactè, quibus præcedentibus, immodicè eos fluere eſt impoſſibile, quod tunc euenit quando malo in peius procedente tanta humoris morbifici copia augetur in corpore, vt natC tura indè irritata, ad eius expulſionem deuenire inuita, cogatur, ex qua euacuatione tantum abeſt, vt quidquã leuaminis percipiat ægrotans, vt potius indè grauioribus obruatur malis, quæ in textu referuntur ab Hipp. in quorum explicatione non eſt immorandum: cum per ſe ſatis manifeſta exiſtant.

Verſ. 254. Sed in mænſibus, & in turbatione ſanguinis, vnà cum purgatione foras exit. Mar. n. 21

Hæc eſt natura, & conditio menſtruorum, quæ ab humoribus ſibi admixtis denominationem ſortiuntur, bilioſorum, aut pituitoſorum, iuxtà diſtinctionem à nobis ſuperius allatam, quam modo repetere vanum eſt.

Verſ. 271. Quæcunque viro cohabitantes in ventre habere non poſſunt, &c. Mar. n. 22.

De Mulierum ſterilitate nunc agit Hipp. prædictorum occaſione. Dixerat enim quam proximè, vlceribus in vtero ſanatis, poſtquam diutius perdurauerint, mulierem in poſterum non D concipere, huius igitur dicti occaſione inueſtigare nos docet cauſas, propter quas mulier nõ concipit, quæ ad ſex numero reducuntur, prima eſt menſtruorum ſuppreſſio, venæ enim ſanguine repletæ (vt lib. de ſter. verſ. 46. dicebat Hipp.) genituram non ſuſcipiunt. Secunda cauſa eſt vteri frigiditas toto corpore ei compatiente, quam indicant menſes frigidi. Tertia eſt vlcus in vtero exiſtens, vndè menſes purulenti exeunt. Quarta eſt vteri figura vitiata, in qua os vteri non benè diſpoſitum eſt ad retinendum, aut ſuſcipiendum ſemen. Taleque impedimentum ex eo cognoſcitur, quia ſtatim à coitu genitura exit, & ſimul etiam (vt lib. citato de ſterilibus inquit) menſes iuxtà naturæ modum non procedunt. Quinta eſt eiuſdem vteri humiditas, propterquam ſemen velut in lubrico exiſtens elabitur foras, & huius cauſæ illud erit ſignũ, quia non ſtatim exit, ſed poſtea, & ſæpè ad quartum diem vſque retinetur, ad differentiam illius ſterilitatis, quæ oris vteri vitio dependet, quæ fuit quarta cauſa in ordine. E Poſtrema verò cauſa ſterilitatis hoc in loco recenſita eſt ſeminis corruptio, quam facit ſanguis menſtruus prauis humoribus coinquinatus. Id autem cognoſcitur, quia ſemen vſque ad ſeptimum diem retinetur, deindè verò putrefactum egreditur. Pro hoc impedimento remouendo corpus ab humore peccante expurgari iubet? ſicuti pro quinta auferenda, quæ erat, vteri humiditas, non vtero tantum proſpiciendum iubet: ſed etiam capiti, & ſumma cum ratione, quia vix particulam aliquam corporis ab humiditatis exceſſu laborare inuenies, quin à cerebro humidi, & glutinoſi fonte foueatur. Reliqua conceptionis impedimenta, quo ingenio ſint remouenda, per capita docet Hipp. in contextu verbis adeò manifeſtis, vt noſtra expoſitio ſuperflua ſit.

Verſ.

Mar.n.23. *Vers.* 282. *Linteum complicatum palmi magnitudine super tenuem, &c.* A

Contrà omnium contextuum Græcorum fidem; qui σπόδιλω legunt, aliam lectionem sibi fingere temerarium est, & eò magis id fugiendum est; quando communis lectio legitimum sensum (ni fallor) recipit, vult ergò Hipp. lintea duo accipi, & super tenuissimum cinerem ità adaptari, vt menses decurrentes super illa cadant. Duo parari iubet, quò alterum interdiu, alterum noctu subijciatur. Lintea verò die sequenti abluenda sunt, quia postquam indè fuerint exiccata colorem humoris in menstruo sanguine peccātis retinēt, ablutione enim sanguinis color remouetur: humoris verò peccantis remanet, qui humoris noxij index est. Verum cur cinis substernendus est? vt cinis ferositatem statim ad se alliciat, quæ humoris conditionem obscurare posset, atque etiam, quia cinis acrimonia, quam in se obtinet, colorem linteo adeò imprimit, vt per ablutionem tolli non possit, hoc infectores sciunt; qui acribus liquoribus vtuntur, atque etiam lixiuio ipso, vt colores stabiliores imprimant pannis. Nam si arena in Sole exiccata alibi vsus est (& hæc pariter eiusdem erit verus index) alia tamen fortasse ratione, & dicerem ego, menstrua arenæ potius, quam alicui alij rei simili superinfundi, quia hæc statim humorem imbibit, cum verò ex materia densissima constet (sunt enim lapilli tenuissimi) & omnis qualitatis experte, colorem sincerum humoris retinet, nec ab ea alteratur, quemadmodum ab alijs fortè eueniret. Differentia verò huius experimenti à prædicto in hoc consistit; quia in illo colorem humoris recipit linteum, in hoc verò arena: vtrumque tamen optimum, & verissimum habendum, quia Hipp. inuentum est, & vterque pro arbitrio vsurpari potest. Sed in re exigui momenti nimium diuersati sumus; quod eò minus faciendum erat, quantò silentio præteriri non debet recentiorum medicorum negligentia, qui cum videant tanto artificio Hipp. vti, vt humorem peccantem in mensibus cognoscat, existimant solo aspectu linteorum sanguine menstruo infectorum, & exiccatorum, humorem cum sanguine peccātem dignosci, quod eo casu tantummodo fieri posse superius adnotauimus, quando totus ferè sanguis in humoris noxij naturam degenerauit, & fluxus muliebris propriè dictus constituitur, verum neque tunc lintea exiccata tutum indicium afferre possunt, quando quidem per exiccationem linteorum, color excretorum non leuiter alteratur, quare statim, ac fuere infecta, dum adhuc calent, si fieri potest inspicienda sunt: nam hoc modo humorem peccantem indicare tutò poterunt. Vt verò humor peccans in menstruo sanguine distinguatur, artificio Hippocratico opus est. B C

Mar.n.23. *Vers.* 289. *Si verò propter salsuginem, & bilem impeditur, fulua, & subliuida.*

Alibi, dum purgationem in gratiam prolis institueret Hipp. duplicem tantummodo humorem respexisse, apparet, bilem videlicèt, & pituitam: & ideò in eorum cognitione ad bilem iudicandam tantummodò colorem obseruauit, quem modo χλωρον, modo ωχρον appellauit, pituitosum humorem distinguendo ex mucositate, aut pelliculis, vt videre est hoc eodem lib. sect. 2. à principio, & lib. de sterilibus vers. 261. Hoc autem in loco duplicem humorem præter pituitosum conceptionem impedientem considerat. Biliosum, & salsuginosum, duplicemque colorem in linteis animaduertit, fuluum scilicèt, & subliuidum, ex quibus dubitandi occasio oritur, quis dictorum colorum salsuginem indicat, & qui biliosum. Non enim recipienda est Cordęi interpretatio, qui salsuginosum, & biliosum vnicum humorem significare existimauit, hos enim inter se distinctos esse, patet manifestè ex his, quæ inferius vers. 399. referuntur, inquit enim ibi Hipp. si verò biliosa in ipsis confluant, medicamentum dare oportet, quod bilem purgat, si verò salsuginosa lac asininum, & vinum auxiliatur, nisi fortè intelligere voluerit, hos duos humores colore linteorum non distingui, quia vnus, & idem color ambobus conuenit, vt inferius explicabitur. Ad dubitationem igitur dicamus, Hipp. hoc in loco recensuisse colores omnes, quos humores menstruo sanguini admixti linteis imprimere solent, videlicèt fuluum, & subliuidum, humoresque adnotasse, à quibus conceptio impediri solet: salsuginosum humorem, & bilem vtramque, (bilis enim nomine, & flauam, & atram intelligere Hipp. hoc in libro, & alibi sæpiùs demonstrauimus suprà) ex linteorum colore igitur humores præfati distinguuntur. Fuluus enim color, siuè pallidus linteo impressus flauam bilem indicabit, & salsuginosum humorem, subliuidus verò atram, salsuginosus enim humor, quia ex bile, & pituita simul admixtis generatur, meritò bilis colore lintea aspersa inficit, & in illis conspicuus fit, pituitæ verò nequaquam, quia est linteis concolor. Verum si D E

Mar.n.38. Mar.n.14. Mar.n.32.

bilis

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 256 sur 636

©BIUM

bilis (obijciet aliquis) cum ſanguine peccans colorem χλωρον areñæ inducit, vt lib. de ſterilib. citato; aut ωχρον, vt lib. de nat. Mul. verſ. 257. qua ratione nunc bilis, & ſalſuginoſus humor Mar.n.20.
A colorem fuluum linteis imprimunt? Reſpondeo alio colore infici arenam à ſanguine bile infecto, ſuper affuſo, & exiccato. Alio lintea ſubſtracto cinere madefacta; indèq. abluta, & exiccata. Quia licèt ſanguis ille bile infectus pallidus dicatur, nõ tamẽ ſimplicitèr pallidus eſt, ſed quatenus color iſte ſanguini cõuenire poteſt, & talis dicitur reſpectu coloris ſanguinis puri, & ſinceri: nam ſanguis quantumuis alieno humore infectus, naturali rubedine nunquam priuatur. At color, qui in linteis poſt ablutionem, & exiccationem remanet, verè fuluus eſt à bile prouenies ſola; quia ſanguineus color in totum ablutione tollitur, bilioſusque tantummodo remanet. Quarè concludendum eſt, triplicem humorem ſanguini permixtum, præter pituitoſum, conceptionem impedire. Bilioſum, quem lintea poſt ablutionem, & exiccationem fluuo colore infecta oſtendunt, aut ſanguis menſtruus ſuper tenuem arenam diffuſus, & exiccatus, clorus, aut pallidus apparens. Salſuginoſum, quem præfata lintea eodem colore infecta indicant, & melancolicum, qui à ſubliuido linteorum colore ſignificatur, & ſi de ſalſuginoſo
B humore alijs in locis, de ſterilitate agens, mentionem non fecit Hipp. id ab eo factum eſt, quia ſub nomine bilis, & pituitæ, ſalſuginoſus humor quodammodo comprehenditur, quando ex eorum mixtione generatur.

Verſ. 370. Si verò propiores ſint, quam oportet vomitibus vteri opus habent. Mar.n.30.

In vteri prolapſu præ cęteris commendatur vomitus, hoc dicendi modo, vomitibus vteri opus habent, vt innoteſceret nobis, vomitionem non euacuationis gratia probari, quæ aut ventriculo repleto, aut toti corpori debeatur, ſed vt motu illo ex infernis ſurſum trahente vterus in proprium locum reſtituatur, & certè, vt experientia cognoui, nihil eſt, quod deſcendentem vterum ad naturalem ſtatum melius reducat, quam nixus ille ad vomendum, etiam
C ſi nulla indè ſequatur euacuatio, vndè Hipp. quotieſcunque vterum ſurſum trahere intendit, vomitum probauit, vt videre eſt lib. de nat. Mul. nu. 4. lib. 2. morb. mul. n. 37. & 43. & de ſterilibus n. 27. vt non ſatis mirari poſſim Cordæum, qui contendit, vomitum eodem modo infrà pellere, quo ſternutatorium, quia ſi ipſe aliquando euomuiſſet, percepiſſet, & ventriculum, & viſcera ad ſuperiora ſenſibiliter trahi: cognouiſſetque duos iſtos motus penitus inter ſe contrarios eſſe, & in caſibus penitus contrarijs adhibendos, quemadmodum Hipp. feciſſe perpetuò indubitatum eſt, in cuius ſententiæ confirmationem faciunt ea, quæ lib. 1. de Morb. verſ. 146. adnotauimus.

Verſ. 377. Si verò non melius habeat porrum coquito, & ipſam inſidere facito. Mar.n.30.

Porum elixari in aqua iubet Hipp. & in eius decocto mulierem inſidere, ità vt decoctum
D non ſolum attingant pudenda, ſed etiam ita immergatur, & circum circa conſiſtat, quod vt ſignificaret, vſus eſt voce αμφικαθιζεσθαι, quæ circumſedere importat: vox præſenti ſententiæ adeò accommodata, vt meliorem excogitare non detur.

Verſ. 384. Curare autem ſic oportet per veratrum, aut ſcamonium, & peplium. Mar.n.31.

Ità legunt græca exemplaria, in latinũ ſermonem cõuerſa. Quibus docemur, aut veratrum dare oportere, aut ſcamonium, ſingulis peplium admiſcendo, ità vt ſi purgare ſurſum expediat, veratrum (album ſcilicèt) dare cum peplio opus ſit, ſi verò deorſum ſcamonium cum peplio, ſit eligendum. Admiſcet verò ſemper peplium, eò quod, & purgationem adiuuat, & flatus valenter diſcutit, quemadmodum ipſemet 2. Acutor. verſ. 27. adnotauit, flatuum enim Mar.n.13.
in his caſibus habenda eſt ratio, quia vt 7. epidem. ſect. 2. legimus verſ. 191. Plurimas vteri Mar.n.34.
affectiones flatus faciunt, ſigna ſunt ructus, & ſtrepitus circa ventrem, &c. Quod verò vniuerſalem purgationẽ fomentum præcedere velle Hipp. creditur, eò quod in textu inquit, antè
E purgationes verò fomentis vtendum eſt ex ſuffimentis, præterquam quod id in Hipp. doctrina non prohibetur, hoc ei imputari exiſtimo, quia per purgationes non intelligit eas, quæ mẽdicamentis ore aſſumptis toti corpori faciendas eſſe proximè dixerat. Sed per quas vterus tantum expurgetur, easque ſubſequenter proponit: huius rei cauſam adducens his verbis, vbi vero fomentum adhibueris, per ſubditicia purgato, eodem modo velut in prioribus. Hæc eſt enim expurgatio, quæ procuranda eſt, poſtquam vterus per fomenta refectus fuerit, humoresque purgationi aptiores ſint redditi.

Verſ. 411. Cæterum virum adire ipſam oportet poſt adhibitam curationem, &c. Mar.n.33.

Ad

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 257 sur 636

Ad Conceptionem tria sunt omninò necessaria: primũ vt vterus optimè disposítus sit, tũ ex parte complexionis, tũ ex parte conformationis, & situs. Secundo, vt totũ corpus optimis humoribus refertum sit, nè aliquis prauus humor ad vterum confluens, aut seminis retentionem impediat, aut illud corrumpat. Tertium denique requiritur conceptioni, vt semen virile vteri cauitatem ingrediatur. Cum igitur duobus prioribus ab Hipp. summo studio in præcedentibus prouisum sit. Modo, quo artificio tertium procurari debeat, in præsenti sententia demonstrat. Ad cuius intelligentiam supponere oportet, semen in coitu emissum vterum ingredi non posse, nisi os eius aperiatur, quod duobus casibus euenire consuetũ est, & mẽstruis erumpentibus (tunc natura os vteri aperiente, vt sanguinem ad vterum confluentem excernat, & dum mulier à delectatione in coitu excitata humiditatem propriam, quæ semini virili proportione respondet, expellit foras. Vt ergò seminis ingressus in vterum facilis sit, eligendum est tempus, in quo vterus hiare communiter solet, hoc autem est menstruorum tempus. Verum quia A ijsdem fluentibus genitura in vtero concipi non potest: abluitur enim à sanguine in vterum descendente, ideò tempus conceptioni aptissimum determinauit, inchoantibus, & desinentibus mensibus, tunc enim vterus apertus est, nec ità copiosi fluunt menses, vt ab illis semen ablui possit. Nam de tempore, quo desinunt, ratiocinatur Hipp. inferius hunc in modum. Quum purgatæ fuerint mulieres, maximè in ventre concipiunt cum viro consuetudinem habentes, & genitura ipsis corroboratur, si quando oportet, conuenerint, & semen viri facilè ammiscetur, & si præualuerit illi accommodatur, & appropriatur. Tunc enim maximè os vterorum hiat, & distentum est post purgationes, & venæ genituram attrahunt. Hæc Hipp. quibus demonstrat, quam aptum tempus sit conceptioni illud, quo menses desinunt. Verum, etiamsi hoc sit tempus cõueniens pro conceptione, non ob id desistendum est à congressu tẽpore toto intermedio, cuius rationem reddit Hipp. nam (inquit) hæc exercitatio alacritatem inducit, & venulæ hinc laxantur, vt facilius genituram trahere ad se possint, & si quæ à viro (subiungit) concurrerint cum eo, quod à muliere, citius concipit. Quia fieri potest, vt eò tempore etiam, quamuis conceptioni minus apto, concipiat, quod eò magis sperandum est, si eodem tempore vterque genitu am emittat, quia scilicèt tunc os vteri aperitur, vndè genituræ viri ingressus patet. Hæc est enim ratio, cur desideret Hipp. seminum concursum in congressu: non autem, quò facilius permisceantur adinuicem, vt est communis opinio. Nam cum mulier extrà vterum emittat, vir autem intrà ipsum, illa absque dubio admiscentur difficilius, si eodem tempore emittantur, quam si vnum post aliud attrahatur: quia si verum est, vterum viri genituram attrahere, ad concipiendam eam, quomodo virilis seminis attractio ab vtero fieri potest eodemmet tempore, quo vterus propriam genituram eiaculat foras? Desiderat igitur Hipp. vt ambo simul emittant, quo virile semen vterum ingredi possit, osculo ad D expellendum aperto, & hæc fuit potissimum causa, cur mulieri data fuerit hæc humiditas, quæ semini virili proportione respondet, cum enim perspexerit natura, mulieri non conducere, vt os vteri continuo hiaret, considerueritque tempus, in quo aperitur, dum scilicet menstrua fluunt, admodum breue esse, vndè conceptionis occasio nimis præceps redderetur, si in eo tempore tantum os vteri aperiretur; genitalia membra ei dedit, quæ, & ipsa aliquem vsum conceptioni præstarent, idque præfata humiditate mediante, quam dum mulier, delectatione per congressum excitata emittit, os vteri clausum aperitur, ità vt semen virile statim ingredi vterum possit, & hic est finis, cuius gratia mulieribus dati sint, & testes, & humiditas illa, quæ semen muliebre appellatur, non vt conceptus esset, aut opifex, aut materia. In hoc enim dogmate tantum à præceptore recedere coactus sum, & Philosopho adherere, cuius rationes tanti ponderis apud me existunt, vt ea tollere, mihi impossibile videatur, & illa po- E tissimum, qua probat, muliebre semen conceptionem non ingredi, quia constat, plurimas mulieres optimè constitutas absque vlla delectatione, aut seminis emissione in ventre sæpius concepisse, cui altera accedit: quia mulieres, quæ emittunt in coitu, non in ipsum vterum, vt par erat, si ad conceptionem concurrere debuerat; sed extrà ipsum emittunt, quod est argumentum euidens, id factum esse, quò os vteri (vt diximus) ad seminis virilis susceptionem aperiretur; ex quibus colligere licèt, mulieres, quæ in congressu delectationem percipiunt, humiditatemque suam emittunt; omni tempore facilius concipere posse, quam quibus nihil eorum contingit, rarò enim tempore intermedio menstruorum concipiunt, eò quòd vterus à

se ipso

©BIUM

A se ipso non aperitur: ideò nisi contingat, dum vir in ipso congressu semen eiaculat glandem pudendi ità ori vteri impingere, vt ab eius impulsu aperiatur, quantum seminis susceptioni opus est, mulierem concipere est impossibile.

Vers. 419. Si verò humidius fuerit os vterorum, genituram continere non potest. Mar.n.34.

Quamuis non sit negandum in quibusdam mulieribus salacioribus vterum quandoque semen ad se trahere, quod aliquando adeò auidè affectat, vt quemadmodum testatur Gal. in cunnum vsque descendat, quia tamen id rarò euenit (nam virile semen sæpius non ab vtero attractum, sed impulsum à spiritibus vterum ingreditur) ideò sterilitatis causa in defectum attractricis vteri referri non potest. Quarè in expositione verbi ειρυσαι Caluus potius, quam Cornarius audiendus est, qui continere, non vt Corn. attrahere transtulit, & eò magis, quia cum vis attrahendi vtero, non eius orificio conueniat, impropriè nimis locutus fuisset Hipp. si os
B vteri genituram non attrahere, dixisset. Quarè sensus erit: os vteri humidius factum semen continere non posse. Namque probabilius est, ab humiditate oris vteri retentricem hebetari, quæ ad ipsum spectat, quam eiusdem attratricem, quæ ab eius corpore dependet, ab humida enim intemperie os vteri flaccescens, non exacte post seminis ingressum constringitur, vndè semen egredi necesse est, & quia aliquando hæc intemperies æqualiter & os, & vteri corpus totum occupat: aliquando os ipsum tantummodo; ideò Hipp. curationis modum distinxit, quia ore vteri tantummodo affecto, (quemadmodum hoc in loco supponitur) ei occurrendũ esse acribus pessarijs, nos admonet, quæ toto vtero affecto minimè sufficiunt, ab his enim (inquit) commorsus, & inflammatus stomacus, solidus, & firmus quandoque fit, & ad naturalem temperiem & toti vtero congruentem reducitur, id enim significant verba illa κατα δετι ηδελφισαι, quasi cognatum dicas, familiare, & conueniens redditur, & fortè ità locutus est Hipp.
C quia humida intemperies æqualitater, & corpus, & os vteri afficiens non adeò retentrici aduersatur: quemadmodum quando os tantummodo humidius factum fuerit.

Vers. 422. Sed etsi in callum indurati fuerint, præstat acria apponere &c.

Oris vteri malè affecti curationem prosequitur Auctor. & quid agendum sit, quando callosam duritiem contraxit, aperit nobis, huius verò tractationis occasionem ex eo desumpsit, quia cum ei sermo esset de impedita conceptione, ore vteri malè sese habente, eiusque durities sæpè id præstet, meritò hæc affectio prætereunda non erat. Os enim si durum fiat, illud coarctari necesse est, dicit Hipp. 5. aphor. 54. Nec aperiri, si clausum fuerit ad seminis ingressum, potest. Curationem verò huius affectionis solis pariter topicis absoluit, quia, & vterum, & corpus vniuersum rectè sese habere supponit. Reliqua ad præsentem textum pertinentia satis manifesta mihi videntur, etiam si confusionem quandam attulerit lectionum va-
D rietas, communiorem tamen, & quam secutus est Cor. omninò reciperem; qua indicatur nobis ad huiusmodi durities, acria, & tenuia esse apponenda, hæc enim caliditate in materia tenuium partium fundata calli duritiem dissoluunt, & peruiam faciunt, ità vt à superuenientibus humectantibus penetrari, & emolliri possit, & hanc lectionem confirmant ea, quæ in eandem significationem lib. de nat. muliebri vers. 264. referuntur hunc in modum, si humidius fuerit os vterorum, quam oportet, acria apponito, quo morsu perceptet, & inflammatum valdè durum fiat, si verò induratum fuerit, acria adhibeto, mordentia enim saniem diffundunt, deindè mollia apponito. Cur enim pro λεπτα, hoc est tenuia fellea cum Cordæo legendum sit, cum nullum exemplar huic lectioni adstipuletur, non video. Adde etiam, hic non spetiales medicamentorum formas, sed vniuersales tantummodo intentiones curatrices proponi, vndè importunè satis inter vniuersalia præcepta medicamentũ hoc proposuisset. Tenuia
E igitur legendum est, quod quidem additum est, ad differentiam acrium medicamentorum, quæ in crassiori substantia consistunt, qualia fortassè apponenda esse existimauit in curatione oris vteri humidioris effecti, de qua re proximè actum est, hæc enim sicuti vehementius exiccare possunt, ità, quæ in tenui substantia consistunt, ad callosas durities discutiendas erunt aptiora.

Vers. 437. Et hoc est causa illius, quod dictum est.

Cum huius dicti nullam causam assignauerit Hipp. non potest dici causa, quæ relata est, & ideò alio modo interpretanda sunt verba illa καὶ τοῦτο ἐστιν αἴτιον τὸ εἰρημένου, ea igitur sic verterem, & hoc est causa illius, quod dictum est, idest hoc quod modo dicturus sum est causa illius, Mar.n.37.

quod

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 259 sur 636

©BIUM

quod diximus nuper: videlicèt, cur mulieres quædam tertio, aut quarto mense fœtus perdant; sequentia enim hanc expositionem manifestè confirmant. A

Mar.n.37. *Vers. 437. Debilitas autem, & febris vehemens, & cibi fastidium incidit eo tempore, quo fœtus corrumpuntur.*

Accidentia in textu relata non ità sunt abortientium propria, vt omnes concomitentur, sed eas tantummodo, de quibus est sermo: quæ scilicèt ab internis causis abortum incurrunt. Causæ enim internæ, quando eòusque processerunt, vt abortum faciant, symptomata relata inducunt, quæ non modo causæ, sed etiam signa futuri abortus dici possunt.

Mar.n.37. *Vers. 440. Densis existentibus vteris, &c.*

In lectionum diuersitate Basiliensem de more retineo in præsenti sententia, quæ legit: ἢ τῶν μιτρέων ἀλέων εὐθέων, hoc est. Densis existentibus vteris, læuitas quippè interioris tunicæ, siuè sit à natura, siuè à cicatricibus ex vlceribus sanatis originem habuerit, densitatem quandam adiunctam habet; propter quam secundæ non ità adhæret, vt embryonem vndiquè contineat, amplexeturque exactè; quemadmodum vbi naturalem asperitatem, & raritatem habet, ex quo fit, vt fœtus cum ad certam quandam magnitudinem deuenerit, grauitate deorsum trahente, iuxtà discriminationem, vbi vteris alligatur, de facili obrumpatur. Hanc verò vteri læuitatem agnoscemus, vt ait Hipp. ex contactu, quia digito immisso læuitas persentitur, dum vacuus est vterus, quod signum in naturali læuitate tantum verificatur, quia sicuti in hac totum vterum æqualitèr affectum esse, est rationabile, & ideò qualis est cauitas ad ostiũ vteri, quæ digito persentitur, talis est vterus totus: ità quæ ab vlceribus sanatis originem habuit, ex contactu dignosci non potest, quia in ea parte tantum excitari potuerunt, quæ digito attingi non possit. Quarè cum huiusmodi densitas causam euidentem habuerit, & sufficienter notam, aliam percunctari superfluum est. B C

Mar.n.37. *Vers. 443. Si verò menses prodierint, his aceruatim prodeunt.*

Hoc est alterum signum naturalis læuitatis tunicæ interioris vteri, quia menstruæ purgationes confestim, non paulatim exeunt, quamuis naturalem quantitatem non excedant. Et si quis à me quærat, qua ratione vteri læuitas menstruorum fluxum profusiorem faciat, ipsi respondebo id euenire, quia sanguinis egressus à venarum orificijs, quas ad vteri fundum terminare diximus, facilior est, dum interior vteri tunica læuis est, quam dum paulò asperior; hic enim, cum è venis egreditur, earum orificijs diutius inhærens, quodammodo viam sibi ipsi intercludit, quod tunica læui existente non contingit, nam sanguis statim, ac è venis egressus est, propter lubricitatem dilabitur, nec venarum orificijs incumbit. Hæc autem ratio præsupponit ea, quæ suprà Textum vers. 41. præsentis libri à nobis fuere exposita. D

Sectio II. Libri I. Morb. Mulierum.

Mar.n.38. *Vers. 11. Quum purgatæ fuerint mulieres.*

Tribus temporibus conceptionem fieri posse proponebat superius Hipp. Quando desinunt menses, ijsdem incipientibus, & tempore etiam intermedio, ità vt tempus fluxus tantummodo à conceptione videretur excludendum, ex tribus autem enarratis temporibus aptissimum tempus esse in hac sententia demonstrat, quando iam desinunt menses, cuius problematis quatuor assignat rationes. Prima est, quia eo tempore semen corroboratur. Secunda, quia genitura viri genituræ mulieris facilius admiscetur. Tertia, quia eo tempore os vteri apertum est, & postrema tandem, quia venæ inanitæ genituram attrahunt. Quarum singula breuiter explicanda est: ex quo huius loci expositores in hac re non plenè mihi satisfaciunt. Quo ad primam rationem, inquit Hipp. semen corroborari, si mulier coeat, quando conuenit, verum, cur non dixit si coeat post purgationem? nam de hoc tempore peculiaris erat sermo? Hoc autem dixit Hipp. vt indicaret, muliebre semen tunc corroborari, non simplicitèr quia post purgationes excernitur: sed quia in tempore conuenienti; & ideò quò tempus erit ad coitum aptius mulieri, eò fortius, & validius erit muliebre semen, quod quidem à duplici causa dependet, videlicèt à spirituum copia, & à puritate materiæ, ex qua generatur, quia igitur inter tempora conceptioni dicata, hæc duo magis in priori concurrunt; ideò in eo maximè genitura corroboratur. Secunda ratio erat, quia post purgationes semina vtriusque E

faci-

©BIUM

A facilius admiſcentur, & contemperantur adinuicem, quod ſignificant verba illa, & ſi prævaluerit, illi aſſociatur, hoc eſt: ſi fortè contingat, alterius ſemen fortius eſſe ſemine alterius, conſociabilia fiunt, & ad vnicam temperiem reducuntur. Vtrunque autem dictorum prouenit, quia poſt purgationem locus ſpatioſior eſt, & materia purior. Poſt menſtruas purgationes verò per aliquod tempus os vteri apertum eſſe (quæ erat tertia ratio) confirmauit Hipp. lib. 2. epid. ſect. 3. verſ. 122. dum dixit. Poſt menſtruas purgationes dextra, & ſiniſtra hiant, idque rationi eſt ſatis conſonum, nam ſi in gratiam purgationis aperitur, non eſt rationabile, occludi priuſquam vterus in totum expurgatus ſit, in quo menſtruorum reliquiæ poſt fluxum remanent, quæ inde per plures dies ſenſim, & ferè inſenſibiliter excernuntur, & huiuſmodi oris vteri apertio tanti eſt momenti ad conceptionem, vt abſque hac mulierem concipere, ferè impoſſibile videatur. Verum cur addidit, & diſtentum? hoc
B factum eſt, ad diſtinctionem illius apertionis vteri, quam in quibuſdam mulieribus contingere, ſuperius indicauimus, dum in ipſo coitu propriam humiditatem (quæ muliebre ſemen appellatur) emittunt. Nam eo tempore aperitur quidem, verum diſtentum non poteſt dici, quia ſtatim, ac genituram emiſit, clauditur, & ideò niſi tempore exacto apertionis ſemen virile vterum ingrediatur, quod tunc ſolum euenire indicauimus, quando vterque eodem tempore genituram emittit, conceptionem fieri eſt impoſſibile. At in apertione, quæ fit poſt purgationes, res alio modo ſe habet, quia non modo os vteri per aliquod tempus aperitur, ſed diſtentum manet diutius. Diſtentum etiam dicere poſſumus, quod complicato contrarium eſt, hoc eſt, quod rugis, aut plicis in ſe ipſum contractum non eſt. Hoc enim vitium menſtruorum eruptionem, nedum conceptionem impedire, expoſuimus ſuperius. Quarta, & poſtrema ratio erat, quia poſt purgationes venæ inanitæ, quæ in fundum
C vteri deſinunt, genituram promptius trahunt, & ſibi ipſis apponunt, vt embryo conſtituatur ijſdem venis adhærens, à quibus fœtus alimentum, & ſpiritum trahit, dum eſt in vtero. ex dictis igitur colligimus: quatuor ad conceptionem deſiderare Hipp. primum, vt genitura viri, vterum ingrediatur. Secundum, vt muliebris genitura ſit fortis. Tertium, vt ambo ſimul commiſceantur. Quartum & poſtremum, vt à venis chotyledonum attrahatur, & ijs adhæreat, quòuſq. conceptio abſoluatur. Quæ omnia cum magis præſtò ſint poſt menſtruas purgationes, quam cæteris temporibus, ſequitur, tempus illud cõceptioni aptiſſimũ eſſe.

Verſ. 24. Pronuctio autem de muliere in ventre habente duos aut, &c. Mar. n. 40.

In huius loci expoſitione quærit Cordæus, cur Hipp. hæc dixit de muliere per duos, aut tres menſes, & vlterius in ventre habente, non autem de ea, quæ primo tantùm mẽſe vtero gerat, rationemq. aſſignat: quia quò embryo eſt grandior, eò maius damnum percipit ex ſanguine ab vtero exeunte, quæ quidem ratio, etſi primo aſpectu probabilis apparet, nihilominus mihi non ſatisfacit: eo quod ſupponit Hipp. non ſemel tantum ſanguinem fluere, ſed continuò periodicè ſingulis menſibus, quòuſq. excludatur fœtus, & ideò, ſiuè hęc euacuatio incipiat primo menſe, ſiuè ſecundo, aut tertio, ſemper æqualiter læditur fœtus, imò probabilius eſt, maiorem noxam percipere v.g. in quarto menſe, ſi in primis menſibus à fluore debilitari incæperit; quam ſi nullum incommodum antea fuerit perpeſſus. Alia ergò afferenda eſt huius quæſiti ratio, quam duce experientia inuenire, non eſt difficile. Conſtat enim, plurimas vtero gerentes ſingulo menſe menſtruas habere purgationes; & fœtum nihilominus ad exactum tempus abſque vllo incommodo incolumẽ perferre. Quarè tunc excretio menſtrualis, & matri, & infanti moleſta erit; quando non à principio contingit: primò inquam menſe poſt conceptionem, ſed aut ſecundo, aut tertio, aut etiam vlterius, eo modo prout hoc in loco determinauit Hipp.
E Nec purgatio ſemel contingens id præſtare poteſt, niſi indè ſingulo menſe perſeueret. Quoties enim vtero gerentes à ſanguinis profluuio etiam immodico corripiũtur, quæ tamen indè fœtum incolumem ad tempus partus geſtarunt? Hoc igitur pacto preſens ſententia recipienda eſt, iuxtà quam ſexageſimum aphoriſmum ſectionis; qui abſque dubio quintæ ex præſenti loco deſumptus eſt, corrigendum eſſe, in eius expoſitione demonſtrabitur hoc modo. Si mulieri duobus, tribuſue menſibus, vel etiam vlterius vtero gerenti purgationes ſtatim ſingulo menſe fluant, neceſſe eſt tenuem ipſam fieri, & debilem & quæ ſequuntur. Hoc enim modo recepta ſententia; communis lectio, quam immutandam eſſe exiſtimauit Cordæus, dum pro αυτικα, αυτῆ κατα legendum eſſe excogitauit, verum ſenſum recipiet, hac enim dictione, ſtatim

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 261 sur 636

©BIUM

modum exprimit eruptionis menstruorum. Quasi diceret, si menstrua post quam per aliquot A
menses suppressa à grauiditate, statim, & derepentè appareant: & indè singulis mensibus periodicè fluant, tenuem eam fieri necesse est &c. Ratio autem huius diuersitatis indè prouenit, quia si à principio grauiditatis fluere menses naturali periodo incipiant, signum est in generatione conceptus, bursam secundinæ, quam placentam nonnulli recentiorum anatomicorum appellarunt, quæque vteri fundo adhærens ab orificijs venarum ibi definentibus (quæ cotyledona ab Hipp. appellata constituunt) sanguinem pro fœtus nutritione elicit, non adeò latam esse, vt omnia præfata orificia comprehendat, ità vt vigente adhuc post conceptionem in corpore mulieris humorum copia, factaque tempore naturalis periodi in ipsis consueta agitatione, sanguis ad vterum descendens per dicta orificia in vteri cauitatem perueniat, & inter vterum, embryonemq. pertransiens ad os vteri, & indè foras naturali cursu procedat, à collo enim vteri purgationes non emanare (quamuis id crediderit Galenus, cui pleriq. me- B
dicorum assentiuntur) sed ab eius orificio, apertis verbis hoc in loco testatur Hipp. quemad-
Mar.n.2. modum etiam lib. de Genit. vers. 118. Quoniam verò hæc euacuatio consueto modo procedit, & omni violentia remota, solumq. in ijs, in quibus sanguis abundat; hinc euenit, vt neque mulier, neque fœtus aliquod incommodum percipiat. Atsi in conceptione omnia præfata orificia à secundina comprehendantur, sanguisq. in corpore mulieris non abundet, quorum signum erit, si nec primo mense, nec secundo aliquod signum menstruæ purgationis apparuerit, temporis progressu non potest sanguis ab vtero egredi, quin aliqua violentia interueniat, propter quam pars aliqua dictæ placentę ab vteri fundo separata, orificijs quibusdam venarum prædictarum detectis, sanguini aditus in vterum fiat, quarè si id à violentia multitudinis impetum facientis eueniat, multitudineq. per euacuationem sublata, secundina denuò tota vteri fundo, velut antè adhæreat, eo fluore cessato, non repetet amplius: Nec ab ea euacuatione, aut C
mulier, aut fœtus quidquam incommodi percipiet. At si facto semel menstruorum fluxu, secundina in pristinum statum non reducatur, ità vt exactè vtero non adhæreat: orificiaq. præfata libera permaneant, perquæ adueniente alter ius mensis menstruali periodo, purgationes repetant, & sic per singulos subsequentes menses perseuerent, impossibile est, fœtum non priuari alimento, & matrem ab euacuatione illa suprà humorum abundantiam facta, non lædi insigniter. Dixit autem hæc euenire Hipp. quando vteri hiant, eò quod obseruauerat, tempore, quo præfati menses fluunt, os vteri apertum esse ad sanguinis excretionem, quod cæteris vtero gerentibus non cõtingit, quę apertio, facto abortu, adhuc perseuerans, est causa, vt mulier ab immodico fluxu periclitetur, ob rationes à principio huius libri à nobis allatas. Ex his igitur ratio pateat, propter quam, quibus mulieribus à principio grauiditatis naturali periodo menses fluunt, dummodo quãtitate non lædant, nihil incõmodi, aut matri, aut fœtui contingat, & pari- D
ter si semel tantum procedant. Qui tamen, si secundo, aut tertio mense transacto superueniãt, & indè per singulos menses fluant, & fœtui, & matri plurimum detrimenti adducunt.

Mar.n.41. *Vers. 39. Et palpitationes quibusdam debiles, diũ exoluuntur acutæ verò quando increscũt.*

Tantus est cordis, & oris ventriculi cõsensus, vt nulli nouũ esse debeat, si acri pituita, alioquè humore simili in ventrem defluente, os eius ita lædatur, vt palpitationem cordis efficiat, cuius conditionis naturam exponens Hipp. inquit ἀσθενέες ὑπεκλυόμενοι, ἐπαναδιδοῦσαι ὀξέες, hoc est (vt ego interpretor). Debiles, dum exoluuntur, siuè desinunt; acutè verò dum increscunt. Sunt quippè symptomata quædã, quæ diuerso modo inuadere solent. Aliquãdo enim paulatim, & leuiter increscũt, temporis verò progressu, & quando iã remitti deberent, vehementius affligunt, aliquando cõtrario modo procedũt, nam cũ vehementia inuadũt, indè paulatim mitescũt, idque in diuersitatẽ humoris peccãtis referendũ est. Nam (vt in palpitationibus, de quibus est sermo, persistamus,) quæ ab humore crassiori ortum ducunt, quatenus eodẽ in vapores cõuerso, molestiã cordi inferunt, à principio debiles sunt, & debiliter procedũt, temporis verò progressu, & circa declinationem, materia magis attenuata, vehementiores fiunt, quia eo tempore vaporũ copia augetur, eorumq. acrimonia maior redditur, contrariũ verò euenit, quando materia tenuior est, qualis supponitur in præsenti casu, hæc enim, quia tenuis est, facillimè agitatur, vndè statim copia vaporũ producitur, qui palpitationes faciunt acutas, & vehementes in principio & augmẽto, de biles verò, dũ decrescunt; materia pro maiori parte iam consumpta.

Mar.n.42. *Vers. 50. Si mulier in ventre habens, ventrem, & lumbos doleat, formidare oportet. &c.*

Nullum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 262 sur 636

A Nullum est signum fortius futuri abortus, quã dolores ventris, qui ad lumbos se extẽdant, quandoquidem eiusdem conditiones sunt etiã dolores partus naturalis. Huius autẽ ratio est, quia præsentiam causæ attestantur, quæ abortum facit, hæc autem est disruptio ligamentorum, quæ embryonem vtero colligant, lumborumq. regioni respondent: & facultatis expultricis concitatio ad fœtum expellendum, vndè dolores ad partes ventris inferiores excitantur. Mar. n. 45.

Vers. 98. Curata autem mulier sana fiet, & inflabitur ab initio, si sana fuerit.

Signum sanationis proponit Hipp. si à principio curationis flatuoso tumore mulier intumescat, eadem fortasse ratione, propter quam (vt Galenus exponit) Ructus acidus in longa lyenteria signum bonum existit, vt 6. aph. 1. legimus. Magna enim pituitosorum humorum copia vigente, flatus multos generari, à quibus mulier intumescat, signum est, calorem innatum, iam antea ab humoribus oppressum, modo insurgere, & materiæ morbificæ dominari. Mar. n. 62.

B Nam pari ratione hydropem cum flatibus curabilem facit Hipp. (ascitem perpetuò intelligens,) sinè flatibus verò insanabilem libro Acutorum 4. vers. 373. Mar. n. 25.

Vers. 149. Ac vinum meracius vetus, si nihil prohibuerit, bibat ad dies quatuor, si longius aberit à partu.

Ex hoc loco colligimus, vinum vetus, & meracius puerperis à principio minimè tutum esse, ratioque est in promptu, quia scilicet, labores partus magna consequitur humorum in corpore perturbatio, qui à vini potu in caput euehi possent, suspectum est etiam ob periculum, nè læsio aliqua partibus ad vterum spectantibus, aut ei quam proximis in partu illata sit, ex qua inflammatio interna oriatur, quibus quantum vinum meracum officiat omnibus, est notissimum. Vndè communis mulierum abusus notatur, quę puerperis fœtu statim exclusо vina generosa dare, etiam vltrà mediocritatem solent; vndè mirum non est, si quamplurimis

C earum febres, & inflammationes internæ superueniant, quæ puerperas miserè perdunt. Mar. n. 53.

Vers. 156. Ouа igitur sorbenda dato.

Et his pariter alius abusus circà puerperas manifestatur, quibus oua sorbilia summo mane, & antè cibum exhibere, est in frequenti vsu, cum enim hæc probet Hipp. dum purgationes immodicè fluunt, argumentum est euidens, ea sistendi facultatem habere, ità vt ex eorum vsu naturali cursu fluentes supprimi possint, quo nocentius in hoc casu excogitari nihil potest. Aliudq. hinc colligo circa ouorum vsum in alijs casibus, quia adstringendi, siuè incrassandi facultate pollent, ea inepta esse in ijs morbis, in quibus meatus corporis apertos esse, expedit, humoresq. ad exitum paratos, vndè & in febribus putridis, & in pectoris, pulmonisq. morbis, alijsque similibus suspecta habentur, & denique his stantibus concludo, non Hipp. consentire eos, qui virtutem adstrictoriam ouis concedunt tantummodo, quando ex coctura

D obduruerunt, quando adstringendi gratia, sorbilibus vtitur Hipp. hoc in loco, non induratis an verò indurata ex præceptoris mente adstringant, iudicent Hipp. doctrinæ studiosi: Animaduertentes eundem 4. Acut. vers. 390. Oua non indurata omninò, sed semi concreta exhibere ijs, qui alui fluore detinentur, & si quis ad distinctionem confugiat partium diuersarum, quæ ouum constituunt: animaduertat, Hipp. hoc eodem in libro vers. 171. sect. 2. lini semen cum oui assati vitello, & sesamo tosto probare ad tumores puerperarum vteros infestantes, quos minimè adstringendos esse præceperat, vitelloque ouorum frequenter medicamentis admisceri, quæ ad vteros emolliendos ipse describit. An vitellus, siuè crudus, siuè exassatus, siuè sorbilis administretur, interius quidem assumptus, incrassando, motum humorum semper compescit, & adstringit, exterius verò emplastica facultate durities tollit? similiter albumen, crudum admotum refrigerat; proprioq. lentore sanguinem fluentem compescit,

E interius verò, dum liquidum assumitur, siuè coctum ad lactis speciem redactum, siuè crudum aluum mouet, albuminis enim facultate oua sorbilia quibusdam aluum mouẽt, crudo verò ex aqua vtitur Hipp. in febre ardente 3. de morbis, quia, vt ipse ait, refrigerat, & subducit. Quarè non benè consulunt febrientibus, qui albumen abijcientes solo vitello vtuntur. Mar. n. 63. Mar. n. 56. Mar. n. 50.

Vers. 199. Velut vteris inflammatis.

Tres hoc in loco afferuntur causæ, cur puerperij purgatio diminutè fluat, & cum difficultate. Prima est vteri inflammatio, cuius signum præ alijs erit febris acuta, non suppressioni superueniens, sed eam præcedens, & ex hac dependet secunda causa suppressionis puerperij, quæ est vteri conclusio, cum nulla alia ratione vteri inflam-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 263 sur 636

matio diminuere puerperia possit, nisi quatenus propter inflammationem partes intumescunt: vndè os vteri angustiatur. Ob vteri verò inflammationem, pudendorum partes concludi, testatur Hipp. inferius vers. 262. verum si prædictæ causæ in vnum coincidunt, cur in duas distinxit? Quia aliquando absque inflammatione vteri os claditur, curatioque penitus diuersa esse debet. Tertia causa est oris pudendi collapsus, qui puero egresso contingit, dum pudendi latera nimium in exitu fœtus extenta, eo exclusò in se ipsa concidunt; vndè osculum exterius clauditur, exitusque lochijs intercipitur. Hanc enim causam à præcedentibus omninò distinxit Hipp. vt subsequentia verba manifestant; quibus inquit, si enim quid horum fuerit, purgatio non procedet. Quarè verba illa, περιστρωται δὲ ὁ στομαχος τῆς αἰδοιου, nō rectè trāstulit Interpres: Obtorquetur enim stomachus vteri quæ ità sonant: circumcidit autem in se ipsum os pudendi, & sensum clariorem constituunt. A

Mar. n. 63. *Vers. 232. Si verò ex partu non fuerit purgata, &c.* B

Toties de suppressione lochiorum tractat in hoc libro Hipp. vt repetitionis notam euitare posse non videatur. Nouem enim distinctis capitibus eandem materiam pertractauit. Primumquè caput incipit vers. 167. vbi inquit, vbi mulieri puerperia non fuerint purgata. Secundum caput est ad vers. 187. ibi, si verò mulieri cum puero in partu, &c. Tertium incipit vers. 194. Si verò purgatio modica mulieri prodierit, dolor fortis corripit lumbos, & omnem circa pudenda locum, & intumescit, &c. Quartum vers. 198. Quum mulieri puerperæ purgatio non facilè prodit, &c. Quintum vers. 229. Si verò purgatio puerperij primis tribus, aut quatuor diebus, &c. Sextum vers. 232. Si verò ex partu non fuerit purgata, enter intumescit. Septimum vers. 265. Si verò paulò pauciora, quam oportet, prodierint, &c. Octauum vers. 273. Si quidem vlcerati fuerint vteri, & puerperij purgamenta. Nonum & postremum caput inchoat illis verbis vers. 279. Si verò vteri angusti fuerint oris, & puerperij purgationem non emiserint, inflammantur. His ergo nouem capitibus de lochiorum suppressione agit Hipp. quorum plurima, eadem continere primò aspectu videntur. Verùm si diligenter singula considerentur, omnia distinctam doctrinam continere inuenientur. Quod vt assequamur, animaduertere oportet, puerperij purgationes duplicis esse conditionis, vt lib. de Nat. Pueri vers. 151. adnotauimus, aliæ enim sunt purgationes eorum, quæ vnà cum fœtu in vtero continebantur, & hæc purgationes partus propriè dicuntur, quæ partim antè puerum, partim cum eo, partim post excernuntur, suntque hæc ipsiusmet fœtus excrementa, in eius nutritione genita, & in vtero, vsque ad tempus partus adseruata. Altera puerperij materia est, quæ in venis, tum ipsius vteri, tum proximioribus colligitur toto gestationis tempore, dum puer, quod in materno sanguine (vt libro de Nat. Pueri vers. 466. dicit Hipp.) tenuissimum est, & dulcissimum trahit: crassum verò, & inutile retinetur, quod quidem excrementum excluso fœtu in vterum ipsum detruditur, paulatimq. massa sanguinis ab impuritate liberatur, & quia hæc euacuatio sensim fit; ideò per plures dies à partu eam perseuerare necesse est, & hæc proprio vocabulo λοχια, à græcis; à nostris puerperia appellantur. His igitur præmissis, de suppressione ambarum prædictarum purgationum (suppressionis nomine diminutam etiam comprehendo excretionem) agens Hipp. præfata nouem capita confecit. Nam de lochiorum purgatione agit, 1. 4. 5. 7. 8. & 9. capite, reliquis verò, de illa purgatione, quæ fit circa partum, quæ quidem distinctio in ipsismet verbis græci contextus apparet manifestè. Primò igitur capite (vt singula percurrantur breuiter) de suppressione puerperiorum tractat, considerat que symptomata, quæ ex eorum retentione superueniunt, non tempore ipsorum lochiorum, vel eo iam elapso, cuius gratia vsus est verbo μη καθαρθη quod Aoristus est coniunctiui, & quid iam elapsum denotat; aliquando enim, vt quotidiè obseruatur, etiam si purgatio (vt dicet) non sequatur; in ipso tamen puerperiorum tempore nihil mali puerperis contingit: sed postea, cum iam materia illa retenta, nec per superuenientes menses expurgata, quos vulgari sermone *capoparto* appellant mulieres, partim in venis circa vterum putrescit, partim per vniuersum corpus discurrens, symptomata in textu recensita inducit. Quarto autem capite tractat de ea lochiorum suppressione, per quam puerperij purgationes fluunt quidem, verum diminutè, & cum difficultate. Quinto verò agit de ea suppressione puerperiorum, quæ postquam per duos, aut tres dies secundum naturam processit, indè verò supprimitur, estque hic casus satis frequēs, septimo de diminutè fluētibus C D E

puerpe-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 264 sur 636

A puerperijs pariter tractat, differtq; à quarto, quia ibi non solum parcè prodeunt, habito quantitatis materiæ respectu: sed quia cum difficultate, vndè modo fluunt etiam satis copiosè per aliquod tempus, sed cum dolore, & labore; paulò post supprimuntur omninò, indè verò rursus diminutè fluunt, ità tamen, vt si tota excretorum quantitas consideretur, minor sit, quam conueniat. At in septimo supponit simpliciter diminutè fluere. Octauo capite tractat de diminuta purgatione, occasione vlcerum vterum infestantium, idque euenit, non quia os vteri male habeat, verum quia humor fluens, cum acris sit, vlcera mordet, vndè natura, vt molestiam hanc deuitet fluxum humoris quantum potest cohibet; hacque eadem ratione videmus, aluum in hæmorrhoidarum doloribus supprimi. Tandem verò de omnimoda lochiorum suppressione agit, cuius causam tribuit vteri angustiæ, cui insuper inflammatio accesserit, à qua in totum coarctetur, & concludatur vterus, vndè purgatio omninò supprimatur. Quæ quidem inflammatio casum satis periculosum facit, & ideò inquit. Mulieri
B mortem portendit, nisi quis breui venam secet, &c. Præterquàm quod longè grauius est in totum supprimi, quam aut diminutè, aut interruptè, difficiliterque fluere. De purgamentis verò vteri agit reliquis capitibus, nempè secundò, tertiò, & sextò. Secundoque capite de ijs purgamentis tractat, quæ vna cum fœtu excerni consueuerunt. Hæc autem sunt à ichores tenues pro maiori parte, qui si retenti, ad caput eorum leuitate ferantur; dum posteà descendunt, aut venter turbatur, & per aluum expurgantur, aut ad vterum redeuntes, vnà cum puerperij purgationibus euacuantur, quo casu, vt res puerperæ benè succedant, necesse est puerperiorum copiam augeri, sin minus, ea superueniunt accidentia, quæ tertium in ordine caput constituunt, quod puerperiorum diminutam purgationem continet, ex quo documentum ad praxim summoperè necessarium elicio. Ad quantitatem scilicet lochiorum conuenientem
C exactè iudicandam conferre plurimum, scire, an purgationes circà partum contingentes secundum naturam fluxerint, necnè, quia nisi, aut ante partum, aut in partu, aut statim à partu purgatio conueniens sit facta, moderata puerperiorum indè subsequens purgatio sufficiens esse non potest. Tertiò verò capite de prædictorum purgatione diminuta tractat. Sextòque tandem capite agit de suppressione totali prædictorum excrementorum, in qua, nec per vterum, nec per aliquam aliam regionem sint excreta. Ex his igitur omnibus patere existimo Hipp. in hac materia de suppressione purgationum partus, repetitione nullo modo vsum esse. Sed omnia distinctè aperuisse, idque ab eo factum est, quia singula distinctos curationis modos exposcunt, ad confusionem posteriorum, qui ea omnia vnico capite restringi posse credunt. In expositione autem singulorum capitum non immorandum duximus, tum quia verba ipsa satis aperta sunt, tum etiam quia, si quid adsit dubij, illud expositores tollere possunt; fateor quidem, in postreni capitis expositione neminem mihi satisfeciſſe, vt circà illud parum
D immorandum sit, inquit ergò Hipp.

Vers. 279. Si verò vteri anguſti oris fuerint, & puerperij purgationem non emiſerint, inflammantur, niſi curetur citò, &c. Mart. n. 66.

His enim indicat Hipp. vteros inflammari ex retentione puerperiorum, nisi citò curetur, quo casu omnia magis affligent, odorque malus erit, & exitus intumescit, id enim significant verba illa ἢν μὴ κακοχροιήσαντα τὸν ὄγκον, &c. quæ ex græco contextu fideliter vertenda sunt hoc modo, & puerperij purgamenta non emiserint, inflammantur, nisi curetur breui, omnia magis affligent eam, & odor malus erit, & exitus intumescit, &c. facta enim lochiorum suppressione non statim vteri inflammantur, vt infert Corn. translatio per additionem particulæ, &, sed nisi citò curetur, & hanc interpretationem sequentia confirmant, dum inquit: & si non inflammati fuerint vteri, sua sponte exit malum, &c. quæ indicant, non necessariò ex suppressione inflammationem oriri. Quandoque verò non exeunt humores gra
E ueolentes, in vtero corrupti: sed aliò conuertuntur, & mortem mulieri minantur, nisi quis citò venam secet, aut ventrem molliat, & reliqua adhibeat, quæ proponuntur in textu. Quæ omnia materiam extrà vterum peccantem respiciunt. Alioqui ad venæ sectionem deueniendum non est. Considerationè verò dignum est Hipp. in hac suppressione purgationum à partu venam secare, de qua in alijs nullam mentionem facit, quemadmodum neque in mẽstruorum suppressione, cuius quidem rei ea afferri ratio potest, quia Hipp. venæ sectionẽ minimè necessariã esse existimauit, nisi indè morbus magnus factus sit, & quãdo humoris peccantis euacuatio

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 265 sur 636

per aliam viam commodius fieri non poteſt, ſicuti inutilem, & ſæpè pernicioſam cenſuit, quando cacochimia maximè viget. Hoc ſuppoſito patet, cur tam raro Hipp. venæ ſectione vſus fuerit, & cur in præſenti caſu eam neceſſariam exiſtimauerit, ex ſuppreſſione enim purgationis partus humor per corpus diffuſus morbum conſtituit ſummo periculo plenum, & qui non dat inducias, quouſque per vterum, quæ via conuenientior eſſet, expurgari poſſit, & ideò neceſſe eſt, ad venæ ſectionem confugere, aut ad purgationem, pro vt humoris peccantis conditio indicabit, nam vigente cacochimia à venæ ſectione etiam eſſet abſtinendum. Similiter in ſuppreſſione menſtruorum tunc ſolum venam ſecat, quando ad vterum peruenire non poſſunt, exiliuntq. ad cor, & ſeptum tranſuerſum, vndè deliria, torpores, inflammationes, aliaque grauiora ſymptomata ſuperueniunt, quæ ab Hipp. referuntur lib. de Morb. virginum, alioqui ad venæ ſectionem deueniendum non eſt, ſed procurandum, vt per vterum ſublatis impedimentis exeant. Videant ergò recentiores, quantum Hipp. doctrinæ conueniunt, dum in omni ſuppreſſione puerperiorum, ad venæ ſectionem ſtatim deuenitur, nulla habita ratione, per humoris prædominantis, nec loci, in quo ſuas exercet vires, ex quo ſæpè euenit, vt purgationis partus in vtero ſuppreſſe, ex venæ ſectione rapiatur ad venas, à quarum prauitate ſanguis corrumpitur, & febres putridas, & malignas inducit. Dum enim materia adhuc in vtero reſidet, quod accidentia ipſa indicabunt, prius eam euacuare per vterum expedit peſſarijs, ſuffimentis, fotibus, aliiſque ab Hipp. propoſitis, indè verò, ſi mittendi ſanguinis indicatio perſeueret, ad eam deuenire tutò poterit. Verum non minus delinquunt, dum in ſuppreſſione menſtruorum venas in talo ſecant, Gal. ſecuti lib. de curandi rat. per ſang. miſſionem contra ſummi præceptoris inſtitutum, qui nunquam ad menſes ſuppreſſos venæ ſectione eſt vſus, idque ſumma ratione, quia cum venæ ſectio per ſe cauſam ſuppreſſionis non reſpiciat, quæ in mala vteri diſpoſitione tantummodo conſiſtit, vt in expoſitione lib. 1. Morb. mul. verſ. 42. demonſtrauimus, hæc fruſtra adhibetur. Imò dempta per eam multitudine, qua vrgente, ac impellente natura ſponte vterum ad ſanam naturam ſæpè reducit, indèque via aperitur menſibus, vt apertè teſtatur lib. de Nat. Puer. num. 39. ablata per venæ ſectionem multitudine, eruptio longè difficilior redditur, & eò magis, quia abſque copia non fit turbatio in ſanguine, à qua menſtruorum periodus dependet Hipp. teſte lib. de Nat. Pueri num. 6. Quapropter venæ ſectio copiam auferendo, & à partibus potiſſimum inferioribus, menſtrua inhibere potius, quam euocare poteſt. Quod experientia ipſa manifeſtat, nullus enim affirmabit, vena in malleolis inciſa per eam menſes erupiſſe, licet ſæpè obſeruauerint ſecta in alium finem cubiti vena, aliquando apparuiſſe eodem ipſo die, & ratio eſt, quia per eam non ſtatim plenitudo tollitur à partibus inferioribus, à qua menſtruorum fluxus dependet, ità vt humorum agitatio ex venæ ſectione, eos facilè coneitare potuerit.

Mar. n. 68. *Verſ.* 298. *Sed & frigus fit, & ambo labia clauſa ſunt, conſtringentia, &c.*

His cauſam adducit Hipp. cur pudendi muliebris vlceratæ partes ſe contingentes agglutinentur, quæ duplex eſt, altera frigus externum (pars enim pudendi exterior aeri expoſita, vlcerata ſupponitur) & pudendi labiorum contactus ad inuicem altera, propter hanc enim materia ab vtero deſcendens in pudendi extremitate retenta illius latera, ſiue labia ſimul agglutinat, & ſibi ipſi viam penitus intercludit, externum verò frigus ad eundem effectum concurrit, quatenus materiam ipſam incraſſando in vitioſæ carnis formam conuertit. Quia (vt ait Hipp.) ſi purgatio liberè prodiret, nec ab occluſione pudendi ſiſteretur, vlcera non ſimul coirent, ex qua totalis obſtructio prouenit. Nunc autem influit, & bi retinetur, & in carnem fungoſam, & mollem concreſcens, vlcerum agglutinationem facit.

Mar. n. 70. *Verſ.* 324. *Et ſic hic exierit diuturnior morbus fit.*

In hoc morbo fluxus ſanguinis ſuperueniens morbū producit, quia materia, quæ retinetur ad cacochimiā, non ad plethoriam ſpectat, quare ſanguine exereto, totum corpus quodammodo refrigeratur, morbuſque indè diuturnior euadit.

Mar. n. 72. *Verſ.* 337. *Poſtea verò vaccæ nigræ lac bibendum præbe, ità vt ſine cibo, &c.*

Non eſt, quod Cornarij interpretationem corrigamus, quæ ſupponit, mulierem dum lac bibit, à cibis abſtinere debere, dummodo per vires id liceat. Non eſt enim Hipp. nouum patientes ſolo lacte, prandij loco nutrire. Nam & lib. 2. de Morb. ſect. 3. verſ. 50. vbi de tabis dorſalis curatione tractat, & lib. 2. de Morb. mulierum verſ. 270. & alijs quamplurimis in locis

©BIUM

A locis solo lacte per totum diem ægros continet ad vesperam vsque. Imò hæc viuendi ratio adeò ipsi familiaris fuit, vt affirmari possit, lac potantibus, prandium nunquã exhibuisse, idque summa ratione factum est, quia cum lac in ea quantitate exhiberi debeat, quæ pro morbo tollendo sit sufficiens (minus enim duarum cotylarum mensura, id præstare non potest) hæc lactis quantitas corpori alendo per totum diem sufficiens erat. Nam loco proximè citato dicebat Hipp. postea per dies quadraginta lac bubulũ calidum bibat, & per diem nihil edat, (vt ità dicam) nam & purgatur, & nutritur, & fluxus obtunditur ab huiusmodi lacte, cum igitur lac pro nutritione sufficiens sit, insuper prandium assumere inutile est, vt mirum non sit, si nostris temporibus ex vsu lactis tàm raro iuuari ægrotantes conspiciantur, sæpè verò non mediocriter lædi, in duobus enim potissimum peccant recentiores, primo, quia eam lactis quantitatem non exhibent, quam morbi natura requirit, vndè cum remedium sit morbo in-
B ferius, illum superare non potest. Alter error est, quia lac in aurora exhibent, quo tempore præassumpti alimenti distributio nondum absoluta est, indè verò spatio quatuor, aut quinque horarum transacto prandium exhibent: cum adhuc pars lactis assumpti in ventriculo contineatur: ex quibus erroribus, quæ incommoda eueniant, iudicet vnusquisque. Quæ quidem mala, nè ipsis imputentur, tot superstitiosa (vt ità dicam) præcipiunt, vt in aliquo eorum, aut ægrum, aut astantes non delinquere, sit impossibile, in quæ delicta malorum culpam reijcientes, se ipsos à merita calumnia tuentur. Primò enim in animali, cuius lac potatur quam plures conditiones exposcunt, indè hoc vel illo nutrimento ali iubent, illud mediocriter exerceri volunt, & dum lac assumendum est, ipsum animal ad ægrotantis cubile perducũt, in vasque, aut calida immersum, aut pannis calidis inuolutum, lac emungunt, nè ab ambiente aliquam alterationem subeat, lacte potato ægrotantem per aliquod temporis spatium sinè
C motu, sinè somno, & in silentio continent, & alia imperant, quæ omnia exactè assequi impossibile est, quorum plurima superflua sunt omninò, cum constet, nec Hipp. nec Dioscor. nec aliquem ex antiquioribus, quibus frequens lactis vsus fuit in morbis curandis, ea nè somniasse quidem, quæ hi tam religiosè seruant, quæ verò necessaria sunt, negligunt, vt ex g. aliquid lacti admiscere, quod iuxtà occasionem, aut aliquod eius vitium corrigat, aut vim adiuuet, modò coctum dare, modò crudum, aliquando recens, aliquando aeri per noctem expositum, huic frigidum, illi calidum, & alia quam plura huiusmodi, quæ tanquam necessaria distinguenda esse iubet Hipp. Cum igitur à recto administrandi lactis vsu adeò recesserint posteriores, non est mirum, si ex hoc plus incommodi, quam vtilitatis percipiatur, ex quo hoc remedium adeò infame apud vulgus, atque etiam apud medicos ipsos redditum est, vt nihil magis timeatur, quam lactis potus, vndè eius vsus ferè abolitus est. Quod quanta artis
D iactura factum sit, existment illi, qui in antiquorum, & potissimum Hipp. doctrina sunt versati. Certum est enim, antiquitus hoc fuisse veluti sacram anchoram, & omnium remediorum caput, ità vt vix vllus esset morbus, in quo lac non administraretur, idque tanti fecerunt Gnidij Medici, vt vniuersam curandorum morborum doctrinam ad lactis, & seri exhibendi modum reduxerint, vt ex Hipp. testimonio primo Acutorum constat. Exhibendi igitur lactis rationem desumant in posterum ab Hipp. Medici, si eius virtutes experiri fœliciter cupiunt. Nam de hac re sæpius tractauit in illis libris, quæ ad partem curatiuam spectant.

Vers. 339. Quomodo autem lac fiat, dictum est à me in pueri in partu, &c. Mar. n. 72.

Hoc in loco Hipp. lectorem remittit ad librum de Natura Pueri, ibi enim vers. 250. de lactis generatione ex professo tractauit, in cuius loci expositione Hipp. sententiam verissimam esse contrà Gal. & posteriorum medicorum opinionem strenue defendimus. Mar. n. 21.

E *Vers. 356. Cum polypis, & sepiolis super prunis coctis.* Mar. n. 74.

Quia sepiarum oua super carbones coquere, non est facilè, ideò per sepiolas, non oua sepiarum cum Cordæo intelligerem, sed sepias paruas. Crederemque Hipp. paruas probasse, quia maiores cum carne constent duriore, minus aptæ essent.

Vers. 360. Si verò puerperij purgamenta in grumos fuerint. Mar. n. 75.

Artificiosa certè est doctissimi Cordæi interpretatio, qui grumescentiam, quam hoc verbo ἐν θρομβωθῇ, idest, si grumescunt, significauit Hipp. non ad lochia, quemadmodum fecit Corn. sed ad ipsos referens vteros; quid sit vterorum grumescentia, exponit eruditè. Cornarijque damnat interpretationem, quia non est rationabile, Auctorem, qui superius lochiorum doctrinam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 267 sur 636

ctrinam adeò exactè pertractauit, denuò eandem repetere tractationem. Verum, non animaduerit, idem argumentum in ipsum retorqueri posse, cum non minus absurdum sit tractationem de secundina derelicta, hac vteri grumescentia interrumpere. Quid ergò incommodi eueniet, si dicamus, hoc in loco afferri causam, propter quam aliquando secundina non egrediatur foras? quando scilicet sanguis in ea grume factus crassiorem reddit, ità vt facilè non exeat? quo casu quid agendum sit, docet hoc loco, certè nihil; & sermonis continuatio & materia, de qua agitur, hanc confirmat interpretationem; nec curatio, quæ proponitur in textu, aliena est, si curatiuæ intentiones, & remediorum facultates attendantur. A

Mar.p.76. *Vers.* 378. *Si enim prior exiret non accederet per ipsum puero nutrimentum.*

Puer naturæ legibus ante secundas excluditur, cuius rationem affert Hipp. quia si antè pueri secundæ, & vmbilicus educerentur, puer in vtero moram nutrahens, vtriusque nutrimenti defectu, & aere præsertim, interiret sæpè, antèquam prodiret in lucem. Nam & alimentum, vndè nutritur, & spiritus, à quibus calor innatus conseruatur, ab ipso vmbilico procedunt. Hoc igitur incommodum, vt euitaret natura, ex quo vtraque, & puer, & secundina simul exire non poterant, puerum præcedere, secundinas q; subsequi procurauit. B

Mar.p.77. *Vers.* 382. *Si mulieri secunda relicta fuerit, nisi ampli fuerint uteri, purgatio ipsa minus, quam oportet, procedit, &c.*

Ad lochiorum expurgationem non adeò magna vterorum apertio requiritur, quanta hac voce ἐπίρροιος, significatur, nisi aliquid adsit, quod eorum exitum impediat, quæ tamen diminutè fluunt, quando secundina in vtero relicta, ori vteri opponitur, nisi eius amplitudo magna existat, suppressionem verò à secundina factam satis manifestam signi proposita in textu.

Mar.p.81. *Vers.* 419. *Si verò debilis fuerit, polentam bibendam dato, &c.*

Absurdum, vt conijcio, visum est Cordæo polentam, quam simplicem mulieri debili existenti, loco potionis prædictæ exhibendam iussit Hipp. eandem ex aqua frigida exhibeat ei, quæ adhuc debilior sit, cuius contrarium potius ratio persuadere videtur, cum nihil sit, quod debilem magis lædere possit, quam ea, quæ actu, & potentia frigida ore assumuntur. Quarè vt hanc vitaret difficultatem, vocem ἐπίρρατον, ad fortunæ conditionem referens, transtulit: Si quidem fuerit tenuis fortunæ, quæ interpretatio, præterquam quod satis violenta est, ridicula etiam redditur, quia polenta simpliciter parata, non est adeò pretiosa, quin etiam pauperibus suppeditari possit, quemadmodum ea, quæ ex aqua frigida exhibetur. Ne igitur à vera verborum significatione recedamus, dicamus Hipp. polentam in potu dare loco præscriptarum potionum, si mulier debilis fuerit, non modo, quia plus nutrit, quam potiones præfatæ; sed multò magis, quia refrigerat, incrassandoque sistit. Frigidum q. quantum lædit eos, qui calidi innati pecuria sunt imbecilles, tantum prodest, quibus calor is inflammatorij vehementia spirituum moles dissipatur, destruiturq; temperies, in his quippè duobus maximè virium robur consistit. Cum igitur casus, de quo nunc agitur, sit affectio cum interna inflammatione calidum innatum dissipante, & quò maior fuerit imbecillitas, eò citius à calore inflammatorio residuum spirituum dissipabitur, ideò Hipp. vt huic periculo quam citius occurratur, vbi maior viget imbecillitas, ibi maiore refrigeratione opus esse existimauit, quarè imbecilli polentam simplicem exhibet, imbecilliori autem eandem ex aqua frigida potandam præbet. C D

Mar.p.82. *Vers.* 421. *Si inflammati fuerint puerperæ uteri, uenter ardet, &c.*

Cordæus vocem ἐκκαυσις, quam retinent omnia exemplaria, in κάυσις, immutare cupiens, hoc in loco de vteri inflammatione ex concubitu puerperis superueniente, Hipp. tractare existimauit. Cæterum, quid hoc ipsi persuaserit, non noui, quandoquidem puerperas ex importuno congressu, non in vteri inflammationē, sed in eius prolapsum incidere, inuenio. Nisi fortè euitare repetitionē, quæ Hipp. imputari posset, hac expositione intenderit. Cum viderit eum superius de vteri inflammatione puerperarū sufficienter pertractasse. Verum, si diligenter, quæ de vteri inflāmatione dicta sunt à præceptore, considerasset, rationem huius apparētis repetitionis inuenisset. Nam in præcedentibus sæpius quidem de vteri inflammatione puerperarum mentionem fecit: veruntamen ad tria tantum capita eius idæam, & curationem reduxit, idque ab eo factum est, quia, propter diuersitatem, tum causæ, tum symptomatum, tripliciter illius curationem variare necesse est. Primò enim loco, de ea vteri inflammatione agit vers. E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 268 sur 636

©BIUM

A 390. quæ ex concussione, & labore vteri in partu ortum ducit, quatenus pars aliqua ipsius contusa primo inflammari incipit; indè vere superueniente humorum affluxu increscit inflammatio, eodem plane modò, quo ab externis percussionibus inflammationem excitari in parte contusa videmus. Hanc enim causam respiciens Hipp. inquit, si ex partu vteri fuerint inflammati, causam inflammationis in ipsum partum referens. Verum, quia sæpè vteri inflammantur à partu, etiamsi nihil violentum in partu sint perpessi: sed quia humores ad vterum confluentes, in eo conclusi putrescunt, & inflammationem constituunt, proportione respondentem ei, quæ ab humorum affluxu ad varias corporis partes ortum ducit, ideò de hac tractans duo capita constituit penitus inter se diuersa, pro diuersitate humoris inflammationem efficientis. Si enim calidus fuerit, & tenuis, inflammationem constituit, de qua hoc in loco agitur. Si verò frigidioris naturæ existat, altera inflammationis species oritur, de qua subsequenti capite agitur. Stante igitur hac causarum diuersitate, variari curationem oportuit.

B In prima enim specie, quia vteri à contusione inflammantur, ideò statim ipsi vtero occurrendum est refrigerantibus, nè à calore inflammationis inchoatæ, humores attracti eam adaugeant, & malum geminent. In secunda verò, & tertia, quia morbi essentia ab humoribus ipsis dependet, quos impensè refrigerare non expedit, nè indè incrassentur magis, & discussioni ineptiores reddantur, ideò frigida actu improbauit, quæ in qualibet inflammatione interna Hipp. semper fuere suspecta, eaque adhibet remedia, quæ humores attemperent, discutiant, & ex vtero educant. Quomodo autem duæ posteriores inflammationis species inter se differant, in subsequenti comentario explicabitur. Cætera verò, quæ ad explicationem textus faciunt, omitto, quandoquidem simplici verborum inspectione fiunt manifesta, quamuis Cordæi interpretatio legenti non erit inutilis.

C *Vers. 428. Si puerperæ inflammati fuerint vteri, intumescunt.* Mar. n. 82.

Hæc est tertia inflammationis species, de qua suprà mentio facta est, quam ab humoribus in vtero putrescentibus generari diximus, in cuius idea exponenda; materialem causam refert, dum inquit: Vbi puerperij purgamenta in vtero occultata permanserint, his enim indicat, materiam ipsam, non in vtero occultata permanserint, his autē indicat materiam ipsam non in vteri cauitate contineri: sed per ipsiusmet vteri substantiam, & porositates dispersam, quodammodo occultari, quo in loco incalescit, putrescit, & inflammationem propriè dictam cum tumore constituit, causam verò huius efficientē exprimit, dum id euenire ait, quando ab externo frigore fuerint condensati, & in hoc differt pręsens inflāmatio à superiori, in qua, quia materia calida, & tenuis supponitur, facili negotio inflammationem excitat vehementis feruoris, quem symptomata in ipso contextu manifestant, quia vteri, & venter ardent, & magnus

D fit, & præcordia suffocatio habet. At in præsenti, quia materia non est tantæ caliditatis; ideò vt inflammationem excitet, eam transpiratione priuari necesse est, quam frigus constipando inducit. Hæc enim solet esse causa potissima internarum inflammationum, quas idcirco hyemis peculiares morbos statuit Hipp. Hanc verò causam indicauit illis verbis, γίνεται δὲ ἐτὴν πυκνωθῶσιν ὑπὸ ψυχέος, idest generatur autem vbi à frigore fuerint condensati. In quorum verborum translatione Corn. verbum γίνεται, ad distentionem referens, obscuritatem sententiæ attulit, debet enim referri ad inflammationem, vt nostra fert interpretatio, cuius veritatem curatio, quam Hipp. adhibet, manifestè confirmat. Quandoquidem, dum vteri tantummodo refrigerationem sunt perpessi, nec adhuc inflammationem contraxerunt, eos calefaciendos esse iubet, postquam verò inflammati fuerint, & frigus discesserit, calefacientibus omissis, ad remedia inflammationum se conuertit.

E *Vers. 438. Si vteri pituita fuerint impleti.* Mar. n. 83.

De hoc eodem affectu libro de Nat. Mulieb. agitur: cuius loci doctrina si in hunc transferatur, & ambo in vnum redigantur, non perfectam modo: sed etiam apertissimam tractationem constituemus. Hunc igitur in modum legendum esset. Si vteri pituita impleti fuerint, flatus in vteris fiunt, & menses procedunt pauciores, albi, pituitosi, quandoq. etiam sanguis tenuis, sincerus, pelliculis plenus. Quibusdam etiam conturbatur, & ter in mense comparet, & præ humiditate, cum viro commisceri non vult, & pallida fit, & tenuis. Dolet autem imum ventrem, & lumbos, & inguina. Interrogare igitur ipsam oportet, an quod fluit mordeat, & exulceret osculi vteri circumferentiam summam, & si non mordeat, pronuntiare à cerebro

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 269 sur 636

febro fluxum esse, si verò mordeat, à ventre, & fluxionem diuturnam fore. Siquidem igitur A
à ventre fuerit, à lenticulæ decocto vomat, deindè veratro purgato, postea idem in nares immittito, postquam autem superior venter tibi purgatus videbitur, pharmacum infrà purgans bibendum dato, à cibis autem acribus prohibeatur, & (si à cerebro fluxus procedat) à pinguibus, ac dulcibus abstineat, acres autem exhibeantur, velut cõmodi, nisi pudenda fuerint exulcerata (eo enim casu) præstant frigida, & modicè lauetur, non tamen calida, neque caput. Si verò molestetur, hoc est, morsum percipiat ab acribus) & frigeat, & torpedo habeat, lac præbeto, & vinum odoratum simul commixta. Bibat autem ieiuna hypericum, apij semen, saluiam in vino odorato aquoso, & vteros medicamento ex vini fœce colluat. Quum autem cessauerit fluxus, cum succo grossorum colluito, & si vlcerati fuerint, interpositis diebus duabus pharmaco ex grano cnidio eluat, & postea cum acerbis colluat, mirti, & lauri decocto, & medicamento ex flore argenti illinat. Morbus autem est grauis, & paucæ effugiunt. His B
igitur hunc in modum dispositis, nihil difficultatis, vt patet, in huius affectus, tum cognitione, tum curatione remanebit, conuenientiaq. doctrinæ horum duorum librorum patebit. Compositionis modum eorum medicamentorum, quæ in textu proponit Hipp. habes hoc eodem
Mar. p.111. libro sect. 4. vers. 102. & de Nat. Mulieb. sect. 2. vers. 165. Hoc autem in loco recentiorum
Mar. n.29. medicorum error manifestatur, qui in quolibet morbo humorum acrimoniam ad calidam hepatis intemperiem, cum ventriculi frigiditate communiter reijciunt, quæ opinio quantum præceptoris doctrinæ conueniat, discant ex hoc textu, vbi Hipp. manifestè asserit, si quod fluit, mordeat, & exulceret, fluxionem à ventre procedere, eique vomitibus, & alia curatione, quæ ventriculum respicit, occurrendum esse, si non mordeat, à capite ortum habere.

Sectio III. C

Vers. 1. Si aqua intercus, in vteris oboriatur.

De hydrope in mulieribus agens Hipp. tres eius species inter se essentia, & curatione distinctas constituit. Prima est, quando aqua vteris innascitur, & ibi retinetur inter tunicas ipsius vteri, vel in vesiculis quibusdam innatis, vt obseruauit Aetius. Et ideò accidentia huic malo superuenientia plurimum conueniunt cum ijs, quæ in ea menstruorum suppressione contingunt, in qua menses in vtero occultantur, de qua superius sect. 1. vers. 112. tractauit Hipp. causas huius hydropis referens, inquit. Oritur hic affectus ex abortu, quatenus debilitatus indè, & proprio calore destitutus aquam producit, fit etiam, subiungit, ab alijs causis, quæ scilicet eius calorem hebetare possunt, potissimum verò à mensium suppressione, à quibus calor obrutus quodammodo extinguitur. Altera species hydropis ab eodem vtero de- D
pendet, estque vtero gerentium peculiaris: quãdo propter malum corporis habitum, sanguis corrumpitur, & aquosus redditur. Descendit enim paulatim aqua in vterum, à sanguine ad vterum confluente segregata. Hæc verò ibi congregata, si acris fuerit, citò abortum facit, hoc est primo mense, aut paulò vlterius, factoque abortu cum fœtu aqua, & sanguis corruptus emanat, quo casu, quia ob temporis breuitatem malum non vltrà progressum est, ideò grauia symptomata non superueniunt, licet aliquando contingat, vnà cum fœtu, & aquam, & sanguinem in tanta copia confestim exire, vt ob virium imbecillitatem mulier pereat. Si verò aqua in vtero collecta acrimoniæ expers fuerit, non adeò citò sequitur abortus, cum id non contingat, nisi postquam temporis diuturnitate, aut tanta aquæ copia collecta sit, vt fœtus ab ea suffocetur, aut fœtus ipse grandior effectus, ligamenta propter aquæ præsentiam debiliora, grauitate disrumpat, indèque abortus sequatur. Hanc autem ligamentorum di- E
sruptionẽ fieri est rationabile, quando fœtus proprio motu se agitat, quem motum respiciens
Mar. n.19. fortassè Hipp. bimestre tempus hoc loco constituit, expressit autẽ lib. de Nat. mulieb. v. 272. (vbi de hoc eodem affectu tractatur, quibusque locis inuicem collatis, præsentis morbi essentiam clariorem inueniemus) per illa verba, dum iam mouetur. Hoc igitur tempore si contingat abortus, grauiora succedunt accidentia propter affectionis diuturnitatem, quæ singillatim referuntur in textu. Huic verò hydropi duplicem curationem instituit. Alteram antequam abortus contingat, lactis potu, tum vt corpus leuiter purgetur, nam fortiori pharmaco exhibito abortus sequeretur, tum etiam, vt aquæ acrimonia, quæ abortum facere posset,

obrun-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 270 sur 636

©BIUM

A obtundatur. Indè verò mecona exhibet, medicamentum scilicet ex papaueris succo confectum, vt ex Dioscoride constat, non peplium ad purgandum, vt transtulit Cornar. quod quidem medicamentum pluribus rationibus in hoc casu conuenit. Nam & acrimoniam aquæ frigiditate compescere, & fluxiones sistere quascunque, & fœtus ligamenta confirmare, & humorem superfluum exiccando aliqua ex parte absumere, & dolores omnes tandem sedare potest. Alteram verò curationem proponit, iam facto abortu, à præcedente longè diuersam. Nam primo dolorem sedat, indè humorem purgante pharmaco educit, & per vterum collutionibus subdititijs, specillis, potionibusque, aquæ excretionem procurat, & menstruorum eruptionem. Differunt verò inter se præfatæ hydropis species, quia prior ab vteri affectu originem habet, in eoque aqua generatur, quod vt significaret Hipp. vsus est verbo εγγενηται, hoc est, innascitur. In secunda verò, aqua aliundè genita ad vterum demandatur, quatenus
B sanguis serosus factus ad vterum perueniens, in eo serositatem dimittit, quæ est aqua ipsa, & ideò in hoc tibiarum tumor apparet: qui totum corpus aquoso humore, scatere ostendit: qui quidem in priore non conspicitur; sed eius loco mammæ attolluntur, affecti vteri inditium ob consortium, quod mammæ cum vtero habent, ex quo patet ratio; cur mulieres in priori morbo non concipiant, nisi curentur, quando in eo vterus primario affectus est. Secundus verò vtero gerentium peculiaris esse videtur, eò quod vterus minimè affectus est. His hunc in modum explicatis verba ipsius contextus satis conspicua fiunt, potissimum verò si Cordæi interpretatio non negligatur. Tria tamen silentio non sunt prætereunda, & primo adnotanda veniunt verba illa, quæ lib. de Nat. mul. cit. referuntur, καὶ κυεσκεταὶ ἑκαστοτε ἔτι δή μην ου μυκρῶ πλεὸν επειδαν δε ουτος ὁ χρόνος γενηται καὶ διαφθειρη καὶ υδωρ ἐν αὐτη γίνεται τουλυ, quæ non satis appositè mihi videtur transtulisse Cornar. ità enim propriè sonant. Et vtero gerit frequenter
C per mensem, aut paulò amplius, quum autem hoc tempus aduenerit, & corrumpit, & aqua multa in ipsa gignitur. Quibus primum tempus manifestatur, in quo abortiones contingunt, vt suprà à nobis explicatum est. Secundo loco aduertenda est causa, quam assignat Hipp. illis verbis. Hæc autem patitur nihilo magis ex labore, quam aliter, insinuando nobis ob facilitatem abortionis à quacunque occasione quantumuis leui eas fœtum perdere. Quarè non est, cur per labores intelligamus eos, qui in abortu ipso contingunt, & multò minus cogimur vocem εκ πονου in εκ τοτου restituere, quod fecit Cordæus, quasi intentio esset Hipp. causam non abortus, sed hydropis per illa verba referre. Tertio & postremo dubitabit fortè quispiam occasione illorum verborum vers. 41. Si enim genituram conceperit, & prægnans facta fuerit, ac peperit subpurgatur, & eaque prius in ipsa fuerunt, vnà cum ipsis puerperij purgamentis subeuntia: atque sic maximè sana fieri poterit. Dubitabit inquam, cur nunc
D curationem in conceptione reposuit, si paulò superius de eodem affectu agens frequenter ægrotantes concipere supponit, idque palam expressit lib. de Nat. mul. verbis paulò ante à nobis interpretatis? Et si dicamus, solutionem morbi contingere ratione purgationis a partu, quam illis verbis significauit ξην αυτοισι, idest cum ipsis, quid prohibet (subiungit ille) eandem solutionem sequi per purgationes, quæ ex abortu contingunt? quem frequenter eas incurrere dixit à principio. Pro solutione igitur huius difficultatis dicamus, sicuti huius morbi duplex est causa, humoris aquosi præsentia, qui & in vniuerso genere venoso, & in ipso vtero abundat. Necnon affectio, quæ eundem humorem producit, ità duplex curatio ei conuenit, nec satis est humorem aquosum educere, qui in vtero collectus est, nisi totum corpus pariter ad naturalem dispositionem reducatur, vniuerso humore educto, qui in eo abundat, quod mediante puerperij purgatione fit, quæ naturalem partum consequitur, & longo temporis
E spatio perseuerat, quod absolui non potest per eam, quæ prouenit ex abortu, quæ breui tempore absoluitur, & eò minus, quò abortus iunior fuerit, vt contingit in hoc casu. Addè etiam, in gestatione fœtus vsque ad exactum tempus vterum ipsum non parum roboris contrahere, quo imposterum ab humoris affluxu se tueri possit. Et denique ratione signi partus perfectus salutaris dicitur, quatenus morbum mitiorem factum indicat, & hæc de prioribus duabus hydropis speciebus dicta sint. His verò tertiam addit hunc in modum.

Vers. 43. Si mulier aqua intercute laborarit, splene ipsius magno, & aquoso existente, &c. Mar. n. 87.

Præfatæ hydropis vteri doctrinæ, præsentem annectit, in qua de alia hydropis specie tractat, non mulierum propria, sed viris etiam communi, de ea scilicet, quæ à splene ortum ducit:

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 271 sur 636

ducit: cuius mentionem inter morbos muliebres facit, quia hæc in mulieribus peculiaria A
quædam signa habet, quæ referuntur in textu, & peculiarem in illis curationem exposcit, propter vterum, per quem aqua expurgari etiam arte potest. Verba ipsius contextus satis perspicua sunt, ità vt expositoris labore minimè egeant; ex ijs tamen, quæ de causis huius hydropis ab Hipp. referuntur patet, in quanto errore versentur illi, qui omnem hydropem à vitio sanguificationis, quæ fit in hepate, ortum habere opinantur, cum modum ostendat Hipp. quo venter repletur, non aquoso, & seroso humore, qui in hepate coctionem subterfugerit, sed à potu copiosiori, qui nec per vrinam, nec per sudorem excretus sit. Si enim splen cum sit rarus (vt inquit Hipp.) & spongiformis humiditatem à ventriculo, cui adhæret, ad se trahit, eamque per vniuersum corpus distribuit, & in omentum, & indè in ventrem quòusque repleatur, quid habet in hoc hepar? nihil certè. Admonet verò, sine calore, aut febrili, aut alio in ventre consistente hydropem à lienis affectu non generari, quod experientia verificatur eorũ, B
qui lienosi toto vitæ cursu viuunt, nec vnquam hydropici fiunt (nisi lienis tumor hepatis scirrhum inducat, à quo tandem hydrops oriatur) Quarè vt à lienis affectu hydrops generetur, necesse est caloris excessum concurrere, qui causa sit, vt æger immodicè bibat, aut pituita colliquescens in humorem superfluum, hydropis materiam, conuertatur. Addè etiam, immodicum calorem esse causam, vt lien excalefactus promptius à ventre humiditatem trahat, & deponat in ventrem. Quem quidem calorem respiciens Hipp. lib. de Inter. affect. sect. 2. vers. 130. de huius peculiaris hydropis curatione tractans, post purgationem lac asininum præbet, quo calida viscerum intemperies, præcipua morbi causa, corrigatur; ex quo alter error manifestatur eorum, qui ad omnem hydropem intemperiem frigidam, aut positiuè, aut priuatiuè, vt inquiunt, concurrere existimantes, hydropicos omnes calidis medicamentis curare profitentur, quasi medicamentorum non eiusdem sit facultatis cum quolibet alio calo- C
re extraneo, siuè à febre, siuè ab alia causa calefaciente proueniat, & si hic ægrotantem lædat, qui ex medicamentis prouenit, prodesse debeat. Nam certum est, sicuti febrilis calor morbos frigidos curare potest, non minus quam medicamenta calida, ità à calidis medicamentis lædi eos ægrotantes, in quibus febrilis calor morbum fouet, vel grauiorem reddit.

Mar. n. 87. *Vers. 56. Si calor quidam in ventre constiterit velut pituita in ipsum collapsa.*

Verba hæc: velut pituita in ipsum collapsa, non sunt referenda ad proximè dicta, quasi hæc sit causa, cur calor in ventre constiterit, quia ridiculum esset dicere, ventrem à pituita frigida calefieri. Quam difficultatem vitare volens Cordæus, vocem φλεγματὸς, in ὑδατὸς proprio ingenio permutare coactus est, sed debent referri ad superius dicta, quibus adnotauerat, quibusdam huius morbi principium fieri absque febre, si calor aliquis interius constiterit. Significareque voluit, hydropem hunc, tunc sine febre initium habere à pituita in ventre D
collapsa, cum calor aliquis in ventre constiterit, à quo pituita colliquescens partim in aquosum humorem transmutetur, partim salsa reddita sitim inducat, cuius impatiens æger si bibat; & quemadmodum dicebat ipse, nec per vesicam, nec per ventrem potum dimiserit, hydrops insurgit.

Mar. n. 87. *Vers. 73. Quibusdam verò, & venter, & crura aqua implentur, quibusdam autem alterum horum, &c.*

Ex hoc textu colligi potest, dari hydropem, in quo venter non intumescat, sed crura tantummodo, quod intelligere est de tumore insigni, & conspicuo, cum sit de essentia hydropis aquæ collectio in ventre, quæ tamen si ob carnis raritatem statim ad crura descendat, non est mirum, si venter in tumorem non attollatur, quia verò vtriusque partis repletio copiam humoris aquosi significat, quæ necessariò causam habuit, aut temporis diuturnitatem, quæ mor- E
bum confirmatum reddidit, aut causæ humorem producentis magnitudinem, quæ superari non possit: ideò summa cum ratione dictum est, cum ambo repleta fuerint, nullam spem esse de hominis vita, etiamsi altero tantummodo repleto, admodum exigua adsit, aliqua tamen adest: si diligens curatio adhibeatur, & mulier non valde sit attenuata.

Mar. n. 88. *Vers. 103. Si verò non affuerit serum, lac asininum coquito, & per dies tres, aut quatuor, &c.*

Seri loco, lac asininum coctum exhibet Hipp. non quia serum haberi non possit. Nam si è lacte serum extrahitur, vbi lac præstò est, serum deficere non potest, sed intelligit, si anni

tem-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 272 sur 636

A tempus ferì exhibitioni non sit conueniens, alludens ei, quod superius dixit, vbi tempus anni fuerit, serum coctum insuper bibendum dato, quale autem fuerit antiquis anni tempus, in quo serum non exhiberetur alibi inuenire tentauimus.

Vers. 133 Morbus autem maximè corripit ex partu. Mar. n. 89.

Quamuis ab eadem causa, ex abortu inquam, vlcera vteri, de quibus hoc in loco agitur, & ea, quæ in præcedenti sermone explicauit ortum habere asserat Hipp. differunt tamen inter se plurimum, differentiaque in eo consistit: quia in præcedentibus causa exulcerans erat quid mordens, hoc est, vel pars aliqua embryonis in vtero corrupta, vel humor acris, & mordax, à quibus vlcus originem habuit. Vlcerum verò origo, de quibus hoc in loco tractatur, ab ipsiusmet vteri substantia dependet, idque duplici modo euenit, vel præcedente contusione aliqua ex violentia partus inducta, ex qua contusione suppuratio succedit, indèque

B vlcus innascitur, vel sponte vlceratur vterus pustula, aut tuberculo in interna vteri tunica erumpente, quo rupto succedat vlcus, quemadmodum in qualibet exteriori corporis parte euenit: quando sponte ab extrinseca causa vlcerantur. Cum igitur earum causæ tantum inter se differant, earum curationem variari necesse est, vt in Hipp. textu licet obseruare. Mar. n. 89.

Vers. 144. Postea verò lini semen torrefactum, tunsum, & cribratum &c.

In huius medicamenti compositione expositores parum inter se conueniunt, in quorum opinionibus recensendis nè tempus conteratur, hunc in modum componendum esse Hipp. consilio existimo. Primò accipiatur lini semen torrefactum, tusumque, & cribratum, meconioque instar farinæ pariter tuso & cribrato admisceatur. Indè verò caseum caprinum assatum, cui sordes prius fuerint derasæ, cum propria salsugine, & amaro polentæ admisceatur. Vult enim caseum à sordibus cortici adhærentibus depurgatum assari igne, & quia dum assatur, salsugo quædam decidit, & portio eiusdem casei ad superficiem sita ex adustione amarore contrahit, hæc ambo vnà cum caseo assato, polentę pollini admiscenda, sicque duo composita resultant. Alterum ex semine lini, & meconio, siuè papauere albo, alterum ex caseo, & polenta. His sic dispositis, subiungit Hipp. postea partem vnam pharmaci; & vnam casei, & polentæ accipe (pharmacum vocat compositum ex semine lini, & papauere) quia hæc magis sunt medicamenta, ad differentiam casei, & polentæ, quæ inter alimenta sunt reponenda) & hæc bibenda dato manè ieiunæ in vino austero dilutiore. Non prætereundum est autem hanc vocem μήκωνα (quod alias etiam adnotauimus) hic & vbique peplum transferri à Corn. quamuis propriè papauerem significet, differatque toto cælo ab eo, quod ab Hipp. κήκων dicitur. Hoc enim ad purgandum vtitur, meconio, autem ad sistendum, refrigerandum, & ad sedandos dolores. Et quia huius plantæ diuersæ partes, arti medicæ inseruiunt, hoc in loco

D semen intellexisse Hipp. existimo, hoc enim quia frequentius vsurpatur, plantæ nomen sibi quodammodo comparauit, in quam sententiam adducor, tum quia in simili affectu semine papaueris vsus est lib. 2. de Morb. mul. vers. 86. tum etiam, quia papaueris cortex, & multò magis succus, in quantitate hoc loco ab Hipp. præscripta, stupefaceret fortasse vehementius, quam par sit. Mar. n. 6. Mar. n. 89.

Vers. 155. Morbus autem est grauior, & lethalis, & pauci ipsum effugiunt.

Hac voce ἐλαχρότερος, quæ leuior propriè sonat vtitur Hipp. hoc loco in contrarium sensum, pro fortiori, quod alibi factum esse adnotauimus, quę quidem significatio non est penitus inusitata, nam & Pindarum in idem significatum eam vsurpasse nouimus, hancque habere hoc in loco significationem res ipsa demonstrat. Nam quomodo dici potest morbus leuior superiore: si læthalis est, & pauci eum effugiunt? Est igitur hic morbus grauior, & lethalis:

E quia vlcera (vt suprà indicauimus) à substantia vteri corrupta ex contusione originem habent, quam corruptionem corrigere, est admodum difficilè. Ex hoc pariter loco colligo, læthalem morbum non dici ab Hipp. eum, quem nemo effugere possit, quando inquit Hipp. læthalis est, & pauci effugiunt, ergò aliqui, & si pauci. De hac voce læthali sect. 5. aph. 30.

Vers. 174 Cognosces autem, an ab ipsis vteris sint, &c. Mar. n. 91.

Hoc signum proposuit Hipp. ad distinguenda vteri vlcera, quæ à toto corpore dependent, ab illis, quæ ab vtero tantum, quia cætera signa minus firma existunt. Quarè frustra Cordæus vir alioqui sapiens suprà Hipp. philosophando laborat, dum aliud signum addere conatur, à puris copia desumptum, existimauit enim vlcera à toto dependentia maiorem puris copiam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 273 sur 636

piam producere, quam quæ ab vtero solo. Verum huius signi incertitudinem, & infidelitatem non animaduertit, cum fieri possit, vt vlcera à toto corpore dependentia parua sint, & superficiaria: & ideò minimam puris copiam producant, è contrà verò magna, & profunda, quæ ad vterum solum spectant, & ideò plurimum puris indè procedat; quò enim vlcera sunt maiora, & profundiora, maiorem puris copiam emittere, indubitatum est. A

Mar. n. 91. *Vers. 183. Diætam constituto ex illuuie, & aquæ potu.*

Notabile est Hipp. in diæta exiccanti, aquam pro potu vsurpare, non vinum, aut mulsam, quamuis vtrunque humectet minus aqua. Quod quidem ab eo factum est, non quidem eo quod vinum illi suspectum esset ob aliquam causam. Nam præter quam quod inferius in hoc eodem morbo vinum nigrum meracum concedit, si tandem vinum illi suspectum fuisset, aliam potionem non aquam simplicem dare debuerat. Probat igitur aquam Hipp. quatenus hæc minimum, aut nihil corpori nutrimentum præstat, cuius nutrimenti principalis est actio humidi, quod continuò dissipatur, refarciendo, humectare, sicque per accidens aquam exiccare contingit. Adde etiam, potiones alimentum corpori afferentes citius distribui per corpus, & ex consequenti humectare, quã aquam; quæ quoniam, vt dicebat Hipp. diutius moratur in hypocondrijs, ad humectandum corpus non adeò procedit, quemadmodum aliæ potiones naturæ iucundiores, vt hac potissimum ratione existimem ego, Hipp. vinum dare in coxendico morbo ex infolatu, & ab humore bilioso; quod in eo, qui à sanguine generatur, prohibet omninò libr. de Inter. affect. sect. 3. vers. 93. Vinum vlterius concedit pro obsonio, pane scilicet in eo intincto hoc enim modo assumptum in ventriculo moram trahens, ad corpus humectandum actuali humiditate peruenire citò non potest, quod quidem ea ratione videtur concessum, quia non omnes solo pane, & aqua victitare possunt. Eligit verò nigrum, & meracum, quia præ alijs magis exiccat. Vndè error manifestatur recentiorum, qui ad fluxiones decoctionibus ex aqua vtuntur, cum constet, quæcunq. sub forma potus assumuntur, etiam si facultate sint sicca, humiditatem tamen semper augere in corpore, præsertim si inter cibum assumantur. ex hoc autem textu colligo, panem vino intinctum posse dari etiam ijs, quibus vini potio interdicitur, & ideò in febribus tutò concedi ægrotantibus potest panis lotus super affuso vino in gratiam gustus, & ad refectionem quandam. Prohibet etiam in hoc casu olera, non modo quia inter obsonia numerari possunt, quæ ea ratione prohibentur, quia corpus nutrire, & ex consequenti humectare possunt, sed multò magis, quia sanguinem serosum producunt, quique fluxionibus paratior est, quam crassus. Et hæc diæta ad fluxiones curandas tantum valet, vt hac sola contumacissimos catarrhos curare possit. Ab hacq. diæta deceptos fuisse Medicos prædecessores nostros conijcio. Qui cum obseruassent, nonnullos à diuturnis destillationibus vexatos ex Guayaci decocto, aut salsæ parillæ, aut similium medicamentorum, quæ pro curatione Gallicæ luis assumpserant, ab ijsdem fuisse sanatos, decocta ex eodem met Guayaco, salsa parilla, alijsq. tum lignis, tum radicibus exiccantibus, quibus nullus antea in hunc finem vsus fuerat destillationum curationi traduxerunt. Ijsque curatio fœliciter successit, quòusq. diætam illam exactam ex peraffato pane cum solis passulis ad stateram limitato, à vini potu omninò abstinentes, obseruarunt. Verum posteaquam nostri ægrotantium quærelis indulgentes, & carnes, oua, vinumq. exhibere cæperunt, rarò admodum indè curari destillationes obseruatum est. Argumentum euidens, non à decocti facultate, sed ab exiccanti diæta catarrhos in illis curatos fuisse. Quod tamen non animaduertentes, difficultatemq. curationis in morbi contumaciam referentes, ab huiusmodi decoctis abstinere adhuc nesciunt, imò ijsdem sæpius repetitis, hypocaustisq. adiunctis, quibus humiditatem ad cutim violentia trahunt, sudoribus miseros ægrotantes excruciant, & quod peius est, sæpè sæpius humores adurendo, viscerumq. naturalem temperiem peruertendo, catarrhos ex sui natura mites, & placidos, acres & salsos reddunt. Non considerantes, contrariam penitus viam pro eiusdem humiditatis eductione Hipp. in hoc textu arripuisse. Dum præmisso totius corporis fomento, cuius facultate totum corpus fluidum redditur, à carnibus ad ventrem reuellere, & per vomitum eam educere tentat. Via certè longè facilior, & tutior; quæq. plurimos sanare posset: quos catarrhi, aut ad morbos incurabiles hac noua curandi ratione perducunt, aut saltem insanabiles facti ad mortem vsque concomitantur de horum abusu, vide quæ lib. 2. adnotauimus ver. 116. B C D E

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 274 sur 636

Mar.n.91.

A *Vers.* 188. *Melius tamen est, vt vtraſque pharmacis cures.*

Quid per vtraſque intelligendum ſit hoc in loco, non conſtat, quia ſi accipimus, tam eas quarum vlcera à toto dependent, quam quarum ad vterum ſolum ſpectant, pugnantia eum dicere cogimur aſſerere. Inferius enim curationem proponens vlcerum, quæ ab vtero tantummodo originem habent, totum corpus nullo modo mouendum iubet; quod ſi verum eſt, & purgatio neceſſariò, totum corpus reſpicit: quomodo nunc pharmaco vtraſque purgandas præcipit? An per vtraſquè intellexit tam eas, quæ in hunc morbum inciderunt ex abortu, quam quæ ab alijs cauſis? nam de his locutus eſt ſuperius hunc in modum. quæcunque vlcerationes in vteris fiunt ex abortu, aut alia quapiam cauſa, eas omnes reſpectu ad totum corpus facto curare oportet.

Mar.n.91.

Vers. 198. *Si verò neque hæc adſit, oleum vetus.*

B Quamuis accentuum alteratio interpretibus faciliter concedatur, nihilominus, neque hæc, ſi fieri aliter poteſt, videtur admittenda, hoc dico propter vocem ἔλαιον, quæ cum duplici aſpiratione oleum ex oliuis expreſſum ſignificat, ſinè aſpiratione verò deſcripta pinguedinem denotat. Vndè Cordæus Cornarij corrigens tranſlationem, pinguedinem pro oleo reſtituit, ità vt velit Hipp. adipem anſerinum eligendum eſſe, quo deficiente aliquis alius ſubſtituatur, maximè autem gallinaceus, qui ſi pariter deſit, quilibet alius recipiatur. Verùm non animaduertit Cordæus, hac expoſitione recepta Hipp. ſuperfluum reddi, quia ſi ante dixit, anſerina pinguedine deficiente, aliquam aliam eſſe ſubſtituendam, & potiſſimum gallinaceam, cur denuò repetendum erat, gallinacea deficiente, aliquam aliam vetuſtiorem vſurpandam eſſe? Præterea, cur vetuſtiorem præfert, nonne quæ recens eſt, anſeris pinguedini facultate proximior eſt, quam vetuſta? Maneat ergò cum duplicata aſpiratione ἕλαιον omnibus Græcis exemplaribus conueniens lectio, & cum Cornario dicamus omni volucrum pinguedine deficiente C oleum vetus ſubſtituendum eſſe, hoc enim vetuſtate humiditatem quandam ſibi inſitam deponit, propter quam vlceribus eſt inimicum, ſicque non longè à volucrum pinguedine recedit. Animaduertant tamen lectores, Cornarium in ſua tranſlatione vocem ὀρνίθεος, bis appoſuiſſe, vtranque eius reſpiciens ſignificationem, hæc enim, & gallinaceum, & auicularum genus denotare poteſt. Hunc igitur in modum verti hæc verba debent; & pinguedinem anſeris ſi affuerit, ſin minus aliam, maximè gallinaceam, ſi verò neque hæc adſit, oleum vetus ex oliuis admiſceto, &c.

Mar.n.91.

Vers. 200. *Et ſi fuerit vlceratum, linamenta ex mollitorijs facta apponito.*

Omnia græca exemplaria, tam manuſcripta, quam impreſſa negatiuè hanc particulam legunt. Vndè valdè temerarium eſt, eam demere, & eò minus id faciendum eſt, quando vox D ἐχουμενα, quæ nota pluris eſt, & ad genus neutrum refertur, huic lectioni parum conuenit. à communi igitur lectione non recedendo dicerem. Hoc in loco Hipp. ſermonem conuertere ad ſuperius dicta. Dixerat enim paulò antè, quando vlcera mordentur à collutionibus, tunc ſignum eſt, ea pura eſſe, & quid eo caſu agendum ſit, docuit ſubſequenter. Modo quid agendum ſit demonſtrat: quando à collutionibus mordentur quidem, verum tamen vlcera non ſunt pura, ità vt verbis illis καὶ ἢν μὴ ἐχουμενα ſuperintelligantur ὅτι καθαρα, hoc eſt, & ſi non ſint pura vlcerata. Nam aliquando impura vlcera mordentur à collutionibus, idque manifeſtè apparet in vlceribus quibuſdam externis, quæ licet impura ſint, medicamentorum tamen abſtergentium contactum abſque dolore, & morſu tolerare non poſſunt, idque euenire cenſendum eſt, quando pars vlcerata intemperata eſt, vel humor acris in eam infixus eſt. Hancque expoſitionem ſatis confirmat curandi ratio, quam præſcripſit Hipp. quia ſi vlcera E plurimum puris graueolentis emittant, quod ſignum eſt, ea impura, & fordida eſſe; & à collutionibus nihilominus mordeantur; dimiſſis abſtergentibus ad mollitoria tranſit, vt per hæc humoris infixi acrimonia retundatur, & calida vlceris intemperies remittatur, quæ ſi nihil proficiant, & mordicatio etiam ab illis contingat, aqua tepida colluenda vlcera iubet, & victus rationem humectantem præſcribit. Quæ quidem curatio imitanda venit in ijs vlceribus, quæ à quibuſcunque admotis mordentur irritanturq.

Mar.n.97.

Vers. 303. *Cæterùm molæ conceptus hæc cauſa eſt.*

Cauſam, cur mola concipiatur, in vitium ſeminis, tum quantitate, tum qualitate peccantis reijcit, vitiumq. in qualitate, morboſum ſemen dixit: in quo verò id conſiſtat, non declarat,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 275 sur 636

Mar.n.62. hoc in loco Hipp. id tamen expressit lib. 2. sect. 3. vers. 61. vbi, quod hoc in loco morbosum vocat: ibi crassum dixit, & hoc seminis vitium est satis probabile in molæ conceptu, nam quia crassum facilè retinetur in vtero, quia exiguum ab vteri calore superatur, ità vt conceptio fiat. Verum ob substantiæ crassitiem in spirituosam substantiam non potest transmutari, adueniente præsertim sanguine menstruo copiosiore: qui illius calorem quodammodo suffocat. Deficiente verò spirituosa substantia, quæ facultatis formatricis est instrumentum, conceptus articulari non potest, & ideo fit caro informis, non naturalis fœtus. A

Mar.n.97. *Vers. 305. Nihil autem in ventre mouetur, neque lac in mammis generatur.*

Inquisitione dignum est, si post molæ conceptum mammæ attolluntur, quemadmodum in ijs, quæ fœtum gestant, cur lac non generatur. Huic quæsito facilè erit respondere: si quæ de lactis generatione à præceptore tradita sunt, & à nobis suo loco explicata, in memoriam reuocentur. Ad lactis enim generationem vterum ipsum duplici ratione concurrere inueniemus, & quia propria magnitudine partes superiores comprimendo est causa, vt succus tenuis à ventriculo exprimatur ad mammas, qui lactis materia existit, & quia vterus ipse portionem quandam sanguinis transmittit ad mammas, cuius calore vis earum excitatur: vt succum prædictum in lactis substantiam transmutare possint. Causa verò, cur sanguis ille ad mammas dimitti incipiat, est motus ipsius fœtus in vtero existentis, & ideò lac in mammis non generatur, antequam fœtus moueri incipiat. His sic stantibus, quia ex molæ conceptu vterus attollitur, à quo ventris partes superiores comprimuntur, eadem fit succi expressio à ventriculo ad mammas, quæ in fœtum gestantibus in lac transmutatur, hinc euenit, vt mammæ intumescant quidem, verum quia quod in vtero est, motu caret, ea portio sanguinis ad eas non transmittitur, cuius calore vis mammarum succum à ventre expressum concoquat, & in lac transmutet, & ideò in his non generatur lac, quamuis mammæ turgidæ fiant. B

Mar.n.98. *Vers. 332. Et in his, quæ fœtus corruperunt secundum horum aerum rationem purgatio contingit, & in iunioribus, quæ fœtus corruperunt, &c.* C

His absque dubio significat, eadem ratione dierum numerum purgationum puerperij computari debere in his, quæ abortum fecerunt, quæ determinata est proximè in ijs, quæ fœtum ad maturitatis tempus pertulerunt, ità vt ex fœmineo abortu plures dies puerperij statuantur, quam masculino, & senioribus, hoc est, quæ abortum longioris temporis fecerunt pariter, quam quæ breuioris, & hæc doctrina quotidie obseruatur in praxi. Cæterum si hæc vera sunt, nullius efficaciæ erit argumentum, quo vtitur Hipp. lib. de Nat. Pueri vers. 140. ad probandum tempus articulationis conuenire cum tempore purgationis à partu. Quia si (vt Hipp. ibi testatur vers. 145.) purgationes à partu mulieribus ea ratione fiunt, quia primo tempore, vsque ad quadragintaduos dies in fœmella, & in masculo ad triginta, paucissimus sāguis in augumentum pueri descendit, & propterea oportet purgationem reddi in toto tempore puerperij, & foras exire, & respondere prædictorum ratione, & proportione, sequitur puerperij purgationes nihil aliud esse, quam sanguinis redundantiam illius temporis, in quo facta est articulatio, quo fundamento posito sequeretur, dummodo articulatio absoluta sit, semper æquali purgatione mulieres egere, siue breuiori tempore gestetur fœtus, siue longiore, quia semper eadem viget sanguinis redundantia, quæ à tempore articulationis dependet, quæ penitus repugnant ijs, quæ hoc loco recensentur, & quæ confirmat euentus. Dicendum est ergò, eo argumento vsum fuisse Hipp. lib. cit. de Natura Pueri, vt probabili, quodque propriam sententiam firmioribus rationibus confirmatam ex abundanti stabilire posset; non autem eo, quod illud necessarium esse existimauerit. Sciebat enim, tempus puerperiorum non esse idem in omnibus puerperis; quamuis articulationis semper idem sit, eo euariante tantummodo, iuxtà sexus diuersitatem ipsius infantis, & ideo postquà tempus puerperij definiuit in masculino partu dierum triginta, in fœmineo verò duorum, & quadraginta, sufficiens tamen esse subiunxit; si in fœmellis diebus vigintiquinque, in masculis verò viginti fluant. Quod signum est euidens, hoc argumento vsum esse, vt probabili, non autem, vt necessario. Nec ob id damnandus est Hipp. si hoc ratiocinandi modo vsus est. Quando & ipsemet Aristoteles plurima poblemata confirmare solitus fuit aliorum philosophorum opinionibus, quas alibi ipse non recepit. Huius rei exemplum habemus lib. 3. Meteoron. Dum Iridis, coronæ, Parheliorum, & virgarum causam explicaret, visionem fieri suppoluit D E

emissio-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 276 sur 636

emissione radiorum, quam opinionem libello de sensu, & sensibilibus omninò reiecit.

Vers. 341. *At verò lac, quomodo fiat, dictum est à me in natura Pueri. &c.* Mar. n. 99.

Quia quæ circa lactis generationem contingunt, ad puerperas maximè spectant, ideò vt hæc tractatio perfecta esset, de generatione lactis hoc in loco agendum erat. Verum nè libri in molem inutilem crescerent, lectorem remittit ad ea, quæ circa hanc materiam in libro de Natura Pueri ab eo sunt tradita. Quo in loco, quæ sit vera lactis materia, & quomodo ad mammas transmittatur, earumque virtute in lac transmutetur, sufficienter exposuit; cuius sententiam eodem in loco explicauimus, verissimamque esse contrà Galenum, & eius sectatores defendimus, ibi igitur demonstauit Hipp. materiam lactis esse succum dulcissimum ciborum à ventre expressum, & ad mammas per omentum, & carnes delegatum, quo supposito duas hoc in loco proposuit conclusiones. Altera est, quibus lac fugitur, his superfluum alimentum deficere, & ideò earum corpus sanguinis multitudinem non incurrere, à qua menstruæ purgationes omnino dependent, vndè menses deficere necesse est, propter eandem rationem, ob quam vtero gerentibus non valdè prodeunt, præter quibusdam paucis, per verba enim illa. Dulcissimus enim humor à cibis, & potibus ad mammas vertitur, & non reddit Hipp. rationem præcedentiũ, cur scilicet mulieri vterò gerenti non fluant menses, etiamsi particula γὰρ id videatur indicare. Sed id respiciunt, quod à principio dixit. At verò lac quomodo fiat, dictum est à me in natura pueri in partu. Hæcque sunt veluti illorum compendium, ex quibus deducit conclusionem. Sicuti mulieres postquam conceperunt, non amplius purgantur, quia sanguis non abundat in corpore, in fœtus nutritionem absumptus, ità quibus lac fugitur pro maiori parte non prodeunt menses, quia corpus minus plenum redditur, assumpti alimenti plurima parte in lac absumpta. Alteram pariter ex enarratis in præcitato libro conclusionem deducit, per quam indicatur ratio, cur nonnullæ mulieres sint sine lacte, & aliquibus antè ablactationis tempus deficiat. Sunt enim inquit, quæ ex natura solidæ sunt, ac densæ carnis, & ideò sufficiens humor non penetrat à ventre ad mammas, quia via per carnes densa est, & adstricta, quæ quidem ratio plane satisfacere potest illis, qui lactis materiam à ventre ad mammas ferri negant, eò quod ductus inde patentes non conspiciantur, per carnis enim porositates succum quemlibet tenuem quòcunq; ferri, dum carnis densitas non obstat, Hipp. indubitatum est.

Vers. 352. *Mollitoria à quibus aqua, & arena purgatur.* Mar. n. 100.

Medicamenta, quæ ad vteros purgandos, ori ipsius admouentur, duorum sunt generum, alia enim menses ducunt: qua peculiari facultate humores purgandos trahunt, & os vteri simul aperiunt. Alia verò impedimenta tollunt, à quibus purgatio impeditur. Quæ quidem impedimenta, & si plura esse possint: pro maiori tamen parte est oris vteri obstructio: quam ipsiusmet duritiei inducere solet, ex quo euenit medicamenta secundi generis, prout plurimum mollitoria esse. Cum igitur in præcedentibus descripserit medicamenta, quæ & trahendo, & aperiendo menses ducunt, nunc ad emollientia sermonem conuertit, indicans nobis, si ex vsu aperientium, & purgantium medicamentorum menses non procedant, suspicandum esse, nè aliquod impedimentum adsit, quod os vteri aperiri ad menses prohibeat: eius inquam duritiei aliqua, quæ emollientibus sit curanda. Medicamentorum igitur huius facultatis multas subsequenter describit formas, in quibus consuetum Hipp. artificium apparet, quandoquidem vt pluribus intentionibus eodem tempore satisfaciat, emollientibus, aperientia, & purgantia permiscet, diuersa tamen, & varia proportione inuicem ea componens: vt modo plus mollire, quam purgare, modo è contrà, plus aperire, quam mollire pro necessitate possimus. Ità vt nullus casus Medico in hac materia occurrere possit, ad quem medicamentum optimum, & expertum ei non sit præsto. Atque hoc pacto promptuarium medicamentorum confectum est, in quo tot, & tam varia medicamentorum genera continentur, facultate & robore diuersa (quod medicamenti peculiaris inscriptio palam facit) vt suppositis morborum idæis, vniuersalibusque curationibus præcedenti sermone ab eo explicatis, nihil vlterius medico inquirendum pro eorum curatione relinquatur. Circà inscriptionem verò huius medicamenti difficultas non leuis se manifestat, cum non constet, qualis sit hæc arena, quæ ab vteris expurgari debet, imò non videtur

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 277 sur 636

rationi consentaneum, arenam in vtero generari, cuius cauitas ampla est, & ex consequenti producendis arenulis inepta, & ideò suspicio quibusdam orta est, nè hæc vox χαμαὶς, hoc in loco corrupta sit, & eò magis, quia lib. de Nat. Mul. sect. 2. vers. 149. vbi eadem medicamenta referuntur pro χαμαὶς, αἷμα, ideſt sanguis legitur; ex altera parte certum est menses aliquando fluere, qui propter asperitatem arenosi dici possunt, & de his mentionem fecit lib. 2. Morb. mul. sect. 2. vers. 234. vbi inquit, si velut in callum obdurati fuerint vteri, & osculum exasperatur, & menses occultantur, quum autem prodierint, asperi apparent, velut arena, sententia lib. de Nat. mul. sect. 2. vers. 296. repetita. Quapropter hanc rem determinare adhuc non licet, non enim mihi constat, an dicti menses, re vera arenosi fiant, & si producantur, peculiari medicamento an egeant. A

Mat. n. 110. *Vers.* 391. *Conduxerit & bupestris, si quidem parua sit, sine alis, & pedibus, &c.*

Intelligit Hipp. si bupestris parua fuerit, demptis alis, pedibus, & capite eodem modo pessarium conficiendum esse cum mirrha, thure, & melle, quo ex cantharidibus parandum nuper docuit, si verò bupestris maior fuerit solam apponi intendit. B

Mat. n. 101. *Vers.* 407. *Cedria acetabulum.*

Mirum cuiquam esse non debet, si hoc in loco cedria vtatur Hipp. ad conceptum, quem hæc eadem pudendo virili illita prohibere potest, quemadmodum Dioscor. testatur. Nam quantum differt à virili mulieris temperamentum, tantundem vnius, & eiusdem medicamenti effectus in muliere differre potest ab eo, quod in viro operatur, quoniam verò muliebre temperamentum ad frigidum, & humidum inclinat, virile autem ad calidum potius, & siccũ; ideò euenit, vt mulierum sterilitas à frigiditate, & humiditate frequentius ortum habet, virorum autem à contraria potius foueri; opinio non à vulgaribus modo recepta, sed ab ipsomet Hipp. obseruata, qui suppositâ naturali menstruorum purgatione, orisuè vteri recta dispositione, medicamenta ad conceptum pro mulieribus ex simplicibus, tum calefacientibus, tum siccantibus perpetuò componere solitus fuit, quæ viris non leuiter obesse possent. Eandem temperamenti diuersitatem respiciens lib. de Serilibus, mulierem conceptus gratia, coeuntem à cibis se abstinere, & ieiunam viro commisceri iubet, virum autem è contrà, cibis conuenientibus pastum. Hac eadem ratione cedria, quia vehementer calefacit in sinu muliebris pudendi moram trahens, vteri frigiditatem, quæ conceptionem prohibet, corrigendo, sterilitatem auferre potest, quæ virili pudendo ante congressum illita semen in exitu adeò calefacere, & exiccare potest, vt conceptioni ineptum reddatur omninò. C

Mat. n. 101. *Vers.* 426. *Postea verò ventri per dies septem clysterem adhibeto.*

Notabilis est, & à Medico recipiendus ad vteri vitia clysteris vsus, quia cum vterus intestino recto contiguus sit, infusi virtus ei facilè communicatur. In eius tamen administratione duo sunt obseruanda, primò vt quam diutissimè fieri potest à patiente retineatur, cuius gratia ea admiscenda iubet Hipp. quæ illius acrimoniam obtundere possunt, ptissanæ succum, & oua tenuia, hoc est, eorum albumen, tenue enim à luteo distinxit lib. 2. Morb. mul. vers. 30. Secundo, vt in intestino recto permaneat, aut non longè vlterius, ità enim vtero proximior existens proprias facultates ei prõptius impartitur. In quem finem mulieri oblique inijciendum iubet. Aduertenda est verò infusi quantitas, quam ad vndecim hæminas præscripsit pro septem vicibus inseruiens, modus ab Hipp. vsitatus, vt alibi adnotauimus. D

Sectio IV.

Mat. n. 109. *Vers.* 11. *Fœcunditatis experimentum. Caput allij integrum deraſum, &c.*

Ab incepto tramite deuiasse Hipp. non est dicendum, licet hæc duo experimenta fœcunditatis in transcursu adnotauerit, cum enim, quæ horum gratia proponuntur medicamenta; eandem habeant cum præcedentibus, & subsequentibus facultatem, hoc quoque peculiare habere, vlterius nobis significauit, quia an mulier fœcunda sit, nec ne, indicare possunt. Nam simili docendi modo vsus est etiam inferius vers. 28. vbi inter medicamenta ad secundinas vnum interposuit, quod, & fœtum mortuum eijcere potest. Quod autem ad verba ipsius

contex-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 278 sur 636

A contextus attinet, ea non satis fideliter transtulisse mihi videtur Corn. Μώλυζαν enim, σκορόδου ἀπόζεσας προσθεῖδαι ὥρην, vertit, caput allij integrum appone, & videto an per os oleat, quæ hoc modo interpretanda videntur, ad verbum. Allij molyzan mundans opponere maturum μώλυζαν, exponit Gal. lib. de vocibus obsoletis Hipp. allium, quod vnicum habet caput, nec in spicas diuisum est. Vocem verò ὥρην, apposuit, hoc est tempestiuum, & maturum: ad distinctionem illius, quod ante perfectam maturitatem vnicum habeat, nucleum: allia omnia enim antè quam perfectionem habeant, talia sunt, quæ adueniente maturitate in plures nucleos diuiduntur, exceptis quibusdam, qui vnicum nucleum semper retinēt, vult ergò esse maturum, quia antè maturitatem imbecillius esset, & vsui ineptum. Quid verò allio apposito faciendum sit, non dicit Hipp. obseruandum esse, mulieri an allij odor ad nares perueniat in subsequenti experimento adnotabit.

B *Vers. 21. Aut Galbanum & netopon.* Mar. n. 108.

Hoc pessarium, in quo distinctè, & Galbanum, & Netopon ingreditur, sufficiens est ad confutandum opinionem eorū, qui Netopum Galbanum esse credunt. Quemadmodum superior oratio conuincit eos, qui hoc esse amigdalarum oleum existimarunt, supponit enim netopi odorem adeò grauem, validumq. esse, vt vuluæ appositum ad nares peruenire possit, & tamen constat, oleum amigdalinum penitus inodorum esse. Similiter colligimus de vnguentorum genere non fuisse: quando hoc eodem in potionibus vtitur Hipp. inferius. Quarè satius esse existimo, quid sit Netopum ignorare ingenuè fateri, quam temerarijs imaginationibus legentium animos ab vtilibus deuiare. Metopij (si idem est Netopon, & Metopium) mentionem fecit Athenæus lib. 15. cap. 15. inter vnguenta odorata, & ex oleo nucum (hoc est amigdalarum amararum) confici testatur.

C *Vers. 65. Quum secunda à frigore mortificata computruerit, &c.* Mar. n. 108.

Quid à frigore mortificatum appellare, hoc medicamento velit Hipp. non exprimitur in græco contextu. Cordæus fętum id intelligit. Cornarius verò secundinam interprætatur. Vtraque opinio videtur tolerabilis, quisque eam, quæ sibi magis arridet, accipere potest.

Vers. 95. Veratri nigri radices tenues tritas, &c. Mar. n. 110.

Ἐκτόμου, nomine Hipp. significare helleborum nigrum, vt credam, Galeni auctoritas consentiente Erotiano, me cogit potius, quam ratio: tum quia, cum sæpius hellebori nigri mentionem fecerit Hipp. proprio vtens vocabulo, non videtur verisimile inusitato hoc in loco eum nominare, tum maximè, quia si hoc medicamentum ad fœtum expellendum valere, ait Dioscor. non ore assumptum, sed vuluæ appositum præstare testatur. At Hipp. in potu ad eam quantitatem exhibet, quæ corpus vehementer purgare potest, quod præter institutum

D Hipp. fuisse, ex eo apparet, quia illud cum myrrha exhibet, quæ vrinam, & menses ducere, non purgare potest. Quarè tutius esse existimo, hoc medicamentum tanquam incertum dimittere, quam in ancipiti cum periculo eo vti, quando similium non deficit copia.

Vers. 130. Grossos hybernos terito, & aquam affundito, &c. Mar. n. 111.

Decocto grossorum ad vteri vlcera abstergenda vsus est superius Hipp. Nunc verò ad vteros confirmandos, ijsdem vtitur; postquam vlcera pura sunt reddita, hoc enim modo cicatrix introducitur, verum cum plurimum differant abstergentia ab adstringentibus, & cicatricem producentibus; qua ratione vnum, & idem simplex medicamentum ambo hæc præstare possit, inquisitione dignum est. Huius igitur rei diuersitas in eiusdem medicamenti conficiendi modo consistit. Pro decocto enim abstergente conficiendo, grossos integros assumpsit, aquaque feruenti effusa, statim colari iussit: quo virtus eorum abstergens, quæ in tenui

E substantia residet tantummodo aquæ communicetur. Quum verò corroborandi, & cicatrizandi gratia eodem vtitur, primo grossos contundit, deindè aqua frigida affusa per totā diem macerari permittit: vt absque elixatione eorum adstringens facultas aquæ communicetur, idque obseruandum est maximè in ijs medicamentis, quæ cum mollia sint, propriam virtutem simplici maceratione deponunt, cuiusmodi sunt grossi, & cætera fructuum genera, per elixationem enim austeritas dissipatur, quod gustus ipse manifestat. Hocquè præceptum in fluxibus curandis sicuti vtilissimum est, ità à nemine adnotatum, aut obseruatum inuenio.

Vers. 165. Si ex partu sanguinem vomat, huic hepatis fistula sauciata est.

Hæc eadem sententia superius sect. 2. huius libri registrata est, & de Nat. mul. sect. 3. v. 4.

In

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 279 sur 636

In cuius enarratione tria sunt exponenda, & primo, quomodo ex partu, hepatis fistula (vena scilicet aliqua ex maioribus) vulneretur. Secundo, qua ratione sanguis indè euomatur. Tertio, & postremo, qualis esse debeat illius curatio: & quo ad primum, non est à ratione alienum, ex pueri calcitratu, dum in partu exitum properat, hepar percuti, ex cuius percussione vena aliqua contusione diuellatur, vndè sanguis in ea parte copiosius fluens, aliquam alterationem subeat, cuius gratia natura ad eius expulsionem concitetur. Verum, quæ nam est huius excretionis via? quod erat secundum propositorum. Aliquis primo aspectu existimare posset, hepate percusso sanguinem in cauitatem abdominis diffundi, & indè ad intestina penetrare, quemadmodum in hydropicis, aquæ contingere obseruatur, ab intestinis verò sursum ad ventriculum peruenire, & vomitu tandem reijci. Hoc tamen nullo modo fieri potest, primo enim non dixit Hipp. hepar findi, & vulnerari, vt indè sanguis in abdominis cauum diffundi possit. Secundò, dato hoc etiam, eum tamen ad intestinorum cauitatem peruenire est impossibile, sanguinis enim crassities id prohibet, & eò magis, quia à proprio receptaculo egressus statim alteratur, & concrescit in grumos. Verùm licet, & hoc concedatur, vbi ad intestina peruenit, non est verisimile, ad ventrē potius ferri, quā expurgari deiectione. Dicendum est ergò facta in vena hepatis diuulsione iuxtà modum expositum, sanguinem ad partem diuulsionem perpessam concurrere, qui à natura expulsus per venam cauam ad dextrum ventriculum cordis peruenit, indèque per venam arterialem ad pulmones ascendit, qui tussi excitata tandem educitur. Quamuis enim verbo ἐμεῖν vtatur Hipp. quo excretionem à ventriculo per gulam propriè intelligimus. In sanguinis tamen excretione qualibet illud vsurpare solet, quotiescunq. in magna copia educitur; nam & vulgus in idem significatum vsurpare solet, quādo sanguis non per modum sputi egreditur, sed in copia instar eorum, qui euomunt. In hunc significatum eo vsum fuisse Hipp. constat lib. Coac. Prænot. sect. 2. vers. 360. vbi inquit: Qui sanguinem spumosum euomunt, dolore infrà septum transuersum non existente, à pulmone vomunt. In eandem igitur significationem eo vtitur Hipp. in præsenti sententia. Nec longè differt præsens modus (quo ad modum excretionis, & quo ad locum vndè fluit) ab eo, de quo lib. cit. vers. 322. locutus est Hipp. in hunc modum: Qui spumosum sanguinem expuunt, dextro hypocondrio dolentes, ab hepate expuunt. Qui quidem fluxus contigit homini Romæ ligna securi scindenti. Hic enim dum proprio exercitio nimis rigidè incumberet, & in ipso opere dextrum hypocondrium continuò percuteretur, ex assiduis percussionibus, vena aliqua ipsius hepatis diuulsa est, à qua sanguis modo explicato emanauit ad interitum, ab immodica enim copia suffocatus interijt. Pari ratione igitur rationabile est, ex pueri calcitratibus, quos (vt diximus) in exitu edere solent, hepar eodem modo percuti, vt indè sanguinis excretio copiosa contingat, quā verbo euomere significauit. Quarè signa huius mali peculiaria erunt, sanguinis copiosa excretio per os à partu doloroso contingens. Dolor viscerum, & cordis spasmos, siue distractio, dum extensionem violentam patitur à sanguine per ipsum transeunte. Quod verò ad curationem spectat, difficultatem faciunt, quæ lib. de Nat. mul. proponuntur lotiones & repefactoria, quæ propter sanguinis excretionem videntur suspecta. Quandoquidem, vt lib. de Humid. vsu vers. 13. docemur, calidæ vsus, vbi sanguis fluit, aut fluxurus timetur, nullo modo conuenit. Quod incommodum, vt fortè vitaret hoc in loco Hipp. neque Balnei, neque fotus vllam mentionem fecit; veruntamen probabilius est dicere hæc perscripsisse Hipp. etiam si sanguinis fluori non omninò conueniant; vt aliquod aliud maius incommodum euitaret, quia enim dolor in hoc affectu circa viscera, & ad cordis regionem vrget, nisi statim sedetur, repentinæ mortis periculum impendet, sanguine confestim ad partes dolentes confluente, à quo calor innatus suffocetur, aut eodem in sinu cordis coacto via spiritibus intercipiatur. Hipp. igitur hoc periculum vt euitaret, dolorem statim sedari voluit, & fotu, & balneo, quamuis hæc sanguinis fluori minus conueniant. Quod verò ad reliquam curationem spectat nihil mihi dicendum occurrit, cum remedia in textu proposita satis nota sint, & ad internas ruptiones aptissima.

Mar. n. 116. *Vers. 171. Semen hyoscyami chemæ mensura.*

Seminis hyoscyami dosim determinatam apud vllum antiquorum inuenire nondum potui, vt hac mediante quantitas ab Hipp. in hoc loco præscripta determinari posset. Quia etiam si Dioscoridis oboli pondere eam exhiberi velit, hanc tamen non esse eius veram, & perfectam

A quantitatem ex eo cõstat; quia illud cum semine papaueris exhibet, quod hyosciami vires augere plurimum potest. Solus igitur Hipp. hanc determinasse videtur, dum illud ad Chiramidis quantitatem exhiberi iubet. Veruntamen Chiramidis capacitas adeò varia est, vt quidquam certi de hac re colligi non possit. Scio Galenum hanc vocem concham maiorem interpretari. Verum quia maioris conchæ quantitatem drachmis quindecim, minorem verò quinque, diffinuit Auctor lib. de ponderibus & mensuris, maioris conchæ quantitas penitus absurda esset, non modo in hoc medicamento, verum etiam in cæteris, quæ hac voce ab Hipp. commensurantur. Quarè per chiramidem minorem, concham potius acciperem, quam drachmas quinque continere diximus, ità vt vocis æthimologia cauitatem conchæ, non magnitudinem respiciat, χηραμοὶ enim dicuntur (Hesychio teste) loci caui, & vacui, & quoniam in concharum genere aliæ sunt latiores, & expansæ, aliæ cauiores, & in vnum coactæ;

I hinc factum est, vt hac voce chyramidis, non magis concham maiorem, quam minorem intelligere debeamus, dummodo caua sit, non expansa, cauis enim vtebantur antiqui pro mensuris, quibus medicamentorum quantitas vera determinaretur, eo quod latioribus essent ad mensurandum aptiores: & fortasse cauiores non sunt conspicuæ magnitudinis, ità vt per cauiorem concham semper intelligamus minorem. Hacque sola vsum fuisse Hipp. non autem maiori, loca ipsa indicant, in quibus chiramidis fit mentio, exhibet enim Dracunculi magni radicis chiramidis mensuram lib. 3. de Morbis sæpius, & lib. de Nat. Mulieb. sambuci fructum eadem mensura, quam de maiori concha, drachmarum quindecim capace, nemo interpretabitur vnquam. Sed antequam huius mensuræ quantitas determinetur duo sunt præponenda, & primo. Præfatum autorem lib. de Ponderibus & mensuris, dum conchæ minoris quantitatem ad pondus quinque drachmarum reduxit, de mensura liquidorum v.g. aquæ,

C aut olei, aut vini intellexisse, quæ grauia sunt, vndè si eadem concha aridò medicamento, quale est hyosciami semen repleatur & minus mediatè erit huius, quam liquidi medicamenti pondus. Atque hoc pacto chiramis, drachmas duas cum semisse seminis hyosciami continebit. Secundo animaduertendum, in quantitate medicamentorum determinanda morem fuisse Hipp. quoties cunq. pluribus vicibus aliquod medicamentum assumendum est, totam quantitatem illius præscribere, quæ pro totis illis vicibus sufficiat, quod etiam paulò antè vers. 426. præcedentis sectionis adnotauimus, vnde quando hoc in loco ait Hipp. chiramidis mensuram ad triduum bibendam esse, eius tertiam partem pro singula vice assumendam esse intelligimus. Quare cum hæc drachmas duas cum semisse contineat, sequitur dosim Hyosciami secundum hanc computationem ad drachmam ferè ascendere. Quæ quantitas, etsi conchæ maioris capacitate longe tolerabilior sit; neque hæc mihi satisfacit: quis enim seminis

D Hyosciami scrupulos duos, & vltra exhibere audeat? cuius Dioscorides vix obolum dare ausus est. In hancque sententiam adducor non solum ob quantitatem absurdam nimis in Hyosciamo. Sed in fructu, seu semine sambuci etiam, quod ad eandem chiramidis mensuram exhibet lib. de Natura Mulebri vers. 289. puerperæ, cui vterus in coxam allapsus sit, exhibet autem cum granis quinque peoniæ, & castorei magnitudinem fabæ. Quod si chiramis drachmas duas cum dimidio contineret, ab eius potu aluus immodicè subduceretur, quod Hipp. intentioni penitus aduersatur. Quarè si meam sententiam in hoc afferre licet, huius medicamenti summam dosim esse existimo ad duos obolos, qui tertiam drachmæ partem constituunt, ità vt Chiramidis mensura apud Hipp. drachmam vnam aridi medicamenti contineat; quæ quidem quantitas ex ipsiusmet Hipp. doctrina confirmari potest. Suprà enim hoc eodem libro vers. 164. sect. 2. Peoniæ radicem ad quantitatem semichiramidis exhibet, cuius dosim Dioscorides, & post eum Galenus ad magnitudinem amigdalæ præscripserunt. At certum est, radicis peoniæ magnitudinem amigdalę si quis ponderabit, semidrachmæ pondus non excedere inueniet. Quarè si amigdalæ quantitas semichiramidem implet, sequitur, chiramidis mensuram drachmam vnam non excedere. Indèq. colligimus, dosim seminis Hyosciami summam duos obolos vix attingere. Hoc autem in loco maiorem quantitatem respexisse Hipp. non minimam, aut mediocrem ex eo constat, quia post medicamenti potum nos admonet, si mentis alienatio sequatur, statim ei occurrendum esse lactis asinini potu, aut caprillo, aut alio medicamento eorum, quæ à Dioscor. proponuntur lib. 6. de medica materia, ad eos, qui huiusmodi medicamenta hauserunt.

E

Vers.

Mar.n.116. *Vers. 172. Deinde pharmacum, à quo pituita purgetur.*

Medicamentum hoc exhibet Hipp. in gratiam claudicationis; non vt noxas à Hyosciamo inductas tollat. Nam præter quam quod hæ facillimè tolluntur: vt Dioscorides adnotauit; frustràque magnum hoc remedium adhiberetur. Si hæc insania est, quam medicamentum induxit, cui lactis potu occurrimus, quid est, cur ad humorum purgationem deueniamus, quæ totum oppositum facit ab eo, quod imperat Dioscorides, qui exhibitis huius veneni antidotis, ægrotantes iubet quiescere, quemadmodum eos, qui vinum biberunt. Purgationem igitur propter claudicationem instituit, quæ ab vtero dependet: in cuius morborum curatione phlegmagogo medicamento vti consueuit Hipp. Quoniam verò prius fluxionem, & dolorem sedat Hyosciamo, antèquam ad purgationem deueniat, colligimus sententiam illam, quam Galenus protulit: & tam religiosè seruare profitentur posteriores, antè omnia corpus purgandum, aut alio quouis modo euacuandum, antèquam anodyna administrentur, non esse ex Præceptoris mente; cuius contrarium ipsum imperare, & operari videmus, vt 4. acutorum vers. 396. demonstrabitur. Nosque eius vestigia insequentes in curatione eorum morborum, in quibus, aut dolores vigent, aut humorum importunus motus, aut eorum acris qualitas viget, symptomatibus statim occurrimus prius, quam ad purgationem deueniamus, idque si vrgeat dolor per aliquod medicamentum, quod opium recipiat v. g. Theriacam; aut pillulas de cynogloisso, aut requiem Nicolai, aut philonium, pro vt res exigit, & Deum testor, hunc curationis modum mihi successisse fœliciter, nec quidquam incommodi semel quidem ægrotanti contigisse noui.

Mar.n.119. *Vers. 230. Aut scyllæ radicem.*

Mar.n.107. Huius Medicamenti vsum docuit nos Auctor lib. de Natura Mul. sec. 3. vers. 285. ità distinctè, vt simplex lectio contextus omnibus satisfacere possit.

Mar.n.119. *Vers. 353. Purgatorium molle aquam ducit & pelliculas.*

Hoc idem medicamentum descriptum legimus lib. de Nat. Mul. sect. 3. vers. 289. Cuius facultates describens auctor ait. Aliud purgatorium molle, quod aquam, & pituitam ducit, & pallidos, ac subcruentos menses detrahit, nisi diuturni fuerint, & os emollit, ex quibus docemur, quid per pelliculas hoc in loco intelligere debeamus, sunt enim pelliculæ, crassioris pituitæ partes, quæ, concrescente sanguine, in pellicularum speciem coguntur, & ideò loco citato dixit, pituitam ducit, hoc autem, pelliculas. Nam eosdem, pituitosos menses indicare, nos docuit superius vers. 245. præcedentis sectionis: vbi inquit. Si mulier male habuerit, & pituitosi menses prodierint, cognosci autem possunt, si pituitosi prodeant, pelliculosi enim apparent, & velut aranearum casses distenduntur, & sub albidi sunt, ex quibus constat, quam longè à scopo aberrauerit Cordæus, dum per pellicúlas hoc in loco secundinas accepit.

Mar.n.122. *Vers. 280. Cantharidas quinque.*

Hanc potionem sæpius repetit Hipp. eius vires eximias (vt credere est) non semel expertus, quamuis recentiores cantharidarum vsum adeò formident, vt non solum ijs vti recusent, sed summum Præceptorem eas propinantem, tanquam homicidam vlterius redarguere non erubescant. Quorum impudentiam dissimulare non poterimus in expositione lib. Acutorum. Verum, quia in eius descriptione quædam reperitur varietas, rationi magis consentaneam eligere, operæ pretium est. Eam igitur, quæ libro de Natura Mulieb. sect. 2. à principio præ oculis habentes, præsentem locum hoc pacto legendum esse existimo. Cantharidas quinque demptis alis, & capite: deinde tribulum marinum radicibus, & foliis contritis, quod exterius tenerum est in massam redactum, cum semine apij equali mensura contunde, & oua sepiæ quindecim in vino dulci diluto, & in aquam desideat, & melicratum aquosum bibat, & vinum dulce; & contriti medicamenti quantum est Aegineum stater in vino dulci bibat. Postquam autem dolor obortus fuerit, albi ciceris, & passularum ex aqua decoctum, & refrigeratum bibendum dato. His enim hoc modo dispositis, communis præsentis loci scriptura tolerabilis redditur. Quamuis lectio libri de Nat. Mul. longè clarior sit. Quam secutus Cornarius à vera lectione præsentis loci recessit plurimum. Nam verba illa κόψας σὺν ῥίζῃσι καὶ τρίψας χολλιεῖ, quæ Cordæus, abscissis radicibus, & folijs interpretatur cum radicibus, & folijs, & l. citato reposuit. Quemadmodum etiam vocem ἀνθέμου, & illa verba

Barpaxia

Βατραχιτῶν φύλλων, &c. necnon illa ὅσον κογχίδιον, quæ in præsenti compositione desiderantur, eiusdem loci auctoritate adiecit. Quatenus verò antè potionem medicamenti in aquam desidere, & melicratum bibere mulierem iubet. Non sine ratione factum est, quia si hæc, vt in præcitato loco testatur Hipp. dolorem ex medicamento inductum sedare possunt; eadem præcedentia illum fortasse prohibere poterunt, quod si forte non succedat; ciceris, & passularum decocto frigido ei occurrendum erit; ex quibus docemur, quando necessitas vrget, in leuioribus persistendum non esse: sed ea tentanda, quæ morbi vehementiam retundere possint: etiamsi aliquid incommodi contingere ægrotanti timeamus, dummodo illi occurrere, nos posse speremus.

Vers. 323. Si vlcera fuerint. Mar. n. 126.

Quo sermonis continuationem tueamur, non est necesse (vt Cordæus existimauit) asserere hoc in loco curationem institui eorum vlcerum, quæ ab appositione stercoris anserini, aut vulpini excitata fuerint. Quia etiamsi concederetur stercora, hæc erodenti qualitate esse prædita; omnis tamen vlcerandi vis, rosacei admixtione corrigitur, quandoquidem nullum est medicamentum adeò vrens, neque etiam ipsum causticum, quod olei admixtione non retundatur adeò, vt omnem exulcerandi facultatem deponat, idque experientia in dies manifestat, imò ex sola vnctione olei cuti applicita vlceratio à superappositio causticò prohibetur vt Paulus Aegineta adnotauit. Præterea non est rationabile Hipp. voluisse, medicamento acerrimo illito pudendum exulcerari, antequam cum viro commisceatur, quod in congressu fricatione sollicitandum erat. Dicendum est ergò (vt continuatio sermonis habeatur) Hipp. primum vniuersali methodo quarundam veteri affectionum curationem tradidisse, indè verò particularia magis singularum remedia seorsim descripsisse, vt promptius idonea ab omnibus inueniri possent; quando eorum occurrit necessitas in praxi. Quem quidem docendi modum non in hoc lib. tantum, sed etiam in sequenti: & in lib. de Nat. Mul. obseruatum legimus. Cum igitur in precedentibus inter veteri affectiones pudendorum vlcerum curatiuam methodum tradiderit: nunc conueniens erat, medicamenta apponere, que illorū curationi inseruiūt.

Vers. 337. Carnem bubulam longitudine duorum palmorum paruorum, &c. Mar. n. 127.

Admirabilis vbique se manifestat Hipp. maxime autem in curatione vlcerum, quæ muliebri pudendo innascuntur, inuentione pessarij ex carne bubula, quæ non exiccanti modo facultate vlcerum curationi confert, & eorum potissimum, quæ exiccatione absque mordicatione egent. Verùm etiam, quia mediante carnis crassitudine collum vteri distentum continuò conseruatur, quod iuxtà naturalem dispositionem in varias plicas contractum est, ex quo duo commoda eueniunt, alterum, quia medicamentum vlceribus singulis continuo equaliter adhæret, alterum verò, quia sanies in plicis illis non retinetur, quæ vlcus sordidum reddere, & curationi ineptum posset.

Vers. 380. Ranunculum, & Elaterij parum in aceto macerato. Mar. n. 128.

Hoc medicamentum ore assumptum plurimis suspectum haberi poterit, propter Ranunculum, cui facultatē vlcerandi non leuem tribuit Dioscorides. Verùm non est, vt quis existimet, Hipp. suspectū medicamentū tradidisse posteritati, quamuis enim Ranūculus admotū exterius exulceret, id tamen interius assumptum efficere, non est necesse. Nam & allium appositum exulcerat, vt experientia demonstrat, & idem Dioscor. testatur, quod tamen estur cōmuniter. Quarè Hipp. medicamentum penitus innoxium existimo, si modò iuxtà rationem ab eo præscriptam paretur, aceto maceratum. Acetum enim medicamentis plurimum ācrimoniæ tollit, vndè sinapi aceto prēmacerato vtimur pro intincto, quod sine aceto tollerari nō potest, sed & cibaria acria, vt cæpæ, allia, raphanus, & alia id genus aceto infusa acrimoniæ plurimū deponere percipiuntur. Verùm ad quid exempla querito? Non nè ranunculo ipso pro acetarijs hyeme frigidarum regionum incolæ herbarum defectu vtuntur communiter? Acetum igitur præ alijs huius medicamenti vsum tutum reddere existimo. Quod notare vellem eos, qui vesicatoria appellata ex cantharidibus, & fermento aceto parant. Vndè non est mirum, si sæpè intentum finem non habeant, aceto nempe cantharidarum acrimoniam remittente, quod vt euitarem loco aceti lixiuio acerrimo vsus sum: Quousq. perexcellens. D. Franciscus Reguardatus Medicus Romanus non vulgaris hæc cum simplici cerato ex cera & terebentina puluere cantharidarum appositō parare me docuit.

De

De Morbis Mulierum lib. II.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Hunc librum nullus adhuc (quod sciam) attigit. Quamuis & dignitate, & obscuritate præcedenti nullo modo sit inferior. Quapropter, vt vniuersali Medicorum commodo consulatur, pluribus, & longioribus expositionibus haberet opus, quod onus alicui alij relinquentes, quæ obscuriora nobis apparebunt, tantummodo de more attingemus. In hoc igitur lib. Hipp. vterini fluoris materiam potissimum tractat. Et primo loco de fluxu agit, per quem sanguis immodicè excernitur. Fluxumq. rubrum vocat, ad differentiam albi, & fului, de quibus agit posterius. Rubri fluoris igitur triplicem differentiam constituit. Nam aliquando vitio ipsius vteri contingit, aliquando vniuerso corpore, aut aliqua eius particula sanguinem ad vterum trãsmittente; Qui fluxus sicuti plurimum interse differunt curatione, ità de illis distinctis capitibus tractandum erat. Primo igitur loco de eo fluxu agit, per quem nullo existente in vtero affectu sanguis ad ipsum immodicè fluit, quod quidem palam faciunt causæ in textu appositæ. Hunc enim fluxum fieri ait à febre, sanguinem in venoso genere corrumpente, quia etiam si ex partu, aut ex abortu hunc fluxum ortum aliquando habere Hipp. testatur, non ob id sequitur, vtero laborante necessariò euenire. Nam sæpe propter labores partus, aut abortus violentiam, nulla ex re præsente læso vtero, sanguis conturbatur in corpore, vndè ad vterum impetu fluens, cum à natura moderari non possit, copiosius fluit, quam par sit, & longiori tempore perseuerat. Hoc etiam attestantur accidentia hunc fluxum concomitantia, quæ non ipsius vteri malè affecti symptomata existunt, sed aliarum corporis partium, quæ ab immodico læduntur fluxu, quatenus scilicet proprio nutrimento orbatæ, alienis succis replentur, à quibus varijs læduntur modis. Idem pariter confirmatur ex curandi ratione, quàm adhibet Hipp. Nam reuulsionibus vtitur per ligaturas, & per cucurbitulas mammis affixas. Diætamq. præscribit incrassantem, vt sanguis crassior effectus non adeò impetuosè confluat ad vterum, quorum nullius in altero fluxus genere fit mentio. Imò curationem penitus contrariam describit, quando vterus ipse est affectus. Quo quidem casu, quia sanguis fluens aliquando crassior est, aliquando tenuior: ex cuius diuersitate diuersa etiam instituenda curatio erat, ideò de ambobus distinctè tractans, duo capita construxit. In primoque agit de eo fluxu, qui à crassiori sanguine dependet, quæ est secunda in ordine rubri fluoris differentia, indè verò tertio loco de eo tractat, qui à sanguine tenuiori ortum habet, cuius signa distinctiua à præcedenti sunt, sanguinis color rubicundus & splendens, doloris modus à præcedenti differens, & cætera, quæ in ipso contextu sunt appositа, vt taceam curationem penitus differentem, quæ cunctis patet. Tali igitur methodo, & diuisione, muliebres fluxus rubros ab eo vocatos, tribus distinctis capitibus pertractauit Hipp. quod breuiter tetigisse volui propter eos, qui facilè Auctorem notare solent, ex his enim manifestatur Hipp. non modo eadem non repetere, sed rem adeò perfectè, & distinctè tradidisse, vt posteriorum negligentia in hac materia pertractanda manifestetur. Præterquam quod hæc ad ea, quæ non ità apertè sunt tradita ab Auctore, percipienda plurimum conducere poterunt, etiam si quæ occurrent difficilia, solito more explicare non grauabimur.

Vers. 9. Et febris bilis meracæ, & pruriginosæ.

Mar. n. 1. Sanguine immodicè vndèquaquè excreto, febres plerunque superuenire, indicat euentus, cui etiam suffragatur ratio, tum quia vena aperta, sanguis primum rubentissimus exit, deindè qui pituitosior est, ac biliosior, vt libro de Natura Hum. ex Hipp. adnotauimus, ex quo euenit, vt sanguis exhaustus, subbiliosus reddatur, eodem test. lib. 2. Morb. Mul. vers. 253. à quo facillimè excitatur feb. tum quia venæ sanguine inanitæ varijs, tum humoribus, tum ichoribus per carnes disseminatis replentur, ex quibus plurima ægrotanti incommoda euenire necesse est, eaque interse diuersa, pro humoris prædominantis natura, & conditione. Horum enim humorum, cum alij calidi sint, alij frigidi, si hi in corpore abundauerint, sanguine educto morbi frigidi succedunt, si calidi abundauerint (quod sæpius contingit propter bilem,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 284 sur 636

A bilem, quæ sanguine excreto effrena redditur) calidi quoque exoriuntur morbi, & potissimum febres, & quia calidorum humorum duplex est species, bilis inquam, & pituita salsa, pro horum dominio, febrium quoque diuersæ species producuntur. In quibus enim corporibus bilis abundat, ex sanguinis fluxu oritur, quam αχρητοχολοι, vocat Hipp. quæ scilicet à sinceriss. bile (vt ipse loquitur lib. de Nat. Hum.) & cæteris humoribus quam minimum permixta, ortum ducit. Si verò humor in corpore abundans pituita salsa fuerit, hæc sanguine educto sincerior, & acrior facta accenditur, & febres excitat pruriginosas, hoc est ægrotantibus pruritum inferentes, salsedinis enim proprium est pruritum excitare, vt omnibus est notum. Si verò neutrum horum prædictorum humorum calidorum in corpore abundauerit, à sanguinis fluore etiam immodico nulla febris excitatur: eo quod nec pituita simplex, nec melancolicus humor, cum frigida sint natura, febrem absque bilis concursu excitare sunt apta: Quemadmodum in expositione loci citati de Nat. Hum. vers. 272. cum Hipp. demonstrauimus.

B Verum quidem est, quotiescunq. sanguis in corpore existens tenuis est, & rubræ bili affinis sanguine immodice excreto, qui remanet adeò attenuari, vt tandem transmutetur in bilem: & ideò temporis progressu febres quidem accenduntur, lenes tamen, propter serositatem ipsi admixtam, quia venæ ex sanguinis fluxu inanitæ replentur statim, indèque morbus in cachexiam, & tandem in hydropem desinit, vt experientia quotidiana demonstrat. Hæc autem antè oculos sibi ipsis proponere vellem medicos in sanguine mittendo adeò faciles, quod alibi etiam adnotatum est, quia si sanguine immodicè excreto, vndè corpus omninò refrigerandum fore videretur, febres nihilominus excitantur, & plerumque vrentes propter bilem, quæ commouetur, incalescitq. vehementius: quanto magis ex missione sanguinis, timenda est caloris augumentatio in febribus, in quibus bilis cæteris humoribus præualet, &

C iam actualiter accensa totum corpus calefacit? Et indè fit manifestum, axioma illud à medicis istis philæmaticis vbiquè decantatum, per venæ sectionem totum corpus refrigerari, non esse simpliciter verum, sed tunc solum, quando calor à sanguine prouenit, nequaquam verò quando à cacochimia, imò apparet manifestè, corpus à bilis copia excalefactum, misso sanguine calidius reddi: quatenus bilis sanguinis fræno priuata, ferocior, & calidior redditur. Quæ omnia attendens summus præceptor, sanguinis missionem in febribus putridis (quia à bile omnes originem habere cognouit) adeò timuit, vt non modo pro earum curatione de venæ sectione nunquam mentionem fecisse inuenias (nisi præsente inflammatione) sed sæpè propter febrem à venæ sectione abstinendum censuit, alioqui necessaria: vt sect. 3. Coacar. Prænot. adnotauimus vers. 79.

Vers. 10. *Et eadem die sæpè rigent, & rursus exudant.* Mar. n. 1.

D Hæc duo symptomata, rigor, & sudor in his febribus frequentius eueniunt propter serositates, quibus venæ scatent, idque euenit, quia venæ inanitæ, à propinquis partibus humiditates trahunt, vndè sanguis statim serosior fit. Non enim explicari potest, quam citò sanguis serosus fiat, postquam eius pars extracta est. Idque semel expertus, admiratus sum vehementer, & vnà mecum nonnulli medici Vrbis insignes, qui curationi interfuerunt eiusdem Reuerendi Patris Ordinis S. Francisci. Hic enim cum sanguinis maximam quantitatem per sedem excreuisset, secta in gratiam reuulsionis cubiti vena, simplex serositas absque cruore emanauit, & nihilominus patiens sanus erat antè, & optimo temperamento præditus. Quæ quidem obseruatio mihi indicauit causam, cur in ipsamet sanguinis extractione per phlebotomiam sanguis ferè semper (dummodo non adsit aliqua interna inflammatio) ex nigro rubicundior euadat, & ex crasso tenuior, id enim euenit, quia serosior redditur ob causam superius assignatam. Sanguis verò quò serosior est, eò rubicundior, & tenuior apparet.

E *Vers.* 11. *Et aliquando à supernis locis conuulsiones fiunt.* Mar. n. 1.

A qua parte conuulsio originem habeat, indicabit dolor conuulsionem præcedens. Nam quibus dolores acuti fiunt in tendonibus, his conuulsiones, si superueniant, à superioribus partibus oriri dicentur, quibus verò ad lumbos, aut ad suras, coxasuè, his ab inferioribus conuulsio nascetur. Ratio autem conuulsionis a parte aliqua incipientis eadem ferè est, quæ epilepsiæ ab aliqua corporis parte nascentis, de qua mentionem fecit Hipp. lib. 2. Prædict. vers. 217. à parte enim affecta (vt Pelops Galeni præceptor dicebat) aura quædam, siuè vapor malignus, aut acris excitatur, qui neruorum exortum irritando, cõuulsionis motum facit. Mar. n. 16.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 285 sur 636

©BIUM

Mar.n.1. *Vers.* 14. *Et ad suras semper cum femore distenduntur.*

Καὶ ἐς τὰς γαστροκνημίας ἀεὶ τῷ μηρῷ ξυντείνεται, Legitur in græco contextu, hoc est, & ad suras vsquè, femore semper contrahuntur, musculis nempe ex immodico fluxu in seipsos propter inanitionem contractis, ijs inquam, quibus crus flectendi onus datum est. Ad musculorum enim affectiones referenda est, non modo membrorum contractio, verum etiam symptomata omnia, quæ ad motum ipsum immediatè spectant. Quandoquidem, nec nerui, nec tendones proxima sunt motricis facultatis instrumenta, nec adeò hæc abbreuiari possunt, vt ad tantam distantiam membrorum contractio fiat. In eandem causam referri possunt tetanicæ affectiones, de quibus subsequenter tractatur. Veruntamen, quia hic est morbus acutus, dicerem libentius, has euenire, quia sanguine immodicè excreto, cæteri humores calidi, quorū frenum sanguis erat, acriores effecti neruosas partes, & potissimum neruorū exortum inuadentes, irritant, ac mordent. Vndè spiritus animales illùc impetu confluentes, vt noxiū expellant, proprium munus exercent, quod quidem est, musculos contrahendo membris motum præstare, qui quidem musculi, quia omnes simul contrahuntur, ideò tetanicæ affectiones oriuntur, in hoc enim essentiam conuulsionis consistere à nobis demonstratum est alibi, dum conuulsionis naturam, & generationem præter Galeni mentem iuxtà Hipp. placita explicare conabamur. Adnotatione dignum est Hipp. hoc in loco tetani nomen vsurpare loco generis, quatenus comprehendit sub se, & epistotonos, & opistotonos, vtriusque enim ideam descripsit in textu. Epistotonos quidem, dum clauiculas iuxtà iugulum ad maxillas trahi dicit. Opistotonos verò, dum retrò contrahi ait, à tendonibus iuxtà spinam ad lumbos. Quarè si quæ hoc in loco de tetanicis affectionibus referuntur, & quæ ad finem libri de Inter. Affect. de eadem materia scripta sunt, conferas cum illis, quæ Galenus libro de frigore, tremore, &c. scripsit, an cum præceptore consenserit in harum affectionum distinctione, patebit.

Mar.n.2. *Vers.* 29. *Manè quidem dandum est pharmacum ad fluxiones ex his, quæ ego describam, &c.*

Pharmacum ad fluxiones intelligit, quod menses sistere possit, quorum descriptiones plurimas ad finem adnotabit. Quia verò inquit manè dandum esse, non possumus intelligere, velle Hipp. ter in die exhiberi, si multus discesserit. An sufficiet ter, aut quater singulo manè medicamentum adstringens dare? eo quod fortioribus, & potentioribus vtebantur antiqui, quam nos faciamus, res est consideratione digna.

Mar.n.2. *Vers.* 32. *Et manus ipsis deligato, ità vt lana sordida ipsa circundes, &c.*

In his verbis, quæ ex Græco contextu diuerso modo ab interpretibus sunt translata, iuxtà Cornarii versionem, summum præceptoris artificium apparet. Iubet enim ligaturis reuulsionis gratia inductis, lanam sucidam substerni, vt vinculum arctè quidem adstringat, verum dolor ex constrictione caueatur. Ligaturis enim duplici intentione vtimur: primò, vt medicamenti dolore, quem inducunt, vel facultas sopita excitetur, vel reuulsio ab affecta parte ad alligatam partem fiat: quo casu ligaturas dolorosas esse expedit. Aliquando verò ijsdem vtimur ad sanguinis fluxum compescendum, & tunc procurandum est, vt vinculum adstrictum sit, ità enim sanguinis fluxus sistitur: veruntamen dolor quantum fieri potest cauendus est, à quo ægrotantes à sanguinis fluxu debilitati nimis lædi possent, in hunc igitur finem lanam mollem vinculis substernit Hipp. Artificium adeò vtile, & à nemine (quod sciam) hucusque, aut vsurpatum, aut adnotatum.

Mar.n.2. *Vers.* 36. *Sanguinem verò nè detrahito.*

Vt sanguinem ad vterum immodicè fluentem reuellat, cucurbitulas ad vtramquè mammam apponi iubet, ità vt modo in dextra parte: modo in sinistra vicissim apponantur, desistendum tamen ab huiusmodi applicatione iubet, quando difficultas spirandi superuenit. Hæc enim materiam sursum attrahi in tanta copia significat: vt indè aliquod incommodum partibus timeatur. Admonet verò, sanguinem non esse detrahendum, quod communiter fieri ab applicatione cucurbitularum solet, scarificata cute, quæ cucurbitulæ circulo comprehenditur. Id autem prohibet Hipp. impium ratus, corpus ab immodico fluxu exhaustū, noua sanguinis euacuatione vlterius affligere. An ergò errant medici, qui Galenum secuti in quolibet sanguinis fluxu sanguinem, vena in opposita, aut longissima parte secta, reuulsionis gratia mittunt? Definire nolo. Dicam tamen, sanguine immodicè, symptomatis loco fluente,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 286 sur 636

©BIUM

A ſanguinem vlterius mittere præter Hipp. inſtitutum eſſe, & ſi per huiuſmodi euacuationem ægrotantes non inſigniter lædi conſpiciantur, quia ſanguinem in pauca quantitate extrahimus, parum tamen, aut nihil vtilitatis indè eos perſentire exiſtimo. Quid enim ad reuellendũ ſanguinem ad aliquam partem irruentem facere credimus ſanguinis miſſionem ad duas, aut tres vncias? quæ euacuatio nedum motum in ſanguine facit? & ſi huius præſidij vires ex euentu perpendere voluerimus, quis ab hac ſola euacuatione fluxionem aliquando curatam vidit? nullus certè, niſi fortuito caſu contingerit. Quia igitur largam ſanguinis miſſionem, quæ reuulſionem fortaſsè facere poſſet, virtus à fluxu debilitata non tollerat, & exigua nihil commodi afferre poteſt, ideò ſatius eſſe exiſtimauit Hipp. à ſanguinis detractione penitus deſiſtere, & ad alia remedia confugere. Et ſi lib. de ſterilibus verſ. 432. venam ſecari iubet mulieri, quæ non concipit quando os vteri hiat, & ex conſequenti menſtrua copioſiora fluunt, eſt tamen caſus ab hoc longe diuerſus: quia menſes non adeò copioſi fluunt, vt fluxus dici poſſit, nec ab eo patiens ità debilitatur, quin moderatam ſanguinis euacuationem admittere poſſit, quam non in gratiam fluxus menſtrualis adminiſtrari iubet, ſed pro ſterilitatis curatione. Nec pariter reuulſiua hæc euacuatio ex eo probatur, quia Hipp. & lib. de Humor. & primo de Morbis verſ. 223. cruenta ſpuentibus venã ſecat, quia eius intentio non eſt reuulſionem facere ſanguinis fluentis, ſed auferendi plenitudinem, quæ venæ ruptæ vnionem prohibere poteſt, & auertendi imminentem vlceris inflammationem, cuius rei illud eſt euidens argumentum, quia non minus venam ſecat in ſputo ſanguinis; dum vena aliqua auulſionem perpeſſa modicum, & ſubnigrum ſanguinem fundit, quam vbi rupta ſanguis confeſtim, & in magna copia exit, vniuerſalem enim curationem inſtituens inquit: Conducit autem talibus, ſi à principio curandos ſuſcipias, vt & venæ de manibus ſanguinem emittant. Sed B C etiam apertius propriam intentionem manifeſtat, dum immediatè ſubiungit: Et diæta à qua ſiccisſimus, & exãguiſſimus fiat, quę palam faciunt, non reuulſionis gratia, vt fluentis ſanguinis curſũ tollat, venam ſecare. Hæc dixiſſe volui, non vt medicos ab hac vulgata praxis remoueam. Sed vt demonſtrarem Hipp. curandi rationem eſſe rationabilem, indicaremque temerarium eſſe, quò Hipp. ad communem praxim traducatur, dempta negatione, quæ in omnibus græcis exemplaribus reperitur, affirmatiuam facere enuntiationem. Hanc enim opinionem penitus euertit particula δὲ, quæ apponitur in textu, dum inquit Hipp. Verum ſubditicijs vtere, quæ ego deſcribam. Hæc enim particula aduerſatiua enuntiationem præcedenti contrariam infert, vndè ſi præcedentia affirmatiuè legere volumus, hoc pacto, ſanguinem verò detrahito, particula δὲ impropriè ſubſequitur, quandoquidem copula potiùs apponenda erat, hunc in modum. Sanguinem verò detrahito, & ſubditicijs vtere, quæ ego D deſcribam.

Verſ. 37. Et ſiquidem ex fluxionibus mulier euaſerit, &c. Mar. n. 3.

Sanguine pluſquam par ſit excreto, plerunque chachexia ſuccedit, iiſque potiſſimum, quæ pituitoſæ ſunt temperamento. Talibus ergò, qua methodo occurrendum ſit, docet nunc Hipp. adeò aperta oratione, vt ſimplex lectio vnicuique ſatisfacere poſſit. Illud tamen difficultatem facit, quia diætam probat, & reliquam curationem conuenientem ijs, quæ non concipiunt. Non enim conſtat ſatis, de qua re intelligendus veniat Hipp. Certum tamen eſt, eam curationem inſinuare, quæ lectori nota eſſe poſſit ex ijs, quæ auctor tradiderit alias: quod ſi verum eſt, nullam aliam intelligere potuit, quam eam, de qua præcedenti libro actum eſt, vbi de tollenda ſterilitate ſermo habitus eſt, de illis tractans, quæ ob menſes pituitoſos, & pelliculoſos non concipiunt. His quippè diætam, & reliquam curationem præſcripſit, E quæ huic caſui ſatis accommodatur. Hæc igitur ex libro citato verſ. 306. ſunt recipienda. Mar. n. 25.

Verſ. 57. Si fluxus in vteris obortus fuerit, &c. Mar. n. 5.

Hæc eſt ſecunda rubri fluoris differentia, quæ iuxtà diuiſionem à principio à nobis allatam ab vtero malè affecto dependet: quod manifeſtant verba illa, in vteris obortus. Vndè mirum non eſt, ſi dolor eas occupet partes, quæ ad ipſum vterum ſpectant, duruſque ſit imus venter ad contactum, & doloroſus, & quamuis aliqua ex parte, ratione præcedentis cauſæ cum priori conueniat, quia vterque ex abortu contingere ſolet; ſymptomata tamen pro maiori parte ſunt diuerſa, curationem longè diſſimilem adhibet Hippocrates, vt vnicuique pateat.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 287 sur 636

©BIUM

Mar. n. 6. *Vers. 73. Ruber fluxus fluit talis, qualis sanguis victimæ, &c.* A

Differt præsens à superiori, sanguinis excreti conditione tantum, vt etiam adnotatum est, à principio. In eo enim aliquanto crassior erat, quod & grumi compacti, & venarum durities indicabant. In hoc verò tenuis est, vt floridus eius color attestatur, & grumi pellucentes. In loco tamen affecto conueniunt, qui in vtroque est ipse vterus ex partu læsus. In horum autem curatione adnotanda est differentia. In hoc quippè fluxu, quia materia tenuior est, & acrior; non adeò adstringentibus vtitur, quemadmodum in præcedenti, idque nè materia ab eorum vsu exiccata acrior euadat, & retenta, aut lentè fluens aliquod grauius malum inferat; quarè incrassantibus, & refrigerantibus potius vtitur, quam adstrigentibus, ijsq. diuretica permiscet, vt his mediantibus sanguinis pars serosior ad vrinas diuertatur, quod verò relinquitur ab incrassantibus crassefactum, & contemperatum facilius retineatur, & quia diuretica medicamenta attenuandi facultate pollent, quæ curatiuæ intentioni aduersatur, ideò incrassantium permixtione ea corrigit. Interim verò peculiaria adhibet remedia, quæ humorum acrimoniam retundant; & lac tandém exhibet, quod & lenire, & incrassare, refrigerare, fluxumque compescere potest. Nam bubulum eligit, quod cæteris crassius existit. Notat autem, modo crudum, modo coctum esse dandum, prout magis opportunum esse videbitur, nam quantum lac coctum fluxioni sedandæ præstat, tantum crudum humorum acrimoniam corrigere potest. B

Mar. n. 7. *Vers. 103. Quum mulieri sanguis ab articulis fluxerit, &c.*

Maximus est vteri consensus cum toto corpore, potissimum verò cum articulis, quod eorum dolor attestatur, qui plurimas vteri affectiones concomitari obseruatur, & maximè spinæ, lumborum, & coxendicum. Vndè mirum non est, si pituita in huiusmodi articulis, ex labore, aut ex laboribus in partu colliquata, vnà cum sanguine ad vterum transmittatur, indequè affectio oriatur rubro fluxui adeò similis, vt Medicos etiam perito decipiat. Hanc autem non esse fluxum monet Hipp. differentiamq. colligit ex loco affecto, & ex materia ipsa, quæ in præsenti affectu est sanguis pituitæ permixtus; & in rubro fluxu sanguis purus, qui à venis cauis: hoc est à venis maioribus à vena caua deriuantibus decessit. In hoc autem à prædictis articulis procedit. In huiusmodi fluxum, si incidat Medicorum aliquis, qui Hipp. doctrinæ sit ignarus, putas nè illum pro fluxu rubro eum curaturum fore? Absque dubio. Quamuis huic longe diuersa, imò contraria debeatur curatio, pro vt vnicuique curationem, quam adhibet Hipp. consideranti, patebit manifestè. Ipsè enim in hoc affectu incidentibus, attenuantibus, & aperientibus vtitur, quorum contrarijs, incrassantibus, sistentibus, adstringentibusq. in rubri fluxus curatione vsum fuisse, in præcedentibus constat. C

Mar. n. 8. *Vers. 116. Fluxus fuluus fluit velut ex ouo vitioso, &c.* D

Absoluta rubri fluxus doctrina, omnibusquè illius differentijs explicatis, modò ad reliqua fluxionum genera explicanda se conuertit, quæ omnia nomine fului, & albi fluxus describuntur, eorum verò differentias distinguit similitudine eorum, quæ nobis maximè sunt cognita. Primò igitur loco de eo fluxu agit, qui similis est ouo οὐδέχθεος, idest deformi, fit autem deforme ouum, quandò corrumpitur, ità vt, & luteum, & albumen inuicem confundantur, ex quorum permixtione fuluus quidam color oritur, ex albo, & fuluo permixtus, quiquidem bilem vitellinam indicat, pituitæ, & bilis admixtione genitam, quæque corruptionis cuiusdam sit particeps: cuius gratia partes in transitu inflammare, & putrefacere apta est. Febremque, dolores, & horrores frequentes inducere. Morbo autem vlterius progresso, putrefactio maior fit. Vndè & rigores, & febres fortes fiunt, humorquè veluti succus ex carnibus assatis defluens per pudendum excernitur, qui saniem ex putredine emanantem, cum humore præfato à calore exassato, & magis putrido admixto attestatur. Ad quem statum cum morbus peruenerit, iam salutis exigua spes adest. Hæc est igitur huiusmodi fluxus idea, in cuius curatione adnotare est summum præceptoris artificium. Primò enim sursum veratro purgat, deindè deorsum, vt totum corpus à cachochimia, in hoc casu vigente, expurgetur. Ad hæc diætam constituit, humectantem, & attemperantem, quæ humores calidos, & acres, mites, & benignos reddat, id enim significauit dictione græca λιπαρὰ, quamuis λεπτὰ, legisse videatur Interpres, & ideò transtulit tenues. Indè verò medicamenta adstringentia exhibet, quæ fluxum E

ipsum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 288 sur 636

ipſum comprimant, diætamque in contrarium permutat, quod inſinuauit per illa verba. Poſt pharmacum verò alia diæta curato. Et ſi ab his morbus non cedat, ad priorem diætam ſe conuertit; quod alimenta in textu propoſita faciunt manifeſtum, hancque tamdiu ſeruari iubet, quòuſque humorum acrimonia remittatur: quod vlcerum ſanatio, inflammationis ſolutio, excretaque ipſa indicabunt. Tunc enim curationem per exiccantia, & adſtringentia abſoluit, quemadmodum apparet in textu. Hanc curandi rationem conſiderent recentiores, qui totum oppoſitum in huiuſmodi morborum curatione efficiunt, primum enim diætam exiccantem conſtituunt, decoctaque eiuſdem facultatis in potu exhibent: poſtquam verò hac curatione humores ſiccos, acres, & mordaces ad ſummum acrimoniæ gradum perduxerunt, ad contrariam ſe conuertunt, totamque intentionem ad refrigerationem, & humectationem conuertunt: Non animad uertentes per medicamenta, quæ à principio exhibent humida actu, & ſicca potentia, duplex peccatum ab ipſis committi: nam actuali humiditate humorum copiam augent, quæ potius imminui per euacuationes deberet; à facultate autem exiccanti, & calida eorundem humorum qualitas calida, & acris intenditur magis, viſcerumquè calida intemperies, ſi adeſt, augetur, atquè hoc pacto morbo, & eius cauſæ ſuppetias ferunt. Quum verò poſt hæc ad refrigerantia, & humectantia ſe conuertunt; alia duo errata committunt, nam corpus humoribus acribus repletum, conſtipant refrigerantibus, humectantibus verò humores per præcedentem exiccationem in ſe coactos diffundunt, vndè malum in dies in ægri pernitiem adaugent. Ab Hipp. inſtituto igitur recedendum non eſt, ſi artem medicam in hominum ſalutem, non in perniciem inuentam eſſe credimus.

Verſ. 126. Siquidem inflammati fuerint. & concluſi fomenta adhibere, &c.

Ex his verbis occaſio nobis ſeſe offert inueſtigandi, qua ratione hic fluxus vtero concluſo ſequatur, quod vitium ſuppreſſionis menſtruorum cauſam ſtatuit Hipp. lib. ſuperiori? Huic ergò quæſito reſpondentes. Dicimus humores, qui præſentem fluxum conſtituunt, etiamſi à ſanguinis natura plurimum recedãt, ad vterum tamen per venas, vnà cum ſanguine deriuari poſſe, qui ſi viam menſtruorum patentem inueniant, vnà cum ſanguine procedentes menſes conſtituunt alienis humoribus coinquinatos, vndè aut bilioſi, aut pituitoſi, aut atrabiliarij menſes vocantur, vt libro ſuperiori adnotatum eſt. Si verò menſibus via non pateat, eoquod vteri concluſi ſint, hi ſucci vteri venas permeantes per eiuſdem vteri poroſitates in eius cauitatem, veluti exudando perueniunt, indèquè per os eiuſdem excernuntur. Nam licet os vteri concluſum ſupponitur, non tamen adeò antè occluditur, quin humor iſte egredi poſſit. Huius veritatis illud eſt euidens argumentum, quia quam plurimis mulieribus, quibus menſtrua ſuppreſſa ſunt, huiuſmodi purgamenta vteri erumpere quotidiè obſeruatur, ſignum euidens, per eoſdem ductus & ſanguinem menſtruum, & hos humores in vterum minimè diffundi. Præterea plures vtero gerentes à fluxibus albis infeſtantur, in quibus ſanguinis nedum ſtilla conſpicitur, quod non eueniret, ſi per eadem venarum orificia, quæ cotyledona dicuntur, huiuſmodi purgamenta emanarent. Nec dici poteſt, hanc diuerſitatem propter ſanguinis craſſitudinem euenire; quia ſæpè huiuſmodi excreta, ſanguine menſtruo ſunt craſſiora. Concludamus ergò harum fluxionum materiam per venas vteri vnà cum ſanguine menſtruo transfluentes, cum earum oſtia, ad vteri fundum ſita non pateant, per eiuſdem vteri poroſitates in vteri cauitatem effundi, indèquè per pudendum excerni foras. Verum dicet aliquis, ſi oſculi vteri concluſio non prohibet, quin præfati humores, poſtquam in vteri cauitatem peruenerunt, exeant foras, qua ratione eadem oris vteri occluſio prohibet, ſanguinem in vteri cauitatem diffuſum excerni in ea ſuppreſſione menſtruorum, quam menſes in vtero concluſos appellauit? Huic reſpondeo ſanguinem eo caſu retineri in vtero, non eo quod eius os adeò ſtrictè clauſum ſit, quin quidpiã egredi poſſit, ſed quia cum exitus non ſit liber propter illud impedimentum, pars eius in vtero moram trahens craſſeſcit, vndè ſibi viam intercludit, quod purgamentis præfatis non contingit, non enim propter moram incraſſantur, quemadmodum ſanguis. Hæc ſunt quæ circa præſentem ſententiam mihi adnotanda viſa ſunt, quando verba ipſius contextus ſatis aperta ſunt. Pro dictorum intelligentia repetenda ſunt, quæ ſuperiori lib. verſ. 41. adnotauimus.

Verſ. 138. Vina verò albo mellei colyris.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 289 sur 636

Vinum μελίχρων sæpe memorat Hipp. quale verò intelligendum sit, non omninò constat. Cornar. vocis proprietatem respiciens, vinum mellei coloris interpretatur. Verùm, quia colorem hoc in loco addidit album, ideò vinum hoc pro dulci accipiunt nonnulli, quasi velit Hipp. vinum accipi album dulce, & huic expositioni suffragatur Auctoris intentio, quæ est humectandi, quod in vinorum genere dulce præstare notum est, id confirmante Hipp. l. 2. de Diæta vers. 246. Hanc tamen interpretationem manifestè excludit locus ex lib. de Affect. sect. 2. vers. 194. vbi hæc leguntur. Vina dulcia, item austera, & mellei coloris vetusta ventrem subducunt, vbi manifestè μελίχρων à dulci distinguitur. Dicamus ergò per vinum mellei coloris Hipp. intelligere illud, quod mellis colorem refert, quiquidem ad fuluum, quam proximè accedit; & ideò inferius hoc eodem textu, dum victus rationem in contrarium permutandam iubet, quod hoc in loco μελίχρων dicit, ibi fuluum appellat, dum inquit, pro fuluis autem vinis, nigris, & pro aquosioribus meracioribus. Quod si vinum fuluum hoc in loco album appellat, id factum est, quia in alborum numero collocatur. Album enim latitudinem habet. Quarè album dixit ad distinctionem nigri, μελίχρων verò, vt illud ab albo aquoso distingueret.

Mar. n. 13. Mar. n. 44.

Vers. 143. *Et in maxillis pustulæ, paulatim rubentes, paruæ, aquosæ, malignæ.*

Mar. n. 9.

Ità transtulit Interpres verba hæc καὶ ἐν τοῖσι γναθίοισι κατὰ μικρὸν ἐρυθρήματα τε καὶ ὁμίλυκα, καὶ ὑδαρέα, καὶ πονηρά, quæ iuxtà vocum proprietatem ità sonant. Et in maxillis sensim erubescentiæ, & paruæ & aquosa, & maligna, quæ quidem postrema verba, parua, & aquosa, & maligna, cui sint referenda non constat. Cornar. ad pustulas retulit, nam & verba ipsa huic expositioni satis accommodantur. Verum, quæ sint pustulæ rubræ, aquosæ explicari non potest, quia si aquæ speciem referunt, quomodo sunt rubicundæ? Quarè ego potius dicerem, dictionem illam ἐρυθρήματα in genere neutro significare quid rubicundum, paruum, maculas scilicet paruas rubicundas. Tales enim rubores conspicimus frequenter in ijs, qui cachexia laborant, potissimum verò in summitate malarum, quæ ad latitudinem nummi aurei se extendunt, cum tamen reliqua maxillæ pars tumore œdematoso, quem hoc loco aquosa vocat Hipp. intumescat, qui quidem rubores proueniunt à portione quadam tenuioris sanguinis, ad partes dictas transmissi, quæ ob venarum capillarium multitudinem rubescunt facilè. Horum verò ruborum exortus fit à sanguinis tenuitate, non quidem innati caloris robore, qui sanguinem attenuando floridum reddat; sed viscerum imbecillitate, vndè sanguis serosus gignitur, cui si calida intemperies adiuncta sit, vt euenit in præsenti casu, pars tenuior, & calidior ipsius sanguinis, veluti feruore concitata, euehitur ad superiora, vndè facies rubet, idque frequenter obseruatur in ijs, qui cachexia laborant, & maximè si laborauerint, aut calidum quid assumpserint. Imò Hipp. Leucophlegmatiæ speciem describens. 2. de Morb. sect. 3. vers. 322. & de Inter. affect. sect. 2. vers. 28. in qua calorem intrinsecus vigere, & oris siccitas perennis, & sitis, & spiritus densitas arguunt; inter eius signa, faciei rubores adnumerauit, dum totum corpus ex albido colore infectum est, vndè Leucophlegmatiæ nomen deductum est. Qui verò in hoc morbo recensentur rubores, tantò sunt peiores, quantò minori circumferentia describuntur, indicant enim summam calidi innati imbecillitatem, vndè pauciſſima sanguinis floridi copia producitur. Hæc igitur ruborum obseruatio in huiusmodi morbis non exigui est momenti, scimus enim ijs apparentibus calidam intemperiem vigere intrinsecus, quæ aspernenda non est, quando huic intentus Hipp. lib. citato de Morb. omnia actu frigida exhibet, quæ ratione morbi calida: siccaq. postea esse debēt, ex his igitur colligimus, præsentem affectum à pituita alba non multum differre, imò cum ea conuenire quamplurimum, quod non symptomata modo in textu enarrata palam faciunt, sed etiam curandi ratio, quam vtrique morbo accommodauit Hipp.

Mar. n. 68. Mar. n. 23.

Vers. 163. *Fluxus albi curatio. Purgatur album subluteum, &c.*

Mar. n. 19.

Differt hic fluxus à præcedenti, quia ille oriebatur à tenui pituita caloris imbecillitate genita, cum quadam tamen extranei participatione, cuius gratia rubores in facie apparent, & in ore vlcera aphthosa erumpunt, & ventriculi morsus. Hic verò à pituita salsa dependet; propter bilis admixtionem genita, quæ quidem bilis pituitę candorem hebetando, subluteum colorem facit: materiæquæ acrimoniam maiorem præcedenti inducit, quæ quidem quia crassitudinem ab ipsa pit[illegible]a contrahit, hinc euenit, vt in transitu ad vlcerandum potentior

sit,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 290 sur 636

©BIUM

A sit, cum partibus ipsis adhæreat diutiùs. In expositione autem verborum ipsius contextus non immorabor, cum per se sint satis manifesta, postquam admonuero Hipp. in huiusmodi fluxionibus μαλακω vti, quod non peplium purgatiuum, vt transtulit Interpres: sed papauer, aut eius succum significat, quod alibi me adnotasse memini, cuius remedij efficaciam in huiusmodi casibus non percipiunt illi, qui à Galeno deterriti, talia medicamenta nimis suspecta habent.

Vers. 173. Alius fluxus. Defluit multum, velut vrina cuilla, &c. Mar. n. 11.

Hunc fluxum à serositate tenui dependere conijcio, quam calida viscerũ intemperies cum imbecillitate producit, cuius quidem imbecillitatis maximum argumentum est, à cibis repleri, idque euenit, quia propter imbecillitatem venæ, quæ per ipsamet viscera percurrit, ab impuritatibus non expurgantur, vt par esset, ex quo euenit, vt viscera aliqua ex parte tumidiora fiant, vndè assumpto cibo à ventriculo comprimuntur: & hoc modo sensus ille grauitatis, & repletionis persentitur. Ab eadem causa asthma dependet, viscera ipsis septum transuersum comprimentibus. Quæ duo signa tanti sunt apud me, vt ex his solis obstructionem, siue tumorem in viscera, absque hypocondriorum contrectatione pronunciauerim sæpiùs. De colore albo, & tumore, & pustulis in tibijs existentibus non est, vt quid dicam; quandoquidem hæc vulgaria sunt symptomata eorum, qui malis viscera sunt præditi. Hanc nostram interpretationem confirmat curatio, quam his adhibet Hipp. primo enim, quia nullus peculiaris humor peccat, sed serositas sola, ideò purgationem faciendam iubet iuxta ægrotantis temperamentum, serumque exhibet, quod præterquam quod ichores ex propria facultate ducit, viscera deobstruit, & mundificat, eorumque calidam intemperiem corrigit, exhibet verò coctum, de more in fluxionibus, hoc enim pacto partes robustiores facit, & fluxionem compescit.

Vers. 208. Alius fluxus. Purgatu velut ex ouo crudo. Mar. n. 12.

Hic fluxus, ni fallor, à bile, & pituita simul æqualiter permixtis dependet, quod non color modo, & substantia excretorum demonstrat, sed etiam, quia vtriusque humoris in tractatione mentionem facit, amboque purgandos iubet. Differt tamen hic fluxus à secundo, quem à bile vitellina per admixtionem bilis, & pituitæ genita fieri diximus, quia in illo casu ex ambobus simul permixtis tertius quidam humor resultabat, in hoc autem ambo quidem simul ad excitandum morbum concurrunt, ita tamen vt vnusquisquè propriam formam in mixto retineat. Nam ad bilis vitellinæ præfatæ generationem non satis est, vt bilis, & pituita commisceantur: sed vlterius necesse est, illud compositum mediante calore conuenienti tempore intercedente, nouam induere formam, per quam bilis vitellina dicitur. Hoc sensu patet in pituita salsa, quæ & ipsa propter bilis, & pituitæ admixtionem generatur, diuersa tamen proportione, quia in hac pituita prævalet, in illa verò bilis: vndè vtraque proprium nomen compositio impartitur. Multis enim pituita à capite destillat, bilioso succo permixta, qui tamen à principio nullam salsedinem in ore persentiunt, sed morbo vlterius progresso, idque euenit, quia nondum calor egit in humores præfatos, ita vt nouam introduxerit formam, per quam salsedo in eis introducitur. Scio tamen huius effectus aliquando aliam concurrere causam, quam alibi indicasse me memini. Quia scilicet dum pituita salsa plurimo sero diluitur, salsus eius sapor hebetatur, ità vt sensum effugiat, intenditur verò, & sensu percipitur, eodem sero temporis progressu consumpto. Nam pari ratione ex longa ebullitione fercula salsedinem euidentem concipiunt, quam antea non præseferebant. Ad fluxum igitur redeuntes concludamus, hunc de quo in præsenti sententia agitur, à bile, & pituita oriri eo modo disposita, vt explicatum est. Verum quia præfati humores in tanta copia generari non possunt absque magna instrumentorum intemperie. Bilis calidam consequitur, propter quam pudendum exulceratur, quæ quoniam circa hypocondria, & potissimum in hepate generatur, hæc calida intemperie laborare est rationabile. Verum quia eiusdem facultatis instrumenta, contrarijs intemperantijs affecta esse, est impossibile propter vicinitatem, vndè vnius partis intemperies proximæ facilè communicatur, ideò non possumus asserere, pituitæ generationem à frigida intemperie alicuius prædictarum partium dependere. Quamuis sciam apud vulgares potissimum haberi, qui ventriculo frigidam, hepati calidam intemperiem tribuunt. Quæ opinio philosophiæ principijs, imò ipsi [illegible] aduersatur: cum constet hæ-

patis

©BIUM

patis calorem ad ventriculi concoctionem, ità concurrere, vt eo deficiente, diminuta chilificatio sequatur: eodemquè exuperante, loco coctionis alimentorum, quæ est elixatio quædam, eorum corruptio, siuè assatio contingat. Hanc verò opinionem, quia firmissimis rationibus confutauit Vales. in explicatione lib. 6. Epid. sect. 4. ibi, calidi ventre, frigidi, &c. ideò circà eius detestationem vlterius immorandum non est. Pituitæ igitur generatio in præsenti casu à frigida ventriculi intemperie non dependet, sed, aut à cerebro pituitæ metropoli, aut à calidi innati imbecillitate, cuius gratia, vt lib. 2. de morbis explicauimus, & bilis, & pituitæ plurimum in corpore abundat, quatenus cibi non exactè superantur, vndè ex biliosis bilis, ex pituitosis pituita, producitur. Similiter quia iniurijs externis calor naturalis debilis existens, non resistit; ideò frigido dominante pituita, bilis verò, vigente calore generatur. Huius calidi imbecillitatem tibiarum, pedumque tumor indicat, & circuli oculorum intumescentia, nec non asthma à labore, & debilitas. Reliqua ad præsentis sententiæ explicationem facientia omitto, nè expositoris munus exercere videar. Non prætereunda tamen sunt verba illa, si verò euaserit morbus pituitosus: & si non purgata fuerit febricitat, bile vehementer commota, quia vt mihi videtur plurimum obscuritatis in se continent, pro quarum expositione cum plura excogitauerim, tandem particula δε, quæ à principio apposita est, idoneum sensum, eumque ni fallor, verissimum mihi indicauit, qui talis est. Dicebat mulierem hoc morbo laborantem inter alia symptomata hoc pati, quia dum iter facit, asthmate corripitur, & debilitatur, subiungit modo, si verò euaserit, hoc est ab itinere, ità vt non adeò debilitetur, morbus pituitosus erit, quia pituita prædominabitur, & ratio est: quia bile dominante corpora faciliùs dissoluuntur, debilitanturque, quam vigente pituita, si verò non purgata ab itinere febricitet, signum est, bilem à prædominio peccare, impura enim corpora exercitatione in febrem incidunt, si biliosa fuerint, vt potè bile commota, minimè verò si pituita frigida, & humida præualuerit: quippèquæ non facilè accenditur ad febrem. Atquè hoc modo docemur, non solùm huius fluoris bilem, & pituitam causam esse, vt à principio statuimus, sed etiam quomodò prædictorum prædominium cognoscatur.

Vers. 243. Fluit album velut ex ouo, & viscosum, &c.

Et hic fluxus pariter à bile, & pituita dependet, differtque à præcedentibus, quia in hoc vterus ipse malè affectus est, & quatenus talis ad materiæ generationem concurrit, quando propter vteri affectionem prædicti humores paulatìm in eo congregantur, in eoque alterationem subeuntes, omninò præter naturã fiunt. In præscriptis verò à toto corpore, aut aliqua eius particula immediatè procedebant, ex quo euenit, vt omnia ferè accidentia in hoc fluxu contingentia ad vterum ipsum spectare animaduertantur, cui ore ventriculi, cordeque consentientiente, anxietates, animi deliquia, perfrigerationes, sudores, pulsus celeres, debiles, & intermittentes, & aliquando repentinæ mortes succedunt. Quarè, vt ex hoc morbo euadat mulier, humoris reuulsionem fieri necesse est, cutimqne eam dispositionem contrahere, quam Hipp. describit in textu. Hic morbus vlterius à præcedentibus differt, quia acutus est, & citò decernit, in eoquè inflammationem vterum contraxisse existimo à violentia partus, quemadmodum exprimitur in textu.

Vers. 252. Alius fluxus. Purgatur velut à carnibus assatis humor, &c.

Hæc est alia fluoris muliebris species, quem à sanguine corrupto, & exusto, humori pituitoso permixto dependere existimo. Id enim attestantur, tùm excreta ipsa colorem subsanguineum præseferentia, qualis apparet in succo à carnibus, dum igni assantur, destillante: tùm etiam accidentia, quæ referuntur in textu. Vlceratio, rigor, acuta febris, colorque ictericorum similis. Hæc enim omnia sanguinis exusti, & in bilem transeuntis soboles existunt. Pituitæ verò præsentiam attestantur horrores frequentes. Præterea bilem, & pituitam purgandam esse iubet Hipp. euidens argumentum, easdem in morbo peccare, eaquè tandem exhibet, quæ acrimoniam humorum compescunt, lac, & serum, reliquamquè viuendi rationem huic intentioni respondentem. Verùm, quia in huiusmodi fluore excretio copiosa est, vndè partes naturales proprio nutrimento defraudatæ, debilitantur: ideò prædictis symptomatibus cachexiæ cuiusdam inditia annectuntur, vndè totum corpus intumescit, & potissimum partes naturali facultati inseruientes. Hanc nostram sententiam confirmant ipsamet contextus verba, dum enim huius affectus causam assignat Hipp. inquit, επειδάντω αἷμα ἐξαραιεν ὑπόχολον γένηται,

quamuis

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 292 sur 636

A quamuis vox ἐξαραβὲν cuius ſignificatio ambigua eſt, ſententiæ obſcuritatis aliquid afferat, verum ſiuè cum Cornario legamus, poſtquam ſanguis exuſtus, ſubbilioſus factus fuerit, ſiuè exturbatus, vt alij interpretantur, vtraque lectio noſtræ expoſitioni accommodatur. Scimus enim, ſanguine à qualibet cauſa exhauſto, ſiuè ſit labor, ſiuè inedia, ſiue hæmorrhagia; quod remanet ſanguinis, ſubbilioſum reddi. Hac quippe ratione febres meracæ bilis ſuccedere, demonſtrauimus circa initia præſentis libri, ijs quibus ſanguis immodicè fluxit. Quarè ſi hic humor in corpore retineatur, aduſtionem quandam contrahere neceſſe eſt, ſicque bilis exuſta dominabitur. Pituita verò vigebit à viſcerum imbecillitate procedens, quæ cachexiæ quandam ſpeciem inducit, huiuſmodi fluxibus ſatis familiaris, vt vidimus in præcedentibus. Iuxtà ſecundam pariter interpretationem noſtra ſententia verificatur. Quis enim ignorat exturbato ſanguine, & vehementer commoto, attenuari, & ad ſubbilioſum permutari, ſi ſola commotio febrem excitare poteſt? facta autem huiuſmodi tranſmutatione, humorem in corB pore iam excalefacto moram trahentem, exuſtionis nonnihil contrahere eſt rationabile. Concludamus ergò, præſentem fluxum eſſe ſanguinis in bilem corrupti, & exuſti, crudioris pituitæ portione ei admixta.

Verſ. 279. Diuturna porrò eſt ſanioſi fluxus, &c. *Mar.n.15.*

Quamuis præſens fluxus cum ſuperiori in excretis plurimum conueniat, diuerſum tamen eſſe, & ſymptomata, & curatio adhibita, effectriceſque cauſæ oſtendunt. Hic enim potiùs à ſanie cruenta dependet ex inflammatis vlceribus excreta, quæ abortus, aut partus labores, & violentia ipſi vtero intulerunt. Sanguis enim ad percuſſam partem currens, ſuperueniente inflammatione corrumpitur, & in ſaniem cruentam tranſit, ex corruptione autem, & inflammatione tantum acrimoniæ contrahit, vt mordeat inſtar muriæ: erodatque, & exulceret pudenda, & quancumquè partem tandem attigerit, ex quibus colligimus: partem in hoc fluC xu primario affectam eſſe vterum ipſum: cui, morbo vlterius progrediente, reliquæ partes compatiuntur. Vndè totius corporis impotentia, coloris mutatio ſuccedit, cauæ faciei partes attolluntur, & pedes, cruſque totum à lumbis vſque ad extremos pedes intumeſcit. Ex his ergò, & alijs, quæ in textu afferuntur, præſentis fluxus idea facilè colligi poteſt, ità, vt circa eam vlterius immorandum non ſit nobis. Sicque totam vterini fluxus, tùm albi, tùm fului doctrinam ab Hipp. abſolutam habemus. Cui tamen aliquis obijcere poſſet, non omnes eorum differentias explicaſſe, cum nulla mentio facta ſit illius fluoris albi, qui pituitoſis mulieribus adeò frequens eſt, per quem excrementa alba, & craſſiora abſque vllo, aut doloris, aut mordicationis ſenſu ab vtero erumpunt, quibuſdam continuò, aliquibus per interualla, plurimis poſt naturales menſium purgationes per aliquot dies continuos. Pro tutela igitur D Hipp. dicimus, fluxus vterinos conſiderari, vel quatenus mulieri, aut morbum, aut mortem inferre poſſunt, & de his præcedens doctrina inſtituta eſt, vel quatenus ſterilitatem inducunt, & hos pertractauit libro ſuperiore, dum de cauſis ſterilitatis ageret. Quia igitur huiuſmodi alba purgamenta mulieri non ſunt moleſta, quamuis ab his ſæpè conceptio impediatur; ideò eorum conſideratio huic loco non conueniebat, ſed libro primo, vbi de his actum eſt ſub titulo meſium pituitoſorum, quando à toto deſcendunt, aut tanquam ſymptomata vteri humidioris, ſi ab vtero tantum eorum excretio fiat. De gonorrhæa verò muliebri, quæ fluoris vterini ſpecies quædam eſſe videtur, ſibi agendum hoc in loco non exiſtimauit, quia hæc vtriquè ſexui conuenit. Quando in his libris peculiaria tantummodo mulierum mala tractantur.

Verſ. 291. Quum ad caput conuerſi fuerint vteri, &c. *Mar.n.16.*

Adnotandum eſt verbum τραπῶσιν, quo indicatur vterum in caput non peruenire, ſed eò E conuerti, ità, vt in illud vapores quoſdam malignos tranſmittat, à quibus lædatur. Ad quem affectionis modum per vapores, omnes vteri tranſmotiones reducens Galenus lib. 6. de loc. Aff. vterum à propria ſede moueri non poſſe, vt oſtendat, contrà Præceptorem acriter pugnare non eſt veritus, qui ſæpiſſimè vterum ipſum localiter moueri ſenſu cognouerat. Quicumque igitur Galeni rationibus innixi Medicinæ parentem dereliquerunt, legant quæſo ea, quæ elegantiſſimus Fernelius lib. 6. cap. 15. ſcripſit. Hunc in modum. Galeni motus auctoritate nonnunquam putaui, vterum nihil, aut exiguum à ſede dimoueri. At ægrotarum mulierum modo quærimonijs, modo precibus adductus, hunc ſæpè tactu deprehendi inſtar globi cuiuſdam in ventriculum efferri, eumquè grauiter opprimere. Hinc, & ſæpè manu deprehenſus

eſt,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 293 sur 636

©BIUM

est, manifestoquè in propriam sedem prolapsus. Nequè id sanè alienum magis videri debet, quam eiusdem prolapsus, quo totus ferè procidit. Hæc Fernelius, qui proprio sensu cognouit ea, quæ Hipp. inferius manifestabit, quando de vteri conuersione ad varias partes tractabit. Quarè insipienter se gerere mihi videntur illi, qui sensum dimittentes rationibus inanibus se committunt. In ratiocinatione enim deceptus est Galenus, quia non animaduertit, vterum ipsum secundum totum proprijs vinculis alligatum, in eodem situ permanentem, secundum eius partem adeò extendi posse in longitudinem, vt septum transuersum attingat, eodem modo, quo in eius prolapsu ligamentis secundum naturam sese habentibus, aliquando elongatur adeò, vt eius corpus ad medium coxæ perueniat, stultum est enim existimare in vteri prolapsu eius ligamenta adeò extendi, vt vterus extrà promineat. Ad caput ergò (vt ad ipsum contextum reuertamur) conuerti vterum intelligit Hipp. quando illùc vapores malos transmittit, modo per venas, modo per arterias, aliquando per neruos, & aliquando per occultas quasdam vias, quorum distinctionem indicabunt accidentia concomitantia, quorum exempla quædam adducemus in expositione textus, vers. 199. sect. secundi libri præsentis. Fieri autē in capite hunc affectum cognoscimus (ait Hipp.) quia in hac parte suffocatio desinit, & caput grauatur, hoc est, postquam mulier à suffocatione liberata est, partem illam ità læsam persentit, vt in eam suffocationem terminasse videatur. Cæterum quamuis hoc maximum signum sit conuersionis vterorum ad caput, quia tamen (vt subiungit Hipp.) aliquando in alijs partibus finem habere suffocatio videtur; ideò signum certius subnectit, hoc autem est, quia mulieres post suffocationem venas in naso, & partes sub oculis dolere dicunt, & sopor altior eas tenet.

Mar. n. 16. *Vers. 297. Si verò ad cor uteri progressi suffocent, &c.*

Ad cor, idest, ad ventriculi osculum ὠροσιστάσθαι, hoc est progredi, siuè hærere vteros, ait hoc in loco Hipp. quia ad eam partem realiter ascendit vterus, vt suprà explicatum est, non per solos vapores illùc petit, velut in præcedenti. Et quia ascendendo, partes superiores comprimit, ideò suffocationem facit, quæ omnibus huiusmodi affectibus superuenit, in quibus vterus realiter ascendit, compressione enim septum transuersum læditur, quod respirationis principale instrumentum existit.

Mar. n. 17. *Vers. 305. Vbi hic fuerit affectionis soliditas.*

Si particula ἐπὶν, vt aduerbium temporis accipiatur, sensus erit, in vterorum strangulatione ijsdem ad hypocondria allapsis, quando affectio in summo vigore constiterit, & vomitus acrium adfuerit, & dolor ad caput, & collum penetrans, tunc tepefactoria esse adhibenda, si verò eadem particula causalis coniunctionis loco assumatur, his reddet rationem Hipp. cur strangulatio ex hypocondrijs hæc affectio appelletur, quia nempè in hypocondrijs soliditas, & vehementia affectionis consistit, & hoc modo hæc conuenient cum ijs, quæ in eundem sensum dicebat superius in vterorum conuersione ad caput, partem læsam ex eo manifestari, quia in ea parte suffocatio desinit. Vtraque expositio est tolerabilis, verum postrema mihi probatur magis.

Mar. n. 17. *Vers. 310. Quum uerò deorsum tracti fuerint, &c.*

Ex graueolentibus naribus admotis, odoratisque simul inferius applicitis vteri aliquando tanto impetu deorsum ruunt, vt procedant foras, quod non semel mihi medicinam facienti contigisse memini. Hoc igitur loco nos admonet Hipp. quid sit faciendum, si fortè id contigerit nobis, & ait contraria esse administranda, graueolentia inferius, odorata verò superius adhibentes, curatio vtiquè huic symptomati conueniens: siuè spontè, & ex morbo: siuè à medicamentis vteros descendere contingat, quæ tamen subsequenter proponuntur remedia: pharmacum, scilicet, deorsum purgans, & asininum lac, aut serum, contraria sunt ijs, quibus vterus spontè descendit: quo casu sursum purgandum esse docet inferius sect. 2. ver. 64. deorsum verò nullo modo, quæ purgatio contrarijs adhibetur, videlicet, quando ad lateris mollitudinem, & hypocondria allabuntur, imò nè ventrem inferiorem quidem colluere permittit, quando vteri è pudendis excidunt eodem in loco vers. 144. Quapropter purgationem hanc instituit in gratiam prioris affectus, in quo vteri ad hypocondria allapsi strangulationem faciunt, circà quam adnotatione dignum est, Hipp. purgationē ex lacte, aut sero prohibere ijs, quæ natura sunt lienosæ, aut exangues, aut doloribus, aut auriū tinnitibus vexātur: cuius præcepti rationem afferre oportet. Lienosas natura non hoc in loco tantū ab huiusmodi purga-

Mar. n. 33.

Mar. n. 38.

tione

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 294 sur 636

A tione reijcit, ſed etiam alijs pluribus in locis, eas intelligens; quæ ab ineunte ætate lienis tumoribus ſunt ſubiectæ, ità vt facilè ijs lien intumeſcat magis, quod manifeſtè indicant verba illa: νῦν ἐθάδες ἀπὸ νεότητος αἱ τοιαῦται, hoc eſt: quibus familiaritate quadam à iuuentute morbi in conſuetudinem venerunt. Huius verò ea eſt ratio, quia cum lac, & ſerum ad purgandum in magna copia aſſumi debeat, ab his lien naturali conſtitutione debilis exiſtens facilè intumeſcit: quod tamen periculum non incurrunt illi, quibus lien alioqui robuſtus aliqua occaſione intumeſcit. Et ideò non ſunt reprehendendi Medici antiquiores, ſi aliquãdo lienis tumores purgatione ex ſero, & lacte curare tentarunt, vt videre eſt apud Hipp. libro de Internis Affect. verſ. 141. & 176. ſect. 2. & ſect. 3. verſ. 318. & 321. vbi de lienoſis tractatur. Exanguibus verò, & pallidis alia ratione lactis, & ſeri purgationem prohibet, quia ſcilicet calor in his exiguus exiſtens à copioſa potione obrueretur. Quoniam verò ſerum, & lac, eo quod actu humida ſunt, & copioſa dantur, in prædictis caſibus prohibentur: eadẽ ratione aquæ thermales vocatæ, quæ in magna copia exhibentur, ijſdem erunt ſuſpecta, quod quidem, an ab aliquo fuerit adnotatum, neſcio. Scio quidem omnibus exhiberi, vt mirum non ſit: ſi hæ indiſtinctè potatæ plurimis incommodæ fiant, & maioris mali cauſa, vndè natum eſt prouerbium: *Andare al bagno per le doglie*. Eundem ſeri, & lactis vſum prohibet ijs, quibus aures ſonant, quia cum hoc ſymptoma capitis repletionem ex imbecillitate arguat, infernum ventrem tanto humore perfundere, non eſt tutum: quando caput indè nimis repleri poſſet. Mar. n. 28. Mar. n. 29.

B *Verſ.* 318. *Quum uteri ad hypocundria conſtiterint.* Mar. n. 18.

Vteri aſcendentes, & ad hypocondria allapſi duplicẽ affectum conſtituere ſolent. Alterum quidem, ſi poſtquam eò peruenerint, ſtatim in locũ ſuum ſponte deſcendũt. Et de hoc affectu actũ eſt in præcedenti ſententia. Qui ſi diutiùs in ipſis moram fraxerint, alter affectus inſurgit,

C de quo nunc tractatur, & quoniã vtriuſque affectionis peculiaria adſunt accidẽtia, & inter ſe diuerſa, quorũ gratia curatio quoque diuerſa requiritur, ideò diſtinctè de his agere opus fuit, quod cũ fecerit Hipp. non eſt, vt illũ repetitione vſum dicamus, quod plurimos eorum facere inuenio, qui eius dicta oſcitanter nimis percurrunt. Cur autẽ vteri aliquando diù conſiſtant ad hypocõdria, aliquãdo ſtatim deſcẽdãt, ratio referri poſſet in affectionis cauſę firmitudinẽ, & vehementiã, cuius ratione curationẽ maiorẽ adhibet Hipp. in hac affectione, quã in præcedenti.

Verſ. 336. *Si verò ad hepar conuerſi fuerint uteri, &c.* Mar. n. 19.

De hoc eodẽ affectu paucis enatiantibus actũ eſt libro de Natura mulieb. verſ. 29. & libro huic præcedenti verſ. 193. vbi cauſas diligentius explicauit, hoc enim in loco ſcopũ ad curationẽ potius habuiſſe videtur, vbi adnotat, tantummodo huic malo ſubiectas eſſe virgines maturas viro, & quæ viduæ permanſerunt, & ſteriles ex partu (hoc eſt cũ natura fœcũdæ eſſent, ex partu in aliquã vteri affectionẽ inciderunt, propter quã in poſterũ concipere nõ poterunt.)

D Huius verò ſterilitatis cauſas referens ſubiungit. Nõ enim prodit puerperij purgamentũ, & nõ intumeſcit vterus, nequè mollitur, nequè vomunt. Quæ verba diligenter examinare oportet, Quippè, quibus morbi cauſas deſignauerit, qua igitur ratione puerperij purgamẽta hũc morbum præcauere poſſunt? dupliciter. Primò, quia ab hac purgatione humectatur vterus, dum à venoſo genere in ipſum humores per plures dies confluunt, qua præcedẽte humectatione nõ facilè indè reſiccatur, cuius reſiccationis cauſa, vteri ad hepar conuertantur, vt ex libro ſuperiore, verſ. 193. cõſtat. Secundò, quia per huiuſmodi purgationẽ humor quilibet in vtero congregatus educitur, cuius præſentia vterus malè afficitur, & ad hunc, alioſq. morbos diſponitur. Et non intumeſcit vterus (ſubiungit Hipp. alterã inferens cauſã, quæ hunc morbũ excitare poteſt, ſicuti enim vteri magnitudo eſt cauſa, vt nõ facilè conuertatur, & de loco ad locũ moueatur, ità eius paruitas eſt cauſa, cur ex leui occaſione cõmoueatur. Nã vtero paruo exiſtẽte maius ſpatiũ relinquitur in ventre, per quod moueatur. Hãc enim conuerſionis cauſã adnotauit loco citato de morbis mulierũ: Eſt enim (dicebat) ipſis locus ſpatioſus, vt conuertantur. Addit etiã vteri paruitatẽ leuitatẽ annexã habere, quã cauſã eodẽ loco aſſignabat, cur ſurſum facilius feratur. Nequè mollitur (ait) tertiã innuens cauſam, propter quã vteri aſcendant, ſiccitatẽ nempè, mollities enim ſiccitati opponitur, quã quidẽ cauſã proprioribus vocibus deſignauit libro præcedenti, hunc in modũ: Reſiccati à labore vteri conuertuntur, quia vacui ſunt, & leues. Neque vomunt, addidit pro poſtrema cauſa. Vomitus enim partes ſuperiores euacuat, quarum repletio hyſtericas plurimum lædit, vndè harum nonnullas acidum euomere, dum

acceſ-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 295 sur 636

©BIUM

acceſſione præmuntur, in vteri conuerſione ad hypocondria dixit, quam proximè.

Mar.n.19. *Verſ.* 350. *Virginem verò perſuadeto, vt viro cohabitet, &c.*

Adnotanda eſt curationis diuerſitas; quæ hoc loco virginibus præſcribitur, quia ni fallor Hipp. conſilij ratio non ità planè conſtat. Vſum namquè medicamentorum ad vterum ipſum improbat, eo quod (ſi rectè ſentio) propter earum partium anguſtiam parum vtilitatis, indè ſperari poteſt. Nec virginalis pudor earum partium contrectationem, abſque fructu admittit. Certum eſt enim, vocem illam ad nares, corrigendam eſſe ex lib. de Natura mul. verſ. 40. vbi legitur, ad vteros verò nihil adhibeto, ſi enim naribus nihil adhibendum eſſe dixiſſet, fruſtrà inferius repetiſſet, nequè aliquod odoratum olfaciat, imò quia odorata prohibet, malè olentia admittere videtur. Verum cur medicamentum purgans, quod cæteris mulieribus præbet, virginibus interdicit? ſufficientem rationem aſſignare non valeo. An fortaſsè, quia virginibus vteri ob paruitatem, & leuitatem facilius aſcendunt; quam cæteris, vndè inanitione à pharmaco accedente timendum eſt, nè à morbo, aſcendentibus vteris corripiantur? quod malum à virginibus eò diligentius auertendum eſt, quando his remedia ad vterum adhibere non licet, per quæ vteri in naturalem ſitum redeant. Ratio (ni fallor) ſatis probabilis eſt, qua meliorem ſi audiero, amplexabor libenter. Hoc autem in loco communis interpretatio corrigenda eſt, vbi legimus: Nequè medicamentum ieiuna bibat, hæc enim non eſt verborum ſeries in græco contextu, in quo ità legitur, μὴ δὲτὸ φάρμακον πίνειν, ὑπνω τὸν κάσορα καὶ κόνυζαν δὲ ἐν οἴνῳ ὡς εὐωδεςάτῳ πίνειν, hoc eſt, nequè pharmacum bibat. Ieiunæ autem caſtoreum, & conizam in vino quam odoratiſſimo bibenda dato. Hancquè verſionem confirmat lectio libri de Nat. mul. vbi inquit Auctor. Nequè pharmacum bibendum dato. Verum conizam & caſtoreum in vino ieiunæ exhibeto.

Mar.n.20. *Verſ.* 354. *Si verò vteri intumeſcant.*

Verbum φλεγμαίνωσι, quod & inflammari, & in pituitam verti, & intumeſcere ſignificare poteſt, iuxtà poſtremam interpretationem accipiendum eſſe, hoc in loco certiſſimo, quia ſi in primo ſignificato, cum interpretibus accipiatur, aſſerendo, vteros circa latus inflammari, quando ſurſum aſcendunt, quomodo ijſdem deſcendentibus inflammatio ſtatim ceſſat? quæ firma, & permanens affectio exiſtit? in præfata igitur ſignificatione illud accipientes Hipp. nobis proponere affectum quendam, in quo vteri ad ſuperiores partes conuerſi, tumorem in latere efficiunt, illiùs inſtar, quem ad hepatis regionem in præſcripto affectu excitari ſignificauit. Verum, quæ pars eſt hæc, quam πλευρὴν hic vocat Hipp.? Hæc dictio eam partem propriè ſignificat, quæ ex coſtis, & muſculis intercoſtalibus conſtat, vnà cum membrana ſuccingente, quam pleuram communiter dicimus, cæterum, quomodo ad hanc partem peruenire vterus poteſt, ſi ſita eſt ſuprà ſeptum tranſuerſum? Dico, tumorem fieri ſub coſtis à latere non in ipſamet regione coſtarum, & lateris proprie dicti, ſed paulò infrà, & hunc ſitum indicare voluit Hipp. per additionem propoſitionis παρὰ, hoc eſt propè, ibi ergò, hoc eſt ſub coſtis mendoſis vterus cõſiſtens tumorem facit; qui ſi ab exterioribus partibus abſcedens introrsùm conuertatur ad hypocondria, ſuffocationem inducit, vt ait Hipp. inferens: dum tumor ad contactum apparet exterius, ſtrangulationem non contingere. ex quo quæſitum oritur non diſſimulandum, cur vtero ad hepar allapſo, & tumore manifeſto apparente ſuffocatio fiat: nequaquam verò; ſi in latere ad hypocondria tumor perſentiatur. Huius diuerſitatis, hanc eſſe rationem exiſtimo. Suffocatio ab vtero ea ratione contingit, quia ſepti tranſuerſi compreſſio aliquo modo fit. Quando igitur vteri ad hepar aſcendunt, & in ea parte tumorẽ faciunt, hepar à tumore compreſſum ſeptũ tranſuerſum cõprimit, vndè ſuffocatio oritur. Quũ verò ad latus conuertuntur, quia hepar non cõprimitur verſus ſeptum tranſuerſum, ſi tumor partes exteriores occupat, ſeptum tranſuerſum liberum remanet, quod interius ſituatum eſt, atquè hoc modo non fit ſuffocatio, niſi tumor ad partes interiores, & ad ſeptũ tranſuerſum conuertatur.

Mar.n.21. *Verſ.* 370. *Si uteri ad latera allapſi fuerint.*

Quid agendum ſit poſtquam vteri ad latus intumeſcentes, indè ad hypocondria conuertuntur, & ſuffocant, docuit in præcedentibus Hipp. Nunc verò, curationem docet adminiſtrandam, quando in ipſo latere conſiſtunt, tuſſimquè, & dolorem ſub latus inducunt. Idque adeò apertis tractat verbis, vt ſimplex lectio vnicuique ſatisfacere poſſit. Hæc tamen attigiſſe volui, vt demonſtrarem, quæ hoc in loco proponuntur, affectum continere à præcedenti

penitus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 296 sur 636

penitus diuersum, in gratiam eorum, qui repetitiones in Hipp. doctrina, tàm facilè adnotare solent.

Sectio Secunda.

Verſ. 30. Si uteri ad coxam decurrerint. Mar. n. 31

Superius curationem docuit Hipp. conuenientem ijs, quibus uteri ad coxendicem conuertuntur, & in eũ incumbunt, adeò, vt ibi ſuppurentur. Sanguine enim (dicebat lib. 1. verſ. 103.) Mar. n. 8.
fruitur caro ipſa, vt potè oſculo uteri coxendici adiacẽte, & impletur caro ab ipſo, nõ tamen exterius tumor prominet, quemadmodum in lateris mollitudine, qui quidem ſanguis cũ exitum non inueniat in pus vertitur, & tandem mortẽ inducit. Huic affectioni non abſimile proponit modo, in qua uteri ad coxam decurrunt quidẽ, in eam tamen non incumbunt, ità vt ſuppurationem faciat, vndè effectus ſuperiore tutior, & leuior inſurgit. Inter ſymptomata autem, quæ præſentem affectum concomitantur, menſtruorum enumerat ſuppreſſionem, eiuſq. cauſam in ſanguinis craſſitiem refert, indicans ex hac uterorum tranſmotione nõ omninò ſupprimi mẽſes: niſi ſanguis ſolito craſſior fuerit, cæterũ ſi abſque ſanguinis craſſitudine in hac tranſmotione menſes non ſupprimuntur omninò, cur hanc conditionẽ non apposuit Auctor lib. de Nat. Mul. verſ. 96. vbi de hoc eodem affectu tractatur? Sed ſimpliciter dixit menſes non prodeunt? An quia fortaſsè non datur caſus tranſmotionis uterorum in coxam cum ſanguinis tenuitate? eo quod ſanguis tenuis exiſtens aliam tranſmotionem faciat? quod ſi verum eſt, ſiuè hæc cauſa apponatur, ſiuè taceatur, ſemper verum erit dicere, in hoc affectu menſes ſupprimi, cauſam verò hoc in loco apposuit ſanguinis craſſitudinem, quod perfectius opus hoc eſſe indicat, quam ſit liber de Natura muliebri, vt in illius proemio adnotauimus.

Verſ. 34. Si uerò curata fuerit, uteros cum fœniculo curato. Mar. n. 3:

Curatam intelligit mulierem, quando accidentia præfata in textu, ſedata fuerint, dolores inquam, & morſus ad imum ventrem, & ad lateris mollitudinem, in quorum gratiam præcedens curatio inſtituta eſt. His enim ſedatis ad uterum dirigendum, & in ſitum naturalem reducendum remedijs præſcriptis in textu ſe conuertit.

Verſ. 199. Si ad crura, & pedes conuertantur. Mar. n. 42.

Conuerti uterum ad aliquam partem intelligit Hipp. vt ſuperius explicatum eſt, quando malignos quoſdam vapores ad illam tranſmittit, modò per venas, modò per arterias, aliquando per neruos, prout accidentia ipſa indicant. Quoniam ſi ea adſint, quæ neruorũ generi conueniunt, prædictorum vaporum ductus erunt nerui, quemadmodum euenit in præſenti caſu, in quo digiti contrahuntur, & nerui circà femur comprimuntur. Si verò per arterias ferantur, id ſignificabunt accidentia arteriarum peculiaria, aut earum principij, quod quia in præſenti caſu aliquando euenisse compertum eſt, ideò ſubiungit Hipp. ſi verò loqui non poterit, crura derepente frigida comperies, & genua, & manus, &c. Hæc enim vapores malignos per arterias ferri ſignificant, vndè eorum principium cor compati eſt neceſſe. Hinc aphonia, cordis vibratio, extremorum refrigeratio, & alia ſymptomata, quæ referuntur in textu, quæ modo neruorum genus affici: modò arteriarum atteſtantur.

Verſ. 233. Si uelut in callum indurati fuerint uteri, &c. Mar. n. 45.

Septem diſtinctis modis uterus duritiem contrahere ſolet. Vndè ſeptem capitibus totam hanc materiã comprehendit Hipp. Primò enim loco de ea duritie tractat, quæ, & uteri corpus, & os occupat, per quã inæqualiter induratur, eo modo, quo durus ſentitur ſacculus paruis lapillis repletus, prouenitq. à materia diuerſimodè diſpoſita, & impermixta per uteri poroſitates diſperſa, cuius pars ſiccior concreſcit magis, quã humidior, amboq. ſimul confuſè præfatã duritiẽ conſtituunt. Huius duritiei ſenſus index eſt: tangẽti enim aſpera quædã, & inæqualis duricies ſeſe offert, menſesq. cõparentes arenoſi ſunt, quatenus præfatæ materiæ portiõ cum ipſis menſtruis expurgatur. Secunda duritiei differentia cum præcedenti conuenit, tùm duritie, quæ in vtroque caſu magna eſt inſtar calli, quam, vt indicaret, vſus eſt verbo, σκίρρωσιν, tùm quia hæc pariter communis eſt, & vtero, & eius orificio. Differt verò à ſuperiori, quia præſens duricies æqualis eſt, & ſibi ipſi continua inſtar lapidis, illa verò inæqualis, & diſcreta, vt explicatũ eſt, quæ diuerſitas fortaſsè eſt in cauſa, cur os uteri in priori nõ exactè clauditur, vndè menſibus patet via, quod in hoc non conuenit, menſes enim penitus occultantur, quod voce

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 297 sur 636

ἀναπίμπρασθαι pro ἐπιπυκάζεσθαι significare voluit Hipp. quemadmodum locus de Nat. mul. sect. 2. vers. 302. apertè indicat, vbi quòd hoc loco scriptum est ἐπιπυκάζεται ibi κρυπτέται legitur, hoc est occultatur, quâ dictione satis impropriè transtulit, obtorquetur, Germanus interpres. In tertia verò specie durities non adeo callosa est, vnde diuersa voce vsus est σκληρότητι, quæ paulò remissiorem durities importat, estq. peculiaris eorũ tumorũ, qui propriè scyrrhi dicũtur, conuenit tamen & hæc durities, & ipsi vtero, & eius osculo, & in hoc differt à sequenti; quarta in ordine, in qua os tantummodò scyrrhosam durities cõtrahit. Quintam post has differentiam describit, in qua vterus induratus prolabitur in pudendum, vnde durities exterius inguinibus communicatur, durities inquam hanc cancerosam vocat. Sexto verò loco eam descripsit, quæ à siccitate prouenit, communisq. est & vtero, & eius osculo. Septimam tandem, & vltimam durities speciem proponit, quæ à repletione ortũ ducit, quod ex eo colligitur, quia Hipp. huius curationem absoluit non emollientibus modo, sed euacuantibus maximè, & hæc durities in vteri osculo adnotatur, quod & durum, & distortũ persentitur. Hæ sunt omnes durities differentiæ, quas, aut vterum, aut eius osculum contrahere obseruatum est, & quia earũ causæ sunt diuersæ, ideò curationis modos diuersificari necesse est. Quod tanto artificio fecit Hipp. vt nullus post ipsum hanc materiam integrè pertractasse appareat. Hæc igitur ita breuiter attigisse sufficiet, quando in ipsius contextus verbis nulla se prodit obscuritas.

Mar. n. 51. *Vers. 348. Si grumosi facti fuerint vteri.*

Sanguis in vẽnis per vterum disseminatus consistens, exitu ei denegato aliquando cõcrescit veluti grumefactus, vndè si os vteri digito pertractetur, orobi grana in vtero contenta esse videntur, quæ non in cauitate vteri, sed in tunicis existunt. Sunt enim præfati sanguinis reliquiæ per humidioris partis consumptionem indurata adeò, vt tangenti se prodant, huiusmodi verò grumefactio peculiariter in vtero contingit, tum quia crassioris sanguinis est receptaculũ, tũ eò, quia à frigido ambiẽte per pudendũ ipsi vtero cõmunicato crassescit facilè, & grumescit, quod cæteris particulis nõ est cõcessũ. De hoc igitur affectu nũc agit Hipp. cuius curationẽ instituit per ea, quę vehemẽter incidũt, & extenuãt, vteroq; à sãguine in ipsis cõtẽto expurgãt.

Mar. n. 51. *Vers. 354. Si vteri præter naturam hiarint.*

Immodicas vteri apertiones tribus capitibus distinxit Hipp. eo q triplici modo vterũ præter naturã hiare obseruatũ est; & primo loco de ea loquitur, quę simplicior est: in eaq. vterus ipse nihil mali habet, & ideò solis adstringentibus pro eius curatione vtitur. Huius apertionis causam afferens inquit: Morbus autẽ corripit ex fluxu sanguineo, ab eo enim os vteri humectatũ laxatur, vt constringi, & claudi non possit, huic aliam subnectit causam, inquiens. Fit etiã, quũ menses suppressi derepentè eruperint. In quorũ verborum translatione Interpres mellis dulcedinem nobis occultauit. Græci enim codices omnes in numero plures legũt hoc pacto, generantur autem, quũ menses copiosi derepentè eruperint. His enim indicat Hipp. explicatam causam, non oris vteri apertionem, sed etiam fluorem sanguinis illius causam excitare, ità vt menses suppressi, indèque copiosi erumpentes, & oris vteri apertionem, & fluxum immodicũ inducant. Nam à principio huius libri dum causas rubri fluxus enumeraret, inquit. Fit etiã ex mensiũ eruptione, quum concluſi derepente eruperint. Alterã oris vteri apertionem describens secundo loco, superiori maiorem facit, non solũ per additionem particulæ præpositiuæ ἀπο, quæ augmentum significat, dum inquit ἀποκαυν, sed etiam per illa verba amplius, quã in mensibus solet? quasi in præcedenti os vteri apertũ sit tantummodo, quantũ in naturali mensium purgatione aperiri solet. Quia verò in hoc aperitur magis, ideò infert, mẽses ità fiunt plures, cuius consequẽtię ratio desumenda est ab ijs, quæ de causis suppressionis mensiũ adduximus superiori libro vers. 41. indicãtes, quò latius vteri os aperitur, eò copiosiores menses fluere, quia plura venarum, quæ in vterũ desinũt, orificia; ex apertione illa detegũtur, eaq. in eo sãguinem fundunt, & in hoc præsens fluxus differt à præcedenti. Differt etiã ratione efficientis causæ, hanc enim fieri inquit, si quid corruptũ in vtero permãserit, aut ex partu vterus ipse aliquam magnã læsionem passus fuerit; quorum neutrum in præcedẽti concurrit. Corrigenda est autem Cornar. interpretatio in verbo συρροαι, quam in secunda persona transtulit, à lectione lib. de Natur. mul. vers. 389. sect. 2. deceptus, quando in alium sensum hoc in loco recipitur. Inquit enim in præsenti affectu genituram vtero non adhærere, neque intus permanere, sed statim exire, quæ si aliquando retineri contingat; osculum comperit disparatum; vndè tandem egre-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 298 sur 636

A egreditur, libro autem de Nat. Mul. legitur hoc modo, & si digito contigeris os vteri inuenies diparatū, quarū lectionū vtraque proprio in loco rationabilis est, & verū sensum admittit, nequaquā verò si inuicem confundantur. Tertiò tandem loco apertionē quandā vteri describit, quæ omniū leuissima est, & ideò pro ea significāda vsus est voce ἀναχασμώδεσι quæ paruā apertionem importat, & ideò Medici hanc paruorū orificiorum venarū peculiarem fecerunt, quod vt euidentius etiam nobis indicaret, addidit: & non concluſi, quasi hæc operatio media sit inter eam, quæ in mensibus solet, de qua egit primo loco, & naturalē occlusionem, ex quo euenit, in hoc affectu aliquando purgationes non modò copiosiores naturali periodo non fluere, sed sæpè artis auxilio per collutiones, & suffimenta prouocādas esse, quod si aliquādo copiosiores fluant, quā par sit, id sanguinis tenuitati potiùs imputandum est, quam immodicæ apertioni, idq. significare voluit Hipp. dum dixit, si verò menses essi loruerint, hoc est, floridū colorē
B contraxerint, qui sanguinis tenuioris proprius est; plures fiunt, & deteriores, & liquidiores, & frequentes, cognoscitur verò hic affectus ex contactu, quia os vteri non hians est, vt in præcedentibus, sed leue, vndè de facili aperitur, & clauditur. Cæterùm etiam si apertio hæc prædictis sit leuior, ab eadem tamen causā dependet, à qua, & proximè explicata, & eadem ei curatio debetur.

Vers. 384. *Si verò tumidi fuerint, menses, &c.* Mar. n. 54.

Quia, vt alias indicauimus, hæc vox φλεγμαίνειν, pro intumescentia ab Hipp. sæpiùs vsurpatur, in eandem significationem etiam hoc in loco recipienda est. Verùm quia vterus in tumorē attollitur à pluribus causis, pro harum diuersitate diuersas etiam huius morbi ideas descripsit: easq. ad tria capita reduxit. Primò enim agit de eo vteri tumore, qui febrē acutā adiunctam habet, & delirium, vomitus item, dolores, animi deliquia, aliaq. symptomata in textu enarrata,
C quæ manifestè indicant, hunc vteri tumorem inflammationis participem esse, imò veram inflammationē dici debere. Circà curationē verò adnotare oportet, eam, quæ hoc in loco præscribitur, minimè conuenire à principio, & dum in vigore est inflāmatio. Nam eo tempore suspecta videtur purgatio per ea, quæ quarto Acutoriū adnotantur, Minusq. conueniunt fomenta odorata, & subdititia in textu proposita, caliditate enim plurimū lædere possent. Nec vteri purgatio eo tempore conueniens est, per ea potissimū medicamenta, quæ ab Hipp. proponuntur. Quarè hæc curatio conueniens erit, quando feruore inflāmationis sedato, humores, qui in vtero permanserunt, & affectio ab inflammatione introducta, curationem ad se trahunt. Idq. significare voluit Hipp. dum dixit: Quum sic habuerit, hoc est modo proximè descripto, quando, scilicet, iam aluus aqua repletur, vmbilicusq. prominet, & pedes intumescunt. Nā hæc cōtingunt, quando vi inflāmationis ingens facta est humidi colliquatio, quæ versus vterum con-
D fluens, & vterū, & abdomen aqua replendo tumefacit, partesque superiores extenuantur ob colliquationē, indèque cætera enarrata symptomata insurgūt. His enim præsētibus, iam morbus ex acutie decidit, curatioq. ab Hipp. descripta morbo erit conuenientissima. Curationem verò à principio inflammationis faciendam non apposuit, quia vteri tumorem curare intendit, qui in principio, & dum in vigore est inflammatio, nondum conspicuus est, quandoquidem de curatione inflammationis, quatenus acutus est morbus, alibi pertractauit. De hoc eodem affectu actum est libro de Natura Muliebri, vers. 134. verùm præsentis loci doctrina longè perfectior existit.

Vers. 407. *Si in ventre non habeant tumescentibus uteris.* Mar. n. 54. 55.

Alium tumorem hoc in loco describit Hipp. non dissimilem tumori grauidarum, quod insinuauit, dum dixit, si in ventre non habeant, tumescentibus vteris. Hoc enim pacto vertenda
E sunt verba Græci contextus, quæ diuidendo Interpres, priora. Si in ventre non habeant præcedentibus coniunxit parum rationabiliter iudicio meo, quasi mulier ex præcedenti malo saluari nequeat, nisi concipiat in vtero, quia non est rationabile, eam concipere posse, nisi prius intotum sanetur vterus, eo verò sanato mulier non amplius interire poteſt ex eo morbo, qui totus ab vtero dependebat, nec est necesse eam concipere. Agit ergò Hipp. de eo tumore vteri, qui haud parum differre videtur à tumore vtero gerentium, à præcedenti verò plurimum differt, & idea, & curatione, in eo enim propter inflammationem in tumorem attolluntur vteri, in hac verò tumidi fiunt, quia varijs succis replentur; qui non in ipsius vteri porositatibus, aut substantia, quemadmodum in inflammationibus consistunt; sed in eius cauitate, &

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 299 sur 636

©BIUM

ideò huius curatio per sola purgantia, & totum, & vterum absoluitur: idquè leui negotio, vt innuit Hipp. in contextu, dum inquit: Purgata verò sana euadit. A

Mar.n.56. *Vers. 45. Si intumuerit vterus, vellicatur.*

Hæc est tertia tumoris vteri differentia, in qua vterus ab humoribus corruptis intumescit, vnde accidentia præcedentibus longè grauiora insurgunt, conuenit autem hæc cum priori, quia in vtraque adest inflamatio: materia morbifica in vteri porositatibus putrescente: differũt verò tum ratione materiæ, quæ in præsenti est humor à sãguine plurimũ recedẽs: bilis fortassè, & pituita. In priori verò sanguis erat purus, & sincerus saltem à prædominio, quod venæ illæ rubræ in pudendo cõspicuæ, aranearum telas æmulantes, ostendunt, & hæc de morbi idea satis dicta sint. Circà verba ipsius contextus, adnotare oportet in omnibus græcis exemplaribus legi οὐδὲ ἡ ὑστέρη ἐνεργεῖ, quæ verba interpres vertit. Neque reliquus sensus operatur: cum tamen iuxtà veram significationem verti debeant. Neque vterus operatur, indicans per hæc vterum in hoc affectu nihil dimittere. B

Sectio Tertia.

Mar.n.58. *Vers. 9. Si ignis sacer in uteris fiat.*

Negari non potest, quin hoc in loco erysipelatis vteri doctrina repetatur, quãdoquidem in præcedentibus eadem morbi essentia cum ijsdem symptomatibus pertractata est. Id autẽ casu cõtigisse dicerẽ, probabileq. est Hipp. præcedentem doctrinam proprio Marte conscripsisse hoc loco, quia verò de eodem affectu lib. de Natura mul. paucis euariantibus pertractatum inuenit, eam tractationem in propriæ comparationem ad latus descripsisse: quam transcriptores in ipsum contextũ reponentes, doctrinam geminatam reddiderunt. Certum est enim hæc, quæ de vteri erysipelate hoc in loco afferũtur, penitùs respondere ijs, quæ in lib. de Nat. mul. sunt tradita, curationem tamen huius morbi in vtero gerentibus, quæ ibidem habetur, in hunc locum transferre neglexit, quppèquæ ad morbi curationem nihil faciat, sed ad fœtus conseruationem tantummodo, vt loco citato indicauimus. C

Mar.n.59. *Vers. 24. Aqua intercus si in uteris fiat, &c.*

Hæc est illa hydropis species, de qua fusiùs tractauit secundo loco lib. 1. sect. 2. vers. 18. cuius essentiam ibi satis abundanter explicauimus. Hic autem de illius curatione tantummodo agitur, vbi omnium vteri affectionum cõpendiaria curatio describitur. Vnam verò, & eandem esse affectionẽ attestantur, & accidentia ipsa, & curatio, quę vtroque in loco proponitur, quam tamen administrandam supponit Hipp. eo tempore, quo mulier vtero non gerit. Multa enim continet, quæ abortum facere possent. Quia igitur de hac hydropis specie loco citato à nobis actum est, in eiusque explicatione quam plura adnotauimus, ea indicasse nunc satis erit. D

Mar.n.60. *Vers. 37. Alia aqua intercus uterorum, &c.*

Hæc verba in omnibus Græcis exemplaribus hoc pacto leguntur, ἄλλο ὁμοίως ὑδέρον μητρέον, hoc est aliud simile hydropi vterorũ, quæ lectio huius loci adeò propria est, vt eam alterare absquè manifesta corruptione, sit impossibile. His enim indicatur, præsentem affectum similem esse hydropi vteri, quamuis re ipsa non sit hydrops, conuenit enim cum hydrope in excretis, differt verò, quia ad fluxus vterinos potiùs, quam ad hydropem est referendus. Quarè & curatio ipsa ab hydropis curatione plurimum differt. Adnotentur autem illa verba: si vteri egressi fuerint, quæ Cornarius cum præcedentibus coniunxit: cum tamen ad subsequentia melius referantur, ita vt sensus sit. Si in hoc morbo vteri egressi fuerint. (Nam fortasse id frequentèr euenire obseruauerat) tunc curatio est adhibenda, quæ in fluore albo præscripta est secundæ speciei, de quo lib. 1. vers. 63. actum est, quo in loco curationem absoluit adstingentium vsu, quæ in vteri prolapsu sunt conuenientissima. E

Mar.n.61. *Vers. 45. Si uentus in uteris fuerit.*

Mirabuntur, ni fallor, Medicorum plurimi: quomodo Hipp. accidentia in textu enarrata ad flatus referat in vtero conclusos, quæ affectioni flatulentæ nullo modo conuenire videntur. Omnia enim ferè caliditatis excessus sunt soboles, flatus verò à diminuto calore produci Galeno concedunt omnes. Admiratio tamen cessabit, si quæ de flatuum generatione à Præceptore statuta sunt, in memoriam reuocabuntur. Libro enim de locis in hom. vers. 289. sect. 2. humida, inquit resiccata flatum faciunt: vndè obseruatum ab eo legimus.

Mar.n.56.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 300 sur 636

A gimus. 4. Acutor. verſ. 340. legumina viridia, & macerata minus flatuoſa eſſe, quam exic- Mar. n. 59.
cata, eo quod humiditas copioſa, quæ in viridibus, & in maceratis abundat, non ità facilè
reſiccatur, vt in flatum conuertatur. Quam quidem Hipp. ſententiam contrà communem
Medicorum opinionem defendimus in expoſitione loci citati. Si ergò flatus ab humiditate
reſiccata producuntur, quod abſquè calore fieri non poteſt, ſequitur, vbi multum ineſt hu-
moris, etiam caloris copiam concurrere, vt flatus producantur; & quia in ventre calor
maximè viget, & humidi plurimum, vt libro 1. de Diæta. verſ. 163. adnotauit Hipp. ideò Mar. n. 12.
ibi flatus etiam plurimi generantur. At in vtero, vbi caloris non adeſt copia, rarò flatus
generantur, propter humidi abundantiam caloris reſpectu, & ſi aliquando producuntur,
à calore immodicè aucto euenire dicendum eſt, quo caſu vterus non vehementer lædi non
poteſt, & cum eo totum corpus alterari. quod ſi fortè flatibus in vtero genitis non pa-
B teat exitus, hi vterum ipſum diſtendentes, plurima ſymptomata excitant, quæ afferuntur
in textu, quorum cauſa eſt caloris exceſſus, cuius ipſimet flatus participes fiunt, tùm ra-
tione efficientis cauſæ, tùm etiam, quia à loco calido exeunt. Hanc rem nobis indicauit
Hipp. inferius, de flatu in vtero concluſo ſermonem habens: cuius materiam ſemen
conſtituit, hoc enim, vt ipſe inquit, ſi fortè in vtero receptum non concipiatur, nec exeat
foras, corrumpitur, caloreque intenſiori in illud agente, in flatum vertitur, qui cum agentis,
& materiæ naturam conſequatur, acris fit, & mordax; ita vt accidentia in textu ibidem
relata, his non diſſimilia excitare poſſit.

Verſ. 113. Quum mulieri mamma aſpera facta fuerit. Mar. n. 66.

Ομαζὸς τραχὺς dicitur hoc in loco affectio quædam, per quam mammæ duris quibuſdam
tuberculis intumeſcunt, tumore inæquali, ac ſi petris plenæ eſſent, τραχὺς enim pro τραχυς
C frequenter vſurpatur, quod etiam adnotatur in Lexico, à quo ſenſu non longè mihi receſ-
ſiſſe videtur Erotianus in expoſitione vocis τριχιάσπαι, hunc enim locum reſpexiſſe aſſeren-
dum eſt, quamuis, quod habet communis lectio τραχυς γένηται fortaſsè legerit ipſe τριχιά-
σπαι, exponit enim ἡ περὶ τοὺς μαζοὺς ἀποστασις, hoc eſt abſceſſus circa mammas, etſi longè
diuerſum ei ſenſum tribuerit eius interpres, & rationi, & verborum proprietati penitus alie-
num, dum vertit, dicitur τριχιασις ſciſſura in mamillis. Αποστασις enim propriè abſceſſum ſi-
gnificat, non ſciſſuram, ſed & curatio, quam huic morbo præſcripſit Hipp. tuberculis accom-
modata eſt: non ſciſſuris. Adde etiam, malum hoc ad ſuppurationem aliquando conuerti,
vt adnotatur in textu, quod tuberculis tantummodo conuenit. Iiſdem rationibus alius ex-
cluditur mamillarum morbus, de quo mentionem facit Ariſt. 7. de Hiſt. Anim. 11. eumque
τριχιαν vocat, & pilare malum tranſtulit Interpres. Perperam igitur expoſitores quidam
D pro τραχυς, τριχυς legentes, obſcuritatem huic ſententiæ attulerunt.

Nota ad finem libri primi Morborum Mulierum adſcripta.

Verſ. 4. Si verò antiquior fuerit puer cæparum externas partes, &c. Mar. n. 1.

Cum omnia Græca exemplaria ἐξοθεν legant communi conſenſu, qua ratione ductus In-
terpres, internas cæparum partes tranſtulerit non inuenio, & eò maiori admiratione digna
eſt huiuſmodi interpretatio; quando certum eſt cæparum internam partem cauſticæ facul-
tatis non nihil participare, ità, vt in anum infantis indita partem vlcerare facili negotio poſſet.
Accipiendus eſt igitur cortex exterior; vt qui ſiccus exiſtens minori acrimonia præditus eſt,
vndè infanti nihil incommodi afferre poteſt. Addidit etiam cum melle, quæ vox in Græcis
E exemplaribus non reperitur, vndè corruptum textum eum habuiſſe dicendum eſt.

Verſ. 5. Si lac non fuerit, recentis tritici farinam elotam melle, ac oleo amixto, &c. Mar. n. 1.

Quia omnes Græci contextus non ῥοφῆσαι, vt tranſtulit Cornar., ſed χλύσαι, hoc eſt in-
funde, legunt, verba hæc in alium ſenſum prolata eſſe mihi videntur, continent enim
clyſma ad aluum puerorum ſoluendam, cuius gratia lanam melle intinctam in prima eorum
ætate in anum indidit, & grandiori exteriorem cæparum corticem. Quarè verba illa: Si
lac non fuerit, ad infantem ſunt referenda, non ad nutricem, iis enim docemur: poſt abla-
ctationem clyſteribus nos vti poſſe in pueris, anteà verò nequaquam. Hancq. interpretatio-
nem ſermonis continuatio haud parum confirmat.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 301 sur 636

Liber de Sterilibus.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Mar.n.1. *Vers.* 12. *Si verò parum distortum, aut leuiter concluſum.*

Hæc ſatis manifeſta exiſtunt, quemadmodum & præcedentia: quibus ſterilitatis cauſas adducit: quatenus genitura viri vterum ingredi prohibetur, idque euenire dixit, ſi os vteri adeò diſtortum ſit, vt pudendo non reſpondeat è directò. Aut rectum quidem ſit, verum concluſum. Huius duplicis impedimenti ſignum adducit certiſſimum: quia menſes nullo modo prodeunt, ob rationes libro primo de Morb. mul. explicatas. His igitur traditis, modò ſubiungit, cauſas præfatas, etiam ſi quotieſcunque à naturali ſtatu parum recedunt, menſtruorum eruptionem penitus non prohibeant; conceptionem tamen impedire, ità vt non modò, quando os vteri omninò auerſum eſt à pudendo, aut penitus concluſum ſeminis ingreſſus in vterum prohibetur; ſed etiam ſi parum diſtortum fuerit, aut leuiter concluſum. Et ratio eſt, quia ad ingreſſum ſeminis via adeò expedita requiritur, vt à quolibet impedimento, etiam leuiſſimo excludatur. Os autem vteri parum auerſum eſſe, aut leuiter concluſum cognoſcimus: quia menſtrua fluunt quidem, verum pauciora, & per longius tempus, pauciora quidem, quia via ipſis non latè patet, per longius tempus verò: eo quod cum paulatim fluant, longius tempus tollendæ repletioni requiritur. Hæc adduximus in gratiam vocis ἐφεῖσι, quam cum nuper tranſtulerit interpres, ſententiam obſcuram reddidit, quæ ſi, leuiter, interpretetur, claram, & rationabilem facit, eſtque vocis proprietati conueniens: quando Erotianum eam in hunc ſenſum recipiſſe conſtat.

Mar.n.3. *Vers.* 39. *Fit autem, & natura hæc affectio, & à relatis cauſis.*

Affectionis nomine hoc in loco ipſam ſterilitatem intelligimus, quæ mulieribus quibuſdã naturalis quodammodo dici poteſt. Nullo enim vitio in ipſis apparente, ſteriles ſunt omninò. Haſque fœcundas arte reddere, impoſſibile eſſe ait. Subiungit verò, ſin minus non ſani prodeunt menſes. Quibus verbis inſinuatur: quotieſcunq. mulier ſterilis eſt non à natura, menſtruorum vitium ſemper concurrere, quando mulierem ſanam non eſſe atteſtatur, & ideò non concipit, quia ſemen (inquit) à ſanguine morboſo non compingitur, ſed ab eo diffuſum de facili egreditur.

Mar.n.4. *Vers.* 46. *Si verò mulieri menſes non prodeant omninò.*

Intentio Hipp. in hac ſententia eſt indicare nobis aliam ſterilitatis cauſam cum menſium ſuppreſſione, ab enarratis penitus diuerſam, quam diuerſitatem intulit per illa verba ἢ ὑπὸ πάντων τῶν εἰρημένων, quæ ego hoc pacto tranſferrem, præ cauſis omnibus relatis, quaſi dicat. Præter oris vteri diſtortionem, & concluſionem; cuius gratia menſes non fluunt, nec mulier concipit, eſt & alia ſterilitatis cauſa à prædictis penitus diuerſa, in illis enim conceptio non fit, quia ſemen vterum ingredi non poteſt, in hac verò ſemen ab vtero recipi ſupponitur, etiam ſi indè non ſequatur conceptio. Et hanc noſtram expoſitionem confirmant ea, quæ Hipp. inferius verſ. 128. Dum præfatis omnibus ſterilitatis cauſis curationem inſtitueret, de hoc affectu agens inquit, Quæcunque verò ſtomaco recto, & molli, & ſano, & probè habente, & in debito loco ſito, menſes omninò non apparuerint. Cauſam verò, cur in omnimoda menſium ſuppreſſione in præſenti caſu non fiat conceptio, duplicem aſſignat. Alteram per illa verba, venæ enim ſanguine plenæ genituram non ſuſcipiunt; quo loco quid per venas intelligat, non conſtat, vterus enim, non venæ genituram ſuſcipiunt. Id verò patebit, ſi ea, quæ libro primo de Morb. mul. ſect. 2. verſ. 11. adduximus, in memoriam reuocabimus. Per venas enim intelligere Hipp. demonſtrauimus, ea venarum orificia, quæ in vteri fundum deſinunt, quibus genitura in actu conceptionis adhæret, indèque, & ſecundinæ, & venæ vmbilicalis exortus incipit, his ergò ſanguine repletis ſemen vteri fundo non ità agglutinatur, & adhæret, vt conceptio ſequatur, & id per venarum ſuſceptionem intelligere voluit Hipp. Huic rationi alteram addidit: quia in vteris aliquid inueterati ſanguinis ineſſe neceſſe eſt, quod genituram nutriri prohibeat. Qui enim præſens eſt, ob longam moram craſſior effectus, genituræ nutriendæ ineptus exiſtit: viamque intercludit nouo ſanguini, qui à genitura pro ſui nutritione

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 302 sur 636

A tritione attrahi posset, vndè genituram nutrimento destitutam perire necesse est.

Vers. 96. Quum stomachus vteri durus fuerit. Mar.n.8.

Causis iam omnibus enarratis, propter quas mulieres in vtero non concipiunt, nunc ad vnamquanquè sigillatim tollendam se conuertit, & primo loco, quomodo ijs occurrendum sit, demonstrat, quæ ab vteri vitio dependent, indè verò de reliquis tractat, quo quidem stylo, & in libris de Morb. mul. vsum esse, adnotauimus.

Vers. 102. Et menses quidem iuxtà sanitatem corporis, &c. Mar.n.8.

His admonet Hipp. ex qualibet vteri læsione cõceptionem impediri, quamuis in menstruorum eruptione nullum appareat vitium, cuius rationem adduximus à principio præsentis libri. Hoc autem ab Hipp. proponi existimo, vt rei difficultate perspecta Medicus maiorem diligentiam in causarum perscrutatione sibi adhibendam esse, cognoscat.

B *Vers. 129. Cuicunquè verò stomacho recto.* Mar.n.9.

Istis sermonem interrumpit inceptum de vteri malè affecti curatione, quem postea reassumit ibi vers. 135. Si verò à pharmaco, & à potione, &c. Quibus admonet, euenire aliquando ore vteri ad naturalem dispositionem redacto, purgationes tamen menstruas, iuxtà naturæ leges non procedere, indicans, hoc perspecto, in oris vteri curatione vlterius procedendum non esse, huiusquè defectus causam diligenter perquirendam esse, & coniectandum, an propter hanc eueniat, vt mulier non concipiat. Quæ verò sit hæc causa non determinauit Hipp. Adnotauit tantummodo hanc, & ad vterum, & ad corpus totum pertinere posse. Nobis igitur occasio porrigitur inquirendi; quæ affectio vtero euenire possit, & quæ toti corpori, propter quam osculo vteri secundum naturam se se habente, purgatio menstrualis non rectè procedat. Cuius gratia in Hipp. doctrina, si percurrere voluerimus, inueniemus, ob quasdam vteri affectiones, vteri osculo probè se habente, menses quidem fieri pauciores, & deteriores: Mar.n.10.

C vt de vteri hydrope testatur Hipp. lib. primo de Morb. mul. sect. 3. à principio. Et à toto corpore similiter malè affecto menses diminutos, & prauos procedere colligimus ex his, quæ lib. de Aere Aquis & loc. vers. 83, afferuntur de ijs, quæ aquis duris, & frigidis vtuntur, ex harum enim vsu menses prauos, & paucos fieri rationabile est, quippè quæ habitum corporis densum efficere, humoresquè crassos, & lentos reddere possunt. At menses penitus deficere absque oris vteri vitio apud Hipp. non inuenio. Scio quidem, satis rationabile esse, in emaciatis menstrua in totum supprimi, idque experientia attestatur. Quemadmodum ijs quoque euenire consueuit, quibus aliqua continua euacuatio, sanguinem coaceruari prohibet: quod aliquibus fonticulorum gestatione euenisse obseruaui. Hippocratesq; in filia ædilis adnotauit 4. Epidem. vers. 176. quæ per duos annos non est purgata, eo quod hæmorrhoidas continuò fluentes habebat, idque eadem ratione euenire asserendum est, propter quam in vtero gerentibus menses non procedere demonstrabat Hipp. lib. de Nat. Pueri vers. 67. Scio etiam reperiri mulieres, quæ absque vllo sanitatis, aut fœcunditatis incommodo nunquam purgatę sunt, aliæ per plures annos sinè menstruorum periodo degerunt: vt de Phærussa, & Namysia testatur Hipp. quæ ambo viragines factæ sunt. Nonnullas etiam viragines à natura sine mensibus esse nouimus. Verum si huiusmodi mulieres respexit Hipp. causam à totius dispositione, non à solo vtero dependere dicendum est. Quarè indubitatum axioma in Hipp. doctrina statui potest, nullum esse vteri vitium, cuius causa menses omninò supprimantur, quotiescunq. os eius rectum est, & optimè dispositum. Quarè dum hoc in loco Hipp. ait menses aliquando omninò non apparere, aut pauciores, & per amplius tempus, & non sanos, vitio ipsius vteri, aut totius corporis, hæc disiunctim vera sunt, si dicamus, menses in totum supprimi posse ob affectionem aliquam à toto corpore prodeuntem, diminutè verò, & vitiosos procedere, tum vtero ipso, tum vniuerso corpore malè affecto. Quibus omnibus consideratis, quid de obstructione venarum dicendum sit, quam causam suppressionis menstruorum, tam facilè recepit posteritas, iudicent alij. Ego enim Hipp. auctoritate, & sensus testimonio permotus, quæ ex illa opinione arti Medicæ, & mulieribus incommoda eueniant lib. 1. Morb. mul. vers. 41. demonstrare conatus sum. Mar.n.13. Mar.n.6.

D

E

Vers. 144. Si verò mulier à pinguedine. Mar.n.10.

Præsens sententia plurimum conuenit cum ea, quę inferius vers. 278. legitur, & inter aphorismos translata, hoc modo se habet. Si verò præter naturam mulier fuerit crassefacta in Mar.n.15.

ventre

ventre non concipit, nam omentum crassum, ac multum incumbens, os vterorum deprimit, & genituram non suscipiunt. Differunt tamen, quia in crassitudine citata os vteri læditur, vndè semen vterum ingredi prohibetur, in hac verò vterus ipse afficitur, quia humidior est, quam par sit toto corpore humido existente, vndè genitura non retinetur in vtero, sed defluit, aut ab humoris excessu suffocatur, curatio tamen ambobus communis erit, quæ in corporis extenuatione consistit. In præcitatæ sententiæ explicationem nonnulla adducemus in Aphor. A

Mar.n.11. *Vers.* 164. *Alia curatio. Vbi fomentum toti corpori adhibueris, &c.*

Hæc inscriptio indicat, nouum proponi curationis modum eiusdem affectionis vteri, à præcedenti non omninò diuersum. Quod etiam euidentius manifestat remediorum propositorum facultas, materias enim præsidiorum continent, quæ vniuersaliter proposuerat, dum inquit. Postquam autem probè mollitum, ac suffitum esse videbitur, appositis pharmacis vteri purgationem facito, donec probè habere visum fuerit: incipiens à mollibus ad fortiora, desinens autem rursus in mollia odorata. Huius enim naturæ sunt medicamenta, quæ purgantia appellat, eorumquè descriptiones inchoat ibi. Postquam autem aperueris, purgatorium appone. B

Mar.n.13. *Vers.* 253. *Alia curatio. Marubij foliorum.*

Præsens indicatura non ità accipienda est, vt significet, hanc curationem eidem morbo conuenire, cuius gratia præcedens descripta est: ad membranam ori vteri adnatam. Sed veluti remedium quoddam vniuersale ad eas mulieres, quæ non concipiunt, in quarum gratiam plures alij curationum modi superius sunt descripti. Supponit tamen antè huiusmodi medicamentorum vsum, ea remoueri impedimenta, quæ ad os vteri pertinent: de quibus superius actum est. Præsens enim curatio, quemadmodum, & subsequentes, vterum ad conceptionem disponunt exiccando, aperiendo, calefaciendo, & roborando, vt medicamentorum facultates palam faciunt. C

Mar.n.14. *Vers.* 267. *Si verò mulier internis partibus.*

Curatio, quam pro tollenda sterilitate, hoc in loco adhibet Hipp. illius causam supponit frigidam vteri intemperiem cum humoris præsentia. Medicamentis enim vtitur calefacientibus, & exiccantibus, non in vterum tantummodo inditis, sed etiam in sedem, vt loci vicinitate eorum facultas vtero communicetur. Idem etiam attestantur accidentia, de quibus in textu, somnus enim solito longior (talem enim Hipp. intellexisse est rationabile dum dixit, sed dormit) appetitusq. deiectio, frigiditatis, & humiditatis symptomata existunt, cum humorum præsentia, eosque vterum lædere ex eo cognoscimus: quia nulier hoc modo affecta vteri congressum non admittit. De hoc enim symptomate mentionem fecit lib. 2. Morb. mul. sect. 2. vers. 384. tanquam signo vteri ab humore frigido, & pituitoso repleti. Quod etiam in vteri repletione à flatu obseruauit eodem lib. sect. 3. vers. 45. Verum quia huic affectioni aliquando febricula tenuis adiuncta est, quæ etiamsi ad contactum non appareat, interius tamen latitare, alia ostendunt, ex quo sequitur permixtionem portionis cuiusdam humoris bilioси concurrere: cum certum sit in Hipp. doctrina, nullam febrem, Ephimera excepta, absque bilis præsentia introduci posse. Quia igitur præsente febre medicamenta proposita, non parum lædere possent, conditionem apposuit, si mulier internis partibus non febriat. Nec alicui mirum videatur, humore bilioso dominante, vterinos affectus somnum profundum adferre, quando experientia demonstrat, vteri morbos, & capitis grauitatem, & somnos profundos communiter adferre: etiamsi humores calidi abundent, imò in ipsa vteri inflammatione soporem fieri colligimus ex ijs, quæ scripsit Hipp. 2. de Morb. mul. sect. 2. vers. 417. Cuius quidem rei euidentem rationem adduximus super historiam Pythonis filij 2. Epidem. sect. 2. vers. 487. Mar.n.52. Mar.n.61. D Mar.n.56. E

Mar.n.16. *Vers.* 284. *Quum menses mulieri prodierint, & præterierint.*

Hoc in loco docet Hipp. quæ curatio ijs mulieribus conueniat, quæ, mensibus secundum naturam prodeuntibus, non concipiunt, admonetque, tunc curationem inchoandam esse statim, ac menstruorum cursus constiterit, id enim significat verbum, & præterierint. Quæ autem præstanda sint in hac curatione, ità distinctè proponit, vt nihil super eam dicendum nobis relinquatur. Adnotetur tamen vox εἰς ἔγκυον, quam dum in vas interpretatur Cornar. obscuritatem quandam parit. Ventrem enim importat, & in hanc significationem recepit nunc Hipp.

vt cu-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 304 sur 636

A vt cucurbitæ ventrem, siue cauitatem significaret.

Vers. 325. Et articulum, siuè pudendum tumefacit. Mar.n.17.

Hæc vox ἄρθρον, etiamsi communiter articulum significet, aliquando tamen pro genitalibus membris, tam fœminarum, quam masculorum vsurpari solet, in hanc quippè significationem ea vsus est Herodotus, in Talia, & Melpomene. Vbi inquit ἄρθρον τῆς ἵππου ἐπιψάνω, hoc est equæ genitalia attrectans, ex quibus corrigi potest locus Esichij, vb ἄρθμον pro ἄρθρον legitur. In idem igitur significatum accipiens Hipp. hoc in loco adnotat pessarium præscriptum adeò acre, & mordax esse, vt febrem inducat, & pudendum inflammando tumefaciat.

Vers. 326. Mel & ueratrum nigrum tenuè non multum coquito, &c. Mar.n.17.

Hæc verba diuersimodè fortasse legerat in suo codice Cornar. ab eo, quo legunt cætera omnia græca exemplaria; iuxtà quorum lectionem hoc pacto vertenda esse mihi videntur.

B Mel coctum, & radices hellebori nigri tenuis contusas, si multum fuerit vehementer mordax est, quibus docemur, ex melle cocto, & radicibus hellebori nigri contusis conficiendum esse pessarium supradicto simile. Admonet autem radices hellebori tenues eligendas esse, quia fortassè tenues crassioribus sunt imbecilliores, & ex consequenti minus mordaces. An potius è contrario acriores? res iudicio sensus eget.

Vers. 337. Postquam verò ab hac curatione. Mar.n.18.

Mulieribus, quibus menstrua secundum naturam fluunt, & non concipiunt, curationem conuenientem suprà descripsit per ea medicamenta, quæ vteros calefaciunt, roborant, aperiunt, & purgant. Quibus omnibus administratis, nisi conceptio sequatur, ad venæ sectionem confugiendum nos admonet, sanguinemq. & à superioribus, & ab inferioribus educendũ esse iubet, idque significauit per illa verba, à manibus, & pedibus, per venas manus, quę sunt in cu-

C bito intelligẽs de more, quod alibi demonstrauimus hoc eodem expresso loco. Notat etiam venæ sectionem esse faciendam, quando menstruæ purgationes iam cessarunt, nè fortè ex venæ sectione antè purgationes menstruales facta sanguinis reuulsione ab vtero, purgationum periodus inhiberetur.

Vers. 355. Molæ porrò conceptus. Mar.n.20.

Circa molę generationem, de qua hoc in loco mentio fit, nonnulla adnotauimus hanc eandem sententiam exponentes lib. 1. Morb. mul. sect. 3. vers. 303. Vndè quæ ibi sunt tradita huic loco satisfacere possunt.

Vers. 373. Ad vteri purgationes. Mar.n.21.

Hinc incipit Auctor ab inchoato operis proposito aliquantulum recedere, multa proponens ad res muliebres spectantia quidem, quæ tamen ad materiam sterilitatis nihil pertinent,

D quanam verò ratione id ab eo factum sit, nostram mentem aperiemus in expositione lib. Acut. vers. 421. sect. 4.

Vers. 377. Si verò purgatione moderata à partu facta. Mar.n.21.

Quid faciendum sit puerperæ, cui aluus à partu adstricta sit, & ventris tormina infestent à flatibus, docet in præsenti sententia Hipp. exhibet enim succi scamonij quintam partem dosis consuetæ, vnà cum portione, aut seseli, aut alterius medicamenti odorati, facultate enim scamonij aluus laxatur, flatus verò ab aromatibus discutiuntur. Quarè particula, aut, non est referenda ad antedicta ità, vt loco scamonij, aut seseli, quod medicamentum odoratum substituendum velit Hipp. hæc enim scamonij succedanea esse non possunt, quia aluum non mouent. Sed potius subsequentia respicit, ac si in hunc modum locutus esset. Succi scamonij quintam potionis partem, partemq. aut seseli, aut alterius cuiusdam ex odoratis. Hoc autem

E loco docemur medicamenta purgantia, quæ fortia sunt, in pauca quantitate exhibita, qualis est quinta pars consuetæ dosis pro aluo subducenda vsurpari posse, etiamsi non omnia cõcurrant, quæ ad purgationem requiruntur, idquè nobis insinuatur per illa verba, siuè cum febre. siuè sine febre Non tamen ea temerè exhibere oportet, & ideò conditionẽ apposuit, dũmodo puerperij purgatio mediocris processerit. Alioqui timendum, nè puerperij purgatio, facta ad aluum reuulsione, supprimatur. Vel potius dicamus, antè mediocrem purgationem, horum dolorum curationem incongruã esse, quũ satis rationabile sit, eos ad vterum potius pertinere, à puerperijs non purgatum, quam ad aluum: vndè pessarijs, alijsque remedijs, quæ vterum expurgant potius occurrendum esset; quam medicamentis flatum discutientibus per os assumptis.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 305 sur 636

sumptis. Aluusquè tutius laxanda esset clysteribus, quam aluum subducentibus ingestis. Adnotatione digna est illitio, quam sedi admouet Hipp. quæ prò tollenda alui adstrictione frequenter vsurpari poterit in praxi. A

Mar. n. 22. *Vers.* 382. *Si verò ex purgationis corruptione.*

Quamuis febrientibus lac dare aliàs prohibeat Hipp. Non tamen in hoc adeò religiosus fuit, quin aliquando illud exhibere satius existimauerit, quando indè magna speratur vtilitas. Non desunt exempla, quæ id manifestant, eaquè in huius opinionis confirmationem adducemus in expositione libri Acut. com. 4. vers. 10 quibus adscribi, & præsens potest, in quo febrienti lac cum tertia mulsæ parte exhibet, vt eo mediante, & purgationis acrimonia ex corruptione contracta, quæ mulierem dolore vexet, attemperetur, & simul aluus adstricta emolliatur. Eligit autem caprillum, quod in substantia mediocritatem inter tenuitatem, & crassitudinem tenet. Nam asininum, alioqui febrienti minus noxium, fortasse timuit, quippè quod aluum vehementius mouere posset, quam in puerperis contingeret, qua suspicione permotus illud decoquendum iubet, ità enim immodicæ euacuationis omnis suspicio tollitur. Pinguedinem verò detrahit, tum quia hæc pariter ad alui fluxum disponere posset, tum maximè, vt febri minus officiat, cuius gratia illud frigidum actu præbet, & tertiam mulsæ partem ei admiscet, quantitas verò, quam præscribit duarum heminarum, animaduertenda est, quæ pro ducenda aluo minima est, cuius gratia ad semicongij mensuram illud exhibere consueuit. Maxima tamen propter mulsæ permixtionem, si nutritionis gratia exhibeatur, quo consilio nunquam duas heminas in totum excedere consueuit. Quarè dicendum est in præsenti casu lac dari, nec nutritionis gratia simpliciter: nec sola intentione purgandi, quod etiam ex eo confirmatur, quia si pro nutritione tantum illud exhiberet, longiori tempore eius vsum perscripsisset, etsi in gratiam purgationis vnica vice contentus fuisset, nec subiunxisset, si neque venter subeat, sed vt eodem tempore aluus mediocriter laxetur, humorumq. acrimonia corrigatur. Hipp. verò hoc in loco legem aphoristicam non peruertisse, quæ lac dare febrientibus prohibet, patebit ei, qui præter indicatam superius ex 4. Acut. explicationem, interpretationem nostram pariter Aphor. 64. quintæ sect. diligenter perlegerit. B C

Mar. n. 24. *Vers.* 431. *Si verò genituram continens, non prægnans fiat.*

Quibus os vteri præter naturam hiat, non concipere, superius indicauit hoc eodem libro vers. 36. necnon lib. 1. de Morb. mul. vers. 369. vbi etiam curationis modum breuiter nos edocuit. Exactius verò lib. 2. sect. 2. vers. 354. id autem ea ratione euenire existimauit; quia genitura vterum ingressa effluit, nec retinetur ad conceptionem, quo in loco, quia omne malum ab vteri vitio dependet; ideò ei soli curatio instituta est. Quia verò aliquando euenit, vteri osculo hiante, genitura intus permanente, conceptionem tamen non perfici: qui casus est à præcedenti longè diuersus, ideò curatio etiam diuersa ei debetur. Quarè coniiciens Hipp. id ob vitium genituræ mulieris euenire, quod à totius affectione dependet, ideò pro curatione, & totum, & vterum respici voluit, totum quidem vniuersali purgatione per pharmacum, vterum verò ore ipsius ad naturalem statum reducto. Quarè admirari licet Hipp. industriam, tum in causis morborum distinguendis, tum in eorum curatione indaganda.

Mar. n. 3. Mar. n. 30. Mar. n. 52. D

Mar. n. 24. *Vers.* 446. *Et si uires sufficiant, ante hæc omnia uenam in manu, &c.*

Adnotatione digna est vena, quam hoc in loco secari iubet Hipp. in cubito sinistro, quamuis sinistræ partes non magis afficiantur, quam dextræ. His enim casibus recentiores dextras potius secarent, eoquod in dextris hepar residet, quod sanguinis fons censetur, ex quo apparet plenitudinem secta dextri cubiti vena melius tolli, quam sinistra, cur ergò Hipp. hoc in loco sinistram potius aperit? Huius quæsiti gratia sciendum est: Sanguinem duplici potissimum intentione mitti. Primò quidem ad morborum præsentium curationem; quo casu semper eligenda est vena, quæ non modo rectitudinem habeat cum parte affecta, sed etiam ei sit proxima, vndè dextris partibus affectis, non modo dextræ venæ sunt eligendæ, & sinistris sinistræ; sed etiam si morbus partes corporis obsidet superiores, venas superiores secare expedit, inferiores verò, si in inferiori parte consistat, eas scilicet, quæ in cruribus sunt, & malleolis, qua quidem doctrina ab Hipp. desumpta Galenus librum suum de Curandi ratione per sanguinis missionem mirabiliter exornauit. Si verò nulla particula in morbo affecta sit, morbiquè vehementia vrgeat, tunc rationabile est, venam eam eligere, quæ quam citius E

pleni-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 306 sur 636

A plenitudinem tollat, huius naturæ cenſetur brachij dextri interna, quia immediatè hepar ſanguinis officinam, & venam cauam eiuſdem receptaculum euacuat. Vnde Hipp. 4. acutorum verſ. 40. hanc eandem venam in repentina vocis priuatione ex venarum interceptione, otra, ſecari iubet. De qua hunc in modum ratiocinatur Galenus. Vena interna dextri cubiti velociſſimè, & plurimum ex ijs partibus, quæ principes ſunt euacuat, atque ob id in acutiſſimis morbis ad eam ſe confert Hipp. hæc Galenus. Quod ſi tandem nullo præſente morbo præſeruationis tantummodò gratia venam ſecare expediat, quia quælibet vena vniuerſum corpus tandem euacuat, ideò plures venæ pro hac intentione in vſum venire ſolent. Si enim venæ ſectio facienda ſit pro alicuius morbi præſeruatione, qui determinatam partem infeſtare ſolet, ea vena aperienda eſt, quæ à parte affici ſolita plurimum diſtat, & id colligimus ex lib. de Nat. Hom. verſ. 230. vbi hæc leguntur, enitendum eſt autem, vt ſectiones, quam longiſſimè à locis faciamus, vbi dolores fieri, & ſanguis colligi ſolet, ſic enim mutatio minimè ma- B gna derepente fiet, & conſuetudinem remouebit, vt non amplius in eundem locum colligatur. Hæc Hipp. in quorum expoſitione ad præſeruatiuam artis partem ea pertinere demonſtrauimus propriò loco. Si verò hæc præſeruationis quidem gratia adminiſtranda ſit, verùm nullius partis peculiaris reſpectus habeatur, quælibet vena huic intentioni ſatisfacere poteſt, verùm ſi alicuius particularis delectus habendus eſt, ea eſt eligenda, quæ minus ægrotantem debilitare poſſit, talis autem erit, quæ cum ſanguinis fonte non magnam habeat rectitudinem, aut affinitatem, cuius ratione humeralis minus debilitare cenſetur, quam media, aut interna. Quia igitur in hoc caſu venæ ſectio non proponitur gratia alicuius morbi præſentis, nec eius, qui aliquod particulare membrum infeſtare ſoleat, ſed vt ſanguinis copia tollatur, quæ ad vterum ferri conſueuit, quod præſeruatiuæ partis negotium exiſtit, ideò Hipp. venam ſiniſtram probat, non dextram, quæ propter rectitudinem, & conſortium quod C habet cum hepate magis debilitare poſſet, quam ſiniſtra, eligitq. ſuperiorem, quæ ſcilicet in cubito eſt, nè inferioribus ſectis, vterus ad ſuſcipiendum diſponatur magis. Ex his igitur patere arbitror, quibus in caſibus, & quæ venæ ſint aperiendæ, & quando dextræ ſint præferendæ ſiniſtris, & è contrà, quæ conſiderare velim practicantes, nè adeò inconſiderate dextras aperiri iuberent.

Verſ. 447. *Si verò ſtomachus.* Mar. n. 24.

Quoniam in Hipp. doctrina impoſſibile eſt ore vteri hiante menſes omninò ſupprimi, ideò communis lectio Græcorum exemplariorum mihi probatur magis, quam ea, quam ſibi accommodauit Cornar. particulam » addendo, quæ in nullo codice græco reperitur, hoc igitur pacto vertenda eſt præſens ſententia. Si verò ſtomachus ſic habeat, (hoc eſt immodicè D hians, vt dictum eſt ſuperius.) Menſes autem non prodeant vitioſe, aut minus, ad reliqua omnia ampliorem purgationem adhibeto. His enim iubet Hipp. vteri oſculo hiante, ſi purgatio non procedat vitioſe, vt ſolet: videlicet copioſior, quam par ſit, & humidior, ſed iuxtà naturæ limites, aut diminutè fluat, quod aliquando euenire ſuperius adnotauit, tunc ad præſcriptam curationem copioſior purgatio addenda eſt, cuius documenti ratio eſt in promptu. Quia dum menſes immodicè fluunt, fortis, & magna purgatio ob virium imbecillitatem ſuſpecta eſt. qua quidem ratione, poſt venæ ſectionem, ſecuritate, & moderatione, purgationem Mar. n. 36. adhibendam eſſe ipſemet Hipp. nos docuit libro Acut. 4. verſ. 35. quæ cautio menſibus indebita quantitate fluentibus minimè neceſſaria eſt, & multò minus ſi diminutè fluant. Curatio igitur in hoc affectu differt à præcedente, quatenus purgatio amplior facienda eſt, nec ſubditicia exiccantia, & adſtringentia in ea præſcripta adeò neceſſaria ſunt in hoc affectu, E quemadmodum in ſuperiori, & ideò conditionem addidit: ſi opus fuerit.

Verſ. 450. *Si mulier inuita abortum faciat.* Mar. n. 25.

Medicamenta, quæ in præſentem vſum probat Hipp. ſi conſiderentur, quia omnia ferè menſes ducere, & vteros purgare poſſunt, perſuadent nobis, præſentem curationem mulieribus minimè conuenire, dum vtero gerunt, quia tantum abeſt, vt abortum prohibeant, quod potius illum prouocare poſſunt, ſed poſt abortum, & priuſquam in vtero denuò concipiat. Supponit enim Hipp. has abortus incurrere vitio ipſius vteri, quando nulla adueniente extrinſecus cauſa mulier abortit, quod quidem nobis inſinuatur per verbum, inuita, ac ſi mulieres, quæ abortiendi pericula ſubeunt, quodam modo abortire velle videantur. Nam vt vulgò

id ipſis

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 307 sur 636

id ipsis imponi solet, quando ab aliqua causa manifesta abortum incurrunt. Cum igitur supponat Hipp. huiusmodi abortus ab vtero malè affecto euenire, meritò eius præseruatio ab vteri curatione dependet, hancquè in eius expurgatione, & exiccatione consistere existimauit. Caluus hanc sententiam transtulit in hunc modum. Si mulier nolens abortiat, nec emittat, &c. quæ versio si græcæ lectioni responderet, sensum haberet manifestum. His enim traderentur remedia ad abortum iam factum ejciendum, quandoquidem eorum facultas huic intentioni non aduersatur, imò conuenit maximè.

Mar.n.26. *Vers. 465. Quum vteri genituram viri eructant tertia die.*

Per callos hoc in loco non accipimus substantiã ipsam vterorũ in callosam duritiem concretam, quemadmodum accepit Hipp. lib. de Nat. mul. & de Morb. mul. Sed humores concretos in vtero, quos aliquando lapidis duritiem, & naturam emulasse nouimus. Huiusq. rei

Mar.n.29. testimonium habemus lib. 5. Epidem. vers. 192. in historia Famulæ Dyseridis, à cuius vtero mulier lapidem expressit magnitudine verticuli fusi. Ab huiusmodi concretionibus igitur genituræ ingressus in vterum prohibetur, hasquè ab vtero extergendas nos docet modo expositò in contextu: qui cum nihil obscuratis in se contineat, nostra industria non eget.

Mar.n.27. *Vers. 477. Si prægnanti menses compareant.*

Inepta videtur primò aspectu præsens curatio, quatenus ad sanguinis fluxum in prægnantibus sistendum, vuluæ medicamenta admouenda iubet. Si enim sanguis ab vteri fundo, vbi secunda adhæret egreditur, quomodo vis appositi medicamenti illuc peruenire potest? & eò magis quia totus embryo interiacet medius? Dico, curationem esse conuenientissimam, non quia existimem (quod multi crediderunt) sanguinem à venis in collum vteri desinentibus grauidis emanare, hanc enim opinionem iam reiecimus lib. 1. Morb. mul. sect. 2. vers. 24. Sed quia sanguis in vtero gerentibus ab vtero excernitur, eo quod, secunda non exactè vteri fundo adheret, ità vt sanguis, qui ex prædictis venarum orificijs à spongiosa secundinæ parte, quam placentam appellari diximus, exsorberi deberet, & in vmbilicalem venam pro fœtus nutritione transfundi, per spatium inter vterum, & secundinam intercedens in pudendum descendit. Curationis igitur scopus in hoc casu erit procurare, vt secunda arctè vteri fundo adhæreat, quod medicamentis vterum in seipsum contrahere facientibus, perficitur, qualia sunt ea, quæ ab Hipp. proponuntur in textu.

Ad Hippocratis Libros Epidemiorum.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Libros septem Epidemiorum adeo eruditè, & diligenter explicauit Franciscus Valesius, vt eius comentaria ab ipsomet Hipp. manasse diceres. Quapropter hæc omnibus satis esse possunt. Quia tamen sententiarum acerum immensum continent, si quædam præterierit, non est mirandum, quæ quidem nos colligentes, fasciculum non omninò aspernendum confecimus, quem beneuolo lectori libenter damus, ea tamen conditione, vt quæ à Valesio, & ante eum à Galeno explicata sunt, nullo modo prætereantur, alioqui nostra oratio, aliquando obscurior videretur, breuitati enim insistentes, quæ præfati viri scripsere, & quæcunq; in arte profectis sunt manifesta, omisimus, quandoquidem (quod alias protestati sumus) interpretem, & expositorem, non comentatorem profitemur, neque omnium, sed eorum tantum, quæ obscuritatem euidentem præseferunt.

Liber I. Sectio I.

Vers. 24. Moriebantur autem multi, & plurimi ex his, qui decubuerunt, haud scio, an quis mediocri tempore perduraverit.

Hoc in loco se ipsum confundere videtur Hipp. quia si plurimi moriebantur, ergò non omnes, & si non omnes moriebantur, quomodo nullus eorum, qui decubuerunt modico tempore superuixit? Hipp. igitur sententia est. Tabidorum multos in ea constitutione mortuos esse, & eos maxime, quorum natura ad tabem vergebat, & à principio tabe laborare cæperunt.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 308 sur 636

©BIUM

A runt. Vt verò significaret tabes illius constitutionis breuiores fuisse, quam ex propria natura esse consueuerunt, subiunxit. Nullum eorum, qui decubuerunt, non solum longo tempore non ægrotasse, sed neque etiam mediocri perdurasse, quia citò, aut mortui sunt, quod maiori parti eorum euenit, aut sanitati restituti. Verbum enim διαγίνεσθαι, quod perseuerare, & perdurare significat, non magis respicit eos, qui in fine mortui sunt, quam qui superuixere, vt parum accommodata sit Cornarij translatio, quæ habet, superuixit, cum hæc referatur tantummodo ad eos, qui tandem interiere. Adnotauit præterea Hipp. eos maximè citò iudicatos fuisse, qui à principio morbi decubuerunt, idque rationabile est, eo quod morbus ijs à principio grauior esset, quam ijs, qui erecti ambulabant. Impropriè similiter transtulit Interpres adiectiuum μέτριος, modicum, quod mediocre propriè significat, & est absurdum dicere tabidos, nequè modicum tempus superuixisse. Hanc sententiam præterijt Valesius,
B cur ab eo factum sit ignoro.

Sectio II. Liber I.

Vers. 27. Iudicabantur autem plurimis valdè bono ordine cum intermittentibus in decem, & septem diebus.

Iudicabantur (inquit Hipp.) tunc febres ardentes decem, & septē diebus, idquè præter naturam morborum acutorum, in quorum numero febrem ardentem collocauit lib. de Aff. v. 60. Mat. n. 7. quos quidem decimaquarta die iudicari statutum est sect. 2. Aphor. 23. Huius autem nouitatis rationem infert, dum inquit διὰ τὴν διακοπὴν, idest vna cum intermittentibus diebus, non equidem interrumpentibus crisim, vt explicat Galenus, quomodo enim dici poterat easdem iudicari valdè bono ordine, si crises interruptas habebant? Sed intelligit eas iudicari
C consueuisse in decem, & septem diebus, vnà cum intermittentibus diebus, in quibus scilicet à febre non tenebantur, indicans febres illas non continenter perseueraſse vsquè ad finem, sed per aliquot dies intermissionem habuisse, qui quidem vnà cum alijs connumerati summam decem, & septem dierum constituebant, in quibus perfectè iudicabantur. Scimus enim (vt in expositione præcitatæ sententiæ adnotabimus lib. 3. Epidem. sect. 1. Hermocratis historiā enarrantes) morbos acutos vltrà diem decimam quartam non protrahi, si modo acuti incipiant, & continenter cum acutie perseuerent. Quia igitur febres ardentes præfatæ intermissiones habebant, vsque ad decimam, & septimam diem protrahi poterant, imò etiam vlterius, pro vt dies intermittentes, aut ipsasmet intermissiones plures fieri contigisset.

Vers. 180. Ex ægris autem maximè moriebantur adolescentes, &c.

Vt præsenti sententiæ legitimum sensum accommodaret Valesius, communem lectionem
D immutare coactus fuit, existimauitq. legendum esse rectos, & longos capillos, non nigros, & rectos, vt omnes contextus legunt, quia constat (inquit ipse) nigritiem capillorū caliditatem attestari, non frigiditatem. Ego verò vulgarem lectionem verum sensum recipere existimo. Nam etsi capillorum nigrities à caliditate proueniat, hæc tamen modo siccitati, modo humiditati associatur. Si ergò caliditas cum siccitatis excessu fuerit, capilli nigri oriuntur, & crispi, si verò humiditati adiuncta nigri fiunt, & recti. Quarè sententia Hipp. erit in enarrata constitutione, mortuos esse eos, in quibus calor maximè vigeret. Iuuenes, adolescentes, & in vigore constitutos, verum ex his eos maximè, in quorū temperie humiditas calori esset adiuncta, tales sunt glabri, subalbicante cute, & rectos simul, & nigros capillos habentes, &c. semperq. de iuuenibus, adolescentibusq. & in vigore constitutis loquitur. Difficultas tamen ex sequentibus insurgere videtur, quando inter hos numerat eos, qui alta voce, itē gracili, atque
E etiam aspera sunt præditi, balbos item, & iracundos, qui naturas penitus contrarias inter se consequuntur. Difficultas tamen soluitur hoc pacto. Quia etsi in illa constitutione prædicti omnes moriebantur, non omnes tamen eadem ratione, aut ex eodem morbo interibant. Rationi quippè consentaneum est, vna eadem ratione mortuos esse eos, qui magna voce, & alta, & aspera præditi erant, propter quam iuuenes, adolescentesq. mortuos esse adnotauimus superius: quia sunt calidiores: qui enim vocem magnam, & asperam habent in temperamento penitus conueniunt cum iuuenibus, capillos nigros, & rectos habentibus. Nam magnitudo vocis caliditatem, asperitas verò humiditatem attestatur. At gracilem habentes vocem, & balbos, & iracundos interijsse dicendum est, quia huiusmodi naturæ ad delirium dispositæ

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 309 sur 636

erant, ità vt facile phrenitide corriperetur, ex qua plurimos in ea constitutione perijsse narratur. De huiusmodi enim naturis loquens Hipp. 2. Epid. coment. 5. à principio dicebat, Morbos habent balbus, aut caluus, aut gracili voce præditus, aut hirsutus, fortiter atrabiliarios. De iracundis verò nulla est difficultas, quando hi & caliditate temperamenti, & animi dispositione deliria facile incurrunt. Quid enim iratus à delirante differt? A

Sectio III. liber I. Epidemiorum.

Vers. 228. *Aegrotus* 13. *Mulierem, quæ decumbebat in lectore, &c.*

Duo in hac historia referuntur, quæ & confusam, & inconstantem eam reddere videntur. Primò, quia narrat Hipp. huic mulieri dolores circa clauiculam, & manum dextram ortos esse: inferius autem de ijsdem sermonem habens inquit, circa sinistram clauiculam, & sinistrum brachium permanserunt, vndè Valesius pro dextra sinistram legendum esse à principio existimauit. Verum quia omnes græci contextus tam manuscripti, quam vulgati ità legunt, alio modo hæc apparens contradictio tollenda est, cum non sit verisimile omnes in re tam manifesta transcribendo errasse. Dixerat igitur Hipp. (vt meam sententiam in hac re proferam) die tertia dolores colli, capitis, iuxtà clauiculam mulierem hanc inuasisse, & eadem die cum conuulsione resolutam esse. Die verò quarta, in qua vox soluta est, conuulsiones earundem partium perseuerasse narrat: videlicet manus, & totius brachij, quas quidem partes hac voce χυρος, significari alias demonstrauimus. Dolores verò (subiungit) non dictarum modo partium perseuerabant, sed etiam omnium corporis partium, vndè sequitur dolores vtrasque partes, dextras scilicet, & sinistras eo tempore infestasse, idque rationabile fuit, nam cum vox soluta est, morbo non remittente, humores linguæ resolutionem efficientes nouas partes inuasisse credendum est, vndè cum dextræ partes tantum modo à principio infestarentur, postea inualescente morbo, ad sinistras etiam dolores sese extenderunt, indè verò inclinante iam morbo, dissipatisq. magna ex parte humoribus, dolores partium dextrarum cessasse probabile est, in sinistris verò perseuerasse, ità vt in dictis Hipp. nulla contradictio, aut confusio appareat. Alterum verò, quod in hac historia difficultatem facit est, quia hanc mulierem die quinta sudasse narrat, & à febre liberam fuisse, inferius autem subiungit tribus diebus sine febre transgressis, die vndecima febrem redijsse, quia si quinta die febris cessauit, vsque ad vndecimam, non tribus diebus, sed quinque sine febre fuit. Pro solutionę ordo verborum iuxtà vnicam vocem tantum immutandus est hoc pacto, τρισὶ δὲ διήνεγκε πυρετὸς ὑγιεινῶς, τῇ ἐπεφρίγωσε, πῦρ ἔλαβε, hoc est. Tribus autem diebus perdurauit à febre libera, redijt, vndecima superriguit, &c. huiusmodique lectio satis probabilis est. Cum enim dixisset, die quinta febrem cessasse, & à febre liberam permansisse per tres dies, frustrà apposita fuisset dies ad quam vsquè febris intermissio perdurauit, ex dictis enim infertur vsquè ad nonum diem à febre liberam fuisse, quo quidem redijt, & vndecima superriguit. Hoc enim pacto narratio elegans est, ordinata, & rationabilis. Non prætereundum est autem vnum, quod narratur in hac historia. Hanc scilicet mulierem simul eodem tempore, & iuxtà eandem partem, & conuulsione, & resolutione tentatam fuisse, quod verba contextus, adeò manifestè exprimunt, vt nullo modo admitti possit, quod asserit Valesius, primò scilicet conuulsionibus tentatam fuisse, deinde resolutionem superuenisse, & conuulsiones cessasse. Nam continuò conuulsiones perdurasse manifestat inferius, dum inquit: Conuulsio earundem. Non est ergò inconueniēs (quod ex hac historia colligimus) vnam, & eandem partem & conuulsione simul, & resolutione tentari. Idquē obseruauimus & nos in D. Hieronymo de Coquis ad scalas Araceli, qui media æstate ex insolatu in paralysim partis dextrę incidit, cui superueniēte die 11. febre, factæ sunt conuulsiones in omnibus partibus resolutis, & tandem circa 17. diem mortuus est. Nec res caret ratione: cum enim materia resolutionē faciens acris est, ità vt principium neruorum irritare possit, conuulsio excitatur, quamuis spiritus voluntatis imperio ad membrū mouendum non concurrant. Demonstrauimus enim aliàs, conuulsionis causam irritantem, & stimulantem materiam esse, propter quam facultas spiritus animales ad noxium expellendum concitat, vndè motus illi contractionis, & extentionis oriuntur, qui conuulsio appellantur. Quia igitur causa irritans vehemens est, plus potest quam causa, quæ facultatem ad motum voluntarium commouet, ideò euenit, vt conuulsionis motus fiat, B C D E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 310 sur 636

A fiat, non autem motus voluntarius. Nam ſenſus in huiuſmodi caſibus torpeſcit quidem, non autem tollitur omninò, vndè ſi punguntur, ſentiunt aliquo modo, vt in prædicto ægrotante ipſemet obſeruaui. De hac materia ſectione ſecunda Coacarum Præn. verſ. 104.

Liber II. Epidemiorum. Sectio I.

Verſ. 11. Autumno maximè ferinum, & oris ventriculi dolor, &c.

Præſentis ſententiæ explicationem diſtulimus in librum 6. ſect. 1. verſ. 26. vbi ijſdem ferè verbis repetita eſt.

Verſ. 36. Iudicatoria non iudicantia partim læthalia, partim difficilis iudicij.

Horum diſtinctio colligi poteſt ex ijs, quæ in expoſitione libri de Iudicat. verſ. 40. adnotauimus.

B *Verſ. 44. Sed & multa ſunt eiuſcemodi, veluti abortientium mammæ graciles fiunt, neque enim contrarium eſt. Neque tuſſis, &c.*

Malum eſſe dixerat, ſigna critica ad contraria repere. Modo excipit nonnulla, quæ ad contraria repere quis exiſtimabit, veluti abortientium graciles fieri mammas, & tuſſienti teſtes intumeſcere. Admonetque, hæc mala non eſſe, quia id non eſt ad contraria repere, licet poſitione plurimum diſtare videantur, ſed ad cognata. De prædictarum partium conſortio plura adſunt præceptoris decreta alibi proprio loco explicata.

Verſ. 72. Quorum venæ amplæ, & ventres, & oſſa ampla. hi ſunt, &c.

Præſentis ſententiæ ſenſus eſt. Tenues, & pinguedine carentes ventres, ideſt cauitates carnium, & venarum, & oſſa ampla habere, pingues verò his contraria. At qui fame ſunt extenuati, quamuis tenues ſint: hi tamen venas latas, & ventres, oſſaquè ampla non habent, C veluti qui tenues ſunt à natura, nec verò anguſtas, veluti pingues, ſed in quadam mediocritate conſiſtunt. Conſideranda etiam præter hæc ſunt (inquit) omnia, quæ incrementa præpropera vnicuiq. detrahunt, & diminutiones carnium adaugent, cuiuſmodi ſunt immodica exercitia, & labores, & tenuis victus, nam qui ex his tenues fiunt, eodem modo ſeſe habent, quo qui ſe fame extenuant, de quibus ſuprà. Conſideranda etiam quæ incrementa adaugent, & corpus roborant, & reficiunt veluti otium, moderata exercitatio, victus plenus, & alia huiuſmodi. Nam qui ab his cauſis craſſi, & pingues euadunt, non adeò anguſta habent vaſa veluti, qui naturali temperamento tales exiſtunt. Horum omnium cauſæ adeò ſunt notæ, vt in earum enarratione immorandum non ſit. Quantum hæc verò ad naturalium temperamentorum cognitionem conferant, vnicuique patere exiſtimo.

Verſ. 76. Et quæ ſunt communes venarum diſſectiones.

D Conſiderandas eſſe venarum diſtributiones ſubiungit Hipp. quia ad ea, quæ nuper docuit conſequenda id ſummopere neceſſarium eſt. Dicebat enim, qui graciles ſunt, & tenues, eos venas amplas habere, & vice verſa, vt verò hæc venarum amplitudo, aut anguſtia iudicetur, neceſſe eſt venarum communem diſtributionem conſiderare, cum enim varia ſit naturalis earum amplitudo, pro vt ab origine plus, aut minus diſtant: quandoquidem, quò vlterius progrediuntur, in tenuiores ſemper diuiduntur, quòuſque in minimas, & capillares deſinant, an quis venas latas, an anguſtas ſuprà naturalem mediocritatem habeat, iudicari non poteſt, niſi quantum hæ, aut illæ ab origine diſtent, innoteſcat.

Sectio II. Libri II. Epidemiorum.

Verſ. 21. Qui ab Alcibiade venit, ei ex febribus modicis antè iudicationem, &c.

E Hic æger poſt iudicationem febricula correptus ſub floridum, ideſt ſanguinolentum expuebat. Sub floridum verò dixit, vt eum ſanguinis colorem indicaret, qui non exactè rubet; eſtque peculiaris ſanguinis ſeroſi, quo ſcatent communiter illi, qui lienis ſcyrrho laborant, aut hepar imbecille habent. Hunc ſanguinis ſputum per diapedeſim factum eſſe crederem; quia cum ſanguis admodum ſeroſus eſſet, poros inſenſibiles penetrare facilè poterat, huicq. ſanguini conuenit febricula, cuius tenuitatem, vt indicaret, febres modicas dixit, quæ non ſolum mitis erat; ſed etiam citius iudicata eſt, quam ſoleant huiuſmodi febres. Hæc enim duo indicant, febrem hanc, neque à prædominio humoris craſſi, neque à lienis tumore: ſed à ſanguine ſeroſo originem habuiſſe. De hoc enim loquens Hipp. 4. de Morb. ſect. 2. verſ. Mart. 25.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 311 sur 636

©BIUM

80. dicebat ab aqua non fit fortis febris, nequè diuturna; aqua enim igni non bonum alimentum præbet. Sicuti neque asserendum est, splenis magnitudinem ei ab inflammatione, aut ab aliquo tumore recenti contigisse in ipso morbo, vt Valesius interpretatur; cum ex allatis rationibus, & ex dicendi modo Hippocratis constet, tumorem illum diuturnum fuisse, dum inquit, ὧν δὲ σπλῆγα μεγαν ἔχων, idest, erat autem splen habens magnum, quia hoc fuerit ipsi antiquum, & veluti connaturale. A

Vers. 29. Apœmantus & pater fabri illius, qui caput fregit, &c.

Hi ægrotantes ex repetitis ciborum, & potionum repletionibus crudorum humorum copiam congessere, vndè caput fons pituitæ destillationi obnoxium redditum est, quæ in pectus delapsa tussim inanem excitauit, temporis verò progressu eadem materia ad renes decubuit: causamquè huius decubitus infert, dum narrat, aliàs dolores ad renes habuisse. Natura enim comparatum est, vt si quæ pars antè morbum doluit, in ea firmetur morbus, quē verò finem morbus habuerit, hoc in loco non retulit, narrabitur autem libro 4. vers. 38. B
Mar.n.18. ibi Apemantus, cui, &c. Hanc autem transpositionem casu contigisse existimo. Adnotabat enim (vt verisimile est) Hipp. historias præsentes, quid per singulos dies ægrotantibus eueniret particularibus membranis, ijsque separatis describendo, vndè aliquando contingebat, vnam, & eandem historiam duabus membranis separatis describi, quando scilicet, prima totam historiam capere non poterat. Vndè cum omnes historias in vnum reducere non potuerit Hipp. Qui post eius mortem has membranas collegit, non exactè omnia in proprium locum collocare studuit, ex quo factum est, vt præsentis narrationis pars in hoc libro registrata sit, residuum verò in quartum librum irrepserit, vnicam enim historiam has enarrationes continere indicant non solum ægrotantium nomina, sed & verborum series, narrationisquè continuatio, & conuenientia. In his igitur ægrotantibus, vt in libro citato narratur, materia, quæ ad renes decubuit, per vreteres expulsa ad vesicam dolores in transitu excitauit. Apemanto quidem, quia ad renem dextrū, & per vreterem è directo materia descendebat, dolebat lateris mollitudo dextra, & paulò infrà vmbilicum, & in sedem, circa pubem scilicet, vbi vreteres vesicam ingrediuntur, aut in perineo, partes circa vesicæ collum materia acri infestante, quod quidem tanquam familiare huius morbi libro de Internis affectio- C
Mar.n.17. nibus vers. 369. de tertio renum morbo tractans adnotauit Hipp. Faber verò (nam fabrum modo appellat, quem fabri filium antea dixerat, fortè & pater, & filius fabri erant) quia materia sinistram partem petijt, dolebat sub lateris mollitudine sinistra vsque ad vmbilicum: infrà autem nequaquam, quod quidem euenire solet, quando vasa iuxtà vnam partem latiora sunt, quam iuxtà aliam: vndè materia descendens, cum ad vasis partem angustiorem peruenit, distendendo vehementius, dolorem in ea parte inducit, nequaquam verò quando ad latiorem peruenit. Ex quo euenit id, quod quotidie obseruatur in praxi, nephriticorum alios ad lumborum regiones vehementiores dolores persentire, quod euenit, quando calculus à renis cauitate vreterem ingreditur, alios sub lateris mollitudine, dum scilicet per angustos vreteres transeunt, alios denique suprà pubem è directo illius partis, vbi vreteres vesicam ingrediuntur, quando meatus illi vreteribus angustiores fuerint. Apemanto verò plures partes dolebant, & doloris gratia plurimum fouebatur, maiores enim dolores fuisse, & plures partes occupasse crederem, vel quia materia copiosior esset, vel quia vasa angustiora, quam in prædictis. Dolores autem sanguinolenta præcedebat mictio renum porositatibus ab impetu materiæ dilatatis, quam dolores subsequebantur, materia ipsa (vt dictum est) per angustiores vias pertranseunte, qua quidem per colem expurgata dolores cessabant, vrinaque cum crassa subsidentia apparebat. Atque hoc modo solutio morbi contigit die tertia ab eo, quo materia ad renes decubuit. Nicostrato autem, cui ad partem dextram decubitus factus est, dolores dextram partem occuparunt sub lateris mollitudine paulò inferius, quam fabro iuxtà sinistram partem dolenti, ambobus verò vsque ad vmbilici regionem dolor descendebat. Eundem exitum habuisse Nicostrati morbum, quem habuere, & Apemanti, & Fabri credendum est: etiamsi id tacuerit Hipp. quia si alium habuisset eum explicasset. Nam & hic tussi infestabatur inani, & dolores ad renes, & lateris mollitudinem habuit, quemadmodum alij duo habuere. D E

Vers. 39. Lactans quædam pustulas per corpus vbique habebat, postquam, &c.

Valesius

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 312 sur 636

A Valesius, vt præsentis narrationis causam redderet, suppoſuit huic mulieri, dum lactaret, menſtrua defeciſſe, ex quo cachochimiam contraxerit, vndè puſtularum eruptio originem habuit, quæ ceſſata lactatione, & menſibus erumpentibus ſedatæ ſunt. Verum hæc expoſitio mihi non ſatisfacit: quia non minus cachochimiam prohibere poteſt lactatio, quam eruptio menſtruorum, imò experientia nos docet, mulieres ſtatu morboſiſſimas mediante lactatione ſanari. Quarè cauſam harum puſtularum reijcerem potius in errata, quæ in cibis, & potibus committunt frequenter lactantes, plus aſſumentes, quam ipſis conueniat, partim hoc modo lac augeri exiſtimantes: partim appetentia irritante, quæ in lactantibus magna eſſe conuenit. His accedunt vigiliæ, aut ſomni interrupti, quibus nutrices cauſa lactationis frequenter ſubijciuntur, quorum occaſione cruditates in corpore generantur, quibus, ſi quid humoris ſeroſi, & ſalſi aſſocietur, puſtularum apta materia euadunt.

B *Verſ. 40. Coriarij illius, qui coriacea præparabat vxori, &c.*

Veriſimile eſt, huic mulieri poſt primum partum puerperij purgationes antè conſuetum tempus reſtitiſſe, quarum materia ad veſicam conuerſa ſtranguriam excitauit, quæ poſtea vſque ad ſecundum partum perſeuerauit, vitioſis humoribus, qui in grauidis copioſi generantur, ad eas partes confluentibus. In ſecundo verò partu ſtranguria intermiſit, materia ad puerperij purgationes conuerſa, verum ceſſatis purgationibus, eadem materia priorem viam arripiens ſtranguriam denuò excitauit. Sinè menſtruis purgationibus, & in ſenili ætate mulierem hanc concepiſſe, monſtruoſum eſt, & ideò id tanquam rarum adnotauit Hipp.

Verſ. 46. Quædam priuſquam conciperet, coxam dolebat, &c.

Dolorem coxæ in hac muliere ad oris vteri peruerſionem non referrem, tum quia ore vteri diſtorto non fit conceptio, tum etiam quia non poteſt reddi ratio, cur poſt partum,
C quo tempore coxæ dolor iterum apparuiſſe, narratur, vteri contorſio redierit, quæ per grauiditatem ablata fuerit, nam tempore grauiditatis nullus coxæ dolor aderat. Similiter non poteſt afferri ratio, cur non ſtatim excluſo fœtu morbus redierit, ſed poſt vigeſimum diem. Quia non ſatisfacit ratio, quam adduxit Valeſius à materia contorſionem efficiente deſumpta, quæ ſcilicet tempore grauiditatis ab vteri calore diſſiparetur, quia facta conceptione materiam illam ſtatim in totum conſumi ab vteri calore, non eſt veriſimile. Sicuti etiam minus probabile eſt, abſolutis puerperij purgationibus tantum humoris è veſtigio genitum eſſe, quantum ad oris vteri diſtortionem efficiendam ſufficiat: hæc enim omnia ſenſim produci neceſſe eſt. Quarè ego dicerem, vteri denſitatem huius mali cauſam fuiſſe: quatenus humorum expurgatione per vterum impedita, ijdem ad Iſchium conuerſi, in eo dolorem inducerent. Facta autem conceptione, quia venæ laxiores fiunt, præfati humores ad vte-
D rum confluere facilius poſſunt, neque ad coxendicum decumbere coguntur. Huic accedit vteri calor, qui non ſolum fluxionem facilitat, ſed humoris conſumptionem adiuuat. Quam quidem expoſitionem ſatis confirmare poſſunt ea, quæ de hoc eodem affectu referuntur libro de Superfœtatione verſ. 105. Inquit enim ibi Hipp. cui dolores in coxendice, aut *Mar.n.10.* in capite, aut manibus, aut aliqua alia corporis parte fuerint, quum verò prægnans eſt, deſinunt: conceptu autem ab vtero excluſo rurſus inſunt, odorata, & bibere, & ad vteri os apponere conducit. Hæc Hipp. quarè, ſi ex curatione de cauſa ipſius morbi coniectare licet, certum eſt, curationis modum ab Hippocrate propoſitum vteri contorſionem non tollere. Sed vteros calefaciendo laxare, & aperire: quæ arguunt, eos contraria diſpoſitione affectos eſſe, adſtrictos ſcilicet, & refrigeratos. Quarè etiam ſi concederetur, coxæ dolorem vteri peruerſionem conſequi in propoſito caſu, cæterarum tamen partium
E dolores, de quibus mentio ſimul facta eſt loco citato, ad dictam cauſam referri minimè poſſunt, quarè cum omnibus eadem curatio ſatisfacere poſſit, ſtatuenda eſt eorum affectionum cauſa, quæ omnibus accommodetur, quæ nulla alia præter aſſignatam referri meo iudicio poteſt. Et quamuis inter cauſas ſterilitatis vteri denſitas reponatur, vndè quis eodem argumento noſtram ſententiam euerti exiſtimauerit, hic tamen animaduertat, vteri denſitatem non adeò conceptionem impedire, vt nullo modo fieri poſſit, quemadmodum vteri contorſio, cum hæc in ipſo coitu emendari poſſit: peruerſio autem nequaquam, ex coitu enim vterum incaleſcere, & laxari manifeſtè teſtatur Hipp. primo Morb. mul. verſ. 415. & ideò mulieres, quæ non concipiunt, etiam extrà idoneum coeun- *Mar.n.33.*

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 313 sur 636

di tempus virum adire consulit. Coitus enim inquit ipse, alacritatem inducit, vndè venulæ laxantur: quarè cum nihil aliud sit, venulas laxari, quam densitatem tolli, certum est à coitu vteri densitatem, adeò remitti, vt aliquando conceptio fieri possit. A

Vers. 60. In diuturnis intestinorum læuitatibus ructus acidus, &c.

Ructum acidum lyenteriæ diuturnæ superuenientem, licet bonum esse, obseruauerit Hipp. dubitat tamen, an illum prouocare arte expediat, quia fortassè ipsi nondum constiterat, an ructus acidus esset bonus, vt causa; an potius, vt signum. Quia si, vt causa iuuat, certum est, illum esse excitandum, si verò vt signum tantummodo, frustrà illum prouocamus. Veruntamen si eundem Hipp. diligentius examinabimus, inueniemus, huiusmodi ructum lyentericis etiam vt causam prodesse. Ructus enim acidos facere, & pinguia, & caseosa, & mellita, & ex sesamo parata edulia testatur libro de affectionibus sect. 2. vers. 184. contrà eos, qui acidos ructus à frigidis excitari credunt, dum ratiocinationibus nimis intenti, quæ sensibili experimento (quo dictante sua quæque docet Hipp.) dignoscuntur, neque percipere possunt. Prædicta igitur omnia ructus acidos mouent, quæ cum calida sint, & difficilis transitus, totis viribus diuturnam lienteriam sanare possunt, nam quatenus calida concoctricis facultatis debilitatem, quæ à frigiditate ortum ducit, corrigunt, quatenus verò tardè descendunt, ipsi symptomati occurrunt, quod in celeriori ciborum descensu consistit. Quibus si turbatio addatur, quam eadem inducunt, hac mediante, fluxioni valdè conferunt. Turbatio enim humores ad superiora conturbat, vt nauigationis exemplo demonstrat Hipp. vndè motus ad inferiora retrahitur. Verum si acidi ructus (obijciet aliquis) pro curatione lienteriæ adeò rationabiles sunt, cur dubitanter hanc sententiam protulit, dum dixit: Fortassis autem licet etiam arte parare? Quia rationibus nunquam adeò credidit Hipp. vt absque experientia aliquod remedium nobis tradere ausus fuerit, & fortassè etiam, quia obseruauerat, aliquando ructum acidū arte inductum lyentericos minimè curasse, quippè qui eo casu maiori auxilio egerent, quod obseruauerat in Demæneta, cui ructus huiusmodi superuenientes morbum ex parte leuiorem fecerunt quidem, veruntamen ad perfectam curationem helleboro opus habuit. Quod etiam vlterius dubitandi occasionem ipsi præbuit, an sicuti ructus acidi in longis intestinorum leuitatibus superuenientes semper iuuant, ità aliquando integram sanitatem afferre possint, & causa dubitandi ex eo prouenit; quia huiusmodi ructus lyenteriam sanant, aliquando non sanant, quando neque in ventriculo, neque in reliquis corporis partibus humoris copia viget, quæ morbum foueat, nequaquam verò vbi prædicti humores abundant: quo casu helleboro, aut aliquo alio medicamento sursum purgante pro integra curatione egent, sursum enim in hoc morbo purgandum esse, non deorsum, præter euidentem rationem, quæ id suadet, vt reuulsio fiat in contrarium; ex ipsomet Hipp. colligitur, non solum, quia Demænetam helleboro curauit, qui sursum purgat, sed etiam ex duodecimo aphorismo sectionis quartæ, vbi monet in hoc morbo sursum non esse purgandum in hyeme: quasi id cæteris anni temporibus communiter faciendum sit. Humores enim ad contrariam partem sunt ducendi, eiscilicet, ad quam symptomaticè fluunt, iuxtà illud sexti epidemiorum sect. 2. vers. 5. Dissimilia operari, si vergat sursum eleuata, infernè soluere, & contraria. Hac eadem ratione in cholera morbo, in qua maius est, quod infrà deijcitur, quam, quod euomitur, helleboro vtitur Hipp. 5. Epidem vers. 60. & in fluxu ventris diuturno libro de Affect. vers. 175. Quarè notandum est Cornarium vers. 64. perperam transtuliſſe verba illa, ἰάθη ὑπὸ ἐλλεβόρου πόσει, curata est veratri potione, hæc ad Lyciam referens, quæ ad Demænetam referenda erant, hoc pacto. Curatus est veratri potione, ità vt Lycia sit alterius narrationis principium, quomodo enim dicere potuisset sanatam esse Lyciam veratri potione, quam in fine obijsse narrat? B C D E

Mar. n. 44.

Mar. n. 4.

Mar. n. 26.

Vers. 64. Lycia postremum splen magnus, & dolores, & febris, &c.

Quæ de Lycia narrantur in hac historia hunc sensum habent. Hæc mulier vtero gerens, cum ad finem grauiditatis perueniſſet (id enim significauit voce illa ὑστατα, quæ hoc in loco aduerbium est temporis, non loci) in lienis inflammationem incidit, cuius signa erant tumor doloroſus ad humerum se extendens, cum febre acuta, & alijs in textu enarratis, & à Valesio diligenter explicatis, ex qua inflammatione interijsse narratur, antèquam pareret.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 314 sur 636

A *Verſ. 76. Erant autem anginoſorum affectiones hæ. Colli verticula, &c.*

Præſens textus interpretes vehementer exagitauit, vt apud Valeſium videre licet: ità, vt vnuſquiſquè proprio conſilio textum immutare ſit coactus. Ego vero communem lectionem, & Cornarij verſionem verum, & idoneum ſenſum recipere poſſe exiſtimo hunc in modum. Deſcribit hoc in loco Hipp. conſtitutionem quandam, in qua anginæ multæ ex vertebrarum colli luxatione vagarunt, quarum varias deſcribit ideas. Aliquibus enim luxatio fiebat in prima vertebra colli tantum, quibuſdam verò etiam ſecundam comprehendebat: eam inquam, quæ dens vocatur, & nonnullis tertiæ quoquè communicata eſt. Pro harum igitur luxationem diuerſitate varia ſymptomata partim omnibus communia, partim peculiaria acciderunt, commune ſymptoma erat cauitas in collo forinſecus conſpicua luxationem vertebrarum intrinſecus factam conſequens: cum dolore etiam ad contactum. Peculiaria verò ſymptomata erant, primò dictarum cauitatum diuerſitas, quæ pro diuerſitate luB xationis variæ, & diuerſæ apparebant, aliquibus enim maior erat ſecundum profunditatem, aliquibus minor, pro magnitudine, aut paruitate luxationis. Prætereà quibuſdam dicta cauitas acuta erat magis, ideſt in profundo anguſtior: quibus ſcilicet luxatio in prima tantummodo vertebra facta erat. Aliquibus latior, ideſt minoris circunferentiæ, talisq. erat illis, quorum luxatio infernum verticulum dentem vocatum comprehenderet, (ſecundam enim vertebram dentem appellari ab Hipp. Galenus ipſe libello de oſſibus adnotauit,) & certè rationi conſentaneum eſt, cauitatem latiorem fieri pluribus luxatis vertebris, quam vnica tantummodo luxata. Iſque erat ſtatus, & diuerſitas anginoſorum dictorum in parte colli exteriore. Interior verò diſpoſitio, & ipſa pariter communia habebat, & peculiaria accidentia. Proprium accidens erat tumor internarum partium, qui in illis conſpiciebatur, in quibus luxatio ſecundam vertebram comprehenderet. Nam quibus luxatio ſecundo verticulo, quem C dentem appellari dixit, non erat communicata, nullus tumor, aut inflammatio faucibus apparebat, ſed erant planæ, & ſibi æquales: eo, quod partes è directo luxationi reſpondentes; ei ſcilicet, quæ iuxtà primam vertebram tantum fiebat, in faucibus conſpici non poſſunt; cum paulò ſuperius conſiſtant. Communia verò omnibus accidentia erant hæc, glandulæ nulli intumuerunt: linguam non facilè vertebant: ipſisq. maior eſſe videbatur, & cætera, quæ in textu manifeſta habentur. Et hic eſt (ni fallor) verus ſenſus præſentis orationis, cuius verba ſunt examinanda, vt videamus, an præfatis reſpondeant. Erat autem anginoſorum affectiones hæ, colli verticula intrò vergebant, quibuſdam amplius (hoc eſt intimius) quibuſdam propè, ideſt non admodum profundè, & collum forinſecus conſpicuam cauitatem intro habebat, & hac parte ad contactum dolebat, erat autem, & cuidam, hoc eſt quidam anginoſorum dictorum dictam cauitatem habebat infra os dentem appellatum, quod, ideſt, quæ cauiD tas, non ſimiliter acutum erat, hoc eſt in acutum vergens intrò, & hi erant, in quibus luxatio infrà ad dentem vocatum non pertingebat, ſed ſuperiorem vertebram tantum occupabat, quibuſdam verò etiam valdè rotundum maiori circunferentia, videlicet cauitas ſatis lata, erat, maiorem circumferentiam comprehendens: nempè ijs, quibus cauitas denti vocato, vel etiam tertiæ vertebræ communicaretur, ſi verò cum dente vocato (luxatio facta erat,) fauces non inflammatæ, ſeu non tumentes erant, verum iacentes, & planæ, inferens, quibus luxatio denti vocato communicabatur, tumentes fauces apparuiſſe. Partes ſub maxilla tumidæ erant, non inflammatis ſimiles, eo quod non ex calidorum humororum in fluxu intumeſcebant, quemadmodum in cæteris anginis vſu venit, ſed à luxatione interius facta. Reliqua in textu propoſita per ſe patent, & ſi in quibuſdam eſt difficultas, à Valeſij expoſitione tollitur.

E *Secundi Epidem. Sectio III.*

Verſ. 7. Ex quibus ſanè etiam id, quod ſub dio noctu exponebatur, ſimile erat.

Liquores quoſcumque poſt decoctionem ſub dio exponi ſolitos fuiſſe per noctem, vt aeris frigiditate mediante tenuiores, & viribus firmiores pedderentur, craſſarum partium ſubſidentia facta, & medicamenti viribus ſimul vnitis, & in ſe coactis, ex Hipp. lectione patet vbiquè, potiſſimum verò lib 3. de Morbis. verſ. 404. & 423. & de Inter. Affect. 5.2. verſ. 373. Hipp. igitur in enarrata conſtitutione in alui deiectionibus ægrotantium obſeruauit, eaſdem depoſitas ali-

Mar. n. 29. 12 22.
Mar. n. 38.

tas aliquando subsidentias habuisse: aliquando non habuisse. At re diligentius perspecta adnotauit, illas subsidentias habuisse, quæ non sub tecto, sed sub dio expositæ fuissent, & quia huiusmodi consideratio plurimi est momenti, ideò eam nobis significauit. Verum ad quid hæc consideratio? quia indicat, id coctione mediante non contigisse; nam vbique depositæ subsidentiam deposuissent, nec aeris frigidioris auxilio opus esset, quæ res tantum abest, vt coctionem attestetur, quod contrarium penitus significat, incendium scilicet magnum in partibus internis, sicuti enim in rebus externis quæcunque crassa, & turbida deposita subsidentiam ex propria natura non faciunt, etiam si subdio exponantur, non tamen clarescunt, nisi antè bulliant, aut intensè calefiant, ità etiam, quia prædicta alui excrementa non subsidebant, nisi subdio exposita fuissent, signum erat, eadem prius veluti feruorem quendam contraxisse, quod quidem absque magno partium internarum æstu euenire non poterat. Hancque rationem me docuit ipse Hipp. libro enim quarto Epidem. vers. 346. refert secessus aquosos, post- tar. n. 25. quàm sub dio expositi fuissent, supernè tenues fuisse, isatidi valdè similes, infernè autem subsidentias habuisse. At verò excrementa alui isatidi similia excerni (quod aliundè præterquam à bile vitellina, aut porracea dicta euenire non potest) absque magno internarum partium incendio est impossibile. Quarè iam patet, sordidam excrementorum in latrinam proiectorum inspectionem Hipp. non esse imputandam, quod Valesius facit, & eò minus, quia excrementa iam proiecta nullum sedimentum præseferre possunt: sed dicendum in proprio vase adseruata conspexisse, an verò casu sub dio exposita fuerint ad fœtorem cauendum, vt solet, aut ipsiusmet Hipp. præcepto, id scire parum refert, quamuis cum eorum sæpius mentio fiat, id casu contigisse non videatur dicendum. Quarè satius erit summam præceptoris diligentiam, non sorditiem contemplari, eamque in vsum medicum reuocare. Aliud adnotatione dignum in deiectionibus obseruauit Hipp. in febribus illius constitutionis, quæ de genere ardentium erant, aluos turbatas fuisse ex tenuibus, non biliosis, eo quod febres illæ ardentes non à bile, sed à pituita salsa cum ichorum copia originem trahebant, quod etiam adnotauit Vales. cuius materiæ portio non exigua à capite ab austris repleto destillans spumam in deiectionibus excitabat iuxtà aph. 30. septimæ sectionis.

Vers. 20. Fiebant autem in febribus æstiuis circa septimam, &c.

Asperitates, quas hoc in loco morsibus culicum assimilauit Hipp. fuisse de genere exanthematum, quas vulgus peticulas appellat, existimauit Valesius, & cum eo multi alij insignes Medici, verùm hæc ab illis differre in duobus potissimum inuenio. Primò, quia cum aspritudines appellet eas Hipp. signum est, cutim aliquantulum in illis eleuari, quod nullo modo in peticulis nostris apparet, in quibus cutis plana est solo colore vitiata. Differunt secundo, quia in peticulis nullus omninò pruritus adest, quem etsi non intensum in suis aspritudinibus obseruauit Hipp. idque significare voluit, dum dixit, non admodum pruriginosæ. Adde tertio eas vocari miliaceas: quasi pustulæ fuissent paruæ instar granorum milij. Quæ conditio eas à peticulis nostris penitus differentes facit. Quarè dicerem ego fuisse potius non absimiles illis, quæ fudamina appellantur, in quibus cutis cum pruritu attollitur, & exasperatur, quamuis hæ fudaminibus paulò maiores existant. Nam reuera huiusmodi asperitates satis similes sunt illis eminentijs, quæ à culicum punctu ris in cuti erumpunt. An verò hi expositores à latinæ vocis similitudine decepti (pulices pro culicibus accipientes) in hanc sententiam deuenerint (nam reuera pulices mordentes maculas rubras in cuti relinquũt, exhãthematibus, quas peticulas dicunt adeò similes, vt non mulierculas modo, sed etiam medicos aliquando decipiant,) an potiùs culicum morsus nunquam sint perpessi, determinare non possum. Scio quidem, me asperitudines has obseruasse sæpiùs in febribus, & maximè in ardentibus, aliquando tamen etiam sine febre. Imò dum hæc scriberem in muliere quadam eas adnotaui febre ardente laborante, cum alui fluore ex pallidis, & aquosis excrementis, & delirio quodam, quæ die quinta apparuerant, cum notis omnibus ab Hipp. hoc in loco adnotatis. Huncque affectum Romanorum vulgus cum alio quodam penitùs simili confundens, rosaliam vocat. Propriè enim rosaliam dicunt morbum quendam pueris omninò familiarem, ità vt variolarum instar nullus ipsum euitare posse credatur. Eos enim primum febris acuta, & ardens inuadit, indè verò die tertia, aut quarta erumpere incipiunt maculæ rubentes paruæ, quæ paulatim eleuantur, & cutem asperam modo præfato reddunt; febrisq. ad quintam diem perseuerat,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 316 sur 636

A seuerat, quo tempore cessata iam febre aspritudines illæ paulatim deleri incipiunt. Hunc puerilem affectum Medici vulgares morbillos Auicennæ esse existimant, quamuis ab illis multum differat, & in eo maximè, quia vt apud eundem constat, Morbilli à Variolis non differunt sæuitia, cum vterquè affectus plures occidat. At experientia docet, nullum ferè ex rosalia interire, & nisi miraculo quodam, & ob errata maxima, quæ & ægri committant, aut medici, potissimum verò sanguinem mittentes. Cum enim remedium hoc totis viribus sit huic morbo contrarium, quando à puerili ætate, cuius hæc passio peculiaris est, nequaquam admittitur. Prohibeturq. omninò, & ab humoris peccantis natura, quæ bilis est & eius motu ad exteriora. Morbusq. qui omninò salutaris est, eam non requirit; non est mirum, si adeò importunè administratum, ità aliquando lædat, vt morbus ex salutari fiat læthalis. Quarè nihil aliud esse morbillos Auicennæ existimo, quam speciem quandam variolarum, quæ cum B illis vagare quotidiè obseruatur: à variolis propriè dictis magnitudine tantummodò differentes, quando in reliquis omninò inter se conueniunt. Nam, & æquale periculum in ambobus experimur. Adnotauitq. Auicennas, tàm in morbillis, quàm in variolis colorum varietatem, pustulam, licet in morbillis sit minoris eleuationis; suppurationem pariter. Vndè vulgus nomine inter se distinguendos esse nequaquam existimauit, quando tàm variolas, quàm morbillos pro ratione locorū indistinctè, modo *moruiglioni*: modo varioli appellat. Ad rem igitur redeuntes concludo: Aspritudines, de quibus mentionem facit hoc in loco Hipp. non esse de genere eorum exhanthematum, quæ in febribus malignis nostro sæculo apparere cœperunt. Sed earum potiùs, quas rosaliam vulgari sermone dicunt. Generantur autem, (vt existimo) à bilioſa, & seroſa materia, cui portio quædam salsæ pituitæ admiscetur, qui-quidem succi à massa sanguinis segregantur, facta quadam in eo ebullitione. Apparent verò maC ximè mulieribus, & pueris, quia hi prædictorum humorum copia abundant, habituq. corporis rariori constant, virorum respectu.

Vers. 30. *Etiam si minus multa quibusdam prodirent, &c.*

Præsens sententia difficillima est, vt non sit mirum, si ab interpretibus variè transferatur. Quæ tamen legitur in Græco contextu his notis καί τοι ὑπερπολλα, ἔστιν οἷσι τὰ δὲ ἰόντα ἦν τῳ ἐν ψύχει κεισθαι ὑποβεβλημένον. ὡς ἑλκοῖ, μὲν τὸ ψυχρὸν θαλπει δὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐκπρασαγωγῆς ἐσι μᾶλλον, ἢ τὸ μηδὲν τῇ φύσει παθει γινεσθαι, hoc est, vt ego interpretor, nam non per multa (particulam enim hanc cum negatione cum Cornario libentèr accipio) quibusdam prodeunt si in frigido iacuerit quis strato supposito. Nam vlcerat quidem frigidum, calefacit autem huiusmodi speciem sensim progrediendo adhùc magis, & nulla afflictio naturæ accedit. Quorum verborum sensus est hìc. Dixerat Hipp. diarrhœam, quæ ægrotantes in hac constitu-D tione infestabat, nequè medicamentis, nequè alimentis vllo modo sisti potuisse, imò potiùs videbatur ei præter rationem mederi oportere: remedijs scilicet quodammodo contrarijs, modo huius rei reddens causam inquit, nam quibusdam non per multa, sed moderatiora prodibant, si in frigido loco iacuissent, strato supposito, idquè casu quodam contigisse aliquibus ægrotantibus dicerem, qui dum morbi impatientes, modo hùc, modo illùc se iactarent; modoq. in lecto, modo extrà iacentes se componerent, obseruatum fuit eosdem, dum in frigido solo iacuissent, minus deiecisse, quod omninò præter rationem alicui videri potuisset, eo quod frigidum vlcerat, & mordet, vndè potiùs fluxum ventris augere, quam compescere debuerat. Id tamen præter rationem non contigisse nos admonet Hipp. consequenterq. docet, qua ratione illud frigidum eis contulerit, inquitquè, frigidum quidem esse mordax, & exulcerans, quando internis partibus confestim, & derepentè communicatur, & ex consequenti aluo fluenti infestum, vndè lib. 3. de morbis circà finem potiones actu frigidas febrientibus E exhibendas esse iubet, exceptis ijs, quibus alui immodicè fluunt, non autem quando sensim progreditur, quemadmodum in proposito casu, propter modum, quo eo vtebantur, vndè subiungit, sed huiusmodi species, hoc est frigidum modo præfato administratum, non refrigerat interna, sed per caloris repulsionem aliquo modo calefacit, nequè id vehementer, & derepentè: quemadmodum facit aqua frigida multa affusa, quæ calorem tantum in internis partibus producit, vt tetanum à materia frigidà excitatum in iuuene carnoso dissipare possit, *Mar. n. 10.* vt lib. de Humidor. vsu. vers. 123. testatur Hipp. Nam hoc pacto frigus calorem in interioribus partibus augendo, vehementius, & violenter alterando, fluxum alui potiùs augere potuisset.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 317 sur 636

©BIUM

set. Quæ quidem mala fortasse euenissent, si absque strato supposito in frigido solo iacuissent, ita enim frigido partibus internis derepente communicato, innatus calor maximam labem percepisset, vel si ægrotantem iuuenem esse, & plurimi caloris contigisset, facta caloris introrsus reuocatione, fluxionem augeri necesse erat. Quoniam igitur propter strati intermedium frigus paulatim, & moderate externis corporis partibus communicatur, ideo etiam calor paulatim introrsus pellitur eadem moderatione, ita vt non modo internus æstus non augeatur, sed remittatur quam plurimum eo modo, quo aqua feruens per tepidæ, aut moderatæ frigidę admixtionem moderatur, & attemperatur. Calor enim ex partibus exterioribus ad interiora hoc modo pulsus interiori comparatus mitis est, & veluti tepidus, & suauis, quod vt nobis significaret vsus est verbo ταλπω, quod calido foueo significat, vnde hoc verbum translatum est ad aues, quæ cubando calorem mitem, & vitæ opificem ouis impartiuntur, à quo, & articulatio, & vita pullo aduenit, hoc igitur pacto caloris, per calorem fit moderatio, & attemperatio primum: indè verò frigoris actione leniter subsequente, caloris excessu, ab internis partibus absque frigiditatis occursu remouetur, vnde alui fluxus ab eo exacerbatus remittitur, & compescitur. Hac quippe ratione lib. de Affectionibus. vers. 107. in febre ardente cum extremorum refrigeratione ventri, & hypocondrijs actu frigida admouenda iubet Hipp. hoc pacto internum febris ardentis æstum remitti ratus: vt in citati loci expositione demonstrauimus. Ex his igitur colligimus, refrigerationem exterius toti corpori sensim, & leniter adhibitam, primo per caloris mitioris introrsus repulsionem, indè verò subsequenter per actualem frigiditatem ipsius remedii internum æstum temperari, & moderari. Quarè quotiescunque per refrigerantia interius assumpta id assequi non licet, per ea, quæ actu frigida exterius admouentur, id procurandum erit, quod quidem remedium in diarrhœa ex colliquatione præstantissimum existimo.

Mar. 11.

Vers. 35. Quibus in febribus anxiosis, horridis rubescunt, &c.

Quam temerarium sit, & periculosum communem lectionem, propter illius obscuritatem peruertere, ex præsenti sententia id palàm fiet, quæ prima fronte adeò obscura apparet, vt sine verborum alteratione eam explicare videatur impossibile, quæ tamen rectè eam inspicienti apertissima redditur. Solet enim Hipp. breuitatis amator multa omittere, quæ ex verborum connexione, eorumq. consensu sponte emergunt, idq. potissimum obseruatum est in ijs, quæ ad propriam memoriam adnotabat; qualia communiter censentur ea, quæ in hoc libro continentur, inter quæ est præsens sententia, cuius sensus est huiusmodi. Considerandum, quibus faciei rubores, lassitudines, oculorum dolores, capitis grauitates, paraplegiæq. in febribus anxiosis contingunt, in his enim huiusmodi accidentia superuenire maximè solent, considerandum etiam si menses apparuerint, vnà cum prædictis accidentibus, quod denotatur per copulæ etiam additionem, nam & eadem fluentibus mensibus apparere consueuerunt, vndè lib. Coacarum Præn. sect. 3. vers. 202. legimus. Horrores, lassitudines, capitis grauitates, colli dolores menses extrudunt, & maximè quibus primum erumpere incipiunt. Fluentibus enim mensibus bilis in corpore cõmouetur, cuius portio si ad os ventriculi (quod non rarò euenit) confluat, anxietates, & enarrata ferè omnia accidentia inducere apta est. Quia ergò præfata symptomata non semper ab vna, & eadem causa ortum ducunt, ideò plurimum refert scire, an in febre anxiosa vi febris eueniant; an potiùs ratione fluxus menstruorum, nam in primo casu, malum haud leue significant; in secundo verò, nequaquam. Verùm quia non rarò in dictis febribus menses erumpunt, si eo tempore præfata accidentia superueniant, non erit facilè iudicare, an à febre, an à fluxu menstruorum originem habeant, quarè consequenter nos docet Hipp. quomodo eo casu hæc distinguenda sint, dum inquit. Deindè pallidæ fiunt, quando enim ratione mensium eueniunt, ea pallor consequitur, nequaquam verò, quando à febre dependent, & ratio est, quia huiusmodi accidentia non in quolibet fluxu apparent, sed in eo, qui vehementior fuerit, quem subsequi pallorem necesse est, cuius occasione subiungit, maximum esse in omnibus considerare id quod subsequenter fit, & in quo tempore, & in quibus, quippè quæ ad maiorem certitudinem faciunt, v.g. si pallor contingat in fine menstruorum, certiores erimus, prædicta omnia fluoris sanguinis fuisse symptomata. Nam, & inferius. vers. 35. præsentis sectionis ait. Dicendum, quod vbi sanguis effluxerit, expallescunt, è contrà verò dubitationem faciet, si in principio menstruorum pallor contin-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 318 sur 636

contingat, & febris vrgeat, imò si in eius vigore pallor contingat contrariũ potiùs suspicandũ erit, nè scilicet à febris prauitate ortum ducant, & accidentia prædicta, & subsequens pallor. Subiungit posteà, admodum expediens esse scire, an hæc in febribus acutis eueniant, an in diuturnis, idque important verba illa, in febribus maximè biliosis, (tales enim pro maiori parte sunt acutæ,) & omninò quibus ad crura fit catharsis, siuè abscessus (quod est chronicarum febrium peculiare.) Nam quò febris acutior erit, eò grauiora censenda sunt accidentia prædicta, quòd verò longior, mitiora, nam de his videtur eadem ratio, quæ de frigido sudore obseruatur, de quo dicebat quarta Aphor. 37. In acuta quidem febre mortem, in mitiori verò longitudinem morbi significat.

Vers. 47. Zelo iuxta rigurum ex tussi matura, &c.

Hanc historiam inordinatam, confusamque in satis rationabilem structuram reduxit Valesius: totiusque narrationis modum explicat diligenter. Tria tamen in sententiæ expositione non videtur assecutus, & primò dum illa verba ἢ ἔστιν ἰσχιάδος ἢ ἄλλου τευ τοιούτου ἐπιγενομένου ita vertit, & hic firma vstio sinistri lateris, exponens à Medico latus sinistrum inustum fuisse: quæ vstio firma, & absoluta curatio fuit totius morbi. Nam præter quam, quod talis versio admodum violenta est, non erat conueniens, cum æger matura expueret, vstionem facere, quæ in ijs tantummodo vsurpatur, qui nihil expuunt, vt ex libro 3. de morbis, vers. 354. manifestè patet, imò facta vstione tussis sedandas esse iubet eo in loco Hipp. nè sputum reuellatur ad pulmones. Quarè prædicta verba ita verterem, & auris æstus, (ὦτος enim pro ὠτος hoc in loco vsurpari existimo, quod in his vocibus, ὦς, & ὠ fieri obseruauimus etiam alibi) firmus erat, & sinistri lateris dolor, scilicet perseuerabat, quæ duo reliquias morbi superesse indicabant. Secundò verba illa, tumor remittebat, ad lateris affectum refert Valesius, quod non videtur rationabile; quia affectio in partibus intrinsecis consistebat, ità, vt nullus tumor exterius appareret, cuius remissio sensu percipi posset. Quarè ego crederem, per tumorem Hipp. intellexisse affectum ad aurem; quia etiam si inflammatio esset partium internarum, quæ posteà ad suppurationem deuenit, non tamen inconueniens est, dum inflammatio in summo vigore erat, tumorem quendam in partibus exterioribus apparuisse, qui facta suppuratione, & pure excreto cum auris dolore euanuerit. Tertio loco non mihi satisfacit interpretatio illorum verborum. Manifesta autem erant hæc, tùm ex alijs, &c. ità vt significare velit secessus peccantem materiam indicasse. Nam, quia additum est, tùm ex alijs, nihil adduxit Hipp. ex quibus peccantis materiæ natura cognosci posset. Vndè ea hunc in modum exponerem. Manifesta autem erant hæc, quod scilicet proximè dictum est, sudores illos non fuisse iudicatorios; tùm ex alijs inferius recensendis, tùm ex secessu: cuius beneficio posteà morbus iudicatus est, quod non contigisset, si sudores præcedentes iudicatorij fuissent. Nam incipiente (rursus) auris dolore, (iam antè in octaua, aut nona die sedato,) venter turbatus est, & copiosa egessit, & iudicatus est morbus decima quarta die sinè rigore. Præterea à qua die auris erupit (hæc autem fuit octaua, aut nona) sputum etiam largius ibat, & maturum: quæ omnia attestantur, morbum antè per sudorem non fuisse iudicatum, sed per subsequentes euacuationes recensitas.

Vers. 86. Quarta die fientes sanguinis è naribus eruptiones ægrè iudicant.

Hæc sententia registrata est libro sexto huius operis sect. 2. vers. 36. cuius explicationem in eum locum distulimus.

Vers. 87. Febres, quæ vna die intermittentes super rigent vna, &c.

Et huius pariter explicationem distulimus in lib. citatum, vbi perfectior fortasse legitur.

Vers. 100. Desluxit hoc breui.

Subalbum, scilicet illud adhærens matulæ vrinæ. Nam etiam si posterius subsidentia in vrina adesset, subalbidum tamen non apparuit nisi pauco tempore.

Vers. 103. Et priusquam vinum bibere incideret, ferè pituitæ similis.

Vinum bibere incepit die vndecimo quo iudicatũ morbũ cognouit Hipp. & ægrum à febre liberum, exhibuit autem vinum eo ipso die, vt vrinæ excretionem, quæ iam incœperat, adiuuaret, obseruauitq. vigilantissimus Hipp. antequã vinum bibere incœpisset, à principio, scilicet vndecimi diei, subsidentiam vrinæ pituitæ crassiori similem fuisse, quæ post vini potũ tenuior facta est, à vini facultate, vt par est, attenuata. Quarè non est, vt quispiam cum Valesio mi-

retur

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 319 sur 636

retur, Hipp. exhibuisse vinum ante iudicationem: hoc enim non apparet in ipso contextu, imò post iudicationem statim illud exhibuisse, ex eodem patet manifestè.

Vers. 113. *In pulsantibus sanguinem fundentibus figura ampla, &c.*

Figura ampla legendum esse, & non aliter, & communis lectio, & sententiæ veritas suadet, per figuram amplam intelligentes eam, per quam nulla sit venarum, aut arteriarum congressio, comprimuntur autem maximè, dum artus exactè, aut flectuntur, aut extenduntur, musculis in seipsos contractis, vndiquè comprimentibus. Admonet igitur nos Hipp. vt in sanguinis eruptionibus, quæ difficulter supprimuntur: quales sunt maximè, quæ ex arteriarum sectione contingunt, figuram illam caueamus, per quam vasa prædicta comprimuntur: quandoquidem ex compressione fluxio augetur, idquè probat experientia ipsa. Nam compressio venarum per ligaturas facta, impetum sanguini facit, quo vehementius fluat, nisi ligatura adeò constringatur, vt fluxum omninò cohibeat, quia verò ex membri situatione non potest fieri tanta compressio, vt fluxus omninò sistatur, ideò quotiescunque figura membri non est lata, semper fluxionem augere potest, vndè summa cum ratione improbatur à præceptore, latam verò membri figuram inueniet æger ipse, medicusq; etiam eam indicare poterit, est ea quippè, in qua membrum ex situ nullum patitur incommodum, aut defatigationem, sed ei accommodatissima & iucundissima est, talisq; ea esse solet, quæ media est inter summam extensionem, & contractionem. Reliqua præsentis contextus satis aperta sunt.

Vers. 116. *Rigores incipiunt mulieribus quidem, &c.*

Huius sententiæ difficillimæ quidem, verum vtilissimæ enarrationem distulimus in librum sextum sect. 3. vers. 29. quia ibi perfectior legitur.

Vers. 119. *Quibus nihil in constituto tempore accidit, singulis partus vitales fiunt.*

Constitutum tempus dicitur illud, quod inferius explicans Hipp. inquit, apparentia, in quibus mensibus fiant, considerandum. Adsunt enim tempora, in quibus superuenientia symptomata parum, aut nihil boni, malivè portendunt; sunt alia verò, in quibus omnia, quæ contingunt, maximum momentum habent. Hæc tempora in morbis vocat Hipp. dies contemplabiles, quæ in grauidis etiam considerata non impropriè contemplabilia dici possunt, illa per dies, per hebdomadas, & per quadragenaria commensurantur. Hæc pariter in diebus consistunt, mensibus, & quadragenarijs. Menses verò contemplabiles enumerat Hipp. hoc in loco, tertium, quintum, septimum, nonum, secundum, & quartum, quia in singulis præfatis mensibus adsunt dies contemplabiles, ratione articulationis, motus, perfectionis, & aliorum huiusmodi. inter dies pariter contemplabiles mentionem facit, per modum exempli, quinquagesimi tertij, & centesimi sexti, dum inquit, labores circà quinquagesimum tertium, & centesimum sextum. De quadragenarijs verò, quatenus in grauidis contemplantur, & quam vim in fœtibus habeant, alibi determinauit, vt in libris de Natura fœtus. De septimestri, & octimestri partu. Admonet igitur hoc in loco Hipp. hæc omnia tempora in grauidis esse consideranda, & si in illis nihil sinistri eueniat, partum illum vitalem forè asserendum esse. Hic est enim Hipp. dicti verus sensus. Nam puerile esset dicere, illos fœtus esse vitales, quibus nihil mali euenit toto eo tempore, quo morantur in vtero. Quarè hoc dictum est, quia (quod superius etiam tetigimus,) possunt multa contingere accidentia grauidis, & fœtibus ipsis, quæ nihil mali portendant, eo quod extrà tempora contemplabilia eueniunt. sicuti enim epiphenomena in morbis tunc bonum, aut malum præmostrant, quando in aliquo die contemplabili eueniunt ratione circuituum, ex quibus dies illa talem habet potentiam, ità etiam in grauiditatibus, quæcunque in statis quibusdam diebus, mensibus, aut quadragenarijs eueniunt grauiora sunt, quã si extrà dicta tempora fiant. Et hanc proportionem inter morbos, & grauiditates elegantissimè explicauit summus Præceptor libro de septim. partu, his verbis, verum enimuerò conceptus, & abortus, & partus mulieribus in eo tempore fiunt, in quo & morbi, sanitas, & mors omnibus hominibus fiunt. Hæc verò omnia partim secundum dies, partim secundum menses, partim secundum quadragenarios, partim secundum annum significationem sui præbent. In omnibus enim his temporibus insunt ad vnumquemquè, & vtilia multa, & hostilia multa; hùc vsque Hipp. Horum verò temporum virtutes, & effectus à dispositione, & statu ipsius fœtus dependent iuxtà conformationis, & perfectionis gradus, quos fœtus in vtero acquirit, quorum notæ, & ab eius motu primo in vtero, & ab ortu maximè desumuntur.

A tur. Idquè significare voluit Hipp. dum inquit in textu, labores in circuitibus, quidquid in septuaginta mouetur in triplicitate perficitur, & quoniam huiusmodi tempora contemplabilia non omnibus in ijsdem terminis, aut dierum numeris eueniunt, quando & ob sexus diuersitatem, & ob temporis partus differentiam varia admodum sunt hæc tempora contemplabilia; vt diuersitatem ex sexus diuersitate prouenientem denotaret, inquit. Post menses (hoc est enim tempus conceptioni aptissimum, vt alibi pluribus in locis ipse demonstrauit,) dextra, & sinistra hiant; quod in causa est, vt modò masculus, modò fœmina concipiatur, iuxtà illud Aphorismi, fœtus masculi quidem in dextris, fœminæ verò in sinistris magis. Quarè idem erit dicere, post menses dextra, & sinistra hiant, ac si dixisset, concipitur vero modo masculus, modò fœmella, quæ sexus diuersitas est causa, vt tempora contemplabilia non omnibus sint eadem. Subiungit posteà, & humiditas (vteB ri scilicet, quæ per prodeuntia cognoscitur, & est causa, vt fœmina potius concipiatur) requirit diætam siccissimam ad hoc, vt ad masculi conceptionem disponatur, quæ similiter in eundem finem prolata sunt, vt diuersitatem, & varietatem dierum contemplabilium pro sexus diuersitate indicaret, quasi à causa ad effectum ratiocinando diceret, quia aliquando masculus, aliquando fœmina concipitur, notandum est, citiùs motum, & discretum, (tale esse masculum docuit lib. de septimest. Par. vers. 110.) rursus augescere etiam Mart. n. 3. tardius, & ad longius tempus, & propterea non possunt dicta tempora in omnibus eundem terminum seruare. Præter hanc causam, quæ diuersitatem in temporibus contemplabilibus facit, adest etiam alia, quæ in diuersitate consistit temporis formationis, motus, & perfectionis ipsius fœtus, prout septimestris nasciturus est, aut nonimestris, ex quorum diuersitate, tempora contemplabilia euariari necesse est. Et hanc diuersitatem adnotare
C voluit, dum enumerans menses contemplabiles, inquit labores tertio, quinto, septimo, & secundo, & quarto, quæ nosse oportet ad septimum mensem, hoc est, qui labores considerandi sunt vno modo in septimestri fœtu, alio in nonimestri. Quorum mensium computatio fieri potest à mensium fluxu cessato, vt faciunt mulieres ferè omnes, aut conceptione, vt peritiores, qui signa primæ conceptionis non ignorant, & à Præceptore libro de principijs referuntur. Et nè in computatione dierum, & mensium error committatur, dies ducentos, & septuaginta, nouem Græcos menses esse statuit. Nam etsi mensis lunaris (nam à motu lunæ suos menses Græci desumpsere) dies triginta completos non contineat, desunt enim horæ circiter nouem (hoc enim temporis spatio luna à coitu solis denuò ad coitum accedit) vt tamen mensium computatio facilior esset, eosdem ex triginta diebus constituere, & quia naturalis partus hoc spatium nouem mensium aliquando, imò pro
D maiori parte pertransire compertum est, quando perfectissimum partum ex ducentis octuaginta diebus constituit idem Hipp. lib. de Octimestri Partu; ideò subiungit, etsi quid amplius vltrà hos est, & aut masculis, aut fœmellis hæc fiunt, nam sexus diuersitas in naturali partu nullam diuersitatem parit. Aut contraria, idest, si fortè contingat antè præfinitum tempus nouem mensium, fœtum in lucem edi. Ante nonum enim mensem vitales nasci fœtus testatur lib. de Septimest. Partu Hipp. Habita igitur temporum contemplabilium notitia, & eorum diuersitate non neglecta, pro diuersitate, tùm sexus, tùm perfectionis ipsius fœtus, si in illis temporibus contemplabilibus nihil sinistri, aut matri, aut fœtui contigerit, pronunciabimus fœtum illum vitalem fore.

Vers. 130. *A cibis, & potibus humeri, & mammæ inflantur, &c.*

Prædictorum occasione explicare prosequitur nonnulla grauidis contingentia, quæ à
E Medico veniunt consideranda, quatenus, & ipsa cum primum apparent, tempus illud constitutum, & contemplabile reddunt. Inter hæc verò proponitur prima lactis generatio, quam his verbis indicauit. A cibis, & potibus humeri, & mammæ inflantur, eò quod lac ex succo dulcissimo generatur, quem mammæ, circumfitæque partes, & humeri potissimum à ventriculo expressum ad se trahunt, & in lac transmutant, quem generationis lactis modum explicauimus, & defendimus suo loco, sensatum præ alijs testimonium ipsarum nutricum adducentes, quæ statim ac cibum, & potum maximè assumpserunt, materiam lactis ad mammas descendere manifestò sentiunt, quæ testantur vlterius (vt mihi eas sæpiùs percunctanti est manifestum) huiusmodi humorem ab humeris descendere per clauiculas

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 321 sur 636

©BIUM

ad mammas ipsas, idquè euidentius persentire aiunt, dum actu sugit puer, ex quo euenit, vt nihil magis vbertatem lactis nutricibus tollere possit, quam applicatio cucurbitularum dorso, quod nutricibus experimento cognitum, est causa, vt hoc remedium sæpiùs recusent, nè ipsis lac deficiat. Hæc igitur post secundam articulationem eueniunt; & quamprimùm fœtus moueri incipit, idquè in masculis tertio, in fœmellis quarto mense euenire adnotauit lib. citato vers. 241. Hipp. vndè hoc tempus in grauidis contemplabile redditur. Alterum grauidis superueniens, quod tempus contemplabile constituit est turgentia, siuè inflationes papillarum in mammillis, quo signo vtuntur mulieres ad grauiditatem dignoscendam. Hoc enim respexit Hipp. illis verbis: καὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ αἱ ἀκρησίαι καὶ τὰ ἐμφυσήματα, hoc est, & luxuriæ in capite (mammarum scilicet) & inflationes incrementum faciunt, donec ossa (fœtus nempè) solida facta fuerint. Hoc est enim illud, quod lib. de Natura Pueri, dicebat Hipp. cum fœtus mouetur, tùm lac sui indicationem matri præbet, mammæ enim attolluntur, & papillæ turgent, quæ tertio mense in masculis contingere eodem in loco testatur, ossa autem post perfectam articulationem duriora fieri, ibidem asserit vers. 193. vt sit verisimile papillarum turgentiam vsquè ad illud tempus creuisse, vt in textu notat Hipp. Hæc autem eueniunt, quia menstruorum circuitus post conceptionem cessat, quia eo tempore exiguum est (vt ipse ait) quod in fœtum absumitur, necesse est sanguinem in vteris abundare, & indè mammis, potissimum verò iuxtà earum papillas de se significationem præbere ob consortium, quod mammæ cum vteris habent, cuius consortij ratione, si mammarum papillæ, & earum rubor pallidus fuerit (quemadmodum ipsemet dicebat 6. Epid. sect. 5. vers. 25.) morbosum vteri vas est. Hanc igitur causam nobis indicauit in textu, dum dixit, menstruarum purgationum circuitus est, quia scilicet in illis deficit. His verò explicatis inchoatam doctrinam prosequitur. & inquit.

Mar. n. 15.

Vers. 132. Quæ antè has fiunt grauitates, similes sunt laboribus octimestribus.

Hoc est grauitates, quæ antè constitutum tempus vtero gerentibus contingunt, germanæ sunt laborum octimestrium, & primipararum. Quid verò his vult Hipp. Pulcherrimum docere, & quod Medico plurimum dignitatis afferre potest. Quia enim aliquando euenit, mulieres antè præfinitum, & conueniens tempus grauitatem in ventre percipere, ac si fœtum grandem gestarent, quid his prædicendum sit, nos admonet, octimestrem, scilicet partum, id enim important verba illa, sunt similes laboribus octimestribus. Sicuti enim labores partum octimestrem præcedentes, octimestrem partum futurum præmonstrant, ità grauitates præfatæ, cum sint similes laboribus octimestrium, octimestrem partum præmostrare dicuntur: vt non omninò impropriè locutus fuerit Hipp. & ratio præsentis signi est, quia quotiescumquè fœtus antè constitutum tempus, & dum adhùc paruus est, grauitatem matri infert, impossibile est ad perfectionis tempus gestari posse, vndè necesse sit, quum ad octauum mensem fœtibus adeò infensum peruenit, abortire. Addidit, & primipararum. Hæ enim, & propter loci angustiam, & quia illi gestationi non sunt assuetæ antè tempus onus, & grauitatem ventris persentiunt. Quarè quæcunquè mulieres grauitatem ventris antè consuetum tempus ægrè ferunt, nisi hæ primiparæ fuerint, fœtum octauo mense perdituras esse prædicendum.

Vers. 133. Lac alimento quidem transmutationem accipiente, octimestri verò perficiente.

Dixerat superius à cibis, & potibus mammas intumescere, modò cuius naturæ sit huiusmodi cibus, & potus demonstrat in præsenti contextu, & inquit, lac, quod eo tempore generari incipit, tertiò inquam mense, esse transmutationem quandam tantummodo in cibis illis, & potibus factam, quod perfectionem indè acquirit octauo mense. Augescente enim fœtu vterus paulatìm incalescit magis, à cuius calore excalefactæ mammæ perfectionem lacti tribuere possunt: anteà verò nequaquam, propter caloris imbecillitatem. A caliditate enim accedente ab vtero lac perfici expressis verbis nobis significauit lib. de Nat. Pueri. vers. 259. dum inquit, & à pinguedine calefacta, ac alba existente, quod edulcatum est à caliditate, quæ ab vteris accessit, expressum venit ad mammas, &c. cum igitur lactis perfectio à calore ab vtero accedente proueniat, & vteri calor à fœtus præsentia originem habeat

Mar. n. 21.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 322 sur 636

A beat, rationi quoque consentaneum est, non prius perfecti caloris vterum participem fieri, quam fœtus naturalem acquisierit perfectionem, quæ perfectio cum septimo mense initium habeat, eodem Hipp. teste lib. de septimestri Partu. vers. 8. sequitur, lac non prius perfectum esse, quam fœtus ad octauum mensem peruenerit, vt summa cum ratione dixerit hoc in loco Hipp. Materiam lactis in prioribus mensibus tantummodo transmutari, perfici autem octauo mense, ità vt lac perfectum dici possit.

Vers. 36. Menstruæ purgationes similes octimestribus, in tendentibus, &c.

Parum antequam hæc scriberem, contigit mihi curare mulierem gerentem vtero, cui menses importunè fluebant, sanguis erat nigerrimus, crassus, & in grumos pro maiori parte coactus, & in tanta copia exibat, vt omnibus monstruosum videretur; & eò magis, quia mulier pallida erat, & pauco sanguine à natura prædita. Perseuerauit fluxus per multos
B dies, & puer mouebatur satis validè. Factaque computatione temporis grauiditatis iam decimum mensem attigisse inueni, existimauique esse casum, de quo loquitur Hipp. in præsenti textu, & cum nullo præsidio cederet morbus, mortua est quasi de repente, quemadmodum à principio suspicatus sum, præsentis sententiæ auctoritate innixus. Ex enarrata igitur obseruatione cognoui, quid intelligat Hipp. per purgationes similes octimestribus, eas scilicet, quæ & copiosissimè fluunt, sanguisque excretus niger est, & grumosus, tales enim esse consueuerunt purgationes partus octimestris, prout mihi confirmarunt obstetrices multæ, quas de hac re diligenter percunctatus sum. Ratio autem præsentis prognosis dependet (quemadmodum ego existimo) à causa proxima huius fluxus, quæ est
C corruptio quædam in sanguine facta, propter quam ipsum natura regere, aut retinere non modo non potest, sed etiam expellit, vt quod sibi summoperè molestum, quæ causa est, propter quam huiusmodi fluxus, qui scilicet à sanguinis corruptione contingunt, nullis remedijs cedant. Nec alia causa præter corruptionem esse potest, omnes enim aliæ excluduntur per ea, quæ referuntur in textu, excluditur enim abortus, qui huiusmodi fluxus producere solet, per illa verba, in tendentibus ad decimum mensem: quo tempore si contingat fœtum in lucem edi, non potest dici abortus, excluditur etiam per eadem verba altera causa, nempè sanguinis copia aucta in corpore, quæ nullo modo eo tempore vigere potest; quia fœtus grandior effectus tanto alimento eget, vt matrem plethoriam incurrere sit impossibile, excluditur etiam præcedens cachochimia, quia hac vigente partum ad decimum mensem protrahi est impossibile, ad decimum quippè mensem tendunt tantummodo illæ, quæ sanæ sunt, & robustæ: quæ cum cachochimia stare non possunt, cum igitur præsentis fluxus causa sit sanguinis corruptio, non est mirum si Hipp.
D dixerit, malum, eò quod paucæ effugiant. Sed quorsum hæc? quia superius dixerat: quum vtero gerentibus nihil sinistri euenit in temporibus contemplabilibus, tunc fœtus ille vitalis erit, etiam si (vt explicatum est) aliquid sinistri eum pati in diebus non contemplabilibus contingat. Quia igitur Hipp. inter tempora constituta non enumerauit decimum mensem: ne quis existimaret, quum mulier nono mense transacto ad decimum peruenerit, iam tunc omne periculum euasisse, præsentem casum per modum exempli proposuit, & tanquam peculiare quoddam præfatæ doctrinæ exceptionem faciens. Docetq. id malum esse, ità vt & matri, & fœtui mortem minetur.

Sectio V. Lib II.

E *Vers. 22. Si hydropicum tussis corripiat, siquidem statim animo, &c.*

Præsentem textum Valesius in duas diuidit sententias, quarum prima aphoristicum prognosticum continet, quod tussim malam esse in hydropico, nos docet. In secunda verò existimauit edoceri modum curationis animo linquentibus conuenientem. Græcus tamen contextus vnicam tantummodo sententiam facit, cum in eo non legatur ἀλλὰ, quam particulam addere coactus est Valesius. Sententiæ igitur iuxta veram eius lectionem acceptæ sensus erit, si hydropico tussis superueniat, & statim in animi deliquium incidat, ei occurrendum est, aut calidis omnibus adhibitis, aut potu vini, & cibo copioso, quæ quidem curatio non

in gratiam hydropis instituta est, sed vt syncopi occurramus. Hic est enim casus particularis, qui tamen sæpè euenit. Ratio autem huius curationis est hæc, primo enim omnia actu calida exhibet, hæc enim præterquã quod tussientibus conueniunt pectoris gratia, cui frigidum est inimicum, lypotomiæ occurrunt, quæ in hydropicis, in quibus calor ferè suffocatur à frigidis humoribus, sæpiùs excitari solet. Quod si ab his non tollatur, signum erit, eam à tenui ichore os ventriculi mordente produci. Hos igitur curari præcipit vini potu, & idoneis cibis. Hi enim ventriculum replentes ichores excludunt, aut saltem attemperant, tolliturque occasio, nè alij ad ventriculum inanitum confluant. Vini autem potus alijs potionibus præfertur, tùm quia hoc syncopi peculiari facultate occurrit, tùm etiam, quia hydropicos minus lædit. Corrigenda est ergò hoc in loco Cornarij translatio, qui verbum θωρυξαι, quod vinum simpliciter bibere significat, satis impropriè transtulit inebriato.

Vers. 27. Hydropicus, si tumorem in cruribus habens, tussiat, malum.

Hydropicum tussire duplici modo contingit, vel à principio, idque proprium est hydropis pulmonum, vt ex lib. 2. de Morb. sect. 3. vers. 190. colligere licet, vel hydrope iàm confirmato ad ventrem inferiorem spectante, quæ tussis ea ratione excitatur, quia cum venter ad summum aqua repletus est, per compressionem illius exiguum per septum transuersum exudando ad pulmones peruenit, vndè ægrum tussire necesse est, quod symptoma casum desperatum facit, vndè meritò 6. Aph. 35. dictum est, hydropicis tussis accedens, malum. Cæterum etsi verum est semper dicere, tussim superuenientem hydropicis, malam esse, non tamen verum est semper asserere: Hydropicos tussire, malum est, eo quod ex pulmone hydropici semper tussiunt, non tamen moriuntur omnes, vt ex curatione, quam loco superius citato adhibet Hipp. facilè colligitur. Quarè summa cum ratione hoc in loco additur, tumore in cruribus existente: quod confirmati hydropis inditium est. Nam etiam si in hydrope pulmonis statim à principio, dum etiam vitæ spes adest, pedes tumeant, cum tamen tumor ad crura peruenit, casus omninò desperatus redditur, vndè vniuersaliter vera est semper hæc sententia, hydropicus si tumorem in cruribus habens tussiat malum. Quod verò malum in hoc casu læthale significet, quemadmodum in reliquis omnibus morbis, qui communiter periculum adiunctum habent, adnotauimus alibi.

Mat. n. 59.

Vers. 28. Si auris doleat, lacte vtatur.

Quamuis breuitatis studiosus fuerit Hipp. cuius gratia aliquando obscurus redditur; nunquam tamen imperfectam propter breuitatem orationem facit. Quarè dum hoc in loco admonet, ad auris dolorem lac infundendum esse, non debemus credere illius consilium fuisse, id in omnibus aurium doloribus faciendum, ipsum reprehendentes, quippè qui indistinctè nimis hanc curationem tradiderit, sed in ijs doloribus tantummodo, qui hydropicis superueniunt, de quibus est sermo. His enim lac semper forè conueniens, rationi consentaneum est. Cum enim hydropicis partes superiores attenuentur, & ex consequenti humoribus scateant tenuioribus, & acrioribus; certum est, auris dolorem in his ab alia causa, præterquam ab acri fluxione ortum habere non posse, & eò magis quando pars illa calidis potius, quam frigidis humoribus subiecta est, quemadmodum earum peculiare excrementum indicat, quod perpetuò amarum est, succis verò acrioribus infestantibus lac esse conuenientissimum remedium, etiam si nulla adsit inflammatio, nullus dubitabit: quia lac humorum acrimoniam temperat, nec tantæ est frigiditatis, vt naturale partis temperamentum lædere possit.

Sectio VI. Lib. II. Epidemiorum.

Vers. 12. Si venæ pulsauerint in manibus, & facies sana, & robusta, &c.

Valesius huic sententiæ expositionem primo aspectu satis rationabilem adaptauit. Verùm tamen, quia in omnibus febribus venæ eodem modo pulsant, quo exponit ipse, ex hac expositione sequeretur, idem esse dicere: si venæ pulsauerint in manibus, ac si dixisset, si febris teneat, quo dicendi modo, cur vsus sit hoc in loco Hipp. explicari non potest. Præterea, quia hæc eadem sententia legitur in libro de iudicationibus vers. 96. nec est apposita illa vox, in manibus, aliquod peculiare nobis indicari videtur, quod in omnibus febribus non euenit, & eò ma-

Mat. n. 8.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 324 sur 636

A eò magis, quia libro coacarum Prænot. vers. 165. vbi eadem sententia registrata est, non in manibus, sed in tempotibus legit. Imò & annexa accidentia, & solutionum modi, quæ capitis læsionem consequuntur, coacarum prænotionum lectionem cæteris præferre videntur. Ità vt sententia Hipp. sit, si circa tempora venæ, siuè arteriæ; hæc enim nomina sæpè confundit Hipp.) pulsarint adeò vehementer, vt ab ægro percipiantur, & ab astantibus conspici possint, morbus diuturnus significatur, & qui non soluatur, nisi per ea, quæ referuntur in textu, ego quidem sæpius obseruaui eos, quibus arteriæ iugulares pulsare oculis percipiuntur, diù semper ægrotasse, & pro maiori parte distenta hypocondria habuisse. Quod si aliorum etiam locorum dictorum lectionem admittere volumus, necesse erit affirmare, vehementẽ, & conspicuũ arteriarum motũ morbi longitudinem ex propria natura indicare, qua verò distinctione id fiat, demonstrare tentabimus in expositione lib. coac. Præn. vers. 55. quamuis nõ ignorem, id per arduum esse. quasi hoc sit vnum eorum, quæ effectus euidentes habent:
B causa verò penitùs latet & fortasse hæc eadem erit, propter quam arteriarum sectio diuturnas affectiones curare soleat, vt fidem facit Prosper Alpinus in illo curioso opere, & doctissimo de Medicina Aegyptiorum inscripto. Quod si solutionis spontinæ modos respicimus, qui omnes ad abscessus à capite dependentes referuntur, in his casibus semper caput esse læsum colligimus. An quia spirituosa materia, quæ pulsum facit, facilè in caput eleuatur, à quo tantum ægrotare contingat?

Vers. 14. In gutturis dolore aquam calidam super caput fundito, nisi frigus, &c.

Imprudentiæ prudentissimum Hipp. taxare esset, si diceremus, hoc in loco ab eo proponi remedia ad gutturis dolores, quæ aliquando vtilia essent, aliquando non, si absque distinctione ea adhiberi voluisset. Dicendum est ergò Hipp. simul, & remedia attulisse, & eorum vsum pro natura affectionis distinxisse, dum inquit, nisi frigus fuerit. Dolores enim
C gutturis à fluxione à capite ortum habent, quæ vel calida est, & tenuis, vel crassa, & frigida. Distinguitur autem hæc materia ex multis, potissimum verò ex anni tempore, frigidis enim temporibus frigidos humores, calidis verò calidos abundare rationi consentaneum est, idquè ipsemet docuit nos lib. de Natura humana, quia igitur dum frigidi humores ad gutturis descendunt, periculum esset, nè ijdem à calidæ perfusione attenuati, cumulatius fluerent, & morbum augerent, vt hos humores caueat, inquit, nisi frigus fuerit, perfusionisquè loco farinam calidissimam sorbendam exhibet, aut ferculum ex farina, & vinum meracum pro potu. Hæc quippè frigidæ materiæ coctioni, & fluxioni maximè conducunt. Nam vinum meracum calefaciendo, & roborando coctionem adiuuat, farinæquè incrassanti facultate humorum attenuationem prohibet, quæ à vino meraco contingere posset,
D cum nihil nocentius in destillationibus adhiberi possit, quam ea, quæ humores attenuare simpliciter possunt. Quod notare vellem recentiores, qui in frigidis destillationibus ad Guayaci, & aliorum attenuantium medicamentorum decoctum tàm libenter confugiunt. non animaduertentes, ex horum vsu destillationes in dies augeri, quas concoquentibus, & mediocriter incrassantibus curandas esse hoc exemplo docet Hipp. quod curationis genus hominum vulgus imitantes, vbi à raucedine, aut rusi hyeme infestantur, lagana, aut quid simile edulium ex farina vesperi comedentes, & vinum meracum bibentes sibi ipsis medentur. Circà textum verò adnotare oportet, præsentem curationem institui ad gutturis dolores, non autem ad omnes eius dolorosas affectiones, excipiuntur enim illæ, quæ peculiare nomen habent, qualis est angina, quæ quoniam peculiare nomen habet, sub hoc nomine doloris gutturis non comprehenditur, & sic de reliquis, conueniens igitur curatio erit eorum dolorum, qui à destillatione à capite ortum ducunt: hiquè frequenter con-
E tingunt in ijs ciuitatibus, quibus destillationes à capite sunt familiares, qualis Roma est, vbi sæpius à me obseruatum est, mulieres ex sola capitis lotione ab huiusmodi affectibus statim liberatas esse, ab ea enim cutis pori aperiuntur, per quos euaporationes, quæ à cutis densitate retinentur, vndè destillationis materia augetur, exhalare possunt: humorumquè acrimonia mitigatur, quæ est causa, vt fluxio perduret, & dolorem inducat. Notabilis est ergò præsens textus tanquam norma quædam circà capitis lotiones adhibenda, quæ quidem suspectæ esse debent, quando materia crassa, & frigida est, vtiles verò tenui, & calida infestante.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 325 sur 636

Vers. 36. Si superni loci turgent, qui sunt circà caput vlcerum purgatio, vomitus, hydrops. A

Quum caput ab humorum copia infestatur, quod partium circà ipsum turgentia indicat, tria remedia ab Hipp. proponuntur in præsenti textu, Vlcerum purgatio, vomitus, & hydrops. Purgationem vlcerum intelligit Hipp. eorum, quæ in capite existunt. Hæc enim, siuè arte procurentur, siuè sponte, oriantur capitis repletionem tollere possunt. De spontinis, exemplum habemus puerorum, quibus, nisi vlcera in capite erumpunt, caput morborum, & varijs calamitatibus obnoxium redditur, contrà verò, quibus in pueritia huiusmodi vlcera erumpunt, cerebrum ab omni impuritate expurgatur, vndè saniores capite in posterum euadunt, ità vt nec epilepsiæ, nec alijs à capite morbis sint subiecti, quod Hipp. quoque libro de Morbo sacro vers. 143. adnotauit, & prima sect. lib. coacarum Prænot. legimus vers. 253. capitis dolorem soluit pus per nares, aut sputa crassa, soluit item vlcerum eruptio. Idem verò præstare, & vlcera capiti inflicta colligimus ex Herodoto, qui lib. 4. fol. 348. testatur Aphros. venas verticis lana succida inurere pueris solitos fuisse, vt à destillatione præseruentur in posterum, & Hipp. ipse 2. de Morbis vers. 144. capitis repletioni occurrit, octo crustis ferro ignito in capite excitatis. Dixit autem purgatio vlcerum, vt siccas quasdam exulcerationes excludat, quæ tantum abest, vt capiti opem ferant, quod potius illud summopere lædunt, quapropter, quo vlcera sint vtilia, pus emanare indè necesse est. Vomitum, secundo loco proponit pro capitis repletione tollenda, quo caput feliciter, & citò expurgatur, idquè vomentes sciunt, quibus dum euomunt, & ab ore, oculis, & naribus humores in magna copia erumpunt, vndè Hipp. 4. Aphor. 18. Affectiones inquit suprà septum transuersum, quæ purgatione, egent per superiora purgari significat, & lib. de locis in hom. vers. 173. sect. 2. legimus, Fluxione ex capite fluente vomitus conducit. Valeant ergò illi, qui vomitum in capitis affectibus adeò formidant; caput indè magis repleri existimantes, quia etiam si caput in actu vomitionis aliquo modo repleri videatur, nihilominus, quia talis repletio est vaporum, qui cessante vomitu, statim euanescunt, à vomitu caput repleri, dicere non possumus. Tertiò tandem loco proponitur hydrops, quo nomine si cum Valesio aquam intelligimus, sententia est manifesta, & verissima, capite enim repleto nullus potus conuenientior est, aqua, vndè lib. 1. Morb. Mulieb. sect. 3. vers. 118. legimus. Sunt autem quidam, qui his lac bibendum præbent, quia caput dolent. Alij aquam, quia animo linquantur. Ego verò vice versa, si caput dolent, & mente percellantur, aquam commodam puto. Hæc Hipp. quod si verborum propriam significationem attendentes, hydropem legere, & in proprio significato accipere volumus, cum nomine hydropis communiter quamlibet aquæ collectionem intelligamus, vndè hydropem dicimus, & cerebri, & pulmonis, & vteri, & alterius cuiuslibet partis; quando aqua in ipsis colligitur, non erit omninò absurdum dicere capitis repletionem tolli, si aqua prius in eo collecta excernatur, nam id frequenter euenire obseruatur, quem quidem solutionis modum in morbis capitis, vbi humoris copia in eo viget celebrasse sæpiùs Hipp. nouimus, & apertissimè lib. 2. de Morbis vers. 114. vbi hæc leguntur, quum repletum fuerit caput, & ab aliquo ex prædictis calefactum, torpor caput tenet, frequenter mingit, & alia patitur, quæ ex vrinæ stillicidio, idquè per nouem menses hæc patitur, & si quidem per nares, aut aures aqua, aut mucus erumpat, à morbo liberatur. De hydrope autem morbo si hæc dicta intelligamus, non minus vera erit sententia, quia cum in eo tumescentibus inferioribus partibus superiores attenuentur, vt ipsemet Hipp. adnotauit lib. 4. de Morbis, haud dubium est turgentiam, & repletionem supernarum partium, & capitis potissimum hydrope superueniente tolli, etiam si principali morbo non conferat. B C D

Vers. 43. In voluulo molli, &c. E

Vide expositionem lib. de iudicat. vers. 149.

Hippocratis Epidemiorum Lib. III. Sectio I.

Vers. 14. Hermocratem, qui ad nouum murum decumbebat, febris, &c.

Ex Hermocratis historia, in qua ex febre acuta eum interijsse narratur die vigesima septima, colligit Valesius terminum acutorum diem vigesimam septimam esse, tot enim diebus, inquit ipse, Luna suum cursum per duodecim signa zodiaci absoluit. Verum non considerauit Valesius hunc ægrotantem licet febre acuta laborauerit, non tamen continuò acutè febri-

citasse,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 326 sur 636

A citasse, quandoquidem decimaquarta die sine febre fuit, atquè etiam vigesima, & ideò non poteſt dici, eum acutè laborasse vsquè ad vigesimum septimum diem, nec indè colligi, acutos morbos, vsque ad illam diem protrahi posse, quia si hoc pacto terminum acutorum definire liceret, non minus dici posset, eorum terminum esse quadragesimum diem, quam vigesimum septimum, cum constet morbos acutos ad quadragesimum diem sæpius peruenire, cuius rei testimonia nè longius perquirã, sufficiet historia illius, qui in Dealcis horto, hic enim ex febre acuta die quadragesima iudicatus narratur, ad quem terminum perdurare potuit morbus, etsi acutus; quia bis eo temporis spatio à febre liber fuit. Non est ergò, vt ab Hipp. doctrina recedamus, qui terminum acutorum decimam quartam diem statuit, ità tamen, vt intelligamus, nullum morbum cum acutie continua diem quartum, & decimum pertransire posse; quin aut iudicetur, aut remittatur, aut aliquo modo intermissionem habeat, cuius ratio si à cælestibus petenda est: dicendum erit, ea ratione, propter quã diuturni morbi, quiquè B Solis motum sequuntur, tunc maximè iudicari, quando sol ad punctum peruenit oppositum ei, quem initio ægritudinis occupauerat, ex quo (vt etiam Hipp. adnotauit) morbos æstiuos hyeme, hyemales verò æstate iudicari contingit, quia sol ad locum oppositum tunc perueniens effectus contrarios influit in hæc inferiora; vnde morbos ipsos insignem mutationem subire necesse est. Eadem ratione pariter acuti morbi, qui à motu Lunæ regulantur; cum ad oppositum locum Luna peruenit, in contrarium fieri mutationem necesse est, ità vt aut soluantur, aut permutentur, aut remittantur, aut ægrotantem ad interitum perducant; quod spatium cum Luna diebus quatuordecim circiter percurrat, ideò acutorum morborum terminus quatuordecim diebus ad summum comprehenditur. Quemadmodum à Præceptore statutum est.

C

Sectio II.

Vers. 1. *In Thaso Philistes caput multo tempore dolebat, &c.*

Philistem triplici febriũ genere laborasse narrat Hipp. Primum genus significauit illis verbis. Quum ex potationibus febres continuæ obortæ essent, dolor, &c. Insinuans febres has fuisse mites, & absquè euidenti calore, quales esse consueuerunt illæ, quæ à capite originem dicunt. Caput enim, quia membrum est frigidum, & humidum propter cerebrum, quod pituitæ fons, & metropolis dicitur, febres calore admodum vrentes excitare non solet. His febribus aliud genus successit febris, quod nobis indicauit; dum subiunxit, nocte exacerbatus est primum, quæ febris, quia à prioribus penitus diuersa erat & idea, & loco affecto, ideò D dierum enumerationem ab huius inuasione incipiés, subiunxit, prima die vomuit biliosa, pauca, flaua primum, deinde æruginosa, ex quo loco docemur: quando leuiori morbo alius grauior, & diuersæ naturæ superuenit, enumerationem dierum à priori morbo non esse inchoandam, sed à succedenti. Posteà inquit, secunda die surditas, febris acuta, & est tertia febris differentia, quæ in præsenti historia obseruatur, à præcedenti pariter differens non natura, sed acutie tantum. Quia verò ex his colligimus, secundam febrem non fuisse acutam, occasio sese offert inquirendi. Si dum febre continua æger detineretur, à principio, insuper excalefactus est, & æruginosa euomuit, nocteque sequentem molestam habuit, quid illi febri defuit, quin acuta dicenda esset. Certè quo die excalefactus æruginosa vomuit, febris non solum continua fuit: sed etiam caloris vehementis: accidentia quoque grauia erant, quæ omnia febres acutas concomitantur: nihilominus eam acutam non existimauit Hipp. Argumentum E euidens, febris acutiem consistere, nequè in magnitudine, nequè in caloris vehementia, nequè in accidentium multitudine, & eorum sæuitia. Quæ si vera sunt, quibus signis cognouit Hipp. die secunda febrem acutam euasisse? A calore manum acutè ferente eam cognouisse existimo. Huiusmodi calorem producit bilis, quando vehementer incalescit, cæteris humoribus non admodum permixta, & quia calor vehemens diù in tenui materia perdurare non potest, eam enim statim dissipat, ideò euenit, vt morbus acutus celeritatem motus, & breuitatem adiunctam habeat. Hanequè esse acutæ febris naturam confirmat dicendi modus circa hanc materiam Hipp. vsitatus. Qui in recensendis acutarum febrium historijs, etiam si morbus in eadem magnitudine, & acutie perseueret, nihilominus quando aut rigores, hor-

rorefue

roresuè, aut aliqua refrigeratio intercedit, per quam caloris acuties tolli, siuè remitti contingat, ità loquitur, ac si febris acuta intermisisset, loco exempli erit historia hanc præcedes illius, qui in Dealcis horto iacebat. Huic quippè febris acuta facta est die tertia, quæ etiamsi vsquè ad vndecimam perseuerauit, quia tamen nona riguit, & ex consequenti caloris acuties remissa est, ideò subiunxit, febris acuta: indicans tempore rigoris non fuisse acutam. Similiter, quia die decimaseptima extremitates refrigeratæ sunt, vndè caloris acuties extincta est, ideò denuò subiunxit, febris acuta. Quarè febris ex mente Hipp. acuta dicenda est, quando non solum calor vehemens est, sed etiam acutus, & mordax, & per totum corpus diffusus. Super hanc materiam doctissimum habes Galeni comment. 6. Epid. sect. 1. vers. 29.

Sectio III.

Vers. 49. Febris non acuta.

Ità legit Galeni codex multis antiquissimis conueniens, quamuis impressi sine negatione legantur. Quarum lectionũ antiquior præferenda mihi videtur, tum quia probabilius est, negationem à posterioribus Hipp. expositoribus, vt puta erroneam reddente sententiam (talis enim primo aspectu apparet) abrasam fuisse, quam ab aliquo per incuria additam, tum etiam, quia sensum longè probabiliorem recipit. Scimus enim febrium ardentium duplex genus esse, alterum, quod decimumquartum diem non transcendit, qui acutorum morborum est terminus, & à bile, aut ichore bilioso originem habet. Alterum, quod ad quadragesimum sæpè producitur, & à pituita salsa generatur. Cum igitur morbi acuti intrà dies quatuordecim iudicentur, meritò febris ardens ex pituita salsa à numero acutorum morborum excludenda est. Huius naturæ fuisse febres ea constitutione vagantes, attestantur, & australinum præcedens tempus, in quo pituitam abundare ex ipsomet Hipp. lib. de Aere, Aquis, & locis licet colligere, & maximè accidentia ipsum morbum concomitantia, sopor inquam, horror, obliuio, secessusq. crudi, tenues, & multi, ex quibus plurimis aluos turbatas fuisse, narratur, aliaquè in textu explicata. Quia ergo ob humoris febrem efficientis naturam febres illæ calorem acutum, & manum ferientem non emittebant, & in longum tempus protrahebantur, quæ duæ conditiones acutam febrem penitus excludunt, meritò id adnotauit Hipp. & dixit febris non acuta.

Vers. 111. Et quæcirca pulmones erant infrà distribuebantur.

Hæc si tali pacto legantur, euidentem in dictis Hipp. contradictionem pariunt, quia inferius ait, tusses autem aderant perpetuò multæ, & multa educentes matura, ac liquida. Si enim multa à pulmonibus per tussim sursum educebantur, quomodo dici potest omnia, quæ circà pulmones erant, infrà distribuebantur? Quarè non erit absurda lectio, quam retinent nonnulla antiquissima exemplaria, quæ quibusdam additis ità legunt, post illa verba. Alui variæ, adstrictæ, & rursus breui humectantes [illegible] hoc est: sub mortem autem omnibus violenter humectabatur, & quæ circà pulmones erant, omnia inferius distribuebantur. Atque hoc modo sententia clara, & aperta redditur, & rationi admodum consentanea. Nam superueniente aluifluore, tabidos plerumquè mori, quotidiana experientia demonstrat, Hipp. quoq. lib. 1. de Morbis testatum reliquit, indicans vltetius, quomodo ex defluuio capillorum præcedente huiusmodi exitus præuideri possit. Vnde non est inconueniens, tabidos præsentis constitutionis, aluifluore superueniente, mortuos fuisse, & eò magis, quia paulò supra id nobis significauerat, dum dixit: Et in summa omnes, & qui longis morbis ægrotarunt, & qui ex acutis, &c. omnes, aluus sustulit. Quarè dicendum est, tabidos illius constitutionis per totum morbum expuisse, qualia in textu referuntur, aluo interim modò adstricta, modò liquida existente, ad finem verò, aluifluore accedente, quæ circà pulmones erant, non amplius per sputum educebantur, sed omnia infrà ad aluum distribuebantur, & sic moriebantur.

Vers. 127. Multi moriebantur quartanarij.

In lectionum varietate, quas antiquos excogitasse, vt difficultates vitarent, Galenus testatur; eam ipse amplexus est, quæ dicit. Autumno mortuos esse multos quartanarios, cui lectioni Valesius quoquè adstipulatur. Verùm hæc longè ab Auctoris intentione aliena, &

proprijs

A proprijs dictis parum consona mihi videntur. Cum enim longa oratione explicauerit singulos morbos, qui per singula quatuor anni tempora vagarunt, in fine enarrationem epilogando colligit, quomodo ea quathor anni tempora sese habuerint, iuxta salubritatem, & insalubritatem in communi nulla facta de morborum tunc vagantium specie. Quarè cum in cæteris anni temporibus nullius morbi peculiarem mentionem fecerit, neque in autumno id faciendum erat. Et ideò non potest dici multos quartanarios tunc mortuos fuisse, & eò magis quando id præter rationem exi.tit. Nam cum in vniuersali enarratione dixerit, plurimos tabidos mortuos esse autumno, si morbos ex quibus mortui eo tempore recensere voluisset, tabidos potius, quam quartanarios mortuos esse, ipsi asserendum erat; & eò minus hoc est verisimile, quatenus febris quartana ex sui natura omnium rarissima est, quæ si ex peculiari constitutionis natura læthalis facta fuisset, id in narratione subticendum non erat. Quarè cum

B maior pars exemplarium legant (vt ipse Galenus testatur) quarto (siue per dictionem τετάρτῳ ideſt quarto, siue per litteram maiorem Δ, quæ idem significat) ego dicerem Hipp. illam particulam quarto apposuisse veluti ad ornatum orationis, ac si dixisset. Erat autem omnibus prædictis primo loco grauissimum ver, & multos occidit. Aestas autem secundo loco facillima, & paucissimi perierunt. Tertiò autem loco autumno. Et sub pleiadas, quarto loco multi moriebantur, apposuitque illam particulam quarto, vt autumnum distingueret à tempore sub pleiadas, ab ipsis enim hyemem incipere testatur ipsemet Hipp. lib. 3. de Diæta, *Mar. 2.* vers. 23.

Vers. 174. *Breuispirus ad multum tempus.* *Aegr. 3.*

Hunc ægrotantem breuispirum factum esse exponunt interpretes cum Galeno ipso, habuisse respirationem paruam, & raram, ob calidi innati extinctionem, & virium imbecillitatem,

C quorum interpretationi nullo modo acquiescere possum ob multas rationes, potissimum verò, quia non videtur rationabile, ægrotantem cum illo pulsu ad diem decimam produxisse vitam, tot potissimum accedentibus symptomatibus grauissimis, quæ morbum à principio, vsque ad finem vehementissimum fuisse attestantur. Præterea, si à principio respirationem habuisset paruam, & raram, aliquid in fine subiunxisset Hipp. spiritum tenuem, & imminutum factum fuisse, quod idem significat. Quarè per breuispirum, hoc in loco intelligerem respirationem eam, quam velocem appellamus, non quidem secundum omnes respirationis partes, sed secundum eam, quæ oculis magis percipitur, & quæ proprie inspirario dicitur, ità vt æger citò inspirationem expleret, ex quo breuispirus diceretur, quamuis indè in expiratione persisteret. Quam quidem interpretationem confirmant ea, quæ in historia decimaquinta præsentis sectionis leguntur, vbi narrat Hipp. mulierem illam perpetuò spiritum habuisse rarum,

D & magnum, de qua antea dixerat, die decimaquarta breuispiram fuisse, ex quo manifestum fit, breuem respirationem magnam, & raram esse posse, magnam quidem quatenus multum aeris inspiratur, & expiratur, breuem verò, vt suprà explicauimus, quatenus inspiratio citò absoluitur, altera respirationis parte motu adeò tardo, lentoque procedente, vt tota respiratio simul considerata rara dici debeat. Hanc respirationis inæqualis differentiam adnotauit ipse Hipp. lib. 2. Epidem. sect. 3. vers. 73. repetijtq. lib. 6. sect. 2. vers. 11. Quibus in locis varias respirationum enumerans differentias, inter illas præsentem memínit, dum dixit, spiritus alius extendens, alius vrgens, hunc velocem, tardum illum exponit Galenus lib. 3. de difficultate respirationis cap. 3. Quibus verbis etsi duas respirationis species inter se oppositas indicare videatur Hipp. velocem scilicet, & tardam, possunt tamen ad vnicam referri, in qua pars altera respirationis sit velox, & tarda altera. Sicque dici poterit, mulierem illam per totum

E morbum respirationem habuisse magnam, & raram, quæ tamen aliquando inæqualis modo explicato reddita breuispira facta fuerit, imò hæc in vtroquè ægrotante fuit impotere rationabilis fuit, in quibus ob malignam putredinem magnam fuliginum copiam generari necesse erat, pro quarum expulsione velocem respirationem requiri ipsemet Galenus lib. 1. de diffic. resp. cap. 20. adnotauit. Veruntamen, tum quia non erat par necessitas frigidi aeris attractionis, quod inspirationis est opus, necessitati expurgationis fuliginum, tum ob delirium, cuius proprium est raram efficere respirationem, hinc euenit, vt secundum totalem respirationem velocitas non adfuerit. Quarè vt magis ad sensum hanc respirationis differentiam describeret, breuispirum ægrotantem fuisse dixit.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 329 sur 636

Aegr. 3. *Vers.* 191. *Nona, soporatus, anxius, cum excitaretur.*

Soporosos non continenter esse excitandos, vt communiter obseruatur, neque permittendum, vt pro arbitrio dormiant, quemadmodum Tharrius apud Celsum contendebat; ex præsenti narratione colligitur, ex quo enim dicitur, anxium hunc ægrotantem fuisse, cum excitaretur, non assiduò excitatū fuisse infertur, sed per interualla quædam dormire ipsi permissum fuisse, idquè in praxi obseruandum esse, ità enim nec à perenni excitatione patiens affligeretur, nec à nimio sopore premeretur.

Aegr. 4. *Vers.* 200. *Palpitationes per totum corpus, nocte conuulsiones.*

Per palpitationes hoc in loco intelligit Hipp. saltus quosdam cordarum, quæ à musculis exortæ membris implantantur, conuulsiuos motus appellarunt posteriores, hos enim (vt quotidiè obseruatur) sæpè sæpius conuulsiones subsequuntur, quemadmodum huic phrenitico contigisse narrat Hipp. Quamuis medicorum vulgus hoc nomine conuulsiones etiam veras comprehendere soleat. In hoc verò differunt, quia in conuulsiuo motu, siuè palpitatione, Hipp. quamuis saltus illi, & tactu & oculis conspiciantur, membra tamen quiescunt, quæ in conuulsione, motu contractionis, & extensionis agitantur.

Aegr. 1. *Vers.* 340. *Huic perpetuò ad finem vsquè erat spiritus rarus, magnus.*

Quomodo hæc mulier, quæ perpetuò respirationem raram, & magnam habuit, breuispira aliquando dici posset, superius explicatum est in expositione illius sententiæ, Breuispirus ad multum tempus, Aegroto 3. præsentis sectionis.

Liber IV. Epidemiorum.

Text. n. 4. *Vers.* 64. *Post pleiadum occasum is, qui aurem doluit, &c.*

Materia febrili ad caput translata, & sudore adueniente, ægrum à febre liberatum fuisse, rectè censet Valesius, expositionem tamen, quam ipse adducit, non probo illorum verborum. Dextra auris, dexter oculus consistebāt nō valdè, & trahebat aliquid ex inferna, quod scilicet oculus nictaret aliquo pacto, & quod auris traheret materiam ab infernis partibus. Quapropter dicerem ego, partibus omnibus dextris resolutis, oculum dextrum, & dextram aurem aliquid roboris, & sensus retinuisse, idquè indicare voluit per verbum consistebant. Nam sicuti resolutæ omninò partes in se ipsas concidunt, veluti demortuæ, ità quibus sensus remanent, consistere dicuntur. Quia igitur hæ duæ particulæ non omninò resolutæ erant, cæteris omnibus penitus resolutis, dum in se ipsas constarent, partes omninò resolutas ad se trahere videbantur, & ideò dixit Hipp. trahebat aliquid ex inferna parte, ea ferè ratione propterquam in spasmo Cynico dicto partes sanæ resolutas ad se trahere obseruantur.

Mania. 2. *Vers.* 68. *Post pleiadum occasum, seruus Attici à quartana correptus, &c.*

In hac historia occurrit verbum τυφλώδης, quod stupidum vertit Cornar. manuscripta quædam secutus, qui legunt τυφώδης, quod mente alienatum libro obsoletarum vocum interpretatur Galenus: Verum cum impressa exemplaria τυφλώδης, legant, fortasse non errauit Calnus, qui transtulit Cæcus, ità vt sensus sit, seruum Attici quartana laborantem cæcitate aduenīente à quartana liberatum fuisse, quem exitum si quispiam Medicus prædixisset, in admirationem hominum incidisset, ac facerent illi, de quibus Hipp. mentionem facit libro 2. Prædictionum à principio. Attamen etiam si huiusmodi prædictiones sint admodum difficiles, & fortasse, quemadmodum ipse fatetur, Asclepiadeæ doctrinæ limites excedat, nihilominus, eas carere ratione non est dicendum. Ratio igitur præsentis solutionis quartanæ ab eo dependet, quod scriptum est 6. aphor. 56. Vbi legimus: A trabilarijs morbis periculosi humorū decubitus, aut apoplexiam corporis, aut conuulsionem, aut insaniam, aut cæcitatem significant. At verò quartanas atræbilis esse participes lib. de Nat. hum. vers. 287. ipsemet Hipp. fatetur. Non est igitur rationi alienum Aegrotantem hunc ex quartana in cæcitatē incidisse. Quemadmodum etiam pari ratione vers. 69. Alius eodem tempore τυφλομανης, idest cæcitate, & mania simul correptus est (nam hoc pacto legendum existimo impressorum codicum auctoritate permotus, non τυφομανης, vt nonnulla legunt exemplaria manuscripta, quæ secutus est Interpres) ad coxas, & crura venit dolor, quieuit. Non enim absurdum est dicere, hunc maniacum fuisse, & dum à mania vexaretur, visum amisisse; vndè cæcus euaserit nigro succo oculorum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 330 sur 636

A lorum humiditates incraſſando, & tenebroſas reddendo: qui tandem & à mania, & cæcitate liberatus ſit per humorum decubitum ad coxas, & crura factum. Nam ſicuti mania, vt 2. Epidem. ſect. 5. verſ. 8. legimus, dolorem in locis infernis fortem ſoluit, & cæcitas, vt paulò inferius adnotatum eſt verſ. 24. eſt ſolutio coxarum doloris, ità vicè verſa rationi conſentaneum eſt, coxarum, & crurum dolores maniacam cæcitatem tollere: vt in præſenti ægrotante obſeruauit Hipp. Poſſemus etiam per cæcam maniã intelligere eam maniam, quæ exterius non apparet, ſed latenter ægros vexat inſtar Phrenitidis hecticæ, de qua à nobis tractatum eſt ſuo loco.

Verſ. 78. Vrinarum ſubſidentia alba, eruum referens, alia, &c. *Mar. n. 6.*

In vrinæ contentorum natura explicanda Galenus, & cæteri omnes ferè, tum antiqui, tum iuniores à Præceptoris mente plurimum receſſerunt, dum triplicem eorum differentiam conſtituentes inquiunt. Hypoſtaſim appellari contentum illud, quod in vrinæ fundo reſidet. De contentis in vrina.

B Quod verò in medio natat, Enæorema, ſiuè ſuſpenſum, quod tandem in ſuperficie, ſiuè ſublimiori eius parte continetur, nubeculam vocari. Nam etiamſi hæc diſtinctio nominum proprietati accommodatur, ab Hipp. tamen doctrina plurimum recedit, qui de nubecula modo *Mar. n. 12.* ſuperiora, modo inferiora vrinæ petente, mentionem facit, vt clarè patet, lib. Prognoſt. 2. verſ. 182. vbi hæc leguntur. Conſiderare verò conuenit in vrinis, in quibus nubeculæ ſunt, an ſupernæ, an infernæ ſint: & quales habeant colores; & quæ quidem deorſum feruntur cum coloribus relatis, eas bonas eſſe putare, ac laudare, quæ verò ſurſum feruntur, &c. Idem atteſtatur lib. Coacarum Prænot. ſect. 3. verſ. 249. dum inquit. Nubeculæ in vrinis, albæ quidem, & infernæ commodæ ſunt, &c. Enæoremata pariter, & ſublimia, & non ſublimia, ſed fundum petentia adnotauit ſæpius in ægris Epidemiorum, potiſſimum verò in Herophonte, & in virgine Lariſſea, vt ſatis conſtet, differentiam contentorum vrinæ ex loco deſumptam

C non eſſe ad mentem Præceptoris; qui longè diuerſam inter ipſamet differentiam facere videtur. Quam difficultatem cum viderit Galenus in com. 2. lib. Prognoſt. text. 36. dixit. Sed alicubi ipſe (Hipp. ſcilicet) ſublimamentum genituræ ſimile dixit, ità vt è duobus alterum ſit, aut vt generalioris rei nomen exiſtat ſublimamentũ, ſectionem habentis in nubeculã, & id, quod genituræ ſimile eſt, aut vt nunquam nubecula ab eo ſublimamentum nominetur. Hæc Galenus contrà Hipp. viri doctiſſimi opinionem, qui credidit, hæc duo nomina, nubecula, & Enæorema apud Hipp. confundi, ea permotus coniectura, quia in quibus libris hoc contentum Enæorema vocat, de nubecula nunquam mentionem facit, è contrà vero vbi de nubecula fit mentio, Enæorema, nè quidem nominatur, opinio quidem ſatis probabilis: nequaquam tamen vera, vt exiſtimo. Nam præterquam quod falſum eſt nullibi de vtroque contento fieri mentionem, quando 3. Coacarum Prænot. verſ. 281. hæc leguntur. At in febribus

D erroneis nigræ nubeculæ quartanam indicat, decolores autem ſcilicet vrinæ μέλαιναι ἐνεφρεύμεναι ideſt nigris ſuſpenſa, hoc eſt habentes ſuſpenſa, ſeu enæoremata nigra cum vigilijs, & turbatione, phrenitieæ, certum eſt in nubeculis optimis duas tantũmodo requiri cõditiones à Præceptore 2. Prognoſt. citato, vt albæ ſint, & infernæ. Si ergò nubecula, & enæorema vnum, & idem ſignificarent, Enæorema diſperſum optimum eſſet, dummodo album, in vrinæ fundo reſideret, quod Hipp. & experientiæ omninò repugnat: contenti enim vnio ad concoctionem neceſſaria eſt. Quarè ego dicerem per nubeculam intelligere Hipp. contentum æquale ſecundum totam eius ſubſtantiam ſimul cohærens, & in externa ſuperficie læue, inſtar nubis cælo ſereno vagantis, vndè nubeculæ nomen ſortitum eſt, quæ modò ſurſum, modo deorſum per vrinam fertur, modò in medio eius pendet. Enæorema verò dicitur illud, quod nube-

E culæ aliqua ex parte ſimile eſt: ab ea tamen, & figura, & ſubſtantiæ modo differens. Namquè nubeculæ vnica eſt tantummodo figura, & vnus ſubſtantiæ modus; quæ duo in enæoremate varia ſunt. Hinc eſt, quod apud Hipp. non legimus, nubeculæ tribui eas qualitates, quæ ad figuram, & ſubſtantiæ modum ſpectant, cuiuſmodi eſt, rotundum, glomeratum, planum, indiſcretum, diuulſum, compactum, tenue, rarum, denſum, & ſimilia: quæ enæoremati vbiquè tribuuntur, quaſi ſi hæc de nubecula dicerentur, non nubecula, ſed enæorema vocari deberet, quando nubecularum diuerſitas penes colorem, & locum, in quo remanet, tantummodo conſideratur, vndè nubeculam dicimus hanc rubram, illam albam, aut nigram, modò ſublimem, modò ſubſiſtentem, modò in medio vrinæ pendentem, vt ſuprà adnotauimus.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 331 sur 636

mus. Hæc est ergò, ni fallor, horum duorum contentorum apud Præceptorem differentia, vt ex ipsius doctrina colligere licet, quam etiam apertis verbis nobis indicauit hoc eodem libro verſ. 85. dum inquit. Enæorema, nubeculæ nigræ apparens craſſitudinem habere, quaſi hæc ſit peculiaris nubeculæ eſſentia, quæ mediocrem craſſitudinem neceſſario habet. Huiuſmodi verò nubeculæ rarò in vrinis obſeruantur, vt mirum non ſit, ſi in recenſendis Epidemiorum hiſtorijs nubeculæ nulla mentio fiat, apparent tamen aliquando, & niſi à proprio ſenſu deceptus fui, ab eo tempore, quo hæc diligentius obſeruare cœpi, ter mihi videre contigit contentum album in vrinæ fundo eleuatum, quod veram Hipp. nubeculam fuiſſe exiſtimaui, euentuſquè magis in hanc ſententiam me confirmauit: quia ægrotantes omnes, in quibus hæc apparuerunt citò, & fideliter iudicati ſunt. Hypoſtaſim denique vocare conſueuit Hipp. contentum illud, quod in vrinæ fundo perpetuò reſidet, verumtamen non omne, quod in fundo ſubſidet, hypoſtaſis dicenda eſt, quando, & nubeculam, & enæorema petere fundum aliquando diximus, ſed quod aliorum reſpectu grauius eſt, ex quo fundum petat, non modò ſecundum partem, ſed etiam ſecundum totum depreſſam habens formam, quam omnes liquidorum ſubſidentiæ habent, iuxtà quam à nubecula, & enæoremate fundum petentibus diſtinguuntur, quæ formam habent aliqua ex parte eleuatam. Quarè quod inquiunt poſteriores, optimam hypoſtaſim debere eſſe formæ piramidalis, nomine abutuntur; quia hæc non eſt veræ hypoſtaſis forma; ſed potius enæorematis, aut nubeculæ, & ſæpius in ſanorum vrinis conſpicitur, quam ægrotantium; ſignumquè eſt concoctionis alimentorum ingeſtorum potius, quam materiæ morbificæ, à quibus Medici ſæpè decepti ſalutem proximam ægrotantibus prædicunt, quorũ nonnulli ex eodem morbo intereunt, alij diutius ægrotarunt. De his igitur contentis vrinarum agit præſens contextus, in quo non omnes quidem eorum differentiæ afferuntur, ſed hæ tantummodo, quæ fortaſsè in ægrotantibus cuiuſdam conſtitutionis obſeruatæ fuerunt. Adnotauit ergò hypoſtaſim aliquando fuiſſe albam orobaceam: hoc eſt orobo ſimilem, non ſubſtantia quidem, aut forma, vt multi exiſtimarunt; quiquè talia orobacea ſedimenta ex humorum, & carnis colliquatione generari tradiderunt, quod ſi verum eſſet, quomodo orobaceum ſedimentum coctionis ſignum dici poteſt? De hoc enim ità loquitur 4. Acut. verſ. 261. Matura verò ſunt ſputa, quum ſimilia fuerint puri, vrinæ autem ſubſidentias habentes ſubrubras, velut eruum. Non ſubſtantia igitur, aut alio aliquo modo huiuſmodi contentum orobo ſimilem facit Hipp. ſed colore tantummodo, & ſicuti orobi triplex eſt color, albus, ruber, & pallidus, ità quoquè trium contentorum orobaceorum mentionem feciſſe Hipp. inuenio. Albi quidem in præſenti ſententia. Rubri 4. Acutorum, verſ. 262. & Pallidi ſub fului nomine lib. 2. de Morbis, verſ. 130. cap. de Morbo regio. Verùm ſi dixit album, cur addidit orobaceum, ſi eundem colorem album denotare voluit? hoc additum eſt, quia cum albus color latitudinem maximam habeat, diſtinguenda erat hæc albedo: quod factum eſt per additionem illius particulæ, velut eruum, eſt quippè orobum album albedinis ſatis remiſſæ reſpectu eorum, quæ ſimpliciter alba dicuntur: quale eſt lac, nix, & alia huiuſmodi. Apparebat ergò (inquit Hipp.) aliquando hypoſtaſis alba velut orobum, aliquando magis alba, quam albedinem indicare voluit, dum dixit ſimpliciter, alia alba. Quandoquè ξυσματώδης, ideſt ramentoſa, ſubiungit Hipp. quæ parum differt ab ea, quam ὑμενώδη, hoc eſt pelliculoſam, ſiue membranoſam appellauit lib. coac. Prænot. ſect. 3. verſ. 277. Hæc autem huiuſmodi nomen ſortita eſt, eò quod in ea ramenta quædam ſubſident, quæ membranarum particulas æmulantur, eaſquè ex pituita exuſtionem perpeſſa generari, in expoſitione loci citati demonſtrabitur à nobis. Adeſt, & tertio loco hypoſtaſis ſubclora, colore inter viride, & flauum medio, eoquè remiſſius infecta. Sequitur poſtremo λιπαρώδης, ideſt oui vitello ſimilis, hæc quippè conuenientior videtur huius vocis ſignificatio, quam ea, quam ſecutus eſt Interpres, eandemquè ſecutus Caluus, luteam interpretatus eſt, quaſi oui luteo ſimilem, quæ ambo exaſſatæ bilis indicia ſunt, eamquè in prædicta conſtitutione peccaſſe ſatis rationabile eſt. Secundum contenti genus ab Hipp. adnotatum fuit, velut ad ipoſum vrinæ ſuperſtans; non quidem per totam vrinæ ſuperficiem diffuſum; quale eſt iuris craſſamentum, quod γρασ vocatur. nec pariter quales ſunt pinguedines ſuperſtantes aranearum telis ſimiles, de quibus 2. Prognoſticorum fit mentio, ſed aceruatum, ſimul cohærens, non diſperſum, vt enæorema diſparatum, ſimile contentum fortaſsè

Mar. 6.

Mar. n. 53.

Mar. n. 12.

obſer-

A obſeruatur in vrinis ouium,cum extrinſecus,hoc eſt ſub dio exponuntur,id enim ſignificare exiſtimo illa verba οἷον ἔξω ἐξ ὑΐου, Si modò cum Cornario οἷος pro οἷος,legere licet alioqui communis lectio ſenſum aliquem, qui mihi ſatisfaciat, recipere non poteſt. Huiuſmodi contentum non longè differt ab eo, quod nubecula à vulgaribus dicitur. Poſt hæc multas contentorum vrinæ ſpecies enumerat, quæ ſub nomine Enæorematis comprehenduntur,& ab vrinæ aquoſitate, poſtquam repoſita erat,ſeparabantur: dummodo vrina talis eſſet conditionis, vt ſubſideret, & contenti ſeparationem faceret. Nam vrinas aliquando nihil ſubſediſſe, aut ſeparaſſe teſtatur. In his igitur,quæ ſubſidebant præter iam enarrata ſeptem contentorum differentias adnotauit, quas ſigillatim recenſet. Aliæ enim contentum habebant ὀλίγον ἐπιπλατὺ διεσπασμένον, ideſt parum ad latitudinem diſperſum. Huiuſmodiq. enæoremata obſeruauit in phrenitico libro 3.Epid.ſect.3. Aegroto 4.de cuius vrinis loquitur hunc in modum. Vri-
B næ tenues enæoremata parua diuulſa. Ἄλλο τέλαραγμένον, ideſt, aliud conturbatum, & per totam vrinam diffuſum, à præcedenti differens: quia illud ad latitudinem ſuperficiei vrinæ diffundebatur, & ſimul cohærens erat, hoc autem per totam vrinam diffuſum inſtar eorum, quæ ex agitatione conturbantur. Diſtinguitur etiam à ſubſidentia conturbata, quam in Poliphanto lib.7. Epid. ſect.2.verſ.453. obſeruauit,tum quia hæc partes inferiores vrinæ magis occu- Mar.n.54.
pabat, tum etiam, quia minus ſegregata erat ab vrinæ aquoſitate, quam contentum hoc, de quo nunc fit mentio, quod etiam ſi per totam vrinam diffundatur, ab ea tamen ſeparatum conſpicitur. Tertio loco recenſet ἐναιώρημα, νεφελίου ὑπομέλανος δοκέοντος πάχος ἔχειν, Enæorema nubeculæ nigræ apparens craſſamentum habere, tale erat fortaſsè, quod alibi Enæorema nubiloſum vocat,obſeruauitq. in Aegrotante in Dealcis horto 3.Epid. ſect.1. Aeg.3. Quantum appoſuit χαῦνον λεπτόν, laxum tenue, hoc eſt per vrinam diffuſum, & in minutas,tenueſque
C partes diuiſum differens à conturbato; quod per totam vrinam diffunditur, compactum tamen, & ſimul cohærens,etſi confuſum, nequè in minutas partes diuiſum,& hoc intelligere voluit, dum præcitata hiſtoria dixit. Vrinæ tenues variæ, enæorema habentes, minutim diſperſum,velut farinæ craſſiores, & genituræ ſimiles. Quintum erat λεπτόν, τοῖο ὕτου, ideſt tenue ſic, hoc eſt ſimpliciter tenuè, quod fortaſsè adeò tenue erat, vt diaphanus aliquo modo videretur, & denſo, & caliginoſo contraponi poſſet. Sicuti enim denſitas opacum, & caliginoſum corpus reddit,ità tenuitas perſpicuum,& diaphanum. Sextum οἷον ἵππου velut equi, ſi de enæoremate id protulit Hipp. quale ſit equorum enæorema,me ignorare fateor, id fortaſſe notum fuit Hipp. qui vt artem medicam ditaret,vrinas etiam brutorum inſpicere non abhorruit. Si verò de vrina ſimpliciter loquitur,ea erit, quam alibi οἷον ὑποζυγίου, appellauit. Poſtremum erat οἷον ταζομένη velut caliginoſum: obſcurum ſcilicet non ratione coloris tantũ,
D ſed etiam denſitate quadam inſtar caliginis. De hac legè Galenum lib. 3. Epid. ſect. .in.4. His ſic explicatis eorum, quæ in hoc textu afferuntur idoneum ſenſum inuenire vnuſquiſquè facilè poterit. Quarè hæc pro nunc erunt ſatis. Quando de vrinarum ſignificatione tractationem abſolutam ex Hipp. mente, eiuſdem doctrinæ amatoribus tradere, mihi in animo eſt.

Verſ. 153. *Cuidam ſeptima die vrina, velut erui lotura.* Mar.n.11.

Sententiam hanc præter Valeſium expoſuit, & Petrus Salius in com.l.3. de Morb.n.23.

Verſ. 155. *Circa ſolſtitium hybernum, ſyaus non paruum, &c.* Mar.n.11.

Sydus, quod ſuo tempore apparuiſſe narrat Hipp. non fuiſſe coniunctionem, quam magnã vocant Aſtrologi Saturni,Iouis,& Martis,ex temporum ſupputatione colligi poteſt.Præterea modus dicendi,quo vtitur Hipp.dum ait: non paruum,oculis magnũ apparuiſſe indicat,quod de magnis cõiunctionibus affirmari non poteſt.Quarè probabilius eſt fuiſſe,vel cometã aliquẽ
E inſignis magnitudinis,vel ſtellã nouã, vterumquè enim aſtrũ dici poteſt,eo q etiam ſi ſimplex ſignũ ſit,nihilominus configurationẽ facit exſe. Ab his autem terremotus præmonſtrari,notũ eſt aſtrologis. Hoſque poſt quintã diẽ factos eſſe narrat,indèquè ſingulis diebus perſeueraſſe, inquit enim,πέμπτη δὲ ὕστερον ἑκάστων σεισμός, quãuis,καὶ ἑκατῶν, pro ἑκαστῶν, legiſſe ũideatur Interpr.

Verſ. 162. *Alia quædam in albis menſibus peperit, alia in rubris.* Mar.n.12.

Præſens ſententia à præcedenti dependet, in qua dicebat, Apemanti fratris vxorem citò concipere,& fœtum perdere conſueuiſſe; quaſi diceret. Alia quædam mulier in albis menſibus concepit, nec abortiuit, ſed peperit. Alia in rubris,vt conueniebat,ità vt ſenſus ſit: has duas mulieres concepiſſe alteram quidem fluentibus albis menſibus. Alteram verò rubris

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 333 sur 636

iuxtà naturalem periodum procedentibus. Quod quidem etsi, vt rarum quid adnotauit Hipp. non tamen omninò impossibile est. Nam menses albi contingunt aliquando ipso vtero malè affecto, quo casu mulier concipere nullo modo potest. Aliquando in huiusmodi fluxu vterus per se non laborat, sed caput, aut aliqua alia particula, vndè fluxus ad vterum peruenit, de quo affectu Hipp. lib. 1. Morb. mul. vers. 249. pertractasse videtur, & hic fluxus non necessariò conceptionē impedit. Et ipse nonnullas vidi, quæ cum huiusmodi fluxu non semel conceperunt, idque euenit, quando fluxus aliquas intermissiones habet, quo quidem modo aliquos etiam in mensibus rubris concipere est rationabile, eas inquam, quæ menstruas purgationes non continenter fluentes habent, sed aliquibus intermissionibus intercedentibus, si enim eo tēpore cum viro coeant, & semen vterū ingrediatur, conceptionē fieri nihil prohibet.

Mar. 21.

Vers. 179. *Duos annos hyeme habuit hemorrhoidas.*

Mar. n. 13.

Menstruorum purgatione suppressa hæmorrhoidas superuenire, adeò rationabile est, vt nulla euacuatio cōuenientior contingat in suppressione mensium, quam quæ fit per huiusmodi venas, idquè tantò facilius euenire potuit huic mulieri, quantò ex longo alui profluio venæ irritatæ facilius aperiri potuere. Hyeme verò magis fluebant, quia eo tempore sanguis niger, quæ atrabilis ab Hipp. dicitur, præcedenti autumno genitus plurimum abundat. Hunc quippè humorem maximè per has venas expurgari omnibus est notum.

Mar. n. 13.

Vers. 181. *Ea, ex spumosis bile abundè coloratis, viridia erant.*

Cornarius, quem secutus est Valesius χλοώδεα ἦσαν legisse videtur, etsi impressi codices χολώδεα, idest bilioſa veriori, & aptiori (ni fallor) sensu habeant. Nam quomodo hi duo fratres nigra excernere poterant ex viridibus, si à principio nigra deiecerunt? Hæc igitur hoc pacto vertenda mihi videntur. Bilioſa erant ex spumosis abundè coloratis. Vndè sensus erit, excretiones illas à principio bilioſas fuisse, ità vt nigredo non ex melancholia, sed ex bile superassata procederet, vsus est enim Hipp. voce καταχορεῶν, qua designare solet coloris bilioſi intensionem, eo redactam, vt nigredinem quandam præseferat. Eundemquè humorem respiciens superius hoc eodem libro vers. 146. dicebat: Valdè bilioſis suppuratis suppuratio sepiæ atramento maximè similis. Vide quæ suprà adnotauimus lib. 1. Morb. mul. vers. 216.

Mar. n. 11.

Mar. n. 14.

Vers. 187. *Maritus puerperæ apud Sithoacum, &c.*

Qui ex interna viscerum inflammatione intereunt, cum labore, & anxietate magna animā effundere communiter solent, quod quidem sudores indicant, modo circà frontem, modo per vniuersum corpus, qui miseros ægrotantes concomitantur ad mortem. Cum igitur hic æger ex hoc morbo mortuus sit, mirum visum est Hipp. eidem morienti sudorem, nedum circa frontem præ labore factum fuisse, & eò magis mirum hoc videtur, quando neque minxit, neque deiecit circà mortem: à quibus euacuationibus huiusmodi sudores inhiberi solent. Huius rei causam fuisse existimo, quia inflammationis feruore in vigore existente mortuus est quod & magnitudo, & durities hypocondriorum cum respiratione densa indicabant, à qua succi omnes attracti, prædictas omnes euacuationes tollere potuerunt. Hoc igitur tanquam rarum quid adnotari voluit Præceptor, quia propè mortem communiter inflammationum æstus remittitur, vndè sudores, aliæuè excretiones laxari solent.

Mar. n. 15.

Vers. 194. *Recidiua per longissimum tempus corripuit eos, quibus, &c.*

Recidiuas sepissimè cōtigisse in cōstitutione hac, cuius morbi hoc libro referūtur, adnotauit pluries Hipp. verū modò breuioribus interuallis, modò longioribus factas esse, non solum cognouit Hipp. diligentissimus obseruator, sed vlterius etiam eos longissimū tempus antequam recidiuarent, transegisse, quibus antè iudicationem vrinæ suppressæ fuerant, cuius effectus huiusmodi rationem afferri posse existimo. Certum est, morbos propter humorum reliquias communiter recidiuare. Quæ enim (dicebat ipse) relinquuntur in morbis post iudicationem, recidiuas facere consueuerunt: quas quidem reliquias, quo longius à minera morbi recedere contingit, eò serius ad recidiuam excitandam remeare est rationabile. Porrò humores per iudicationem à morbi minera ad remotiora secedere, præcedens vrinarū suppressio indicare potest, quatenus hæc eosdē ab internis visceribus ad extimam superficiē ferri significat. Vrinarū enim suppressio, quando critica est, rigorē præcedere, quem criticus sudor subsequatur, prout plurimum solet, vndè sexto Epid. legimus. Antè rigorem vrinarum suppressiones si ex bonis fluxerint, &c. & 1. Coacarum Prænot. inquit, quibus rigor his vrinæ suppressio. Quarè

quum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 334 sur 636

A quum antè ſudorem criticum vrinarum ſuppreſſio contingit, ſignum eſt, humores rigorem ſudoremque facientes ab internis partibus ſeceſſiſſe, vbi materia vrinæ viget, quam humores ſecum verſus externam ſuperficiem trahentes, vrinæ ſuppreſſionem faciunt, nequaquam verò quando ijdem humores in venis minoribus, & locis externæ cuti proximioribus febris mineram conſtituunt, hi enim etſi ad cutim ferantur, humiditatem tamen in partibus internis, & circa viſcera exiſtentem non trahunt, vndè ſeroſitas remanet, quæ materiam vrinæ continuò ſubminiſtrare poteſt, & hac ratione in his vrinæ ſuppreſſio non præcedit, quemadmodum quando febris minera in partibus intimioribus exiſtit, cuius ſignum eſt, vrinarum ſuppreſſio, quemadmodum explicatum eſt. Quoniam igitur vrinarum ſuppreſſio iudicationem præcedens humores longius à minera morbi recedere indicat, ideò factum eſt, quod Hipp. obſeruauit, eos ſerius recidiuam incidiſſe, quibus vrinæ ſuppreſſio facta eſt.

Verſ. 217. Mulier cui ſanguis è naribus erupit, quarta, &c. Mar. n. 16.

B Videbatur rationi conſentaneum mulierem hanc iudicari perfectè potius die octaua, quam ſeptima, quia hæmorrhagiam paſſa eſt die quarta, & ſexta, quod morbum per dies pares moueri indicabat: iuxtà illud Hipp. qui paribus mouentur, paribus etiam iudicantur. Iudicata eſt tamen die ſeptima, quod naturæ euacuationis imputandum eſt. Poteſt enim hæmorragia quælibet fieri ſalutaris in quouis morbi tempore, & in qualibet die, dummodo rectitudinem partis affectæ retineat, & morbus à ſanguinis multitudine ortum ducat, quod vt indicaret Hipp. ſubiunxit in fine, rubicunda erat, & ex conſequenti plurimo ſanguine abundans, qui cum nec coctione, nec aliqua peculiari præparatione egeat, excerni quolibet die cum integra morbi ſolutione poteſt. Quod ſi quandoquè hæmorragia ſymptomatica cenſetur, eo quod in die legitima nõ procedat, id euenit, quando plethoriæ cachochimia adiuncta eſt, quæ niſi, vnà cum ſanguine educatur, poſt ſanguinis euacuationem effrænatior redditur, vndè morbus grauior euadit. Quò verò cachochimia vnà cum ſanguine excernatur, peculiari die eget, eo quod non quolibet tẽpore ſalubriter excernitur, quemadmodũ de ſanguinis multitudine dictũ eſt.

C *Verſ. 230. Decimaſexta ſenſim factus eſt ſpiritus denſus, & febris, &c.* Mar. n. 17.

Ἐξαιδεκάτη, ἰχνὸν ἐγένετο καὶ πνεῦμα πυκνόν. ideſt decimaſexta tenuis fiebat, & reſpiratio denſa, ad verbum, quæ manifeſtè demonſtrant, vocem ἰχνὸν propter copulam καὶ ad reſpirationem minimè referri poſſe, vt ſenſit Valeſius. Sed potius (vt ego exiſtimo) ad digitum magnum, de quo antea ſcripſerat. Vndecima ad magnum dextræ digitum inflammatio, propter quam ipſum tumefactum eſſe rationabile eſt. Narrat ergò Hipp. huic digitum die decimaſexta detumuiſſe, non quidem materia ſalubriter diſcuſſa, ſed ad partes interiores recurrente, quod & reſpiratio denſa indicabat, & febris exacerbatio, quæ minor euaſerat, ex quo mortua eſt, eadem ratione propter quam de Temeni nepte dictum eſt lib. 2. Epid. verſ. 58. ex

D morbo forti ad digitum decubuit, qui cum non ſufficeret ad ſuſcipiendum morbum recurrit, mortuaque eſt. Nihil enim ægrotanti grauius euenire poteſt, quam abſceſſuum recurſus, quia materia abſcedens à benigniora ſegregata, dum contingit abſceſſus, longè malignior redditur, quam erat antea: quæ ſi ad partes nobiliores recurrat, ſubitam mortem neceſſario infert. eadem igitur ratione mortua eſt hæc mulier, quamuis facto ad digitum abſceſſu, melius habere videretur, ex quibus notandum certiſſimum ſignum recurſus eſſe, ſi abſceſſu euaneſcente reſpiratio denſior fiat, & febris augeatur.

Verſ. 235. Et ſanè erat etiam tuſſicula quædam modicè ſicca. Mar. n. 17.

Ad verbum ἀσυχὴ, quod modicè tranſtulit interpres, quaſi non omninò ſiccam habuerit tuſſim, obſcurè potius interpretaretur, ità vt per hoc indicetur nobis: hunc puerum non

E modo ſiccam tuſſim habuiſſe, perquam nihil expueret omninò, ſed etiam obſcurè, & quodammodo latenter tuſſiret, huiuſmodi enim tuſſis hypocondriorũ tumoribus conuenientior eſt, quos in hoc ægrotante adnotauit, dum dixit, Hypocondria magna, & ſplen, excitatur autem tuſſis, quæ ſicca eſt omninò à materia in pulmones delabente, ſed compatientibus ſpiritualibus membris hypocondriorum affectioni, vt libro 5. de locis Affect. & 6. Aphor. 16. Galenus, & ideò nulla expuendi occaſio adeſt.

Verſ. 254. Circumcirca durus fuit, cui etiam puſtulæ non perfectè, &c. Mar. n. 18.

Valeſius hanc eſſe nouam hiſtoriam ratus, & à ſuprafcripta ſeparatam, ſenſum, aut verum, aut veriſimilẽ huic ſententiæ accommodare non potuit, vndè ad litteræ peruerſionem confu-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 335 sur 636

©BIUM

gere est coactus, ego autem partem superioris narrationis esse existimo, quo supposito, communis lectio optimè conseruatur. Dixerat autem Hipp. vt diligenter explicauit Valesius, cum plurima symptomata desinerent in supradicta muliere, leucophlegmatia laborante; duorum tantummodo remanebat curatio, peruersionis quidem vteri, cuius gratia crus, & coxa afficiebantur, & oculorum affectio, facto ad eos abscessu, qui per annum perdurauit, & vt indicaret tempus, quo hæc contigerunt, quando inquam prædicti abscessus, & ad coxam, & ad oculum se manifestarunt, inquit. Erat etiam alia cura, vbi oculi glauci facti sunt, rationabilequè est, facto abscessu, confluentibusq. ad oculos humoribus, colorem eorum ad glaucum immutatum esse. Quum igitur in ipsa narratione non expresserit, quid mali acciderit oculis ex abscessu ad eos facto, in fine id manifestat: & inquit, circumcirca crudus erat, hoc est, abscessus ad basim durus erat instar duritiei pustularum, quando nondum perfectè sanatæ sunt, aut suppuratæ, & quales partibus desquamatis remanere solent, in vtroque enim horum tumor quidam durus perseuerat, qui temporis progressu paulatim euanescit; tales igitur fuisse refert tumores circa oculos ex abscessu ad eos facto, & hoc pacto perfecta redditur historia, quæ alioqui mutila fuisset, oculorum malo non expresso.

Mar.n.20. *Vers.* 273. *Famulæ anheloſæ, quum vaſa menſtruum ſanguinem, &c,*

Huius mulieris morbum antequam describat Hipp. dispositionem illius peculiarem antè oculos nobis proponit, dum inquit, asthmaticam antea fuisse, aduenientibusq. menstruis purgationibus, asthma cessare consueuisse, insinuans, hæc omnia à medico diligenter consideranda esse, tanquam ea, ex quibus præsentis morbi exacta cognitio dependet. Quia enim fluxu menstruo adueniente, Asthma cessabat, hisquè desinentibus rursus corripiebat, id consensum maximum vteri cum partibus spiritualibus palam facit: quo consensu mediante facilè contingere potuit humores, qui modo ad pulmones confluentes asthma inducebant; modo ad vterum, vndè menstruorum fluxus oriebatur, aliquando ad mammas defluxisse, ibique suppurationem excitasse, propter consortium, quod mammæ habent cum vtero, & cum pulmonibus mammis subiacentibus. Similiter quia asthmaticis ob spirandi difficultatem facilè caput repletur (quod venarum, quæ sunt in capite intumescentia, & faciei rubor attestantur) hæc fuit occasio suppurationis auris, præter consortium quoddam, quod pulmones habent
Mar.n.18. cum auribus, cuius gratia. Quibus (vt libro Prænot. vers. 270. legimus) ex inflammati pulmonis morbis abscessus circa aures fiunt, hi superstites euadunt. Et tussiculæ cum sputaminibus abscessus circa aurem submouent, quemadmodum Hipp. 1. lib. Prædict. v. 288. & Coac.
Mar.n.24. Præn. v. 311. adnotauit. Huius consortij verò ratio dependet ex venarum distributione. Nam tertium par à capite deductum ex temporibus per ceruicem in scapulas procedit, deindè in
Mar.n.12. pulmonem defertur, vt ipsemet Hipp. lib. de ossium Nat. vers. 120. est auctor.

Mar.n.20. *Vers.* 282 *Qui verò dextrum præcordium habent, non quidem, &c.*

Hypocondrium in acutis morbis attolli dupliciter contingit: vel ob phlegmonem calidis repletum succis, quamuis hi modo per viscera substantiã extrauenati, modo eiusdem venulas tantummodo replentes, vt infrà vers. 344. explicabitur, tumorem constituant, vel à sanguinis copia vasa maiora replente, ex qua repletione abbreuiatũ viscus sursum trahunt, vndè tangenti tumidum apparet, hancquè viscеris eleuationem hic vocat hypocondrium sublime, alibi reuulsum dixit, hæmorragiæquè prænuntium aliquando esse solet. Vndè lib. Coac. Præn. v. 153. legimus, capitis dolor in morbo acuto, hypocondriũ reuulsum, non profluente è naribus sanguine, ad phrenitidem deuenit. In primò tumoris genere facies rubicunda fit à calidis vaporibus inflammato viscere in caput eleuatis, in secundo verò nequaquam: eo quod nulla adest inflammatio, cum ergò dixerit Hipp. Bulagor. ex liene febricitantem rubicundũ fuisse, subiungit non adeò tamen, vt solent, qui ex dextro febricitant hypocõdrio. Si enim rubicundiores fiunt; non tamen eo sublimi existente, sed intento, & inflãmato, ex quibus videtur inferre, rubor ẽ dictum originẽ habuisse non à reuulsione lienis, sed potius ab eius inflãmatione ducta similitudine sinistri hypocondrij ad dextrũ. Quo in loco admirari licet Hipp. artificiũ in coniecturis morborũ internorũ constituendis. Reliqua præsentis textus abundè explicauit Vales.

Mar.21. *Vers.* 292. *In Cranone, Lycino gramatico ex febre biliosa ex ſplene, &c.*

Sicuti non est nouum, splenem ex bile in ipsum irruente intumescere, id attestante Præceptore lib. de Inter. Affect. sect. 2. vers. 267. ità non est mirum, si ab eodem affectu excitata fue-
Mar.n.33. rit

A rit febris biliosa præsenti Gramatico, quæ mineram haberet in proprio viscere, ità vt dici posset, eum febre biliosa ex splene febricitasse. Nam & huic affectioni satis conueniunt vlcera in labijs facta, de quibus mentionem facit Hipp. in textu. Nam & ipsemet libro de affectionibus vers. 202. Lienem habentes magnum, si biliosi fuerint, malis scatere vlceribus, & ex ore grauè olere testatur. Mar. n. 21.

Vers. 309. Maturi in morbis abscessus, an iudicent, signum est, &c. Mar. n. 22.

Maturos hic vocat abscessus non eos, qui ad suppurationem tendũt, sed qui iam suppurati pus emittunt. Quia ergò hi in morbis superuenientes aliquando à morbo liberant, aliquando non liberant. (Nam de Cratistonacte, & scymni fullonis ancilla legimus 1. epidem. sect. 2. v. 221. parotidibus suppuratis ambos mortuos esse) ideò in præsenti sententia nos docet, qua ratione iudicatorij abscessus, postquam ad suppurationem deuenerũt, à non iudicatorijs distin B guantur, quia si facta suppuratione, & pure educto febris, & dolor (hic enim per δυσφορα ἐοντα, idest difficilis tolerantiæ existẽtia intelligit, & dolores, & vigilias, & sitim, aliaque omnia, quæ placiditatem ægro tollunt) sedentur, & quiescant: signum est, abscessus fuisse iudicatorios, sin minus, è contrà. Nec res caret ratione. Quando enim abscessus fit iudicatorius morbificam causam à natura deuictam esse necesse est, & ideò febris solutio, & accidentium remissio consequitur, ità, vt licet, dum materia in abscessu contenta suppuratur, & febres, & dolores fiant fortiores; suppuratione tamen absoluta, & educto pure, omnia cessant mala; aut saltem magna ex parte remittuntur, nequaquam verò, si abscessus non fuerit iudicatorius, quia etiamsi materia in abscessu collecta à partis calore superata ad suppurationẽ perducatur; quia tamen materia principalis morbi non est deuicta, ideò nec febris minuitur, nec accidentia pure emisso cessant, imò quia materia morbifica continuò ad locum abscessus demãdatur, ibi continuus C excitatur dolor; Hipp. igitur sententia hæc est, cuius verba, dum ex græco in latinum transtulit Interpres, obscuriorẽ reddidit orationem, quarè clariori, & propriori sensu hoc pacto verti possent. Maturi in morbis abscessus, an iudicent, signum est, si quæ feruida erant, non febricitent, & quæ difficilis tolerantiæ erant, facile ferant, velut quæ in sede acciderunt Charoni. Et quia abscessus absque febre suppurari contingit aliquando, qui & ipsi iudicatorij esse consueuerunt, huius casus exemplum adducens, inquit: Lambio verò, cum intestinum vlcerosum esse videretur in dysenteria, adhibitis medicamentis sanatus est, abscessu tandem facto ad humerum, & ad sedem in sinistra parte citrà febrem. Quia aut nunquã febricitauit, aut si vigente morbo febris adfuit, abscessu facto cessauit, nec in generatione puris excitata est. Tum propter materiæ benignitatem, tum etiam propter distantiam abscessuum à corde, & à principalibus membris. Lambionis verò historiam esse casum à superiori diuersum, particula aduersatiua D δὲ, apertè ostendit.

Vers. 313. Cui à flatibus laterum mollitudo eleuabatur. Mar. n. 22.

Hic homo per excretionem materiæ puri similis sanatus est à flatuoso ilij tumore cum intestinorum dolore. Excretionisq. causa fuit error insignis; potus inquam multi lactis meracioris, quod in ventriculo corruptum vomitum excitauit. Adnotauit autem Hipp. conditionem, quod meracius fuit, quia si alicui liquori admixtum bibisset, citius à ventre descendisset, nec in eo corruptum esset. Eodem tempore febris superuenit, cuius causa Medicus adhibitus fuit, qui curationem ex arte instituit. Nam ratione doloris calefactoria adhibenda iussit, quod per vocem ἁπτῶντι, significauit, & ad vomitum compescendum, acrimoniãq. corrupti lactis pulticulam ex farina crassiori in cibis dedit, & ità ventriculus substitit, sublato vomitu, egessitq. aluus quid puri simile, quod (meo iuditio) nihil aliud erat, quam reliquiæ la- E ctis corrupti: quod à ventriculo descenderat, & in intestinis corruptionem, & acrimoniam maiorem contrahens febrem accendere & in transitu sedem inflammare potuit, ex ciborum enim corruptione in ventriculo febris superuenire non admodum solet. Vndè 6. epidem. vers. 35. legimus, Rigor à superiore ventre, febris ab inferiore magis. At verò hæc longè mitior erat, quam inflammationi conueniret, idque nos admonuit, dum dixit sinè febre, & sinè dolore erat, sufficienter, vt ità dicam, idquè ea ratione contigisse dicerem, quia inflammatio non ab humorum influxu ortum habuit. Sed ab excretione alui (vt dictum est) acriori, vndè superficiaria tantummodo facta est inflammatio. Huius igitur materiæ excretione facta, & flatus dissipati sunt, ilijque affectio sedata est.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 337 sur 636

Mar.n.23. *Vers.* 318. *Senex in lapideis vestibulis, lumbos doluit, & ambo, &c.* A

Valesius vocem βάτερον, qui alterum importat in ἕτεθερον, transmutans, vtrumque transtulit, ratus alioqui sententiam implicitam, & confusam esse. Quia si (inquit) alterum tantum descendebat, cur dixit in femora, non in femur, & si alterum tantum in femur descendebat, quomodo dolebant ambo crura? Quam difficultatem fortasse attendens Cornarius transtulit, & ipse, vtriquè dolores. Verum vt scriptura incorrupta maneat, verti debet alterum. Nam hæc lectio sensum recipit perfectum, & verum. Inquit enim Hipp. senem hunc lumbos doluisse, & ambo crura, qui quidem dolores attentis partibus dolentibus duo dici possunt, alter quidem ad lumbos, alter verò ad ambo crura, quarè dum inquit, alter descendebat ad femora, & quandoquè ad tibias, & aliquando ad genua, dolorem intelligit lumborum, qui lumbis derelictis, partes dictas inuadebat, quarè non poterat dicere, vtrunque dolorem descendisse ad genua, eo quod crurium dolor ad genua conuersus non descendisse, sed ascendisse dici deberet. Intelligit ergò Hipp. lumborum dolores ad dictas partes descendisse modo vnam, modo alteram inuadentes, qui cum multo tempore perduràssent, multas recursiones factas fuisse ait. Quibus hunc in modum explicatis, quid restet difficultatis communi lectioni, non video. B

Mar.n.23. *Vers.* 330. *Suppuratis oculis, & dum erumpunt, vlcera magna, &c.*

Sub hac tam breui sententia pulcherrimum, vtilissimumq. latet documentum circa oculorum suppurationes, quo docemur, quid agendum sit, quando puris discussio, quæ omni studio procuranda est, desperata est omninò. Quia enim suppuratis oculis, dum erumpunt: hoc est, rupto sponte abscessu pus exit, vlcera magna, & latiora fiunt. Et dum ferro secantur profunda magis; intelligimus tunc oculorum suppurationes ferro aperiendas esse, quando ex vlceris latitudine maius malum timetur, quam ex illius profunditate, è contrà verò permittendum, vt sponte rumpantur, quando ab vlceris latitudine nullum aduenire potest incommodum. Huiusmodi verò distinctio à suppurationis loco dependet. Quia si suppurationis locus pupillæ proximus fuerit, cauenda est vlceris latitudo; quippè quæ cicatricem latam inducendo, ità pupillæ appropinquatur, vt cum visionis incommodo eam attingere possit, quo casu suppuratio ferro aperienda est. Nequaquam verò si suppuratio à pupilla distans fuerit, tunc enim magis cauenda est profunditas vlceris, quæ humori exitum præbere posset, cum totali visionis deperditione, quam eiusdē latitudo. Addidit autem illa verba. Vtroquè modo oculi vlcerantur, vt indicaret, hac ratione non multum referre, an quis eas aperiat, aut sponte rumpi permittat, quia nullo modo prohiberi potest oculi exulceratio. Quibus hunc in modum explicatis, constat, Valesium perperam vocem ὄψεως, visionem interpretatum esse; quasi dixerit Hipp. suppuratis oculis necessariò visionem tolli. Nam & experientia docet pro maiori parte homines ex oculorum suppurationibus integra remanente visione, euasisse, quæ non tollitur, nisi vt suprà dictum est, quando cicatrix pupillam attingit, aut vlcus adeò profundum fiat, vt oculorum humores per ipsum exeant. C D

Mar.n.24. *Vers.* 337. *Qui iuxtà Medosadæ ædes habitabat, cui tenuia, non biliosa, &c.*

Præsentis historiæ mentio fiet in expositione libri Coacarum Prænot. vers. 6. vbi nonnulla ad eius claritatem afferemus.

Mar.n.24. *Vers.* 341. *Alius similiter, in principijs secessus subuiscosi, &c.*

Cum Hipp. viscosa soleat appellare compacta, tam scilicet, quæ cum visciditate sunt talia, quam ea, quæ sine lentore, ideò postquam dixit, huic ægrotanti secessus subuiscosos fuisse, vt declararet quam viscititatem intelligeret, subiunxit: quales sunt crassi iudicatorij, viscidi quippè simul, & tenues non sunt iudicatorij. Excrementa igitur alij à principio subuiscosa erant, illiusque viscititatis, cui si coniuncta fuisset crassities, iudicatoria perfectè fuissent, quarè cum crassities tantùmodo desideraretur, ea, temporis progressu, adueniète, matura apparuerunt, vndè subiunxit: Indè subuiscosi, maturi, biliosi, non tenues. Ex quibus notandum est, excrementa non concocta crassitie aduenìente, & colore ad flauum tendente (id enim intelligere voluit Hipp. per subbiliosum, & biliosum) matura, & concocta appellari. Verum dicet quispiam, quomodo erant subbiliosi, & biliosi? Significare voluit Hipp. secessus à principio crudos fuisse, aut saltem non concoctos, qui postea dum ad coctionem tenderent, colorem quendam subcliorum contrahere cæperunt, hosque subbiliosos vocat, tandem verò E

perfe-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 338 sur 636

A perfectam coctionem adepti, biliosi, hoc est flaui facti sunt, non tenues, sed cum mediocri crassitudine. Quarè non quia diuersus humor, excerneretur excretorum color immutatus est, sed propter coctionem, cuius virtute crassitiem quandam contrahentes, colorem bilis patefaciunt, qui ab humidæ serositatis copia obscurabatur, & hæc veritas sensu apparet in grauedine, in qua, quæ à principio, dum viget cruditas, à naribus excernuntur, alba sunt, grauedine verò ad coctionem tendente subflaua prout plurimum euadunt, imò aliquando viridia, quod quidem in peripneumonia contingere ipsemet Hipp. testatus est lib. 3. de Morbis vers. 200. cuius verba hæc sunt, & vnà cum tussi purgatur, primum saliua multa, & spumosa, septima verò, & octaua die, vbi in vigore febris fuerit, si humida sit peripneumonia, crassior prodierit, sin minus, non. Nona verò, & decima clora, & subcruenta.

Vers. 343. Qui vbi compacti fieri cœpissent iudicationes celeres.

B Hæc verba hoc pacto leguntur in Græco contextu ἐπὴν δὲ ἄρξηται ξυνίστασθαι, hoc est, vbi autem incœperint consistere, idest à principio compacti fuerint, celeres iudicationes faciunt. Hoc autem dictum est occasione præcedentis historiæ, quasi rationem afferat Hipp. cur hic postremus ægrotus citius iudicatus fuerit, quam prior: cum eodem morbo ambo ægrotarent, hic enim iudicatus est vndecima, ille autem decima quarta, quia scilicet primus habuit deiectiones à principio aquosas, posterior verò compactiores; quas subuiscosas dixit Hipp. Infert igitur, hunc postremum citius iudicatum fuisse, quia ab initio deiectiones habuit compactas, quæ cum in principio apparent, celeres faciunt iudicationes, quod fortassè in alijs quoquè ægrotantibus illius constitutionis obseruauerat. Idquè adnotetur in praxi, quia ad prædictionem valdè confert.

Vers. 344. Præcordium intentum apparuit modo venoso.

C Hypocondriorum nomine intelligit Hipp. partem illam, quæ immediatè infrà costas nothas sita est, sub qua viscera, hepar inquam, & lien iacent, non ipsamet viscera, quando de ambobus distinctè fecisse mentionem inuenimus lib. 2. Prædict. sect. 2. vers. 108. hunc in modum. Dysenteriæ siquidem cum febre inuaserint, aut varijs egestionibus, aut hepatis inflammatione, aut hypocondrij, aut ventris, &c. & ideò quælibet particula in hypocondrio sita intumescens hypocondrium intendere potest, verumtamen in morbis acutis distentiones hypocondriorum ad viscera in eis contenta referri debet. Quarè in hoc ægrotante hypocondrij distentio hepar affectum esse indicabit, notum est enim, hypocondrij nomen simpliciter prolatum antonomasticè dextrum significare. Pro exacta verò huius sententiæ cognitione de distentione hypocondrij dextri, quæ ab hepate dependet, tractare necesse est, & eò magis quando hæc materia licet plurimi sit vsus in arte, à paucis tamen iuxtà Hipp. doctrinam pertractata inuenitur. Triplici igitur modo hepar calidis repletum humoribus hypocondrium attollere solet in morbis acutis, quod etiam paulò antè adnotauimus. Primò quando humores à proprijs receptaculis egressi per visceris substantiam, quam parenchima posteriores dixere, diffunduntur: tumoremquè constituunt durum simul, & dolorosum, qui propriè inflammatio appellatur. Secundo modo attollitur hypocondrium, quando ijdem humores vasa hepatis maiora tantummodo replentes, distentionem faciunt quandam, propter quam hypocondrium eleuatur. Tertiò tandem, & postremo: quando venæ omnes per hepar discurrentes replentur adeò, vt tumorem tactu manifestum efficiant, & sicuti in his partes affectæ sunt diuersæ, ità etiam, & tumoris conditio, & symptomata consequentia varia sunt. In primo enim humores, vt dicebam, per hepatis substantiam diffusi tumorem constituunt durum, & dolorosum, de quo Hipp. lib. Prognost vers. 87. pertractauit, tumorquè prout plurimum eleuatur orbiculari figura: quam describens Hipp. 2. Epidemiorum sect. 3. vers. 68. dicebat. Intentio in dextris, velut circunferentia suppuratoria, Et ratio est, quia totum viscus intumescit, quod talis est figuræ. Cum verò ijdem humores vasa maiora tantummodo replent, id pluribus modis fieri solet, quia aliquando ibi consistentes, feruoremquè fiuè putredinem concipientes febres acutas, & malignas inducunt, licet tumorem, nec oculis, nec tactui conspicuum in hypocondrio constituunt. Aliquando copia, & motu tantummodo peccantes, dum ab infernis regionibus supernas petunt, cumulatè irruentes in hepar, venas eius maiores, & proximiores, à quibus ligamentorum instar suspenditur, suprà modum replent, vndè breuiores effectæ hepar sursum trahunt, indèquè hypocondrium eleuatur.

Mar. n. 30.

De distentione hypocondrij dextri.

Mar. n. 6.

tur.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 339 sur 636

tur. Quam quidem tumoris speciem hypocondrium reuulsum appellat Hipp. soletquè esse signum raptus humorum ad caput, de quo libro Coac. Præn. vers. 53. legimus. Capitis dolor in morbo acuto: hypocondrium reuulsum, non profluente è naribus sanguine, ad phrenitidem euenit. Distinguitur autem hic tumor ab alijs, quia in superiori parte magis ad costas apparet, & sub eo vacuitas quædam persentitur in parte, vbi extremitas hepatis naturaliter situatur, durities tamen in tumore non persentitur, neque dolor: quia in hepate non est affectio, quæ ipsum lædat, aut in magnitudinem attollat, tactui tamen tensio quædam persentitur in parte tumescente, & tandem hæc affectio breui tempore permanet, humoribus ad superiora suum iter affectantibus. Si vasa tandem per totum viscus dispersa calidis humoribus repleantur, fit tertius tumoris hypocondrij modus, qui & ipse duplex est. Nam vel simpliciter incalescunt succi, nec putredinem adhuc contraxerunt: vel in ipsis venis putrescunt. Si primo modo id rursus duplici modo euenit, nam aut quieti manent sola copia prædicta vasa distendentes: fitquè tumor, quem tensionem φλεβενάδεα πρῶτον, ideſt venarum intentarum modo hic appellat Hipp. in qua tumor quidem apparet, & oculis, & ad contactum, sed qui compressus tactui non resistit, non mollitie tantum; sed etiam, quia materia tumorem efficiens compressa manu cedit loco, ad proximiora recedens instar sanguinis venam replentis, vbi digito comprimitur, quod quidem indicat solum vitium esse in repletione venarum, non in substantia ipsa, vt mirum non sit, si æger, qui huiusmodi distentionem habuit, tàm citò, & feliciter fuerit iudicatus. Si verò ijdem humores, eadem vasa replentes ob admixtionem spiritus flatuosi agitentur: idem tumor sub mollis oritur, verùm cum pulsu, aut palpitatione, de quo instituta est coaca sect. 2. vers. 55. Pulsus in hypocondrio cum tumultu, mentis emotorius est, cuius natura in eius expositione demonstrabitur. Si deniquè ijdem humores vniuersa hepatis vasa replentes putrescant vlterius: oritur tumor, de quo ità loquitur subsequenter Hipp.

Mar. n. 25. *Vers. 348. Quibus in dextris distentio submollis, phrenitici, nisi soluatur, desinente febre.*

Pro cuius sententiæ explicatione repetenda sunt memoria, quæ de phrenitide adnotauimus libro 3. de Morb. vers. 99. demonstrantes, hepar maximè præ alijs membris ad phrenitidis generationem concurrere, quatenus malè affectum sanguinem impurum generat: & generationi vitalis spiritus, qui materia est animalium spirituum, ineptum, vndè ijdem spiritus impuri producuntur, vndè hominem delirare necesse est: & continuò, ob rationes ibidem assignatas. Hoc stante, quotiescunque bilioſi humores venas hepatis omnes inficiunt, vt sanguis ad eum caloris gradum reducatur, qui à cerebro etiam optimè dispositò temperari non possit, postquam in vitalem spiritum transmutatus est; spiritus animales solito feruidiores reddi necesse est: & ex consequenti, principis facultatis famulitio ineptos. Indèquè euenit, vt rarò hepar inflammetur, quin delirium superueniat, vt ex Epidem. const. quod non adeò euenit in inflammationibus internis multarum partium, v. g. in peripneumonia, pleuritide, angina, vteri inflammatione, & alijs. Verumtamen delirium hoc non est necessario perpetuum (& in hoc phrenitidis essentia consistit) sed tunc solum: quando inflammatio est talis naturæ, vt nihil sanguinis puri generari permittat, idquè euenit, quando inflammatio, & putredo omnes venas hepatis obsidet, & maximè, si ipsæmet venæ inflammationem contraxerunt. His enim inflammatis, quibus sanguificandi virtus primaria tributa est, impossibile est sanguinem purum generari, ex cuius impuritate phrenitidem dependere dicebamus. Huiusmodi verò prædictarum venarum inflammationem indicat tumor, de quo hic mentio fit, submollis, nec admodum doloroſus, figuraquè plerunquè sub longa: cuius quidem sæpè mentionem fecit in Epidemijs: ad differentiam exquisitæ inflammationis hepatis, quæ, vt indicauimus suprà, tumorem facit durum, & doloroſum: figuraquè orbiculari circumscriptum. Qua ratione autem sola repletio cum inflammatione venarum tensionem ob longam constituat, indicabitur in expositione lib. Coac. Præn. sect. 5. vers. 82. Sub mollis verò est, quia substantia visceris, quæ primo tangenti occurrit in naturali dispositione, & mollitie adhùc permansit, durities verò, siuè tensio intimius persentitur, vbi venæ maiores repletæ, & inflammatæ consistunt. Ex his igitur patet ratio, cur hæc submollis tensio dextri hypocondrij phrenitidem pariat (subiungit Hipp.) soluatur remittente febre, quæ quidem conditio apposita est, quia non esset inconueniens, tumorem euanescere, humoribusquè ijsdem caput petentibus, indèq.

phreni-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 340 sur 636

A phrenitidem excitari ſoluto tumore, verum id deſinente febre euenire, eſt impoſſibile. In huius verò tumoris natura explicanda parum ſibi conſtans apparet Valeſius, qui immemor eorum, quæ ſuper hiſtoriam Hermocratis lib. 3. Epid. dixerat, dum ſubmollem dextri hypocondrij tenſionem exponeret, ab expoſitione noſtra parum recedens, ad phlogoſim, ſiuè inflammationem, quæ exigua eſſet, aut in parte caua, retulit, nunc apertè fatetur ſubmollem tenſionem non poſſe ab inflammatione, aut alia cauſa ortum habere, præterquam à flatu, qui tamen tenſionem valdè renitentem producere, non ſubmollem, obſeruatur. Prætereà ſi à flatu tenſio hæc haberet originem, ſæpiùs eueniret, eo diſcuſſo, tenſionem ſolui, febre perſeuerante, quo caſu, quæ neceſſitas cogit, vt nihilominus phrenitis ſequatur, ſi diſſipatus eſt flatus, à quo periculum phrenitidis dependere ipſemet Valeſius teſtatur? quatenus humores euehit ad ſuperiora?

B *Verſ.* 351. *In dextris tumores eleuati, ſiquidem ſi quis plurimum, &c.* Mar. n. 25.

Hanc hypocondrij tenſionem à copia humorum aquoſorum flatibus permixtorum dependere, indicat, non ſolum murmur ex contrectatione excitatum, de quo in textu: ſed etiam alui excretionum modi, quos ipſemet Hipp. obſeruauerat in duobus ægrotantibus, de quibus paulò ſuprà facta eſt mentio, quos in exemplum huius tenſionis adducit. Ariſteæ inquam, ex pago Amphilochi, & illius, qui iuxtà Medoſadæ ædes. Illum enim ſubclora egeſſiſſe: huic verò tenuia, non bilioſa, aquoſa multa per ſeceſſum prodijſſe narrauit. Qui quidem humores non in viſceris ſubſtantia (alioqui non fieret murmur) ſed in eius cauitatibus continebantur, vndè etiam facilius vapores ad caput demitti poterant. Qui quidem, quia ab humoribus aquoſis eleuabantur, ideò facilius ſoporem ægris inducebant, idquè ſignificant verba illa, ἐν τοῖσι ὑπνοισι καταφερόμενοι, quamuis Interpres παραφερόμενοι legiſſe videatur, quæ quidem

C lectio non omninò abſurda eſſet, cum ſit rationabile leuem quandam acrimoniam eoſdem vapores contraxiſſe ab humorum putredine, cuius gratia ægrotantes à ſomno excitati leuiter delirarent, eamquè præcitatæ hiſtoriæ confirmare videntur. Nam de Ariſtea ſuprà dixit τεταρτη παρεκρουσε, ideſt quarta delirauit & de eo, qui apud Mēdoſadæ ædes κωματωδης παραφερόμενος ἐξ ὕπνου, hoc eſt ſoporoſus, & ex ſomno mente motus. Huiuſmodi verò tumores non valdè maligni putandi ſunt (ſubiungit Hipp.) tùm quia humores non ſunt naturæ admodum malignæ, tùm etiam quia deorſum potiùs, quam in caput ferri apti ſunt, hoc indicat murmur, quo præſente, deorſum purgandum eſſe iubet Hipp. 4. Acut. verſ. 214. Hinc factum Mar. n. 50.
eſt (quemadmodum in proximè citata hiſtoria adnotauit Hipp.) vt qui apud Medoſadæ ædes decubuit, perfectè, & firmiter delirauerit, etiamſi ex ſomno leuiter id faceret, eo quod humor noxius ſurſum in caput vapores mittens, non illùc aſcenderit, ſed deorſum ruens iudi-

D cationem fecerit per alui deiectiones.

Verſ. 394. *Senex, qui è vita diſceſſit, ægrotabat cum vxore ſua.* Mar. n. 28.

In hac hiſtoria virum, & vxorem ſimul ægrotaſſe narratur, quorum affectiones adeò ſtrictè recenſet Hipp. vt vnius tantummodo hiſtoria enarrari videatur, quamuis re vera de ambobus diſtinctus ſermo habeatur, & primo loco narrat, quid mulieri contigerit, de qua poſtremum facta eſt mentio, & inquit, Furioſum quiddā in ſe habebat, poſteà verò vbi prodijſſet lumbricus ſubcraſſus, & modicus cibus, per vomitum nempè, ſtatim ſedata eſt (à mania ſcilicet) & dormiuit, & ſana erat. Senex verò iſte (hoc modo ſeſe habebat) & cutis corporis circuntenſio, extremæ partes frigidæ, tenuis ab initio, &c. quæ referuntur in textu, & hoc modo recepta ſententia clara, & diſtincta euadit, nec eogimur affirmare, eam, de quo ait Hipp. ſanus erat, vltra dies viginti mortuum eſſe, vt facit communis interpretatio.

E *Verſ.* 402. *Quidquid contingit priore iudicatorios ates præcedente, &c.* Mar. n. 28.

Hæc ſententia ad verbum ità ſonat in græco contextu. Quod eſt primum dierum decretoriorū in antecedenti & mala, & bona ſigna fiunt, diebus, quibus ſuperexacerbati producuntur, & quibus deſinentes remorantur. Quæ quidem ſi rectè ſentio nobiliſſimum continet documentum ad prædicendum euentus in ijs morbis, qui non citò iudicantur, ſed in longum tempus producuntur, dum mutationes varias ſubeuntes, modò ad malum tendunt, modò ad bonum, idquè important verba illa, diebus quibus exacerbati producuntur (hoc eſt mutatio in deterius) & quibus deſinentes remorantur, qui ſcilicet remiſſionem habentes producuntur. Morbi enim ferè omnes ab humoribus dependentes altero horum modorum in lon-

gum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 341 sur 636

gum tempus protrahi solent: vel quia morbus tempore, & paulatim leuior factus; adeò vt cessare videatur, exacerbatur denuò, & ingraescit sæpiùs, vel quia grauis existens remittitur ità, vt illum ferre æger longo tempore possit. Præsagium igitur in huiusmodi morbis desumendum monet Hipp. à die quarta morbi, & iuxtà ea, quæ in illa superueniunt, vel bona, vel mala, prædicendum est morbum tandem, vel ad salutem, vel ad mortem terminandum forè. Diemque hanc quartam antecedentem, quod est primum dierum criticorum vocat. Antecedentem quidem, quia hæc dies indicatoria est, iuxtà illud vulgatum, septimi quartus est index, & sicuti, quæ aliquid futurum indicant, illud præcedere necesse est, ità dies indicatoria meritò antecedens appellatur, additquè, quod est primum dierum decretoriorum, vt excludat alios dies indicatorios, v. g. vndecimum, & decimum septimum, hi enim etsi indicatorij sint; vndè antecedentes dici possunt, suntq. pariter in numero dierum decretoriorum; non tamen sunt primi. Dies igitur quarta tantum est illa, quæ antecedens dici potest, & prima est inter antecedentes, quæ decernere in morbis solent. Huius prognostici rationem certam afferre sicuti non est facilè, ità circà hæc immorari intenta à nobis breuitas non permittit; probabile tamen est, quemadmodum quarta dies lunæ (cuius actio quantum in morbis possit norunt omnes) quid futurum sit circa tempestatem in toto mense indicare solet; quod libro primo Georgicorum Poeta Latinus ità cecinit.

Sin ortu in quarto (nam is certissimus index.)
Pura nec obtusis per cælum cornibus ibit
Totus ille dies, & qui nascentur ab illo
Exactum ad mensem pluuia, ventisq. carebunt.

Ità, quæ in die quarta morbi contingunt, quid in posterum de morbi euentu sit futurum demonstrari posse. Verùm cur hoc signum proposuit tantummodò in morbis, qui in longum tempus producuntur, non autem in ijs, qui citò terminantur? Hoc præsagium (vt quæsito satisfaciam) ad morbos præfatos pertinere, inquit Hipp. non adeò tamen, quin etiam in acutis aliquando verificetur. Nam libro Acutorum 4. vers. 177. in huius rei confirmationem legimus, & si quarta simile quid tertiæ habuerit ex ijsdem illis æger in periculo versatur. Quæ quidem veritas confirmari vlterius posset exemplis ex Epidemiorũ historijs desumptis. Nam quibus ægrotantibus aliquid siniſtri die quarta accidit, si omnes, aut mortui sunt, aut saltem grauiter, & diutius ægrotarunt. Verum, quia morbi acuti varias, & repentinas solent habere permutationes, ità, vt dum salus certa speratur, sæpè mors inexpectata contingat. Vndè 2. Aphor. 19. legimus. Acutorum morborum non omninò tutæ sunt prædictiones salutis, aut mortis, ideò ex quo euenit ad præsagiendum in morbis acutis, vni, aut alteri signo fidendum non esse, ideò non satis est, obseruare quid quarta dies præmonstret, nisi summa diligentia inspiciantur ea omnia, quæ toto morbi tempore, aut bona, aut mala eueniunt. Quia ergò huiusmodi præsagium non est omninò tutum in morbis acutis, qui citò terminum habent, ideò Hipp. illud proposuit tantummodo in illis morbis, qui ex acutie in longius tempus producuntur.

Mar. n. 28. *Vers.* 404. *Et quædam non fideliter alleuabantur.*

Hæc adduxit Hipp. veluti exempla quædam, per quæ præcedens sententia non modò confirmatur, sed etiam in verum vsum explicatur, inquit enim, quosdam ægrotantes in morbis alleuiatos esse: verum non fideliter; cum paulò post grauius haberent, idquè fortasse, eò quod die quarta nullum bonum signum apparuerat, quod morbi remissionem firmam præmonstraret. Alios verò exacerbatos esse per se, hoc est sine malis signis, ideò sicuti de prioribus fidendum non erat, ità de postremis non videbatur timendum, iuxtà ea, quæ 2. Aphor. 27. leguntur.

Mar. n. 29. *Vers.* 405. *Sputa peripneumonicis quibusdam biliosa, &c.*

Non est rarum adeò quibusdam peripneumonia affectis sputum inclinante morbo biliosum apparere, vt inter monstra adnumerari debeat. Quando ipsemet Hipp. lib. 3. de Morbis de Peripneumonia ex professo tractans: sputum (inquit) quod à principio saliua est spumosa, septima, & octaua, vbi in vigore fuerit febris, crassior prodit: nona verò, & decima clora, & in fine purulenta, & copiosa. Quia igitur, quod clorum in citata sententia vocat, idem est, quod hoc in loco biliosum dicit; manifestum est communiter in peripneumonia sputa colo-

A colorari, quando morbus in vigore conſiſtens, verſus declinationem procedit, quod quidem tempus hoc in loco deſcribit his vocibus, quum deſinere volunt, in citato autem loco diem præſcribit nonam, & decimam, quo tempore morbum ad finem vigoris peruenisſe rationabile eſt. Morbi enim, qui quatuordecim diebus iudicantur, in quorum numero peripneumonia collocatur, vt l. citato ait Hipp. ad principium vigoris die ſeptima perueniunt, quod apertiſſimis verbis adnotauit Hipp. dum dixit, ſeptima, & octaua, vbi in vigore fuerit febris, quod quidem tempus cum per totam diem decimam perduret, declinationis principium diem vndecimam conſtituit, vndè patet idem eſſe dicere; ſputa peripneumonicis bilioſa apparere, quum deſinere volunt: ac ſi dixiſſet, die nona, & decima ſaliuam cloram prodire, quod quidem, quia frequentiſſimum eſt, non vt quid rarum, ſed quid ſæpius contingens dixit, ſputa peripneumonicis quibuſdam bilioſa, quum deſinere volunt, dixit verò quibuſdam: quia non
B omnes talia expuunt, ſed ij tantummodo, qui ab ea peripneumoniæ ſpecie corripiuntur de qua peculiariter loco citato lib. 1. de Morbis pertractauit. Cum verò dicat Hipp. quum deſinere volunt, indicat nobis, talia ſputa tunc ſalutaria eſſe, & coctionis inchoatæ ſigna, quod quidem non de ſputis tantummodo verificatur, ſed etiam de mucis, & alui deiectionibus: quemadmodum ſuperius hoc eodem libro verſ. 341. indicauimus. Nec ad huiuſmodi ſputa referri debent ea, quæ ſubiungit inferius Hipp. hæc non valdè concoqui puto, ſed iudicare: verùm potius ea, quæ valdè flaua breuia fiunt.

Liber V. Epidemiorum Hippocratis.

Verſ. 6. In Helide Timocrates amplius bibit, inſaniens autem, &c. Mar. 2. 1.

Quia poſt immodicum vini potum hunc virum inſanijſſe narrat Hipp. vinum huius mali occaſionem fuiſſe indicat. Dum verò ſubiungit, ab atra bile, proximam inſaniæ cauſam adducit,
C ſed quid ei præſtitit vinum, ſi non erat cauſa inſaniæ? A vini potu totum corpus incaluit, humoresq. in eo quieſcentes commoti ſunt, qui cum atrabiliarij à prædominio eſſent, à vini vaporibus in caput eleuati inſaniam fecere. Non eſt enim rationabile, ex vini potione humores ſtatim in atrambilem degeneraſſe. Dato autem pharmaco, & humore inſaniam faciente expurgato, inſania ſtatim ceſſauit. Vinũ autẽ ſuos effectus producere nõ deſtitit. Hoc enim copioſius epotum, niſi antèquam per corpus diffundatur, & caput repleat vaporibus, vomitu reijciatur, temulentiam infert, quam accidentia in textu relata concomitari ſolent, profundiſſimè enim hi dormiunt, attonitiquè, & apoplectici fiunt, quæ omnia Timocrates paſſus eſt poſt purgationem à pharmaco ſequenti nocte. Ea autem à vino excitata fuiſſe ſolutio tàm
D celer abquè vllo remedio oſtendit, hoc eſt enim peculiare eorum accidentium, quæ à vini potu ortum ducunt, imò Hipp. ipſe lib. 2. de Morbis de aphonia ex vini potu tractans, eadem die ſopore preſſos, altera ſanos fieri teſtatur. Quia igitur ea hora ſoluta eſt crapula, ideò tunc omnia ceſſarunt, & in totum ſanus Timocrates permanſit. Adnotanda eſt autem celeritas, qua vſus eſt Hipp. in exhibendo pharmaco, quod ea ipſamet die exhibuit, quod dicendi modus indicat. Inſaniens ab atra bile bibit pharmacum, idquè ab eo factum eſt, vt humor commotus è corpore educeretur, antèquam firmaretur in capite.

Verſ. 51. Homo quidam Athenis prurigine toto corpore vexabatur, &c. Mar. 2. 4.

Hic homo medicamentis omnibus incaſſum adhibitis ad thermales aquas, vt à pruritu ſanaretur Melum petijt, quod Hipp. adeò manifeſtis verbis aſſeruit, vt non ſatis mirari poſſim
Valeſium, qui eas aquas dulces fuiſſe exiſtimauit. Quia ſi huiuſmodi balnea aquæ dulcis vbiquè parari poſſunt, ad quid iuit in Melum, vbi ſunt calidæ balneæ, vt ait Hipp. Non eſt
E igitur dubium, aquas illas fuiſſe thermales, ſcilicet calidas naſcentes. Nam vt ab Illuſtriſsimo Domino Creſcentio de Creſcentijs nobili Romano audiui, qui ea loca perluſtrauit, in Inſula Arcipelagi, quæ Meli adhùc nomen retinet, balneæ adſunt calidæ, quibus incolæ ad varios morbos vtuntur, earumquè aquas ſulphureas eſſe exiſtimo, has enim huiuſmodi affectus cutaneos ſanare, omnibus eſt notum. Nec mirum videri debet cuiquam, ex vſu prædictorum balneorum hominem hunc hydropem incidiſſe, quia non hepate refrigerato à balneo ortus eſt hydrops, ſed quia humores pruritum excitantes denſata à balneo cute ad hepar retrocedẽtes ſcyrrhum in eo fortaſsè induxerũt, ex quo tandem hydropicus factus eſt. Quarè melius (iudicio meo) illi conſultum fuiſſet, balneo aquæ dulcis vti, quam ſulphuratæ, nam etiam

ſi non

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 343 sur 636

©BIUM

si non ità citò curatus fuisset à pruritu, poterat tamen melius habere, mitigatisquè succis pruritum efficientibus, & rarefacta cute, tandemquè etiam perfectè sanari.

Mar.n.4. *Vers.56. Athenis virum cholera corripuit, vomebatquè, & deorsum, &c.*

Valesius hanc historiam adeò exactè explicauit, vt nihil vlterius desiderari possit, in essentia tamen morbi explicanda scopum attigisse non videtur: dum præsentis choleræ causam in vitium expultricis simul, & retentricis facultatis reposuit, nimirum in debilitate retentricis, quæ quod vtile est retinere non posset, & in copia maligni excrementi, à quo expultrix facultas immodicè irritaretur. Quia totum vitium, ni fallor, in expultricem solam referri debet: quæ dum noxium expelleret, simul etiam, quod vtile erat educebatur, sursum quidem propter ea, quæ superiores partes inuadebant: deorsum verò irritantibus ijs, quæ inferiores molestabant partes, quam quidem veritatem confirmant ea, quę referuntur in textu. Narrat enim Hipp. valido vomitorio propinato ex veratro albo, à quo humor noxius eductus est, ambo vomitus inquam, & infernas deiectiones, adstricta fuisse; quod non euenisset, si symptoma à retentricis debilitate originem habuisset, per euacuationes enim non corroboratur facultas retentrix; sed per appositiones potius, nec dicendum est, lentium succum ad roborandam facultatem exhibitum fuisse: quia etiam si lens aliquid adstrictionis habet, quia tamen vomitum peculiari facultate adiuuat, & faciliorem reddit (eo enim sæpissimè vsum esse Hipp. nouimus ad vomitiones prouocandas) contrarium potius efficere aptus erat, quarè in lentium succo helleborum exhibuit non modò, vt medicamenti vehementiam, humorumq. acrimoniam compesceret, sed etiam nè helleborus inferius purgaret, id enim ægrotanti inutile fuisset, quia vt narrat Hipp. secessus multò copiosior erat, quam vomitus, vndè peccantium humorum purgatio per superiora, non per inferiora fieri debuerat. Hoc autem modò helleborum propinare solet Hipp. quando infernam purgationem cauere intendit, vt colligimus ex

Mar.n.46. lib.2.de morbis sect.2.vers.338.& 345.vbi Tabis curationem describit, cui nihil nocentius est, quam si aluui fluxus superueniat, & ideò omnia medicamenta deorsum purgantia vetat. Sunt enim turbatiuæ lentes, & ex consequenti ad vomitum prouocandum aptissimæ, vt 2.de Diæta testatur Hipp. cum igitur à purgatione morbus sedatus sit, signum est, retentricem ventriculi facultatem nullo modo læsam fuisse, & ideò superflua erant cataplasmata roborantia, quæ à Valesio in enarratione proponuntur.

Mar.n.6. *Vers.82. Mulier in Larissa prægnans erat, huic decimo mense, &c.*

Partum perfectum naturæ instituto spacio dierum 280. fieri Hipp. indubitatum est, ità vt qui antè dictum tempus nascũtur aliquid violentum perpessos esse, asserendum sit, siuè modo ab extrinseco aduenerit, siuè ex loci angustia, siuè ex alimenti defectu; vt lib. de Natura pueri ipse adnotauit, quem terminum si aliqua mulier transegisse dicatur, eam in computatione errasse, vel circà conceptionem deceptam fuisse, asserendum est. Quod si decimestris, & vndecimestris partus aliquando mentio fit, non integros menses computari; sed eorum partem tantummodo, ità, vt præfatus terminus 280. dierum non excedatur; demonstrauimus ex Hipp. in expositione illius sententiæ ex libro de Octimest. Partu, vers.49. in qua ait. Cæterum decimestres, & vndecimestres partus ex septem quadragenarijs eodem modo fiunt, velut ex dimidiato anno septimestres. Quarè constans est, & indubitatum in Hipp. doctrina, perfecti, & naturalis partus terminum esse dierum 280. qui quoniam nouem menses græcos integros, & partem decimi comprehendunt; propterea decimo mense mulieres parere dicuntur. Iuxtà hanc computationem igitur mulier hæc Lariſsea ad principium decimi mensis peruenerat, (nam satis erat primum decimi mensis diem attigisse, vt ad decimum mensem peruenisse dici posset) cum sanguis exijt ab vtero multus per quatuordecim dies, die verò quartadecima puer exijt mortuus, & mutilatus: antè cuius exitum tribus diebus sanguis copiosior exibat. Qua quidem in re coniectare licet ea die, qua primùm sanguinis fluxus inchoauit, fœtum nondum corruptum fuisse, nè dum posteà per plures dies, sed potius fluxum illum corruptionis fœtus causam fuisse, quæ tandem subsecuta est, & fortassè tribus illis postremis diebus antè exitum: quo tempore sanguis copiosior fluere incœpit. Fluxumq. à principio eum fuisse dicerem, de quo Hipp. 2. Epidem. sect. 3. vers. 136. inquit, menstruæ purgationes similes octimestribus in tendentibus ad decimum mensem fientes, malum, malum quidem fœtui, qui sæpè antè exitum moritur, vel matri, quæ moritur in partu, vel vtriquè, qui modò antè partum,

modò

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 344 sur 636

A modò poſt intereunt,cuius quidē fluxus rationē adduximus in eiuſdē ſententiæ explicatione. Mortuus eſt ergò hic fœtus in vtero eo tēpore,quo ſecundū naturam oriri debuerat,eò quod citò ſe ab vtero excludere non potuit,quia vt mater,& ipſe debiles erant,illa ob immodicum ſanguinis fluxū,hic verò partim alimenti defectu, partim quia brachiū habebat à cōceptione læſum. Mortuus eſt ergò die 11.& decimaquarta eiectus,à cuius exitu die tertia ad noctē ſecundina exijt,& cū ea purgamēta alba,quæ indè per alios tres dies,& noctes copia ſatis multa prodierunt,aliaq. in textu enarrata contigerunt,quæ ſatis per ſe clara exiſtūt.Hæc autē adducta ſunt,vt conſtet,præſentē hiſtoriam perfectā eſſe, non vlla ex parte mancam; prout perperā exiſtimauit Valeſius. Quemadmodū etiam mirū videri non debet cuiquā, mulierē hanc tot moleſtijs,& laboribus confiictatā in febrem tandē incidiſſe cum ventris dolore, coxarū,& pectinis quæ omnia die tertia ceſſarunt,ſubſequētibus puerperij conſuetis purgationibus,quæ
B totum corpus ab impuritate,& redundantia grauiditatis vindicarunt, quod etiamſi non aſſerat Hipp. coniectare oportet, cum contrarium non exprimatur, quod tanquam quid præter naturam ſubticendum non erat.

Verſ. 167. *Apelleus Lariſſeus ætatem habebat annorum circiter triginta, &c.* *Mar.n.11.*

Hunc iuuenē temperamento bilioſum ſacro morbo correptum fuiſſe,& ex eo interijſſe mirum eſt,& ex hoc nō leuiter argui poſſe Hipp.videtur,qui lib.de ſacro morbo verſ.106.teſtatū reliquit;hunc morbū pituitoſos,non autē bilioſos inuadere,pro cuius tutela dici poſſet,hūc morbum ex ſui natura bilioſos non corripere,quia non eſt veriſimile cum hoc temperamento tantū pituitæ generari, vt corpus, & caput maximè ad hunc morbū producendū diſponatur. At quia ab erroribus in victu per repetitas cruditates huiuſmodi humores accumulari poſsūt; ideò non eſt inconueniens,hunc iuuenem ab huiuſmodi morbo correptum fuiſſe, propter er-
C rores in victu commiſſos; quos reſpiciens Hipp. ſubiunxit in hiſtoria: erat valdè vorax multi cibi: ex hoc inferens,morbo incongruo correptum,& interemptum fuiſſe. *Mar.n.7.*

Verſ. 180. *Eunelus Lariſſeus rigida habuit crura, & manus, &c.* *Mar.n.12.*

Casū ſatis admirabilē in hac hiſtoria narrat Hipp.cuiuſdā,qui capite ex caſu iuxtà ſinciput ad lapidē illiſo,ab articulorū rigiditate, ſiuè impotentia liberatus eſt, nam poſt caſum vertigo caliginoſa illum apprehēdit,qua ſoluta ſurgens ſanus factus eſt,& à vertigine, & à priori morbo,illud tantū mali permanſit,quod dum à ſomno excitaretur,articuli modicè ligati erant.Ab expoſitoribus modo præſentis hiſtoriæ quæritur,qua ratione hic homo à tanto malo liberatus fuerit per capitis percuſſionem. Valeſius ſupponens,priorem affectum ortum habuiſſe à craſſo vapore muſculorum tendines replente,ſanatum fuiſſe exiſtimauit,ijſdem vaporibus ad caput aſcendentibus,partesq. affectas derelinquentibus, vertiginēq. ſubſequentē fuiſſe ſignū,dictos
D vapores ad caput peruenisſe, qui tamen à virtute cerebri fortiore diſcuſſi ab omni malo patientem liberarūt. Hæc tamē opinio plurimas patitur difficultates, & potiſſimū, quia ſi à craſſiori ſpiritu tēdones muſculorū repleti fuiſſent,dolore non caruiſſet æger, cuius rei teſtimoniū præbere poſſunt illi,qui doloribus cōuulſorijs crurū,qui vulgò *granchi* dicuntur, ſunt ſubiecti, hos enim à craſſis vaporibus tendones, & capita muſculorū replentibus oriri omnes fatentur; & tamen apertè aſſerit Hipp. ægrotantem nihil doluiſſe quamuis difficultatē hanc,vt vitaret Valeſius verbū ἀδυνάτο, quo ſignificatur nullū dolorem in aliqua parte percepiſſe, in ἐδύναντο proprio ingenio permutans,tranſtulit, aliud autē nihil poterat, quod in Hipp. exponendo cauendum eſt omninò.Vlterius,ſi ob repletionē abbreuiati tendones membrorū flexionē impediuiſſent,non magis ea flectere,& extendere alio adiuuante,quā à ſe ipſo potuiſſet. Iiſdem rationibus auctor introductorij Galeno aſcripti conuincitur, qui huius pueri affectum ad Teta-
E num retulit (ſi modò præſentem reſpexit hiſtoriā,non aliquā aliā ſimilē) dum tetani curationē tractans,ſanat(inquit)venæ ſectio,ſi copia ſubeſt,vt videre eſt apud Hipp. in illo,qui prolapſus humi vulnus in caput acceperat.Nam præterquā quod,cum nullū dolorē in aliqua parte perſentiret puer, affectio ad tetanū nullo pacto referēda erat,cū conſtet,tū ex lib. 3. de Morbis,tū ex lib.de Inter.Affectionibus,tetano correptos ſæuiſſimis doloribus cruciari, imò malè deducit in hoc morbo conuenire venæ ſectionē,quia non per ſanguinis euacuationē vulnere accepto puerum hunc ſanatū eſſe,ait Hipp. ſed ex percuſſionis violentia. Quarè cum nullum dolorem perſentiret æger, membraq. ad libitum,& flecti, & extendi poterant ab aſtantibus, ſignum eſt difficultatem in motu à vitio facultatis motricis tantummodo conſiſtere, quæ vo-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 345 sur 636

luntatis imperio mouere artus non poterat, quod contigisse illi credendum est, quia animalium spirituum transitus ab humore aliquo obstruente impediretur, vndè factum est, vt materia in occipite ad originem neruorum obstructionem faciente per concussionem commota, & ad proximiores partes dispersa, liberum spiritibus transitum restituerit; atquè hoc pacto articulis naturalis motus redditus. Impedimentum verò, quod à somno excitatus persentiebat, ac si articuli ligati essent, prioris affectionis vestigium fuisse existimo, quod tenuis aliqua humiditas, aut crassus spiritus in cerebro per somnum humectato, genitus, in eorundem neruorum porositatibus concrescens induceret, quatenùs transitum spirituum non omninò liberum permitteret, ità, vt articuli stupore quodam affecti essent, qui quidem excitato iam à somno ægro, ijsdem vaporibus vigiliarum beneficio attenuatis, & discussis, integrum motum reciperent.

Vers. 188. *In Larissa virgo, quæ sanguinem vomuit non multum, &c.*

*Mar.*12. Hoc verbum euomere adaptare solet Hipp. (quod alias adnotauimus) non solum ad ea, quæ à ventriculo per gulam educuntur, sed etiam ad quamlibet sanguinis excretionem per os, quæ confertim fiat. ad differentiam expuitionis sanguinis, in qua sanguis in modum sputi educitur, in hanc enim significationem idem vsus est libro Coacarum Prænot. sect. 2. vers. 360. dum inquit. Qui spumosum sanguinem vomunt dolore infrà septum transuersum non existente à pulmonibus vomunt. In hoc igitur sensu illud accipiens modò Hipp. inquit, hanc virginem Larisseam sanguinem euomuisse: vt indicaret, confestim vomentium instar eum effudisse, non expuisse, quod erat signum alicuius venæ maioris in pectore, aut pulmonibus disruptæ, verum, quia etiam si largiter sanguinem funderet, citò tamen excretio cessauit, ita, vt in ea copia effusus non sit, quæ excretionis modo responderet, ideò addidit, non multum, vt insinuaret sanguinis portionem non exiguam in cauitate thoracis permansisse, qui ibidem putrescens, & in pus conuersus (iuxtà illud lib. primi de Morbis vers.

*Mar.n.*3. 67. si sanguis ex vulnere, aut vena rupta effluxerit in supernum ventriculum, necesse est in pus verti) suppuratam fecit mulierem, inuasitquè eam febris, quo tempore sanguis extrauenatus putrescere incœpit, quæ nunquam eam dimisit vsquè dum moreretur. Non enim rationabile est, suppuratam fuisse inferno ventriculo, vt exposuit Valesius, inflammatione in eo inducta, quæ venæ vnionem impediret, cum constet, hanc virginem sanguinem sine febre euomuisse, vt nullo modo inflammatio tunc temporis adesse potuerit. Quod verò indè facta sit inflammatio, id satis imaginarium est, gratisquè dictum, cum nullum inflammationis signum afferatur in textu, factaquè in ventriculo inflammatione, quæ ad suppurationem deuenerit, febres acutas, & sæuissimos dolores illicò non excitari, est impossibile, quorum tamen nulla fit mentio.

*Mar.n.*23. *Vers.* 334. *Pythocles ægrotantibus lac multa aqua ammixta dabat.*

Lactis vsum antiquis familiarissimum fuisse satis notum est, eoq. vtebãtur, & ad purgandũ, & ad contemperandũ, nec non etiam ad nutriendũ, his enim intentionibus potissimum lac ab Hipp. vsurpatum fuisse in illius doctrina colligere licet, idq. ipsemet confirmauit lib. 2. Morb.

*Mar.n.*14. Mul. vers. 276. vbi hæc habet, optimum est hoc, nam, & purgatur, & nutritur, & fluxus obtunditur ab huiusmodi lacte, & quia illud copiosum dare aliquando opus erat, nè merum potatũ læderet (vt homini illi cõtigisse narratur, cuius historia libro superiore vers. 313. registrata est) varijs admixtis illud temperabant. Quod Hipp. quoq; fecisse legimus vbiquè, modò vt lactis facultates augerentur, modò, vt corrigerentur, namq. sæpè mulsam, aliquando muriã addidit, vt abstersoriam illius facultatem augeret, non semel vinũ, nè ventriculũ laxando læderet, aut humectando nimis intentæ exiccationi non reluctaret, sæpissimè aquam, vt febrienti conuenire posset, & refrigerandi, vel humectandi virtus maior esset. Quarè non satis mirari possum virum doctissimum, qui Hipp. nullum lactis aqua diluti vsum cognouisse affirmauerit; præterquam ad gargarizandum in angina, & ex hoc inferat Hipp. hoc in loco Pythoclis mentionem fecisse, tanquam in eo peccantem, quod lac aqua admixtum daret. Meminisse enim debuerat lac aqua permixtum Erotalai filio, & Clonico Abderitæ datum fuisse: idquè felicissimo successu, vt ipsemet fatetur in enarratione prædictarum historiarum lib. 7. Epidem. descriptarum, quarè ego potiùs dicerem, si Hipp. consilium fuit taxare Pythoclem (quod asserere non audeo) non ex eo, quod lac aqua admixtum præberet, eum damnasse, sed potiùs,

*Mar.n.*3. *Mar. n.*55.

quod

A quod multa aqua,& crebrius, quam oportebat,ipſum daret. Quod verò inquit Valeſius, Pythoclem reprehendi; quia huiuſmodi lac præberet nutritionis gratia: non autem pro medicamento,ex eo colligi,quod lib.7. ſect. 2. vbi eadem ſententia legitur, ſubiungit Hipp. & renutriebat; non video: imò contrarium inferri poſſe videtur, illud ſcilicet dare conſueuiſſe ad purgandum,deindè corpus alimentis reſtauraſſe, vt par erat, ità vt Pythocles ab Hipp. laudari potius, quam reprehendi videatur. Nam quomodo reprehendere in hoc Pythoclem poſſet, cum ipſemet fateatur,lac nutritionis gratia dari, vt ſuprà demonſtrauimus. Quarè ſi modo Pythocles reprehenditur etiam in hoc, dicerē, quia lac daret,& ſtatim, aut paulò poſt cibaret,in quo nos quoquè poſteriores medicos notauimus, quando verum eſt Hipp. quibus lac dabat, per totam diem vſquè ad veſperam abſquè cibo continuiſſe,vide quæ adnotauimus ad lib. primum de Morb. Mul. ſect.2.verſ.337. *Mar.n.38.* *Mar.n.24.*

Verſ. 344. Qui lapide in caput percuſſus eſt a Macedone,&c.

B Qua in parte capitis percuſſus hic fuerit,hoc loco non dicitur, lib. autem 7. verſ. 359. vbi eadem narratur hiſtoria,ſuper tempus dextrum vulnus habuiſſe refertur.

Verſ.363. Ventres ſubpurgare oportet in morbis, quum maturo,&c. *Mar.n.25.*

Hæc ſententia nonnullis additis lib.7. ſect.2.verſ.163. repetita eſt,quapropter illius enarrationem in eum locum diſtulimus.

Verſ. 468. Polemarchi vxori in morbo articulari coxæ dolor,&c.

Ob menſtruorum ſuppreſſionem, quum anteà articulorū doloribus vexaretur,præſens mulier in coxæ dolorē incidit,occaſione(vt ſubiungit lib.7.verſ.40. vbi hæc hiſtoria repetitur) quia betæ ſuccum,ſiuè decoctum bibiſſet,fortaſsè, vt indè laxaretur aluus,menſesq. ſuppreſſi ducerentur, videtur enim rationabilius hoc, quam ad ſiſtendum,decoctum illud bibiſſe,facultatem enim habere deobſtruendi, & ex conſequenti prouocandi menſes teſtatus eſt Galenus C lib.2.de Aliment.facult.cap.45.& ſi Dioſcorides virtutem adſtrictoriam Betæ tribuit,id de eius carne,non ſucco intelligendum eſt. Nam eiuſdē facultates referens lib. .de Diæta.verſ. 292.Hipp.Betæ ſuccus,ait,aluū mouet quidē,ipſum verò olus comeſtū ſiſtit,præterquā quod non eſt abſurdū dicere,vnū,& idem medicamentum aluū ſiſtere,& ducere menſes,vt de fœniculo,Pæonia,Adiantho,Tricomare,alijsq.teſtatur Dioſcor. Rationabile eſt ergò ab aſſumpto betæ ſucco humores huic mulieri deturbatos ad vterū confluxiſſe, qui cū liberū exitū non inuenerint,eius oſculo impacti,illud in coxam peruerterint, vndè coxæ dolor factus eſt,& vteri præfocationes ad noctem,quas vocis interceptione ſignificauit Hipp.ſenſus,& rationis vſu integro permanente,hoc enim ſigno vteri præfocatio à ſyncope,alijsq. huiuſmodi affectibus diſtinguitur, vteri præfocationem verò, & oſculi eius peruerſionem fieri à menſibus in vtero concluſis Hipp. eſt notiſſimum. *Mar.n.14.*

D *Verſ. 474. Siccitates multæ poſt fauonium fiebant vſque ad æquinoctium, &c.* *Mar.n.33.*

Vulgati codices Græci ità legendū eſſe nos docent.Singultus multi poſt fauoniū fiebāt,ſub canē æſtuationes magnæ,& calores,febres ſudorificæ,&c. Interpres tamē lectionē libri ſeptimi,vt probabiliorē ſecutus eſt,quamuis cōmunis lectio retineri poſſit,& vtraque ſententia legitimū ſenſum recipiat.Quid enim abſurdi euenit,ſi dicamus,à tempore,quo fauonius ſpirare incœpit vſq; ad æquinoctiū autūnale ſingultus euagaſſe,& ſub canē æſtus,& calores magnos factos eſſe?vndè non ſolum ſingultus perſeuerarunt,ſed inſuper acceſſerunt febres ſudorificæ, & tubercula poſt aures, quandoquidem cum ab acri materia ventriculi fibras irritante ortum ducat ſingultus,hanc à calore produci eſt rationi conſentaneum. Nam febres ardentes hoc ſymptoma comitari 4.Acutorum,& hepatis inflammationes 5.Aph.17.legimus.

E

Liber VI. Sect. I. Epidemiorum Hippocratis.

Verſ.1. Quibuſcunque ex abortu circà vterum,& tumoribus,ad capitis,&c.

Duo in hac ſententia mihi occurrunt conſideranda, quando in cæteris abundanter ſatiſfeciſſe mihi videtur Valeſius. Primò, cur dixerit Hipp.ex abortu circà vterum,cum videatur rectius dixiſſe: quibus ex abortu,& tumoribus circà vterū,&c. Huic reſpondeo ex hoc dicendi modo nobis ſignificari,non ex qualibet cauſa contingentes abortus in coxendicis morbum finiri,ſed ijs tantummodo,qui à cauſa circà vterum exiſtente ortum habēt,ſi enim nullam leſionē patiēte vtero abortus ſequatur, ad quid abſceſſus circà vteri partes ad coxā ſcilicet ex-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 347 sur 636

©BIUM

pectamus? Hunc salis granum cum non gustauerit Leonardus Fuxius, qui huic libro vberiora A
comentaria adscripsit, lectionem ordine verborum peruertendo, iuxtà suprà adnotatum modum insulsè permutauit. Alterum in præsenti sententia adnotandum erat. Quod hoc in loco terminum octo, & decem mensium accepit Hipp. eò quod eo tempore elapso nõ amplius expectandus esset abscessus, non autem quin etiam antè octauum mensem contingere possit. In quam sententiam me confirmauit experientia ipsa, cum viderim mulieri ex abortu abscessum ad coxam factum esse intrà primum quadragenarium.

Vers. 6. Qui verò caput dolent, & aures fluentes habent, &c.

Quæstione dignum est, cur acutum habentes caput (nisi ex materiæ abundantia, & formatrice robusta tale euaserit, quod valida ceruix indicat) capitis doloribus, & aurium fluxionibus sint subiecti, hoc est enim, quod in hac sententia inquit Hipp. Ratio est, ni fallor, quia tales cum palatum cauum habeant, & in cuspidem eleuatum, basis cerebri, ad quam propria B
excrementa, tanquam ad decliuiorem locum naturaliter dimittit, vt indè per os, aut per nares excernantur, plana non est, vt par esset; sed in acutum fastigiata, ità vt excrementa, quæ in huiusmodi figuris vitiatis copiosiora generantur ob causam assignatam non facilè ad basim cerebri descendunt, vt qui in decliui sita non sit, quapropter, vel in capite retinentur, & capitis dolores inducunt, vel si descendunt, non ad medium basis cerebri, vbi expurgationis viæ sunt patentes, quia ibi acutum est, perueniunt; sed ad latera potius vtrinque, vndè ad aurium meatus deriuata ibi suppurantur, & sic aures fluentes producunt, vt ait Hipp. in textu.

Vers. 10. Puerorum eluceſcentiæ ſimul cum pubertate, in quibuſdam mutationes habent, etiam alias.

Etsi varia sit Græcorũ exemplariorum lectio circà hanc vocem ἐκλαμψιες, communior tamen est ea, quam habet Germanus contextus, eandemquè secutus est Galenus, vndè eluceſcentias interpretatus est Cornarius. Per eluceſcentias verò puerorum intelligere Hipp. C
existimo, ea omnia, quæ in pueris veluti eorum peculiaria mala elucent, & pueriles morbi communiter appellantur, cuiusmodi sunt epilepsia, asthma, lumbrici, ascarides, strumæ, & alij, quorum maximam partem recensuit Hipp. tertio Aphorismorum sexto, inquit ergò hoc in loco Hipp. huiusmodi morbos aliquando simul cum pubertate in alios morbos transmutari, quod quidem, & experientia docet, & confirmat ratio. Quandoquidem vidimus quamplures in pueritia ab huiusmodi morbis conflictatos, ætatis mutatione liberatos esse omninò, alios verò ex vno in alterum morbum incidisse, quod quidem in temperamenti mutationem referri debet, quia enim præfati morbi à frigidis, & humidis humoribus dependent, superueniente per ætatis mutationem temperamento calidiori, & ficciori, humores prædicti, aut omninò abolentur, vndè morbi in totum remouentur: aut caloris virtute diffusi, & attenuati, D
alias petunt partes: & sic priores morbi in alios transmutantur, v.g. si materia pituitosa, quæ strumas in pueritia facit, mutatione ætatis attenuata non ampliùs in glandulis circà collum retineatur; sed ad inferiores partes descendat, vndè colicos dolores inferat intestina petens, vel nephritim, si ad renes descendat, vel articulorũ dolores fluente ad articulos humore; verũ erit dicere, strumas puerile malum in præfatos morbos mutatione ætatis permutatas esse.

Vers. 20. Et ſomni adſint.

Non est, vt sententiæ, & verborum claritatem obscurantes, improprias meditemur expositiones; per somnos intelligentes inquietos, non placidos, quales somni naturæ instituto esse consueuerunt, quia si illos respexisset Hipp. vigiliæ si adsint, dixisset potius, quam si somni adsint, quandoquidem non minus crises præcedunt vigiliæ, quam somni turbulenti, imò si præcedunt vigiliæ, potest crisis subsequi salutaris, nequaquam verò si somni inquieti, & laborioſi E
præcedant. Nota est enim illa sententia, in quo morbo somnus laborem facit, læthale, Per somnos igitur cum Galeno accipiamus placidos, & quietem ægrotanti inferentes, non quidem præcedentes, sed comitantes, aut subsequentes ipsam iudicationem, hoc enim expressit Hipp. verbo, adsint, & hoc signum tanti faciendum est in hoc casu, vt nullum certius inuenias, quo bona iudicatio à mala distinguatur; quam somnus, qui eam concomitetur, aut saltem subsequatur, quod ab Hipp. didicimus prima Coacarum Prænot. vers. 213. dicente: Somni profundi, non turbulenti, firmam iudicationem significant, turbulenti verò cum labore corporis, inconstantes sunt.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 348 sur 636

A *Vers.* 28. *Circà initia exacerbationes considera, & in omni morbo, &c.*

Præsens sententia non differt ab ea, quam libro 2. huius operis legimus vers 11. & ideò inuicem se explicare facilè possunt. In hisquè docet Hipp. morbos ferinos, siuè malignos autumno potissimum vigere, qui quidem hoc commune inter se habent, quia vesperi exacerbantur, tanquam annus (vt ipse inquit) certos habeat in morbis circuitus, quemadmodum habet dies, ità vt sicuti sese habet vespertinum tempus ad quorundam morborum exacerbationes, ità ad eorundem constitutiones sese habeat autumnus, ex.g. sicuti inter quatuor diei partes omnium pessima est vesper, & ex quatuor anni temporibus, pessimus est autumnus: ità quicunque morbi ad vesperam exacerbantur, & autumno vigere solent, alijs sunt peiores. His suppositis, non erit difficilè verum sensum huic sententiæ applicare. Inquit enim, circà initia considerandas esse accessiones, & in omni morbo animaduertendum, quale est exacerbari ad vesperam, idest quanti sit in quolibet morbo
B exacerbationes fieri ad vesperam, inferens id referre quamplurimum, quia id proprium est maligni morbi: quales sunt communiter autumnales. Et annus (subiungit) ad vesperam, idest considerandus est annus, hoc est anni tempus, ex.g. autumnus, quomodo sese habet ad vesperam, & ascarides, morbus scilicet autumnalis, quales sunt ascarides, iuxtà illud, Ferinum autumno, inferens hæc tria analogiâ quandam inuicem habere. Anni tempus: partes, siuè horæ diei, & morbi constitutionem. Hanc q. doctrinâ lõgiori, ac manifestiori doctrina nos docuit lib. 2. huius operis vers. 11. qui locus est veluti commentarium præsentis sententiæ, vbi dicit iuxtà interpretationem nostram: In autumno morbi acutissimi, & maximè lethales, & omninò similes ipsi vesperi exacerbari (liceat mihi dialectum Græcum claritatis gratia retinere) tanquam annus ipse circuitum morborum habeat (qui scilicet in vno quoque anni tempore vigere solent.) sicut dies morbi, & vnius cuiusque constitutionis inter se. In vtraque igitur
C sententia nos docet conuenientiam præfatam inter anni, dieiquè partes, & morbos ipsos, vt indè cognoscamus æquè pernitiosum esse morbos exacerbari ad vesperam, & in autumno vigere. Sed cur dixit Hipp. hæc considerandа esse circà initia, cur non potius in principio? quia aliquando prima morbi inuasio non contingit ea hora, quæ naturæ morbi respondet, quando non est inconueniens, morbum licet malignum matutino tempore inchoare, benignumquè, ac salutarem ad vesperam, quando scilicet à causa procathartica excitatur, quæ ea hora morbum producit, in qua viget magis, quamuis subsequentes accessiones ea hora fiant indè, quæ naturæ morbi respondet, hac igitur ratione non dixit in principio, sed circà initia. Verùm cur non etiam in morbi progressu? & in toto morbo? quia sæpè morbi, vel postponendo, vel anticipando morbi progressu exacerbationes habent in horas naturæ morbi minus conuenientes, v. g. in vespertinum tempus, quod non ex morbi prauitate euenit,
D sed vigore alterius constitutionis morbi, & hoc est, quod in præcitata sententia dicit Hipp. sin minus alterius constitutionis hoc principium fuerit. Quasi dicat, si per anticipationem, aut postpositionem paroxismorum accessiones in tempus vespertinũ inciderint, hoc erit principium alterius constitutionis morbi, ità vt, sicuti circà initia exacerbationes ad vesperã habere, signum est morbi constitutionem autumnalem esse, & ex consequenti læthalem, & ferinam: ità anticipando per plures accessiones in vespertinum tempus incidere, erit signum (dummodo alia consentiant) constitutionis morbi celeriter ad statum properantis, aut tardè si postponendo id fiat, iuxtà Aphoris. 12. primæ sectionis: exacerbationes, & constitutiones indicabunt morbi, & anni tempora, & circuituum inter se collata incrementa, &c. & hoc idem est, quod superius lib. 4. vers. 130. adnotauit Hipp. his verbis. Quale est ad *Mar. n. 10.* vesperam exacerbari tale est in omni morbo. Cæterum ad principia considerandæ etiam
E sunt exacerbationes, an citius redeant, & continuitas, & anni tempus. Quapropter vt huius sententiæ colligamus fructum. Quotiescunque accessiones vesperi inuadere incipiant, aut etiam in secunda accessione morbus illo tempore exacerbari incipiat, perseueretquè, signum erit morbum malignæ esse naturæ, si verò accessio, aut postponendo, aut anticipando gradatim in illud tempus incidat, non item, sed potius hoc erit argumentum diuersæ constitutionis morbi, vt explicatum est. Hanc in præcognoscendo regulam nè spernant Medici, quia vt me docuit experientia, plurimum lucis in hac re Medico afferre potest, vndè mirum non est, si Hipp. eam sæpiùs repetierit.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 349 sur 636

©BIUM

A

Vers. 3. Attenuare, crassefacere, vas, cutem, carnes, &c.

Vocem πυχος, quam Interpres Galenum secutus, corpus transtulit; vas propria significatione importat, & quamuis per vas totum corpus intelligi possit, proprietatem tamen vocis attendens, vasis nomine corporis cauitates acciperem, vas enim propriè dicitur, quod cauitatem habet, videtur enim hoc in loco Hipp. totum corpus distinguere, in cauitates, in cutem, & in carnes, sed cur addidit, & alia? quia fortasse vasis nomine ventrem inferiorem intellexit, quem per excellentiam vas, siue cauitatem vocat, cuius extenuatio cum æquè nocere possit, ac nimia crassities, ideò inferiorem ventrem aliquando extenuãdum esse, aliquando incrassandum monet Hipp. quemadmodum, & cutim, & carnes, cæterasq. alias partes.

B

Vers. 5. Deriuare, subducentia statim reuellere, renitentibus cedere, alium humorem non prodeuntem ducere, prodeuntem verò simul effundere.

De euacuatione.

In hac breui oratione vniuersalis doctrina continetur earum euacuationum, quæ in vsum medicum venire possunt. Quandoquidem quælibet euacuatio fit, vel deriuationis gratia: quo nomine omnes euacuationes comprehenduntur, quæ à parte loco affecto proximiori fiunt, v.g. quando in angina, aut in pleuritide sanguinem ex cubito detrahimus. Hanc igitur respiciens Hipp. inquit deriuare, vel reuulsionis gratia euacuamus, idque à remotissimis partibus (rectitudine tamen seruata) faciendum est. Quæ quidem reuulsio duplici casu vsurpari solet, aut quando aliquam euacuationem symptomaticam sistere, aut compescere studemus; & hanc significauit Hipp. dum dixit, subducentia statim reuellere; sub hoc nomine subducentium omnes symptomaticas euacuationes comprehendens. Aut quando pro imminentis morbi præcautione ad aliquam euacuationem deuenire oportet; & de hac mentionem fecit Hipp. de Natura Hum. vers. 230. his verbis, enitendum est autem, vt sectiones, quam longissimè à locis faciamus, vbi dolores fieri, & sanguis colligi solet, &c. quandoquidem, vt in illius loci explicatione adnotauimus, euacuatio per missionem sanguinis, quæ à remotissimis fit partibus, in præsentium morborum curatione inutilis est, & Hipp. doctrinæ aduersaria. In hac verò addidit, statim, vt indicaret, quando reuulsionis adest indicatio, ad eam statim deueniendum esse, antè quam ex diuturna euacuatione debilitatus æger, reuulsiuam euacuationem perferre non possit. Nisi fortè illud, statim, respiciat tempus, in quo reuulsio fit, ità vt nos velit admonere, in reuulsione facienda intercunctandum non esse, sed statim per vnicam, & sufficientem euacuationem faciendam esse. Alibi enim demonstrauimus Hipp. in curatione morborum tunc solum reuulsione vti, quando humores fluunt, quò non deberent, vt ergò motus iste symptomaticus tollatur, necesse est contrarium maiorem esse, & vehementius factum, alioqui, quæ ratio est, cur exigua, & lenis euacuatio arte facta copiosum fluorem sistat? quin potius hic illum superet? Malè igitur consulit Galenus, reuulsionem fieri per exiguas, & sæpius repetitas euacuationes, etiam si eum tota ferè Medicorum schola sequatur, quod etiam adnotabitur inferius hoc eodem lib. sect. 5. vers. 17. Tertio loco euacuamus sola intentione educendi id, quod actualiter molestat, idque dupliciter, primo quidem, si humor quiescens, vel renitens est euacuationi, eò quod parti cuidã infixus, artis, & naturæ conatibus resistit, & de hoc inquit Hipp. renitentibus concedere, hoc est, ab euacuatione desistendum paulisper, quòusque obedientior fiat, si verò non moueatur quidem sponte, veruntamen euacuationi renitens minimè se præbeat; de eo inquit, alium humorem non prodeuntem ducere oportet. Quod si tandem humor spontè excernatur, aut ad exitum iam properet; euacuatio tamen sufficiens non expectetur, eo casu ars naturæ famulando euacuationem perficere debet, & hoc est, quod inquit Hipp. & prodeuntem humorem simul effundere, quo euacuatio absoluta, & perfecta sequatur. De hac materia vide, quæ adnotauimus ad lib. de Humoribus vers. 10.

Mar. 22.

C

D

E

Vers. 16. E directo laterum, & præcordiorum intentiones, &c.

Præsentis sententiæ explicationem colligere licet in expositione lib. 7. vers. 378. vbi citatur, & enarratur.

Vers. 22. Venæ temporum non considentes, neque viriditas, &c.

Hæc sententia plurimum conuenit cum ea, quæ lib. 2. sect. 6. registrata est, & prima Coacarum

A tum. Præn. verſ.165. repetita; vbi inquit. Quibus in febribus venæ in temporibus pulſant, & facies ſana eſt, & hypocondrium non molle, diuturnum morbum ſignificat, & non deſinentem citrà multi ſanguinis è naribus fluxum, aut ſingultum, aut conuulſionem, aut coxendicum dolorem, quæ loca indicant per venas non conſidentes hoc in loco intelligere Hipp. venarum pulſationes conſpicuas, & per illa verba οὐδὲ χλωρασμα λαμπρὸν, hoc eſt, nequè clorus color fulgens, faciem ſanam, & beneualentiam propriam. Quamuis igitur ibi quatuor ſolutionis modos proponat; hoc tamen in loco vnius tantum mentionem facit. Abſceſſus ſcilicet ad coxam, quia ea ſigna appoſuit, quæ hunc peculiarem exitum præcedere ſolent; videlicet difficilem reſpirationem, & tuſſim non ferinam. Hæc enim duo indicant materiam in capite peccantem, ex qua venarum pulſus oriebatur, ad partes inferiores deſcendere, & potiſſimū in pectus, & indè in coxam iuxtà illud ſecundi Epid. ſect.5.v.13. Si caput doleat, in pectus de-
B ſcendit, deindè in hypocondrium deinde in coxam. In reliquis, quæ ad præſentem ſententiam ſpectant, doctiſſimum Valeſium conſule: necnon ea, quæ adduximus nos ad coacam ſecundæ ſect. verſ.55.

Verſ.36. Quartanæ ſanguinis è naribus eruptiones ægrè iudicant.

Quamuis quarta dies acutorum morborum iudicatoria aliquando eſſe poſſit, non tamen per quamlibet euacuationem eo die iudicatio optima perficitur, ſed per eas tantum, quæ illi diei conueniunt pro ratione motus, & conſtitutionis ipſius morbi. Quartæ diei euacuationem conuenientem eſſe, nos docuit Hipp eam, quæ fit per vrinam 4.Aphor.74.dum inquit. Quibus ſpes eſt ad articulos abſceſſum futurum, liberat ab abſceſſu vrina multa craſſa, & alba, qualis in laborioſis febribus, quarta die nonnullis fieri incipit. Sed ſi ſanguis quoquè è naribus eruperit, breui admodum liberat. In qua ſententia duo veniunt conſideranda, primum
C non aſſereré Hipp. die quarta ægrotantes ab abſceſſu liberari, ſed ſi ea die vrina fluere incæperit, & indè per plures dies perſeueret, ægrum à morbo liberari abſque abſceſſu; qui attenta febris natura mediante abſceſſu terminare debuerat. Alterum adnotandum eſt, ſanguinis fluxum, qui ſolutionem morbi celeriorem adfert, ſubiungit Hipp. non contingere die quarta, ſed poſtquam prædictarum vrinarum excretio præceſſerit, quid dicendi modus indicat, nec breui dixiſſet, ſi die quarta id futurum erat, idque manifeſtioribus verbis expreſſit lib. de Humor. verſ.202. Quæ duo ſi conſideraſſet Fuxius adeò violentam huius ſententiæ expoſitionem non edidiſſet, contendens enim citati aphoriſmi auctoritate, ſanguinis fluxū è naribus die quarta perfectè iudicare, præſentem ſententiam ſubſequenti cōnectens exponit, hemorrhagiā hanc difficilis iudicij tantummodo eſſe in febribus tertianis, nō autem in alijs, & vt ſuam confirmaret opinionē, hanc eandem ſententiā adducit ex lib.2.Ep.ſect. .quæ etiam
D ſi ſeparata manifeſtè ibi quoque legatur, particulā tamen γαρ, in contextu addendo, ſequentibus coniunxit. Qui ſi ea legiſſet, quæ lib.Coac.Præn. verſ.173 ab Hipp. referuntur his verbis: In febre ardente fluxio ſanguinis è naribus quarta die, mala eſt, niſi aliquid boni coinciderit, verum quinta minus periculoſa eſt; non dixiſſet hæmorrhagiā quarta die ęgrè iudicare in tertianis tantum, non in alijs febribus. Eò igitur dimiſſo, redeamus ad noſtra. Dicebamus die 4 perfectè iudicari morbos per eas euacuationes, quæ illi diei conueniunt, non per
E omnes. Habent quippè euacuationes ſingulæ dies peculiares, in quibus ſalubriter fiunt, & alios, in quibus difficulter iudicant, quod ſudoris exemplo nos docuit Hipp. 4.aphor.36. Sudores (inquiens) febricitanti ſi inceperint boni ſunt, tertia die, & quinta, & ſeptima, & nona, & vndecima, & decimaquarta, & decimaſeptima, & vigeſimaprima, & vigeſimaſeptima, & trigeſimaprima, & trigeſimaquarta: hi enim ſudores morbos iudicant, qui verò non ſic fiunt, dolorem ſignificant, & morbi longitudinem, & recidiuas, & ratio eſt, quia cum huiuſmodi euacuationes fiunt, dum natura cum morbo colluctatur, & ex conſequenti, dum morbus inſultus maiores facit; quod in exacerbationum diebus contingit. Si hæ in diebus paribus cueniant, ſignum eſt, eum morbum in diebus paribus habere exacerbationes, quæ enim paribus diebus exacerbantur (dicebat Hipp. 1. Epidem. ſect.3. verſ.53.) paribus iudicantur: quorum autem exacerbationes in imparibus fiunt, ea in imparibus iudicantur. At certum eſt morbos, qui per dies pares exacerbantur, difficiles habere iudicationes; quod experientia edoctus nobis ſignificauit Hipp. lib. de Humor. verſ.78. Si ergò euacuationes in diebus paribus contingentes morbum per dies pares exacerbari ſignificant, cuius conſtitutio difficile

iudicium

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 351 sur 636

iudicium habet, meritò hæmorrhagia quarta die ſuperueniens difficile iudicium adducet, & eò magis quia, vt ex naturæ inſtituto hæc fiat, in acceſſionis principio contingere debet, quod etiam Galenus libro, quando, & quos purgare oportet cap. vltimo adnotauit, ità vt nullo modo in diem minoris afflictionis cadere poſſit, qua quidem ratione hæmorrhagia quartæ diei ſemper difficilis erit. Quod ſi tandem dies illa ſit quietior, ſignum erit, euacuationem non naturæ conſilio, ſed ſymptomatis loco contigiſſe: quod omninò malum erit. Quarè, ſiuè morbus per pares dies moueatur, ſiuè per impares, fluxio ſãguinis die quarta ſemper difficilis erit, & eò magis, quia hæc dies contemplabilis eſt, ſiuè indicatoria. Cæterum ſi hæc vera ſunt (dicet quiſpiam) nulla euacuatio die quarta erit tuta, & nihilominus à principio conceſſum eſt, hanc diem aliquando iudicatoriam eſſe. Huic reſpondeo, criticam euacuationem quarta die firmam, & ſalutarem eſſe poſſe, quando illius eſt conditionis, vt & naturæ inſtituto perficiatur, & in acceſſione tertiæ diei contingat, taleſque eſſe poſſunt omnes euacuationes infernè factæ, quandoquidem has in fine acceſſionis fieri nos docuit Galenus loco citato, & antè eum Hipp. lib. 5. Epidem. verſ. 365. Quotieſcunque enim acceſſio tertiæ diei ad quartum protrahitur diem ea die iudicatio per dictas euacuationes fieri poteſt, & per eam potiſſimum, quæ fit per vrinam. Quando hæc, & propter viæ longitudinem, & ob moram, quam in veſica facit, longo tempore poſt ſecretionem excernitur. Quod quidem in ea, quæ fit per ſanguinis è naribus fluxum, aut per vomitum, quæ in acceſſionum principio fiunt, nullo modo contingere poteſt, & ideò ſemper difficiles erunt. Aduertant verò Galeni ſectatores, hoc in loco nos ſupponere, enumerationem dierum Hipp. more fieri, diem perpetuò à Solis exortu inchoantis, non per dies integros vigintiquatuor horarum, quos Galenus excogitauit, recepitq. poſteritas cum vniuerſæ prognoſticæ artis iactura, & maximo curatricis incommodo, dum vnicam diem pro medietate parem, & pro altera imparem conſtituentes, nihil de his, quæ ad diem parem, & imparem ſpectant (quæ tanti fecit Hipp.) certi affirmare poſſunt. Sed hanc materiam explicabimus 4. Acut. verſ. 162.

n. 25.

Verſ. 37. Febres, quæ vna die intermittentes, altera ſuperrigent.

Hæc ſententia pluries repetita legitur apud Hipp. diuerſis tamen verbis, ſingulæ tamen inuicem comparatæ clariores euadunt. In Aphor. autem legitur, hoc pacto ſect 4. num. 59. Tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus ad ſummum iudicatur, quæ lectio indicat, hoc in loco de exquiſita tertiana tractati, cuius eſſentiam ex hoc loco colligentes didicimus: exquiſitam tertianam ab Hipp. appellari illam, quæ vna die intermittit, altera verò inuadit cum rigore, & ſenſibili euacuatione terminatur, id enim ſignificant verba ſuperrigent, vnà cum iudicatione. Hæcque ſeptimum paroxiſmum non excedit, aut ad ſummum nonum, vt 1. ſect. Coacar. Præn. verſ. 205. legitur. Animaduertendum eſt verò, nè nos horror decipiat, hunc pro rigore accipientes, quia febres tertianæ cum horrore inuadentes, ſicuti non adeò breues ſunt, ità non omninò ſalutares exiſtunt, comprehenduntur enim ſub illa ſententia lib. 7. epid. ſect. 2. regiſtrata verſ. 270. Aeſtate cholericæ affectiones, & febres intermittentes fiunt, & quibus horrores accedunt, hæ quandoquè malignæ fiunt, & ad acutos morbos perueniunt. Qua ratione verò horror à rigore diſtinguatur, apud præceptorem demõſtrabitur in illius ſententiæ expoſitione. Hoc eodem lib. ſect. 3. verſ. 29. Rigores incipiunt mulieribus quidem à lumbis, &c.

Verſ. 40. Tuſſis ſiccæ parum irritantes in febre ardente, non ſunt, &c.

Et hæc ſententia pariter inter aphoriſmos deſcripta eſt, ſed qui eam tranſtulit, vt breuitati conſuleret, eam mancam, ſiuè imperfectam reddidit, eam enim ità legimus 4. aphor. 54. Quibus plerunque tuſſes ſiccę parum irritantes in febribus ardentibus, hi non admodũ ſiticuloſi exiſtunt quorum verborum hic eſt ſenſuns. Quicunque in febribus ardentibus à tuſſicula quadam ſicca, & non admodum moleſta tenentur, non valdè ſitiunt, quemadmodum ratione febris ardentis conueniens eſſet, & ratio eſt, quia tuſſis leuiter commouendo fauces, & guttur, illùc humiditates euocat, quæ febrili exiccationi ex parte reſiſtunt. Sed in hac re duo requiruntur, primum, vt tuſſis ſit ſicca, hoc eſt ſine ſputo, nam quæ cum ſputo eſt, & à catharro dependet, tantum abeſt, vt in febribus ardentibus ſitim tollat; vt eam non leuiter irritare poſſit, cum fieri non poſſit, vt in febre ardente humores vehementius excalefacti qualitatem calidam, & acrem non contrahant, ità, vt ſitim inducant non leuem, vndè lib. 2. de Morb. ſect. 2.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 352 sur 636

A sect. 3. vers. 213. vbi de febre ardente tractatur, in qua ægrotantes copiosa expuunt, inter cætera signa sitis vehemens adnumeratur. Nosquè quotidiè obseruamus in praxi: quotiescunquè ægrotantes à tussi ex catarrho cum febre corripiuntur, perpetuò sitire non mediocriter. Secunda conditio requiritur, vt tussis sicca non sit de genere earum, quæ à distillatione acri, & tenui excitantur, cuius tenuitas est causa, vt non expuatur, dum infimas pulmonũ cauitates tenuissimas peruadens, non potest à natura sursum repelli, aut à pulmonis affectu talifico, qui cum male habeat, expellere posse id quod ipsum molestat, ratus, tussiculã quandam excitat, sed inanem, dum circa initia materia in eos confluere nondũ cæpit. Huiusmodiq. tusses ferinæ dicuntur, quia ægros ad tabem perducunt, quæ inter ferinos morbos ab Hipp. numeratur, has enim siccas tusses vt exciperet addidit in hoc textu, non feritate, certum est enim huiusmodi tusses siccas in febre ardente sitim imminuere non posse, imò non leuiter exasperare.

B De qua verò tussi intelligi velit, exponit inquiens, sed à spiritu, hoc est ab aere inspirato, euenit enim non semel in febre ardente, fauces aliqua intemperie affectas esse, ob quam ab aere frigido inspirato irritentur, idque in laboriosis febribus obseruauit Hipp. quod quidem rationi satis consentaneum est, per labores enim homines frequentius respirantes, ac vehementius; copiosiorem spiritum trahunt, à quo & guttur, parteſque omnes respirationi inseruientes læduntur, adeò vt superueniente postea febre ardente, in qua impensius incalescunt, externi aeris occursum absque tussis irritatione perferre non possint, quippè qui dictarum partium intemperiei comparatus, extremè frigidus existit. Similem alterationem incurrunt frequentissimè dentes, propter quam ab actu frigidis summoperè molestantur. Hanc verò tussim ab inspirato aere modo explicato iam excitari, eo argumento probat Hipp. quia ægri dum loquuntur, & hiant, tussiunt, quum verò silentes ore clauso respirant, nequaquam,

C idque euenit, quia aer moderatè per nares ingrediens in via temperatur, vt sua frigiditate gutturis, & asperæ arteriæ partes non adeò irritare, & tussim excitare possit, quod euenit, quando in loquendo, & hiando aerem copiosum immediatè trahunt. In quibus verò lectio aphorismi deficiat ex enarratis vnicuique patere potest.

Vers. 62. In Perintho genituræ similis vrina talis, quæ esset iudicatoria, &c.

In Perintho (vt licet coniectari) corpora ob frigidam, & humidam constitutionem pituitosorum humorum copiam congesserant: vndè morbi per vrinæ genituræ similis excretionẽ iudicabantur. Inter morbos verò, qui per hanc viam terminarunt, obseruauit Hipp. affectiones quasdam ventris inferioris ad pecten, quas quidem cum tumore, & dolore partes dictas infestasse ex ipsius contextus verbis colligitur. Erant igitur tumores dolorosi ad imum ventrem, geniti à pituitosa materia in dictis partibus conculcata, atque etiam fortasse putrescente, siuè bilis portioni admixta, his adiuncta erat difficilis respiratio ob colligantiam, quam

D pectinis partes cum pectore, siuè partibus respirationi inseruientibus per rectos musculos habent, qui cum in respiratione moueantur, vt dolorem subterfugiant, respirationem difficilem reddunt. At quia mirum videtur huiusmodi partes per vrinæ vias euacuari, cum nullus ductus indè conspiciatur, assignat Hipp. rationem, qua permotus existimauerit, tumores præfatos per vrinæ excretionẽ iudicatos fuisse, quia scilicet, cum dictas vrinas mingerent ægrotantes, hæc excretio illis conferebat, signum euidens talia educi, qualia oportebat, & eò magis quando sine excretione, aut flatus, aut viscosi stercoris (solent enim earum partium tumores humorum excretionibus dissipari) hæc contigerunt. Hoc est igitur, quod significare voluit Hipp. per illa verba iuxtà nostram interpretationem. In Perintho genituræ simile, hoc est vrina crassa genituræ similis erat in ægrotantibus in Perintho, tale, hoc est, huius conditionis erat

E vrina, quod erat iudicatorium etiam affectionum ventrium inferiorum, ideſt, per quam tumores imi ventris soluebantur. Talia, hoc est, id verum esse cognoscitur; quando huiusmodi vrinæ iuuant: quemadmodum in prædictis ægrotantibus obseruatum est, quoniam nequè flatu multo educto, neque stercore multo lento euacuabantur, ità vt dictarum affectionum solutio non ad vrinarum excretionem, sed ad illas esset referenda. Verum quia aliquis dubitare potuisset, affectiones dictas ad hypocondria potius, quam ad imum ventrem pertinuisse, quæ facilè per vrinam expurgantur, subiungit: Non enim profectò magnum erat hypocondrium. Tandem hoc idem probat exemplo cuiusdam, qui eodem morbo laborabat, cuius affectio cum in summo vigore esset: quod spirandi difficultas indicabat, ab esu brassicæ die septima

aluus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 353 sur 636

aluus emollita est, & soluta affectio, nam benè spirans factus est, & aluus in ipsa euacuatione excutiebatur; quod euenire solet, quando intestina repleta inaniuntur: murmur enim quoddam efficiunt, dum inanita subsidentes de loco ad locum mouentur, quæ omnia affectionem in infimo ventre adfuisse attestantur, quarè cum in cæteris ægrotantibus eadem affectio sinè aliqua excretione per aluum; sed vrina crassa excreta, solueretur; hoc firmissimum euadit argumentum, ventris inferioris affectiones etiam per vrinæ vias iudicari consueuisse, cuius excretionis viam, si quis à me quærat, ei respondebo, naturam validam, & rectè operantem cæcos inuenire ductus, viamque sibi parare per ipsammet partium substantiam: nec id mirum videri debet, quando per ipsamet ossa fieri humorum abscessus, ab Hipp. didicimus. Hanc sententiam explicauit Ludouicus Duretus in comentarijs Coacarum Præn. fol. 336. lin. 46. cuius doctrinam inspicere non erit inutile.

Sectio III Libri VI. Epidemiorum.

Vers. 1. *Cutis raritas, ventris densitas, cutis constrictio, carnium, &c.*

Hic locus omnem difficultatem tollere potest circà raritatem, & densitatem corporis. Dubitatum est enim à plerisque, an mulieres sint habitu rariores, quam viri; item iuniores senioribus. Distinguitur enim hic ab Hipp. densitas, & raritas cutis, à densitate, & raritate corporis: ità vt cute rariores sint corpore densiores, & viceuersa, si modo per ventrem in textu accipimus non ventriculum modo, & reliquam cauitatem, quam propriè ventrem dicimus, sed vniuersum cauum genus. Hanc enim denominationem Hipp. familiarem fuisse patet ex lib. de Arte vers. 160. vbi inquit. Habet autem corpus non vnum ventriculum, sed plures; duo enim sunt, qui cibum suscipiunt, & demittunt; alijque præter hos plures, quos sciunt hi, quibus hæ res curæ sunt, quæcunq. enim membra carnem in orbem circumsitam habent, quam musculum appellant, ea omnia ventriculum habent. Ex quibus patet, ventris nomine comprehendi etiam porositates ipsius carnis, quas in sanitate spiritu repleri ibidem dicebat Hipp. dum verò ægrotant, sanie. Quibus stantibus, densos ventres dicimus, eos esse, qui exiguæ carnis interuentu sunt compacti, & simul constricti, raros verò è contra, quibus multa caro intercedit, eaque laxa, & mollis, secundum quam significationem Hipp. à principio lib. 1. de Morbis mulierum dicebat, mulieres rariori carne esse præditas, & propterea maiorem copiam humoris lanarum instar suscipere, viros è contrà densiori, & ex consequenti minoris humiditatis, in modum compactæ vestis, capaces esse. Si ergò mulieres, quæ ad viros comparatæ carne abundant, cauitatibus, siuè carnibus rariores à præceptore statuuntur, ità vice versa viri, vtpotè carnis minus participes, ventre, siuè corpore densiores erunt, & ideò cum carnium incrementum à cutis densitate proueniat, earumq. diminutio ab eiusdem cutis raritate, quod habetur in præsenti contextu; sequitur, mulieres viris esse iuxtà cutim densiores, carne verò rariores, viroſque è contrà, carne quidem densiores, cute autem rariores, quamquidem cutis raritatem in viris indicat pilus, quo signo Hipp. vtitur inferius hac eadem sectione vers. 29. pro cutis raritate iudicanda eadem ratio in ætatum diuersitate viget, vndè iuuenes carne rariores, senes verò densiores erunt. Hæc est igitur harum vocum vera significatio, & distinctio apud Hipp. Quamuis in alienum sensum eas recepisse visus sit lib. de Salubri diæta vers. 92. Quemadmodum in illius loci explicatione adnotauimus, quod quidem ab eo factum est, vt idiotarum, quibus illud opus dicatum est, captui magis se accommodaret.

Mar. n. 11.

Vers. 13. *Quidquid suppuratur, non reuertitur, ipsa enim maturatio, &c.*

Quæcunq. ad suppurationem deueniunt, ea ratione non recidiuare testatur Hipp. quia suppuratio concoctio est, iudicatioq. simul, & abscessus, his enim tribus omnes morborū solutiones cōprehenduntur, hincque colligimus, nō idem esse terminare coctione, & crisi in proprio significato accepta, quandoquidem, qui coctione soluuntur morbi, vigore transacto per tempus declinationis procedentes, paulatim desinunt, qui verò per crisim terminant, in ipso vigore sensibili euacuatione iudicantur. Verum quispiam obijcere posset crisim perfectam coctionem necessario præcedere, vt est communis opinio; ex quo videtur, idem esse terminare crisi, ac coctione, cui respondeo, coctionem, quæ ad optimam crisim requiritur, longè differre

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 354 sur 636

A ferre ab ea, per quã morbi soluuntur, quandoquidẽ ad criticam coctionem (vt ità dicam) satis est, humores à natura deuictos esse; vt ab ea expelli è corpore possint; cuius quidẽ coctionis signum sufficiens erit vrinarum color in meliorem mutatus, aut leuis quædam crassities, quæ refrigerata subsidentiam faciat, vel etiam nubeculam. At in concoctione, perquam absque euacuatione morbus tollitur, materia morbifica non solum à natura superatur, sed ad totalem benignitatem reducitur, ità vt nullo modo ipsi infesta sit, imò sæpè in nutrimentum corporis, conuertitur. Huiusque coctionis signum erit vrina, non solum crassior, & colore laudabilis; sed etiam contento, ità vt subsidentiam habeat albam, oroboue similem pro natura humoris peccantis. Hancque respexit Hipp. lib. 1. Epidem. sect. 2. vers. 91. dum dixit, Concoctiones celeritatem iudicationis, & securitatem sanitatis significant. Vbi adnotare oportet nomen iudicationis acceptum esse ibi lato modo, & quatenus omnes solutionis modos comprehendit, non subitam mutationem ad salutem cum sensibili euacuatione, vt hoc nomen crisis à
B Galeno definitum est. Differunt etiam huiusmodi coctiones inter se, quia si post criticam concoctionem humores à corpore non educantur, etiamsi morbus tollatur mitificatis humoribus, indè tamen recidiua timetur, quod in alia coctione non euenit, ea enim absoluta morbus cessat, nec aliqua euacuatio necessaria est, ex quo sequitur, eos tantum morbos simplici coctione terminare, in quibus crudi frigidi succi prævalent, quando hi tantummodo ad prædictam benignitatem reduci possunt, calidi enim, & sicci etiamsi ex parte corrigantur, ad eam tamen benignitatem eos reducere est impossibilè, vt naturæ familiares fiant, quarè nisi è corpore educantur, bellum naturæ denuò indicentes recidiuam faciunt. Vndè natura prouida, nè id contingat, statim, ac eos concoxit, è corpore educit, in quo si aliquando deficiat, id arte procurandũ est, ex quibus colligimus, iudicato absque sensibili euacuatione morbo, non
C semper ad purgationem deueniendum esse; sed tantummodo vbi humores fuere calidi, & acres. Vndè Hipp. lib. 2. de Morbis sect. 2. vers. 193. de febribus ex bile sermonem habens, inquit. Vbi verò febris sedata fuerit, pharmacum deorsum purgans bibat, reuertitur enim quandoque morbus, si impurgatus permanserit. Ad textum igitur redeuntes concludamus summa cum ratione dictum esse ab Hipp. non recidiuare ea, quæ suppurant: quia per omnes solutionis modos absoluuntur, & primo per coctionem; quia suppuratio est ipsamet concoctio, secundo per crisim sensibilem, scilicet euacuationem, quæ rupto tuberculo succedit, donec sanetur vlcus, & tandem per abscessum, dum humores ad locum abscedunt, vbi futura est suppuratio. *Mar. n. 37.*

Vers. 29. Rigores incipiunt mulieribus, quidem magis à lumbis, &c.

Hæc sententia pluribus libris registrata est. Nam & lib. 2. Epidem. & 5. Aphorism. 69.
D habetur. Hoc autem in loco perfectior videtur, & ideò eius explicationi conuenientiorem locum hunc existimauimus. In hac igitur sententia proponitur ratio distinguendi rigorem verum ab horrore: & rigores febriles, ab ijs, quæ à causis procatharticis, alijsque ortum ducunt, cuius quidem distinctionis ratio consistit in principio ipsius rigoris, in qua scilicet parte corporis primum se manifestat. Rigores enim propriè dicti, & qui febres præcedunt à posterioribus partibus magis incipiunt. Nam mulieribus, vt notat Hipp. in textu incipiunt quidem magis à lumbis, & indè per dorsum ad caput procedunt. Sed & viris posteriore corporis parte magis, quam anteriore, cuius rationem videre est apud Galenum in cõmẽto aphor. citati, & ideò eam referre non est opus. Horremus enim (subiungit Hipp.) magis exterioribus, quam interioribus corporis partibus, velut cubitorum, & femorum (Græcè enim hæ duæ voces in secundo casu leguntur, quamuis in sextum transtulerint Interpretes) in quorum
E verborum explicatione adnotare oportet, particulam enim non reddere rationem prædictorum; sed vt distinctionis notam appositam esse, qua humores à rigoribus præscriptis distinguuntur, quasi in hunc modum locutus fuerit Hipp. Rigores quidem, incipiunt mulieribus à lumbis, & indè per dorsum in caput, sed & viris à posteriore corporis parte magis, quam ab anteriore, quandoquidem, non eodem modo horrores incipiunt, horremus enim secundum exteriores corporis partes magis, quam interiores, per interiores partes accipiendo non quidem, quæ interius ad viscera consistunt, sed quæ in interiori parte sunt membrorum, idque explicauit inquiens, velut cubitorum, & femorum. Habent enim hæc membra interiores, & exteriores partes, quas domesticas, & siluestres nonnulli vocant. Cur autem horror has partes

tes potissimum inuadat rationem assignat, quia ibi cutis rara est, quam raritatem indicat pilus, animantia enim cuncta, & potissimum bruta partes cubitorum, & femorum exteriores habent pilis refertas magis, quam interiores, quod raritatis cutis inditium est certissimum; oriuntur equidem dicebat Hipp. (de pilorum ortu loquens libro de Nat. Pueri vers. 208.) maximi, ac plurimi, qua corporis parte cuticula rariſſima est. Cum igitur dictæ partes cute sint rariores, & raritas à calore prouenit, indè sequitur, prædictas partes citius horrorem percipere, quia sunt calidiores. Cæterum quæstione dignum est, qua ratione corporis partes posteriores rigori magis subijciuntur, quia vt testatur Galenus, sunt anterioribus frigidiores, è contrà verò extremorum membrorum partes exteriores horroribus corripiuntur magis, quam interiores, quia sunt calidiores. Huius diuersitatis ratio (vt quæsito satisfaciam) dependet à differentia, quæ est inter rigorem propriè dictum, & horrorem verum. Hæc enim nomina etiàsi passim cõfundantur apud auctores, quãdo & ipsemet Hipp. lib. 1. de Morb. sect. 2. v. 168. paruum rigorem horrorem vocat, propriè tamen accepta multum inter se differunt, quod ex Galeno ipso licet colligere. Quandoquidem rigor fit potissimum à materia calida, & acri, dum per partes sentientes commota eas irritat, feritque latenter, cum horror potius ortum ducat à materia frigidiori commota, & frigiditatis sensum inferente. hoc stante, quum bilis agitatur in corpore, etsi partes omnes æquè inuadat, rigorem tamen ab eo motu concitatum sentiunt citius posteriores partes, quam anteriores; tum quia neruosiores sunt, & ex consequenti sensibiliores; tum etiam, quia frigidiores, & ad calidorum humorum affectus percipiendos, aptiores. Horror autem viceuersa, quia in refrigeratione potius consistit, quam in irritatione, partes extremas prius occupare videtur, propterea quod hæ vt putà à visceribus, & caloris fonte remotiores, frigus primum perpetiuntur, quia verò earũ pars exterior interioris respectu rarior est, & ex consequenti calidior, ideò euenit, vt hæc citius alterationem à frigore persentiat, ità enim natura comparatum est, vt quò pars aliqua calore participat magis, eò citius, & vehementius frigoris occursum persentiat. Nam si quis manu impensius excalefacta aquam tepidam contrectauerit, frigida ipsi apparebit, quæ quidem frigida manu immissa, calida ipsi videbitur. Quod etiam Galenus eodem ferè exemplo demonstrabat lib. 3. simpl. cap. 8. vt responderet ijs, qui quærebant, cur mingentibus in balneo vrina frigida videatur, quæ extrà balneum eam tangentibus manifestè calida persentitur. Horror igitur, quia à causa refrigerante ortum habet, ideò in extremitatibus primum percipitur, quatenus verò sensus est frigiditatis, earundem extremitatum partes calidiores citius frigus illud persentiunt, ex quo fit, vt in partibus exterioribus cubitorum, & femorum primùm horror persentiatur, vt ait Hipp. in textu. Postquam verò modum aperuit, quo rigor ab horrore distinguatur, differentiam quoque inter rigorem febrilem, & eum, qui alias consequitur causas, nobis proponit, & in exemplum adducit eos rigores, qui ab vlceribus proueniunt, dum ab acri quopiam irritantur, & mordentur. Asseritque, huiusmodi rigores à vasis initium habere, per vasa interiores corporis cauitates accipiens. Quæ sententia hunc in modum exposita, sicuti verbis ipsis accommodatissima est, ità pariter, quando eiusdem veritatem demonstrauero, indicabit manifestè, quam digni sint admiratione interpretes omnes, tum antiqui, tum posteriores: qui hanc postremam particulam, doctrinam tantæ vtilitatis continentem, vel expungendam, vel corrigendam existimarunt. Certum est igitur, dum Hipp. inquit, rigores incipiunt, de sensato principio eum intelligere, quodque patientes ipsi percipiunt: qui interrogati, in qua parte primum rigorem perceperunt, in hac vel illa respondent, non de principio vero, vndè scilicet rigores exortum primum habent. Quia si hoc principium respicimus, certum est, tum rigores omnes, tum horrores à vasis initium habere, in quibus humores rigorem, & horrorem efficientes moueri incipiunt. Eorum enim generationem describens Hipp. lib. 1. de Morbis sect. 2. vers. 168. à materia in venis agitata, & commota excitari concludit. Hoc igitur suppositio veriſſimo fundamento, cum duplex sit apud præceptorem rigoris differentia, altera eorum, qui in principio febrium contingunt, quam differentiam respiciens Hipp. demonstrare conabatur lib. cit. vers. 181. rigores omnes necessario febrem subsequi (quamuis Galenus hanc Hipp. doctrinam ad quoscunque rigores dilatando, sæpius dixerit Hipp. temporibus rigores nunquam fieri consueuisse, quin febris consequeretur, idquè propter exactam viuendi rationem, quam illius seculi homines obseruabant, cum tamen

Mat. n. 17.

Mat. n. 22.

A B C D E

contra-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 356 sur 636

A contrarium appareat in historijs Epidemiorum; quemadmodum in expositione præfatæ sententiæ à nobis demonstratum est) Altera rigoris differentia cæteros omnes comprehendit, qui à causa procathartica ortum ducũt, siuè hęc sit morsus vlcerum, aut neruosarum partium, siuè refrigeratio violenta, & confestim inducta, siuè suppuratio, aliauè similis causa. Conueniunt verò in hoc rigores omnes: quia ab eadem causa immediata excitantur: à materia inquam, in internis partibus agitata, iuxtà quam, vt nuper dicebamus, rigores omnes à vasis initium habere dici posset. Differunt autem, quia in rigore febrili maior adest caloris reuocatio ad internas partes, quam in reliquis rigoribus; propter quam partes exteriores refrigerantur magis, ex quo rigorem etiam citius, & vehementius percipiunt; quam interiores partes, & ideò ægrotantibus ipsis ibi rigor incipere videtur, vbi primum frigoris sensum percipiunt. In cæteris verò rigoribus, quia non fit insignis reuocatio caloris ad interiora, rigor
B persentitur primum in illis partibus, in quibus reuera incipit: in internis scilicet partibus, in quibus fit agitatio, & commotio humorum, non enim obscuratur hic sensus à sensu frigiditatis extimarum partium, quemadmodum in rigore febrili contingit, & ideò fatentur ægrotantes, huiusmodi rigorem incipere à vasis, hoc est, ab internis partibus, vbi re vera incipit. Hæc verò præterquam quod pulcherrima sunt, & scitu digna, non exigui etiam sunt vsus in medicina facienda, quando non parum refert à principio, dum adhuc rigor perseuerat posse distinguere, an rigor sit febris principium, an potius ab aliqua externa causa ortum habeat, & quid omninò diuersum præmonstret. Idquè patere poterit interrogato ægro, in qua parte primum rigorem incæpisse cognouerit. Si enim dixerit à partibus posterioribus initium habuisse, sciemus, febris esse principium, rigoremque, non horrorem esse. Secus autem, si in interioribus corporis partibus, & in ipsis visceribus motum illum rigoris primum persensisse dicat.
C similiter quia non parum refert scire, an febris cum rigore inuadat, an potius cum horrore, idque distinguere non est facilè, eo quod paruus rigor horror videtur, horrorque magnus rigor censetur; hac Hipp. regula hos facilè erit distinguere. Solent enim huiusmodi motus, (vt vnusquisque obseruare poterit) in cruribus, coxisque & in brachijs primos insultus efficere: affirmantque ægrotantes primum refrigerationem, & quandam paruam commotionem in dictis partibus se percepisse, quæ indè paulatim toti corpori communicantur. Aliquando verò ijdem motus in partibus posterioribus primum persentiuntur, vndè ægroti per partem posteriorẽ dorsi, & spinalis medullæ ascendere, & descendere quædam dicunt; quæ vulgari sermone *Sgrisoli* appellantur, hicque verus est rigor, etiam si quandoq. paruus existat, horror vero ille, licet vehementius inuadat.

Vers. 38. *Sanguinis è naribus eruptio, aut subpallidè nigricantibus, aut rubicundè pal-*
D *lentibus, aut subpallidis.*

Exponit Valesius præsentem sententiam hoc pacto. Quibus sanguinis fluor è naribus imminet, si aliquo ex coloribus recensitis in textu inficiuntur, idque experimento sibi cognito, ratione insuper accedente demonstrare conatur, cui expositioni si alteram adscribere licet, dicerem, hac breui oratione indicare nobis Hipp. eos, qui sanguinis fluxioni è naribus sunt subiecti, quorum triplicem facit differentiam à cutis coloribus desumptam, & primo loco ponit subpallidè nigricantes, hoc est, colore nigro cum quodam leui pallore suffusos. Atquè hi sunt, qui sanguine melancolico multa serositate diluto abundant, quod sanguinis vitium peculiare est eorum, qui lienis imbecillitate laborant. Hos enim sanguinis fluxioni è naribus subiectos esse, experientia demonstrat, idquè propter sanguinis tenuitatem euenit, quam ipsi immixta serositas præstat. Secundo loco enumerat rubicundè pallentes, ἐρυθροχολοσιν, græcè
E appellat, significatquè, eos qui κλωρο, colore suffusi rubescunt, propriusq. est eorum, qui sanguine bilioso abundant, qui cum tenuis sit, & leuis, superiores partes facilè petit: vndè narium venas aperiendo fluxum sanguinis ex quacunq. occasione inducit. Tertio tandem loco adnumerauit subpallidos, hoc est sub κλωρο, colore suffusos, & hi sunt, qui amara bile abundant: quæ sicuti, quando meracior est, & cum sanguinis penuria cloros homines facit; ità dum cum sanguinis abundantia viget, clorus color bilis remittitur, & sub clorum potius colorem inducit, quibus humoribus in corpore vigentibus sanguinis fluxiones è naribus frequenter fiunt, quia bilis sursum elata sanguinem secum trahit, amboque narium venas aperientes

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 357 sur 636

rientes hæmorrhagiam faciunt. Hi sunt igitur, qui narium fluxionibus sunt subiecti, ità vt ex quacunque occasione, atque etiam aliquando sponte eas incurrant. Cæterum videtur præterisse eos, qui omnium maximè huic symptomati disposíti censentur; rubicundos inquam, qui scilicet sanguine laudabili abundant, hos enim præ cæteris sanguinis fluxionibus subiectos esse, est rationabile. Hos tamen tacuit Hipp. quia sanguinis laudabilis plenitudo non magis hæmorrhagiam facit è naribus, quam ab alijs partibus, imò quia sanguis in huiusmodi naturis quoquo pacto crassior est, non facilè superiores partes petit, & ideò rarò hæmorrhagiam per nares inducit, cum plenitudo hæc per hæmorrhoidas plerunque excernatur, sæpius rupta vena sanguinis excretionem per os inducat, sæpissime verò per dysenteriam sanguinolentam, vndè Hipp. 4. de artic. vers. 173. de illis loquens, quibus membrum aliquod corruptum decessit, hæc habet. Expectare tamen oportet, vt tales per tempus à dysenterijs corripiantur, eo quod (vt dicebat Galenus in comento) quibus aliquod membrum abscissum fuerit, alimentum, quod antè transferri ad ipsum solebat, in venis coit, & sanguinis multitudinem producit. Cum igitur hæc plenitudo quamcunque sanguinis fluxionem inducere frequentius consueuerit, quam per nares, iurè meritò inter eos, qui sanguinis fluxioni è naribus sunt subiecti, non erant adnumerandi illi, qui sanguine laudabili abundant, & roseo colore fulgent.

Vers. 58. Sputa rotunda delirium significant.

Sputa rotunda delirium præmonstrare cum vniuersaliter dixerit Hippocrates, temerarium est affirmare id non perpetuò, nequè in pluribus verificari; sed rarò admodum contingere, non enim ità indistinctè doctrinam suam tradere solet Præceptor; quamuis, id ipsi imponi à plerisque, nouerim; cum tamen in omnibus libris pateat, summa distinctione semper locutum fuisse, ità vt quæ perpetuò, aut pro maiori parte eueniunt, vniuersaliter pronunciare, quæ verò non semper contingant, particulariter proferre consueuerit: aliqua addita particula, verbi gratia ferè, aliquando fortasse, num; aut huiusmodi alia, quæ particularem faciat enunciationem. Quarè licet Galenus dixerit, se obseruasse aliquos ex tali sputo non phreniticos, sed tabidos factos esse; cum à principio nedum febrirent; Hippocratis tamen cunctis nota ingenuitas cogit me eius assertioni assentiri potius, quam Galeni experimentis fidem præstare. Quomodo enim adducar, vt credam in pulmonibus tale incendium excitari posse (absque calore enim, eoquè maximo talia sputa fieri est impossibile) vt sputa rotunda euadant, & febris absit? Cum sæpius contingat, pituitam crassam, & viscidam, qualem sputorum rotundorum esse materiam in peripneumonia excreari, sputis tamen rotunditate carentibus: cuius rei alia ratio afferri non potest, cur inquam non sint rotunda sputa, nisi quia sufficiens calor deficiat; Etsi pulmone inflammato cum febre acuta, sæpè non adest tantus calor, qui sputis rotunditatem præstet, quomodo Galeno asserenti credam, se sputa rotunda in febre carentibus obseruasse? Credendum est igitur Hippocrati, sputa rotunda perpetuò delirium (non phrenitidem) indicare. Ratioque in promptu est, quia cum sputa rotunda fieri non possint, nisi vehementi incendio pulmone ipso conflagrante, à quo materia in eius bronchijs maioribus contenta celeriter, antequam educatur, incrassetur, pituitumque feruore concipiat densioris, & tenuioris spumæ speciem præseferens, quibus mediantibus rotunditatem ipsorum vasorum retineat, Certum est, pulmone vehementer æstuante necessariò delirium subsequi, feruore illo ingenti septo transuerso communicato, ex cuius affectione excitari delirium, adnotatum est sæpius.

Vers. 59. Qui hæmorrhoidas habent, nequè pleuritide, nequè, &c.

Mar. n. 9. Hæc eadem vsque ad calcem sectionis paucis euariantibus libro de Humoribus vers. 188. continentur, quo in loco ad vers. 193. quidquid difficile in his inuentum est à nobis, apertum facere, & ad verum sensum reducere omni ingenio procurauimus: & ideò eadem repetere hoc in loco etiam, vanum esset.

Sectio

A

Sectio IV. Lib. VI. Epidemiorum

Vers. 33. Somnus in frigore contecto, somnus sedentium, erectorum dormitatio.

Si hæc verba superioribus connectantur, eorum erit sensus. Dicebat nuper, calidis naturis somnos vtiles esse, quales verò esse debeant, exponere nunc prosequitur. Somnus ergò triplex esse consueuit, vel longus & profundus, qui omnibus naturis conueniens est, & in lecto, & nocturno tempore plerumq. perficitur, huncque simplici denominatione somnum pronunciauit Hipp. vel breuis, & interdiu, in sella factus, somnumque sedentium dixit, vel tandem breuissimus, & interruptus, quo solent aliqui etiam stantes corripi, huncquè erectorum dormitationem appellauit. Hos autem omnes calidis naturis conuenire ait: ità vt quouis tempore, & quantum velint dormire eis licet. Somnus enim satis conueniens est huiusmodi

B naturis, vndè meridianum illis permisit lib. 1. de Diæta vers. 54. quem vt communiter noxium damnauerat. *Mar. n. 38.* Vnum tamen adnotauit circa somnum primum, vt in loco frigido subeatur, corporeq. pannis cooperto. In loco frigido quidem, vt frigidus aer inspiratus calorem internum compescat, corpore autem contecto, nè cutis poris ab ambientis frigiditate occlusis internus calor, augeatur documentum, quod sicuti calidis tantum semper competit: ità omnibus tempore calido adaptari potest.

Vers. 39. Inter vigilandum siti superficiariæ somnus medela est.

Sitim superficiariam idest, non admodum intensam somnū tollere, hic docet Hipp. & ratio est, quia somnus humectando leuiter sitim ex siccitate non magna corrigit, quatenus verò concoquit, siti ex cruditatibus acri qualitate præditis remedio est, dummodo præfatæ causæ non sint vehementes: quod sitis superficiaria tantummodo existens supponit, ex quibus pa-

C tet, non fideliter præsentem sententiam inter aphorismos translatam esse: dum sect. 5. aphor. 27. legitur. Admodum sitientibus, qui bibere appetunt, si super dormierint bonum. An verò aphorismus veritatem in se habeat, alijs iudicandum relinquo, hanc enim experimento nondum cognoui, & licet Galenus illius rationem afferre studeat: dum tamen valdè sitientibus potum dari iubet, infert tacitè, sitim illam non sperare à somno secandam fore.

Sectio V. Lib. VI. Epidemiorum

Vers. 17. In vulneribus sanguis concurrit, opitulandum igitur, vt vacuum impleatur.

Tromatis nomine, quod hoc in loco vsurpatur, intelligit Hipp. affectiones omnes, quæ extrinsecus violentia corpori aduenium, siuè hæc fuerit casus, siuè vulnus, siuè plaga, siuè distorsio, siuè quid simile. Quia igitur ad partem tromate læsam sanguis concurrit, vt hic

D fluxus inhibeatur, opitulandum esse, ait Hipp. vt vacuum impleatur. Quo quidem dicendi modo omnia ea præsidia comprehendit, quibus humorum fluxus à vulnerata parte prohibetur, hæc autem duplicis sunt generis. Alia enim partem ipsam affectam respiciunt, & hæc sunt deligationes, medicamentaque adstringentia, quæ vulneribus circumponuntur, quæ ea ratione sanguinis fluxum prohibent; quatenus constringendo partem ipsam, vacuum omne in ea existens quodammodo explent: ità vt humor eò ferri non possit. Alia totum corpus respiciunt, comprehenduntq. ea euacuationum genera, quæ fluxionem à læsa parte prohibere possunt, siue sit sanguinis missio, siuè purgatio, siuè inedia, quæ pariter ea ratione id præstāt: quia toto corpore euacuato, aut partibus affectæ particulæ proximioribus, vt vacuū illud expleatur, humores eò confluunt: vndè ad partem affectam non feruntur. Cum igitur ratione vacui reuulsio fluxioni occurrat, sequitur, non quamlibet euacuationem id efficere, sed eam

E tantummodo, quæ magna sit, ità vt per eam inanitio fiat, aut totius, aut partium loco affecto adiacentium. Quod dictum sit propter eos, qui duabus, aut tribus vncijs sanguinis extractis fluxionem auertere existimāt, & eò efficacius id fieri credunt, si huiusmodi euacuatio per reiteratas vices fiat, cùm enim ab huiusmodi euacuationibus non contingat vacuum, cuius gratia fluxio ad partem læsam prohibetur, qua ratione reuulsionem efficient? Sed hunc abusum alias indicauimus.

Vers. 20. Lingua vrinam significat, linguæ virides cum pallore, &c.

Quæ hoc in loco de vrinis habentur, totam vrinarū essentiam, & earum primas differentias à generationis modo desumptas continent. Vrinę enim nō semper ab ijsdē causis immutātur,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 359 sur 636

expeditq. scire, vndè vrina, quæ inspicienda offertur, mutationē, siuè alterationem habuerit, vt certū ex ea signum percipiatur, quod pleriquè Medicorū non animaduertentes ab vrinis sæpè decipiuntur, culpamquè in signi infidelitatem reijcientes, vrinarum inspectionem, quam tanti fecit Hipp, miserè contemnunt. Aliquando enim à ferositate alteratur humorum peccantium, & eo casu humorum dispositionem ostendit. Hancque respexit Hipp. dum dixit, Lingua lotium significat, Linguæ cloræ biliosæ, &c. eo quod, sicuti vrina peccantem in venis humorem ostendit: ità lingua concolor est τῶν πρεσσάντων, ideſt, prædominantis humoris (vox enim πρέσσαρις, præstantiam propriè, & imperium super alios significat) quapropter (subiungit Hipp.) per hanc humores cognouimus in corpore redundantes. Dum igitur inquit, lingua lotium significat, illud intelligimus, quod à fero humorum alteratur. Aliquando hæc eadem vrina mutationem accipit à cibis, & potibus, quorum coloribus ex parte coloratur, tum ob corporis dispositionem, tum etiam propter peculiares ingestorum facultates, v.g. crocus subruffam reddit. Rhabarbarum ruffam, Cassia croceam, & sic de reliquis. Medicus ergò hæc non ignorans, respectum habebit ingestorum, diligenter considerando, an ab his vrina alterationem habere potuerit; nec nè, & hoc pacto non decipietur. Tertiò tandem loco vrinam euariari contingit; quia ab humorum colliquatione vrinæ immixta alteratur, non in colore modo, & substantia; sed etiam in eius copia. Huius conditionis sunt illæ, de quibus dicebat Hipp. lib. 2. de Morbis à principio. Multum vrinæ emittitur, vbi caput nimium incaluerit, liquescit enim in ipso pituita. Cum igitur triplicem proponat vrinarum alterationis causam. Humores scilicet in corpore peccantes, cibos, & potus præassumptos, succorumq. colliquationem; tacitè nos admonet (quod nos superius adnotauimus) vt in iudicio de vrina ferendo cautè procedamus; distinguentes prius, a qua causa talis sit, ità enim ab ea non decipiemur.

Vers. 26. Si mammarum papillæ, & rubor pallidus fuerit, morbosum vteri vas est.

Sicuti cum mulier vtero gerit, aut menstrua alioqui suppressa sunt, mammarum papillæ, & potissimum earum basis, quæ perpetuo rubore quodam suffusa est, ruborem acquirit intensiorem (quo signo tanquam firmissimo grauiditatis mulierculæ vtuntur, quamuis incerto: cum id commune sit etiam ijs, quibus menstruæ purgationes suppressæ in vtero occultantur) eo quod sanguis in vtero, siuè cum fœtus præsentia, siuè absque eo consistens, de se significationem dictis partibus ratione consortij facit, ità pari ratione, quando eadem pars, quæ rubicunda esse natura consueuit, ad clorum mutatur, vterum prauis succis repletum indicat, & potissimum biliosis, à quibus vapores sursum eleuati mammarum papillas eodem consortio, inficiunt, ex quo euenit, quod hoc in loco dicitur. Si mammarum papillæ, & rubor earum pallidus fuerit, morbosum vteri vas est. Dixit vas, vt indicaret humores morbosum vterum efficientes in eius cauitate consistere, non per eius tunicas exteriores dispersos, hi enim non ità mammis communicantur, quemadmodum illi, qui in cauitate consistunt.

Vers. 29. In fluxionibus ad coxam, venas retrò aures, &c.

Demiror sanè Galenum, qui hanc sententiam, vt falsam omninò vituperauerit; asserens venarum post aures sectionem coxarum doloribus (quos hac voce καιδμαστα, significari ipsemet fatetur) nulla ratione, aut experimento salutarem esse. Nam quid clarius experimento Scytharum, de quo Hipp. lib. de Aere, Aquis, & locis sect. 2. vers. 198. loquitur enim hunc in modum? Medicantur autem sibi ipsis (sermonem enim habet de coxendico dolore illi genti ob assiduam equitationem familiarissimo) hoc modo. A principio morbi vtranq. venam retrò aures incidunt, quo facto, sanguine multo promanante, somnus eos corripit præ imbecillitate, sicque obdormiscunt, quorum quidem aliqui depulso somno sani exurgunt, aliqui verò minimè. Hoc est experimentum, quod quidem non caret ratione: quandoquidem, si vt libro secundo huius sectione secunda vers. 13. testatur Hipp. capitis dolor in pectus descendit, deindè in hypocondrium, deindè in coxam, quæ fluxiones in coxam à capite originem habere nobis significant, idque expressè libro de locis in hom. vers. 190. testatus est; quid mirum est, secta post aures vena, à qua sanguinis copia educatur, fluxionis materiam tolli: refrigeratoque per huiusmodi euacuationem capite, humores, qui exindè generantur, crassiores fieri, vt non facilè ad coxam fluere possint? sicque fluxione sedata, humoribusque in parte infixis per somnum concoctis, & morbo, & symptomati

Mar. n. 50.

Mar. n. 19.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 360 sur 636

A ptomati finis imponitur? Notabilis est casus iste, in quo reuulsio præsente morbo à remotissimis partibus fiat. An id peculiari consortio euenit? remediumque admirandum potius, quam à Medico imitandum ab Hipp. proponitur, cum fallax sit, & humanæ speciei infestum, quando, vt lib. cit. Hipp. testatur, indè plerique sterilitatem incurrunt? An potius in gratiam præseruationis administratur, cum hic sit de genere eorum morborum, qui certo tempore cessant, sed sæpius repetentes frequentibus molestijs extorquent, vndè eorum curatio consistit, nè inuadant amplius, quod ad præseruationem spectat.

Vers. 34. Eum qui veratrum bibit, si citius purgare voluerit, lauare oportet, aut comedere.

Sicuti nulla tutior via est Hipp. dicta interpretandi, quam ea, quæ eiusdem auctoris doctrina nobis ostendit, ità nihil magis periculosum erroris, quam sententias auctoris, præter earum significationē constringere, aut dilatare, quod Galenum, quem posteriores ferè omnes
B secuti sunt, vbiquè præstitisse inuenio, potissimum verò in huius sententiæ explicatione, quam ad quamlibet euacuationē medicamento factam, siuè sursum, siuè deorsum dilatando, absurdam, & irrationabilem reddidit. Cum enim mos fuerit antiquorum, & Hipp. maximè, per helleborū simpliciter prolatū album intelligere, quod etiam Gal. ipse concedit, cuius propriū est purgare per vomitum, his vocibus helleboro purga, nullam aliam euacuationem possumus intelligere, præter eam, quæ fit per superiora, & quantū distant superiora ab inferioribus tantū superna purgatio ab inferna differt, ità vt si illa in principio accessionū procuranda est, hæc in illarū remissione, si hæc in hyeme tutior est, illa in æstate, si sursum in imparibus diebus purgamus, id facimus deorsū in paribus, & nè omnia percurrere videar, concludamus, quæ vomitū adiuuant, pleraque infernas purgationes cohibere. Huius rei exemplū sit motus, qui quantum vomentes adiuuat, & ad vomitum promptiores reddit, tantum inferiores secessus retinet.
C Vndè qui aluum irritantem cohibere student, natura edocti hùc, & illùc mouentur: cuius contrarium faciunt illi, qui vomitum compescere student, imò, qui assumpta medicamenta difficulter retinent, tunc maximè ea euomere obseruatur, cum ad deijciendum è lecto exurgunt, aut quouis alio modo corpus mouent, quibus nihil magis confert, quam statim ab assumpto pharmaco somnum capere: adeò motus vomitiones adiuuat, somnus, & quies sistunt. Quod sect. 4. Aph. 14. & 15. confirmauit Hipp. nauigationis exemplo, quæ sicuti cunctis ferè nauseam, & vomitum inducit, ità pro maiori parte aluum adstrictam reddit. Si hæc igitur vera sunt, vt certissima esse, experientia demonstrat, non est cur ea, quæ de purgatione per helleborum facienda hoc in loco docemur, infernis purgationibus quibuscūq. conferre Hipp. consilio nobis persuadeamus, id enim eiusdem praxi omninò aduersatur, qui quotiescunq. sursum purgare intendit, balneum præmittit iuxtà præsentis sententiæ documentum:
D quo tamen in purgatione deorsum facta nunquam vsus fuit. Ad quam, vt copus disponat fomento aliquando vsus fuit. Hoc enim carnes laxantur, humoresq. quoquo pacto funduntur, vt facilius à medicamēto educi possint. Balneum verò non solum hæc eadem præstat, sed etiā humores sursum eleuat, euehitq. ad superiores partes, quod partium supernarū turgentia ex balneo attestatur, cuius gratia, quantum supernas euacuationes facilitat, tantū inferiores impedit, & difficiliores reddit. Addo etiam quia balneū pectoris partes humectat, ac rarefacit, periculū tollit, nè vena aliqua præ vomitus violentia rumpatur. Hoc idem præassumptus cibus, & potus præstat: & ideò vbiquè difficulter vomentibus consiliū dat Hipp. vt cibo, ac potu repleti vomant. Meritò igitur dictum est in præsenti contextu, lauare, & comedere oportere eum, qui helleboro citius purgari voluerit. Quo verò die, quamdiu hæc præcedere debeant docut Gal. in comento.

E *Vers. 38. Mulier, capta, elaterium, aut cucumerem siluestrem comedentes, pueris purgatio.*

Hac sententia existimauit Galenus confirmari eorum opinionem, qui alimenta, postquam concocta sunt, & in sanguinem conuersa, proprias adhuc vires conseruari existimarunt. Verum quia supponit lac ex sanguine in totum generari, quod Hipp. doctrinæ repugnat, qui lactis materiam pro maiori parte succum à ventriculo expressum statuit. Cuiusque opinionis veritatem defendimus suo loco, hæc sententia illis nihil fauet, quia non est mirum, si huiusmodi succus à ventre ad mammas expressus, sæpè statim, ac cibus assumptus est (quod ipsæ lactantes manifestè percipiunt) nullam ferè in eo alterationem perpessus, alimenti assumpti qualitates retineat etiam postquam in lac transmutatus est, quandoquidem in hac transmu-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 361 sur 636

tatione leuis alteratio intercedit, ità vt si mulier, aut capra elaterium, siuè medicamentum aliquod purgatorium assumat, lac puero purgatorium euadat. Dixit autem Hipp. aut capra, indicans, non semper licere nutrici sanæ in pueri gratiam medicamentum forte propinare, quale est elaterium, & cucumer sylvestris (à leuioribus enim non semper lac purgatorium redditur, vt ego sæpius expertus sum,) quo casu capræ dari poterit medicamentum, lac verò caprinum puero ad purgationem. Sed quæret aliquis, si lac purgandi gratia puero dare expediat, quo tempore medicamentum mulieri, aut capræ propinabimus? Huic respondeo, si vera esset Galeni, & sequacium opinio, lac scilicet ex solo sanguine omninò generari; ad minus per diem antè dandum esset medicamentum, quia antequam per tot coctiones pertranseat minus temporis intercedere non potest. At ipse obseruaui nuper in D. Franciscæ, vxore magistri Baptistæ de Castellis, cuius historiam enarrauimus libro de Nat. Pueri vers. 250. lac purgatorium minus horæ spatio factum esse. A B

Vers. 39. *Calido corpori id, quod comedit intrinsecus frigiditas, &c.*

Nihil duritatis, aut absurdi continet præsens sententia, si mens auctoris rectè percipiatur, inquit enim, calidas naturas ab assumpto alimento refrigerari intrinsecus, exterius verò à Sole, igne, & vestitu tempore æstiuo lædi. Quod verò ad primam sententiæ partem attinet, nihil euidentius experientia percipitur, quam calido temperamento præditos ab assumpto alimento statim refrigerari, & è contrà per inediam incalescere vehementius, qui quidem effectus rationem habent euidentem, quia enim ex alimentis assumptis substantia calida innata reparatur, quæ in calido, & humido temperata est, & in quadam mediocritate consistit; indè euenit, vt corpora perfrigerata ab alimentis incalescant, immodicè autem excalefacta, refrigerentur, eo planè modo, quo aqua mediocriter calida, & feruentem permixtione refrigerat, & frigidam calefacit, quia igitur calor in calidis naturis acris est, & mordax, eò quod C in substantia ob humidi penuriam, sicciori fundatur, & per inediam absumentem humidum, etiam acrior euadit; ab assumpto alimento, quod humidam substantiam reparat, adeò temperatur, vt corpus manifestè refrigerari percipiatur, sed cur addidit intrinsecus? quia extrinsecus totum oppositum potius contingit. Nam sicut corpora per insolitam inediam adeò intrinsecus incalescunt, vt, quemadmodum 2. Acutorum adnotauit Hipp. calidam vrinam mingant, & alui egestio ijs comburatur, os amarescat, & tempora palpitent, exterius tamen nihilo calidiores fiunt: imò aliquibus (vt ibidem testatur Hipp.) extremæ partes refrigerantur: ità vice versa; cum corpora ab assumpto alimento interius refrigerentur, exterius incalescere potius est rationabile. Nam si per inediam calor ad interiora recurrens, extremorum refrigerationem facit, assumpto alimento foras dispergi debet, & hoc modo partes interiores per inediam excalefactæ à cibo refrigerantur, exteriores autem præ inedia per caloris D concentrationem refrigeratæ ab assumpto cibo incalescunt, quod etiam experientia ipsa demonstrat, hæc autem non omnibus naturis eueniunt, sed calidis tantummodo. In frigidis enim contrarium potius euenit, his enim calor intrinsecus debilis existens ab alimento corroboratur, vndè internus calor augetur, exteriusquè refrigerantur calore ad interiora recurrente, & hæc quo ad primam sententiæ partem: ex qua pulcherrimum, & in praxi vtilissimum documentum colligimus: calidis naturis, dum intrinsecus à calore febrili incenduntur, sorbitionem aliquam dare, non esse absurdum: nam statim calor ille igneus remittitur: & eò magis, si facultate refrigerandi polleat; qui in alijs naturis accenditur magis, vt experientia ipsa me docuit. Subiungit posteà Hipp. (& est secunda pars huius sententiæ) Forinsecus autem dolor à Sole, igne, vestitu in tempore æstiuo. Quæ verba sicuti satis aperta sunt, ità rationem habent euidentissimam: in quibus illud consideratione dignum occurrit; cur non E dixerit Hipp. calidas naturas ab his calefieri? Quia id non calidis tantummodo, sed omnibus contingit, quamuis non omnibus æquè noxam inferant, sed calidis tantum, & ideò has dolere, hoc est malè affici ab his testatur, concludit tandem, contraria contrario modo, quasi dicat, si calidæ naturæ intrinsecus refrigerantur ab alimentis, & ab inedia calefiunt; exterius verò è contrà, similiter à Sole læduntur ab igne, & à vestitu in calidis temporibus: ità frigidæ naturæ à cibis intrinsecus calefiunt, & refrigerantur extrinsecus, & ab inedia interius refrigerantur, exterius verò calefiunt potius, & à Sole, ab igne, & à vestitu non adeò læduntur, quemadmodum de calidis dictum est.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 362 sur 636

A

Sectio VI. Lib. VI. Epidemiorum.

Verſ. 2. Calidior venula ſanguinis multitudine exuſtum producit, &c.

Quamuis Galenus quorundam antiquorum huius ſententiæ expoſitionem damnauerit, propriamquè pluribus rationibus confirmare ſtuduerit: nihilominus antiqua mihi videtur probabilior, ſi enim iuxtà Galeni interpretationem intelligamus, arterias exuſtum, hoc eſt, fuligoſum excrementum producere, illudq. ſtatim per ſyſtolem expellere, fruſtrà additum eſſet, ſanguinis multitudine, cum certum ſit, & cum ſanguinis multitudine, & abſque ea fuligoſum excrementum continuò ab arterijs expelli. Præterea ſequentia verba: Quibus quidem pingue, bilis flaua: quibus autem ſanguis, atra, quæ à ſuperioribus omninò dependent (quod etiam Galenus concedit, licet eorum continuationem iuxtà propriam interpretationem demonſtrare non potuerit) præfatam expoſitionem manifeſtè confirmant, iuxtà quam inquit Hipp. vena calidior effecta ſanguinis multitudine febrem ardentem producit. Hæc enim ſunt ferè eadem, quæ de generatione febris ardentis 4. Acut. à principio ſcripſit Hipp. *Mart. p. 24.* hunc in modum. Febris ardens fit, quum reſiccatæ venulæ tempore æſtiuo acres, & bilioſos ichores attraxerint. Nam quod hoc in loco ait, venula calidior, in Acutis inquit, venulæ reſiccatæ tempore æſtiuo, & quod hic legit, ſanguinis multitudine, quæ venarum repletionem facit, ibi legimus, vbi acres, & bilioſos ichores attraxerint. At quis ignorat, venis ſeroſitate repletis plenitudinem quodammodo ſanguinis conſtitui: illa inquam, quæ quo ad vaſa vocatur? Quæ quidem abſquè dubio manifeſtant, antiquorum expoſitionem Hipp. doctrinæ conuenire magis, quam eam, quam Galenus excogitauit, licet non audeam affirmare, ad febrem ardentem ſententiam reſtringi debere, quam Hipp. modò καυσον, modò πυρετος καυσωδης appellare ſolet, non ſimplici voce καυσωδες, qua communiter exuſtionem, ſiuè feruorem intelligimus, licet hæc plerunquè febrem ardentem, aut aliam ingentis caloris producat. Ad hanc tamen non ſe reſtrinxit Hipp. & ideò febrem tacuit, dixitquè ſimpliciter: Quotieſcunque venæ excalefactæ replentur, exuſtionem, ſiuè feruorem excitari. Subiungit indè, ἢ ἐνθὺς ἀποκρίνει, hoc eſt, ſtatim ſecernit, verbum enim ἀποκρίνειν non magis expellere, quam ſecernere, ac ſegregare ſignificat. Quarè ſicuti in rebus externis per ebullitionem partes diuerſæ naturæ ſimul permixtæ, ità ſeparantur adinuicem, vt indè percolatione mediante, aut per reſidentiam inuicem diſiungantur: ità feruefcentibus in venis humoribus eorũ fit diſgregatio, ex qua, quibus quidem (ſubiungit Hipp.) pingue bilis flaua, quibus verò ſanguis atra, hoc eſt, quibus corporibus pinguis ſuccus, ac leuis abundat, flaua bilis oritur, eodem caloris violentia in bilem tranſmutato. Quibus verò ſanguis paulò ſcilicet craſſior, in his atra bilis producitur. Hoc eſt enim, quod toties à Galeno audiuimus, ſanguine putreſcente (putreſcere enim humores per febres cenſet Galenus, quos Hipp. incaleſcere, feruere, aut exuri exiſtimauit) quidquid in eo tenuiſſimum eſt in bilem, craſſiſſimum verò in melancoliam verti. Hanc verò ſegregationem ſtatim fieri, ait Hipp. licet humorum excretio non ſtatim, nec ſemper ſubſequatur, vt huius tranſmutationis celeritatem indicaret, quam, & ipſe Galenus viſus eſt confirmaſſe lib. 2. de Crif. cap. 12. dum inquit. Liquet autem, quod cum hic putreſcere cœperit (de ſanguine loquitur) non amplius bonus remanet, ſed in amaræ bilis naturam tranſit. Ex quibus patet ſententiam hanc iuxtà allatam interpretationem Hipp. doctrinæ omninò conuenire, non aduerſari, vt credidit Galenus.

Verſ. 4. Mentis, memoriæ, olfactus, aliorum etiam famis inſtrumentorum exercitatio.

Ità enim Græci contextus oratio verbum, è verbo reddito latino ſermone legitur. Fuxius verò (quandoquidem, nec Galenus, nec Valeſius huius ſententiæ quidquam meminere) eam tranſtulit hunc in modum, mentis, memoriæ, odoris, aliorumquè inſtrumentorum, & appetentiæ medico cura, & meditatio ſit, Caluiquè verſionem damnat, quæ hoc pacto ſeſe habet. Mentis, memoriæ, odoris, famis, cæterorumq. inſtrumentorum exercitatio concitamentum eſt. Quarum duarum verſionum ſi quis meliorem à me expoſceret, poſteriorem ſemper iudicarem, tùm quia lectioni græci contextus magis conuenire videtur, tùm quia ſenſum admittit Hippocratica maieſtate digniorem, qui talis eſt, inſtrumentorum exercitationem ad mentem, memoriam, odoratumquè, ad aliaquè huiuſmodi conferre, nec non ad appeten-

tiam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 363 sur 636

tiam excitandam. Quæ quidem sententia verissima est, nam si per instrumentorum exercitationem membrorum corporis moderatos motus intelligamus, certum est, exercitationes corporis secundum rationem factas, per quas, & calor innatus excitatur, excrementorumque excretio perficitur; ad mentis, memoriæque, & olfatus, aliorumque sensationum perfectionem plurimum conferre; exercitationibus enim vtitur Hipp. non ad corporis modo affectiones, sed etiam, vt mens, seu (quemadmodum ipse loquitur) anima ex insipienti sapiens reddatur, quod manifestum faciunt ea, quæ lib. 1. de Diæta continentur. Ad famem verò, siuè appetentiam excitandam, quantum possit exercitatio, nemini est ignotum. Si verò per organa, peculiaria instrumenta dictarum operationum intelligamus, hoc etiam sensu sententia erit verissima. Quandoquidem ad mentis, & memoriæ, sensuumque omnium acutiem excitandam nihil magis confert, quam si eædem potentiæ frequenter circà propria obiecta exerceantur. Appetentia pariter per exercitationem proprij instrumenti, oris ventriculi (inquam) comparatur. Vndè Galenus 2. in 6. Epidem. tex. 32. hæc scripsit. Os ventriculi infirmum per eructationem, tanquam per propriam exercitationem corroborari aiunt; eructationesque citare consulunt, non per medicamenta solum, sed ipsum assiduè eructare studentem, cum quemlibet exiguum spiritum in ore ventriculi sentiat. At Sabinus ex vasculo anguſti oris bibentem ructus mouere iubet. Hanc igitur præsentis sententiæ expositionem verissimam esse, verbisque congruentem existimo, nec damnandus erat Caluus, si pro ea dilucidanda vocem addidit, concitamentum est, hanc enim ex verborum serie, & orationis significatione emanare notum est. Nam multò acrius reprehendendus est Fuxius, quippè qui præterquam quod minus propriè vocem ἄσκησιν curam, & meditationem vertit, reliquorum expositio, quam ipse adducit Hipp. verbis plurimum aduersatur, exponit enim, Medicum ex operationum consideratione in cognitionem affectionis, seu dispositionis instrumentorum deuenire, quod verba ipsa nullo modo continent, imò contrarium potius inferre videntur, scilicet ex instrumentorum dispositione in cognitionem operationum deueniri; dum inquit (ipsomet Fuxio interprete) instrumentorum meditatio Medico habenda est, quæ instrumenta consideranda proponuntur, non ex eorum actionibus coniectanda.

Vers. 6. Frigidior in frigido tempore, ac regione calidior est.

Varijs expositionibus, quæ, & à Galeno & Valesio huic sententiæ accommodantur, hanc adderem, eos, qui in hyeme, & in frigida regione frigidiores sunt ad tactum, aut frigus vehementius persentiunt, alijs calidiores esse. Notum est enim, calidas naturas sicuti calorem intensiorem habent, ità propter humidi substantifici penuriam, quod mole exiguum habent, frigoris vehementiæ minus resistere, & eò minus, quia cum carnis moles his exigua sit, & rara cutis, frigus externum interiores partes facilius penetrat, quam in illis, qui ob temperamenti frigiditatem contrario modo sese habent, & ideò calor statim in his à frigore superatur, vndè frigidi ad contactum apparent.

Vers. 18. Turbationes, & transitus.

Turbationes hic appellantur ea symptomata, quæ instante crisi ægrotantes perturbare consueuerunt. Transitus verò morborum, & humororum transmutationes, his enim duobus modis morbos plerunque terminare, est manifestum; & ideò à Medico considerandos esse in hac sententia docemur, quorum naturam, exemplis demonstrare conatur, & primo loco agit de transmutatione vnius morbi in alterum exemplo doloris lateris, quando ad delirium conuertitur, quæ quidem transmutatio, quia aliquando vtilis est, aliquando pernitiosa, per febrem vtilem ab inutili distingui, ait, quia si superueniente delirio febris vnà cum dolore lateris desinit, vtilis est hæc transmutatio, quia indicat morbum lateralem, qui acutus est, & periculosus in melancoliam transmutatum esse, quæ est sine periculo. Hancque transmutationem in Metone factam legimus 1. Epidem. sect. 3. vers. 157. qui ex morbo acuto iudicatus, sine febre per aliquot dies indè delirauit. Aliquando verò pernitiosa est transmutatio doloris lateris, & cuiuslibet morbi acuti in delirium, quando facta transmutatione febris perseuerat, & hæc transmutatio frequens est, dum ex pleuritide in peripneumoniam fit transitus, aut in sepsi transuersi inflammationem, hos enim morbos deliria plerunque concomitantur. Dum verò subiungit, sed cum sudoribus, quibusdam verò cum turbatione; quibusdam verò cutis arida, & circumtensa, & salsuginosa, alterum solutionis genus explicat (hanc per

Aegr. 7.

crisim

A criſim fieri,& hoc nomine turbationis ſignificari adnotauimus ſuperius) idq. tribus criſis ſpeciebus, quæ morbos plerunque iudicare conſueuerunt. Per ſudorem nempè, per alui turbationes,& cutis exaſperationem, per hanc enim morbi acuti iudicari aliquando conſueuerunt, materia morbifica ad cutim expulſa, vndè arida,circumtenſa,& ſalſuginoſa redditur.Hæc explicatio cum Valeſij interpretatione plurimum conuenit, in quibus verò differat adnotare vellem lectores.

Verſ. 23. In recidiuis mutationes proſunt, his tranſmutare oportet, &c.

Hanc particulam diuerſimodè exponunt interpretes, propter vocem παλιμβόλοισιν, quæ plura ſignificare poteſt.Fuxius morbos,plures tranſmutationes habẽtes,interpretatur, hancq. pluribus rationibus confirmare conatur, ſed non video, quomodo mutationes in huiuſmodi morbis inconſtantibus prodeſſe poſſint,etiam ſi in melius fiant,quando propter naturam morbi inconſtantem, nequè hæc mutatio tuta erit, imò morbum in melius tranſmutari, in alijs
B omnibus vtilior erit,quã in inconſtantibus: in quibus nihil aliud expeti debet,niſi,vt ſtabiles, &conſtantes fiant,quo cõueniens curatio adaptari poſſit, Hipp.enim 4.Acutorũ verſ.157.di- Mar.n.46.
cebat inconſtantes febres ſinere oportet, donec conſtent, quarè hæc expoſitio penitus reijcienda eſt, Valeſius verò vertit,in doloſis morbis, ſententiamquè ad curatiuam partem reducit,exponens,ſi qua mutatio circà ægrotantem facienda ſit in doloſis morbis,eam fieri debere, antequam morbus firmetur, & in vigore conſiſtat. Verùm,cum id in omnibus morbis faciendum ſit,ſententia nimis inſulſa redditur. Cornarius tandem in reſiduis tranſtulit,cuius interpretationi plurimum fauet Cherionis morbus, in huius ſentẽtiæ confirmationem ab Hipp. adductus. Hic enim,vt lib.3.Epidem. ſect.2.verſ.10.narratur, recidiuam paſſus eſt,morbiquè tranſmutatio in recidiua facta eſt;cuius beneficio à morbo difficillimo,ac grauiſſimo tandem
C liberatus eſt. Cornarij igitur interpretationem amplectentes dicamus, in morbis recidiuas habentibus bonum eſſe mutationem fieri prioris morbi in alium à priori diuerſum, dummodo talis mutatio ad conuenientia fiat, non ad peiora, & ratio eſt, quia per eadem recidiuare morbum, cauſæ firmitudinem ſignificat; quæ morbum grauiorem,& contumaciorem reddit. Addit autem hanc tranſmutationem optandam eſſe, antequam principalis morbus labem parti affecti introducat, quod verbum κακωθῆναι importat, quia tunc nulla mutatio expectari poteſt, cum ſit neceſſe morbum redire eundem, cum eadem pars affecta permanet, & ſi fortè mutatio aliqua contingat, grauior erit geminato malo, dum priore parte affecta perſeuerante, per recidiuam nouus morbus inuadat, & qui aliam ſedem occupet. His hunc in modum explicatis patet, hanc ſententiam ad prognoſticam partem,non adcuratricem pertinere.

Verſ. 36. Quartana febris non vltra annum.

D Vox πρόσω, ſiuè antè, ſiuè non vltrà interpretetur æqualiter ſententiam omninò falſam reddit, nam ſicuti plurimæ quartanæ antè annum iudicari quotidiè obſeruantur, ità nullus eſt, qui quartanas vltrà annum perduraſſe non viderit. Quarè, vt manifeſtum mendacium ab Hipp.doctrina tolleret interpres, ſententiamq. probabiliorem redderet hæc verba ſuperioribus annectens hoc pacto legit.Poſt defluuium capillorum quartana febris non vltrà annũ.Hoc enim modo accepta ſententia ſatis rationabilis eſt,& fortaſsè etiam vera, nam cum defluuium capillorum à melancolia excitari poſſit: quemadmodum etiam Alexander adnotauit,ſi contingat poſt huiuſmodi defluuium materiam adhùc in corpore ſupereſſe, quartanam ſuperuenire non eſt inconueniens, verùm ſicuti melancolia ſimplex defluuium capillorum non facit, niſi acris, & mordax ſit, ità ab hac febre admodum diuturnam excitari eſt impoſſibile, propter eandem rationem,ob quam,vt dicebat Hipp.2.Aphor.25.Aeſtiuæ quartanæ breues,autumnales verò longæ eſſe conſueuerunt,cum ergò hæc de neceſſitate breuis ſit,vltrà annum
E perdurare,eſt impoſſibile. Quod ſi quiſpiam aduerbium πρόσω, antè transferat, ità vt ſenſus ſit,quartanam febrem antè annum non inuadere,probabilis quidem erit interpretatio, an verò æquè vera ſit,non noui, eſt enim rationabile in ea ætate non fieri quartanam, in qua propter caliditatis,& humiditatis exceſſum atram bilem dominari,videtur impoſſibile, ità vt febrem quartanam inducat.

Verſ. 46. Similiter, & bilioſum, & ſanguineum corpus atrabiliarium, &c.

Hæc vox,ſimiliter,reſpicit antedicta: quaſi ſicuti in præcedentibus plurima à Medico conſideranda propoſuerat; ità nunc perpendat hoc,videlicet, & bilioſum, & ſanguineum corpus atrã-

atrabiliarium fieri; nisi habeat euacuationes, atrabiliarium verò fieri, ait non solum, quia atrabilis in huiusmodi corpore generabitur; vt Fuxij habet interpretatio, sed etiam, quia temperamentum in atrabiliarium transmutabitur, id autem euenire ait, nisi habeat euacuationes, qua voce comprehenduntur excretiones omnes, tàm, quæ omnibus hominibus naturæ instituto sunt cõmunes; quam quæ peculiari quadam dispositione quibusdam contingunt. v.g. hæmorrhoides. Quarè impropriè transtulit Fuxius, perspirationes, quia cohibita transpiratione, quæ fit per cutim, nõ est necesse, melancoliã in corpore abundare, cũ aliundè expurgatio fieri possit, nec transpiratio, quæ est substantiæ tenuissimæ euacuatio, sufficiens est humoris melancolici generationem prohibere, quando temperamenti dispositio ea est, vt huius humoris copia in corpore producatur. Vult ergò Hipp. præfatas complexiones habitum melancolicum tandem contrahere, nisi ætatis progressu aliqua euacuatio ipsi superueniat, qui illi humori conueniat, & eò magis id timendum est: si naturales, & omnibus communes supprimantur, aut peculiares retineantur, veluti si aluus ex molli siccior fiat, aut vrinæ copia minuatur, vel hæmorrhagia aliqua consueta supprimatur. Huius ratio est in promptu, & ab interpretibus satis explicata, ex hoc autem loco constat, Auicennam perperam sensisse pituitam per exustionem in atram bilem verti; quemadmodum cæteris humoribus euenit, quia si hoc verum esset, non dixisset Hipp. bilioſos tantummodo, & sanguineos atrabiliarios fieri, quia id etiam pituitosis eueniret, si pituita in atrabilem transmutari immediatè posset.

Sectio VII. Lib VI. Epidemiorum.

Vers. 48. *Sanguinis venarum suppressiones faciunt animi deliquium, &c.*

Quamuis omnem sanguinis eruptionem à venis emanare sciret Hipp. hoc tamen in loco hanc particulam venarum addidit, vt indicaret eas sanguinis fluxiones intelligere, per quas sanguinem immediatè à venis emanare conspicimus: ità enim illæ sanguinis excretiones excluduntur, quæ ab internis partibus contingunt: vt putà per sputum, per vomitum, item menstruorum eruptiones, dyssenterias sanguineas, & similia. His enim minimè succurrunt ea, quæ venarum suppressiones facientia, adnumerantur in textu, partim quia ipsis venis, vndè sanguis exit adhiberi nequeunt, veluti interceptio, linamentum intortum, appositio, & deligatio: partim quia his nihil conducunt, vt figura alterata; partim tandem, quia contrarium potius operantur, veluti animi deliquium: quod quidem si sanguinem aliquando sistit, videlicet, quando è partibus à viscеribus remotis (quò sanguis per animi deliquium conuertitur) exit. v.g. à naribus, in sanguinis tamen internis excretionibus tantum abest, vt eas supprimat, quod sæpè eas adauget, dum sanguis per animi deliquium versus partes internas conuertitur, à quibus excretio contingit. Qua ratione autem remedia in textu recensita sanguinem egredientem à venis sistant, abinterpretibus sufficienter indicatum est.

Vers. 50. *Inguinum, glandularumq. tumores plurimi fiebant, eò quod, &c.*

Bubones propriè dicuntur tumores inguinum, etiam si hoc nomen commune sæpius fecerit Hipp. omnibus tumoribus glandularum, quæ sunt in emunctorijs appellatis; quod etiam hoc in loco factum est, quod cum obseruauerit interpres, verbum illud ἐξωλκωσεν το, transtulit, inguinum glandularumquè tumores fiebant. Inquit ergò Hipp. in prædicta constitutione, siuè alia pestilenti, multis factos esse tumores circà adenes, tùm inguinum, tùm axillarum, in inguinibus quidem hepatide affecta, hoc est, humore putrescente in illa vena, quam ipse hepatidem vocat lib. 1. de Morb. sect. 2. vers. 218. cuius oppositam splenitim ibidem appellat, sub axilla verò fiebant, si arteria affecta esset. Quid verò per arteriam intelligat, ambiguum est, possumus enim intelligere asperam arteriam, nam hoc modo sententia non carebit ratione, solent enim humores in glandulis sub axilla de se significationem facere, tumoremq. ibi excitare, quotiescunque pars aliqua ad medium ventrem spectans insigniter afficitur; in quarum numero absque dubio aspera arteria continetur. Quarè cum tussis ex distillatione in ea constitutione vagasset, verisimile est, æstate adueniente humores acriores effectos in transitu euidentius asperam arteriam læsisse; vndè prædictæ glandulæ intumuerint, si verò arteriæ nomine eam accipimus, quæ magna arteria vocatur; cuius originem à corde ipsemet Hipp. cognouit, vt ex lib. de ossium natura, & ex lib. de corde apparet; non minus probabilis sententia

Mar. n. 23.

A tentia euadit, scimus enim, in pestilenti statu passim in his locis apparere tumores indicantes malignam putredinem vasa cordi, & visceribus proximiora occupare, qui quidem tumores tantò grauiores sunt sub axilla, quam in inguine, quantò peius est putredinem cordi propinquam esse, quam hepati: ità vt meritò dixerit Hipp. tumores hos ab arteria malè affecta prouenientes malũ esse signum, quod in Possidonia obseruatum est, & hæc expositio probabilior videtur, ex qua colligimus, quotiescunquè in peste bubones hi apparent, si in inguine fiant, venas maiores ad hepar affectas esse, si verò sub axilla oriantur, arterias propè cor sitas maligna putredine obsessas esse, coniectandum.

Vers. 54. Et anhelosi, cum sudoribus pereuntes malè habebant.

Ità vertit Cornarius, quorum verborum hic est sensus, dixerat in præfata constitutione, ex sanguinis fluore pereuntes, sine sudore mortuos esse, subiungit modo eos, qui cum sudori-
B bus interibant anhelantes, & laboriosè exhalasse spiritum. Solent quippè morientes aliquando sensim, & quodammodo latenter ad interitum peruenire, quod mortis genus proprium est eorum, qui per resolutionem, quam dicunt, moriuntur, quo quidem modo probabile est interijsse illos, qui à sanguinis fluxu perempti sunt. Aliqui verò è contrà cum anxietate, & maximo labore moriuntur, idquè euenit ijs, qui impetu morbi, & humorum copia prementibus è medio tolluntur & hos sudor magnus concomitatur vt plurimum. In hunc igitur modum hos mortuos esse, ait Hipp.

Vers. 63. Quæ circa cor Xenarce, & calidum aceruatim benè spirare, & vlcus pro euacuatione ab initio fouere.

Præsentis particulæ explicatio non est prætereunda, continet enim (quemadmodum ego interpretor) præceptum ad praxim non aspernendum, hoc autem est, post sectionem hydro-
C picorum (nam de his præcedens sermo huic continuatur) aqua immodicè educta mors quandoquè sequitur, ob spirituum dissipationem repentinã, quandoq. verò affectio cordis, seu oris ventriculi subsequitur, cuius natura non exprimitur in contextu, quamuis Fuxius dolorem appoſuerit in sua translatione, satis, vt apparet, licentiosè: cum doloris in nullo græco exemplari fiat mentio. Ex curatione tamen, quam adhibuit Hipp. videtur posse colligi fuisse principium, siuè viam quandam ad syncopim, quæ ad immodicas euacuationes frequenter succedit. Ad duo enim potissimum curationem direxisse videtur Hipp. quæ syncopis sunt familiaria. Primò nanquè caloris extinctioni imminenti occurrit per calidum benè olens confestim inspiratum, idquè significauit verbo ἐυπνεῦν, quod benè spirare significat, quarè sicuti non magis propriè benè spirare dicitur ille, cui inculpata est respirationis actio, quam qui optimo ad inspirandum aere fruitur, ità non impropriè locutus est Hipp. dum optimum, &
D spiritibus vitalibus congruentem spiritum inspirari volens, benè spirare ægrotantem iubet, quod quantum syncopi tollendæ, aut præcauendæ præstet in ijs, qui ex immodica euacuatione eam incurrunt, omnibus notum est. Calidum ergò, & benè olens inspirandum iubet, & aceruatim multum: facta nempè rerum benè olentium euaporatione copiosa, quæ in admota multitudine impellente citius ad cor per pulmones peruenire possit. Calidum verò, & benè olens eligit, quia quod est huiusmodi cum vitali spiritu, cuius restauratio attenditur, maximam analogiam habet, videant ergò interpretes, quam temerarium sit in obscuris verbis lectionem immutare, quandoquidem dum pro ἐυπνεῦν ἐσπεῦν, aut ἐκπνεῦν legunt, imperfectam, & defectuosam orationem constituunt, sed ad institutum redeamus. Alterum quod in hoc casu faciendum iubet Hipp. est, vt interim ab aquæ eductione desistamus, sed eius loco, vulnus sectione ad aquam educendam factum, calidis foueamus, eo scilicet consilio, vt vndè
E spirituum prouenit dissipatio, & caloris extinctio, indè eiusdem caloris reintegratio quoquo modo procedat, vel etiam, nè fortè pars vulnerata in ea corporis refrigeratione corruptionẽ, & sphacelum contraheret, vel denique, nè aqua in abdomine contenta refrigescens caloris emorientis reparationem impediret. His igitur de causis admonet nos Hipp. vt loco eductionis aquæ vulnus calidis fomentis foueatur, quod etiam consentit ijs, quæ lib. de Loc. in Hom. sect. 2. vers. 68. leguntur, dum post sectionem hydropicorum, fomentis vtendum esse, locumquè apertum calido medicamento illiniendum iubet Auctor.

Vers. 72. Spiritus tabescentibus obscuri mali, & non parientibus.

Vox κακὸν, ideſt malum, in morbis exitiosis plusquam læthale importare alibi adnotauimus,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 367 sur 636

mus, quarè cum hoc in loco sermo habeatur de tabe morbo ex sui natura læthali, dum in tabidis malam esse respirationem obscuram inquit, eos iam morti proximos esse intelligendum est, nequè id præter rationem. Spiratio enim imminuta adeò, vt vix oculis percipiatur in tabidis, emorientis facultatis certissimum inditium existit, cum nulla alia causa concurrere possit, quæ respirationem obscurare queat. Si ergò huiusmodi respiratio tabidis instantem mortem minatur, dum subiungit, & non parientibus, his eandem pernitiem indicare, asserendum est. At dicere, sterilibus, alijsq. mulieribus ex quacunque causa non concipientibus respirationem obscuram proximam mortem ijs atteſtari, absurdum est omninò. Nam cui non datum est, videre huiusmodi mulieres præfocatione vteri correptas, sine respiratione, aut admodum exigua instar mortuorum iacere? quæ soluta præfocatione statim exurgunt, propria munia exercentes, ac si nihil mali perpessæ fuissent? Aliter ergò interpretanda est præsens sententia, ac cæteri fecerunt expositores, & quia vox ἄτοκος, quæ partus priuationem importat, non magis conuenit sterilibus, & quæ nunquam pepererunt, quia in vtero non conceperunt, quam illis, quæ cum vtero gerant, partus tempore adueniente parere non possunt; in hoc secundo significato accipienda est in hac sententia, à qua docemur, mulieres, quæ à laboribus partus diu vexatæ parere nequeũt, si respiratio obscura superueniat, proximas esse morti, pronuntiandum esse, & ratio est, quia cum huiusmodi mulieres ob partus labores magnam respirationem edere cogantur; si pro hac, parua, & vix conspicua fiat, extinctionis caloris manifestissimum inditium est. Subiungit posteà, & quicunque alij tales ab eadem constitutione, significans, huiusmodi spirationem non prædictis modò malam esse, sed etiam cæteris omnibus, qui ab eadem causa in eam incidunt.

Vers. 94. Hæc ex parua tabella consideranda sunt.

Hæc tanquam indicaturam quandam subsequentiũ appositа esse, existimant omnes, ego verò libentius præcedentibus eadem continuarem, ità vt per hæc significare voluerit Hipp. supradicta de tempore, & modò formationis, gestationisq. fœtus alibi exactè pertractata esse, vt de ijsdem hoc in loco plura scribere non fuerit opus, librum verò indicans, in quo de his actum est, paruam tabellam vocat.

Lib. VI. Sectio VIII. Epidemiorum.

Vers. 10. Prodeuntia, & egressa nosse oportet, vndè cœperunt, aut vbi, &c.

Fuxius hanc sententiam, quæ ad omnia excretionum genera extendi posse videtur; ad solos sudores referens, non ineptè interpretatur, verum etiam si de omnibus excretionibus intelligatur, non ob id sequitur, earum omnium sapores considerari voluisse Hipp. sed earũ tantummodo, quarum dignotio ab ęgrotante haberi potest, cuiusmodi sunt sputa, vomitiones, lachrimæ, sudores, & quæ per nares excernuntur, hæc enim excrementa omnia cum in os ægrotantis dilabi possint eorum sapores facilè distinguere poterit. Alia enim excrementa cõsultò deguſtare, nec Medicũ, nec ægrotantem decet, & ideò sub hac sententia nõ cõprehenduntur.

Vers. 21. Aetatem ab ætate, & an prius, an posterius, quam conueniat, veluti si resolutus est hyeme, & senili ætate, aut infanti, & æstate.

Quum Græci contextus omnes hæc iuxtà versionem præscriptam legant lectionem immutare non decet, vt sententia euadat clarior, & vtilior, quod Valesiũ fecisse inuenio, explicetur ergò prout se habet. Duo proponuntur hoc in loco ab Hipp. medico considerանda, primũ, vt ætatem ab ætate distinguat. Alterum, vt animaduertat quidquid in ijs contigerit, an prius, an posterius, quã conueniens sit, eueniat. Quantum verò referat Medico distinctio in morbis ætatis ab ætate; omnibus est manifestum, idq. significauit Hipp. eo Aphorismo. In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, & ætati, & habitui, & tempori morbus magis affinis fuerit. Sunt enim cuiusquè ætatis peculiares morbi, de quibus 3. sect. Aphor. abundè tractatur. Debet igitur Medicus ætatem ab ætate distinguere, & non ignorare morbos in hac ætate, quam in illa mitiores esse, & curatu faciliores. Debet etiã animaduertere, an ea, quæ contingunt, prius, an posterius fiant, quam conueniat, & hæc conuenientia considerari potest, tùm respectu ætatis, tùm anni temporis, si ad anni tempus referatur, consiliũ Hipp. erit, plurimũ conducere Medico animaduertere, an morbi in aliqua constitutione vagantes, conuenientem anni temporis

inuasio-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 368 sur 636

A inuasionem seruauerint, an potius anticipauerint, an postposuerint, & an in tempore congruo fiant, an incongruo, quando, & anni tempora, quemadmodum, & ætates peculiares morbos habent, de quibus loco citato mentionem facit Hipp. si verò ad ætates hæc temporis conueniẽtia referatur, hæc duo esse possunt affectus, scilicet, præter naturã contingentes, & res naturales ætatis mutationem consequentes, & primum exponit exemplo paraplegiæ, quæ cum sit morbus congruus, & hyemi, & senili ætati, tertia enim sectione Aphor. dictum est: Apoplexiam, cuius germana est paraplegia, morbum esse peculiarem senum, & in hyeme potissimum contingere, inquit ergò Hipp. multum referre, an quis resolutus sit hyeme, & in senili ætate; an potius in æstate, aut infantia, in hoc enim casu morbus grauior erit, quam in illo. Si verò ea respicimus, quæ naturæ instituto pro mutatione ætatis contingunt, quorum exempla adducit dentium emissiones, pilorum productiones, genitura, magis, & minus, pilorum
B augumentum, & reliqua in textu proposita, plurimum referre, ait scire, an hæc prius, an posterius fiant, quam conueniant. Quæ omnia cum Valesius optimè explicauerit, eius commentarium non est prætereundum ei, cui hæc sunt curæ.

Vers. 47. Febres, in quibus vlcerantur labia, fortassis intermittentes.

Hanc sententiam, & Fuxius, & Valesius, diuerso quidem modo explicarunt, vterquè tamen rationabili, ità vt super eam nihil mihi dicendum occurrat. Hinc tamen quæstio oritur non prætereunda silentio; cur labiorum exulceratio intermittentium febrium peculiaris sit, & ex consequenti signum salutare: quod etiam idiotis notum est. Faucium verò exulceratio inter mala signa adnumeretur, de hac enim 3. Prognosticorum legimus hunc in modum, fauces exulceratæ cum febre horrendæ sunt: verùm si aliquod aliud item signum accedat ex his, quæ anteà mala iudicata sunt, in periculo hominem versari pronuntiandum est. Ad
C quæsitum igitur responderem, quia fauces natura sunt humidæ, & continuo humore perfunduntur, eas exulcerari non est facilè: cum vlcerantis materiæ acrimonia ab humoris præsentia corrigatur, & retundatur, quarè quotiescunque eas in febribus exulcerari cõtingit, à forti, & vehementi causa id euenire, necesse est, vndè hoc semper malum signum est, verùm quia, exulcerans causa esse potest, vel materia acris, & salsa à capite descendens, vel vapor acris, & mordax ex inflammatione aliqua interna, cum maligna putredine eleuatus; ideò sicuti prior causa casum non omninò læthalem facit, ità posterior periculũ mortis minatur, quos casus, vt distingueret l. citato Hipp. ad mortis periculum prædicendum, aliquod signum ex læthalibus huic associari voluit, quia impossibile censuit, interna inflammatione vigente cum maligna putredine, fuligines adeò acres eleuante; aliquod signum læthale non apparere. Hac igitur ratione faucium exulceratio in febre semper mala est. At verò labia, quia in externa oris superfi-
D cie consistunt, à fuliginoso vapore exulcerantur, qui ad extimam cutim in singula accessione transmittitur, dum ad infebricitationem æger deuenit, vlcerantur verò labia potius, quam alia pars, tùm quia in sublimi corporis parte sunt posita, ad quã euaporationes facilè ascendunt: tùm quia cutis ea in parte tenuis existens, nec humore aliquo madescit, à quo vaporis acrimonia retundatur, sicq. pustulæ paruæ primo erumpunt, quæ paulò post vlcus constituũt. Huiusmodi exulcerationes ergò febrem intermittentem concomitantur, quatenus ab humore dependent ad externam superficiem euaporante, dum per singulas accessiones à venis expellitur extrà venas.

Vers. 49. Consuetudo autem, ex quibus sani degimus.

Hæc sententia prima fronte ad partem tuendæ sanitatis pertinere videtur, re vera tamen in curatricem dirigitur potius. Admonet enim Hipp. Medicum, vt consideret ea, quæ tempo-
E re sanitatis ægrotanti consueta erant, & quomodo circà ea sese haberet, qualisquè tandem victus ratio ipsi conueniens, aut incommoda esset, & quomodo sese haberet circà ea, quæ proponuntur in textu, nam sciens per sanitatem ab ipsis, aut illis lædi, eadem tantò diligentius cauere oportet.

Vers. 51. Quomodo morbos ferant à quibus, quæ figuræ, ad quos, &c.

Præsens sententia ad morbos præsentes minimè referenda est. Nam quomodo dicere posset, ægrotantes interrogandos esse, quomodo morbi cessarint, si adhùc persisterent pertinet ergò ad eos, qui præterierunt, de quibus interrogandi sunt patientes, vt sciamus, qui morbi ipsis sint familiares, & quomodo circà eos se gesserint; quos typos haberent, & an à par-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 369 sur 636

©BIUM

te in partem transmigrare consueuerint, quomodo incipere soliti essent, quantum affligere consueuerint, & qua ratione cessarent. Horum enim cognitio plurimum conferre poterit Medico pro vera, & exacta cognitione præsentis morbi, nec nō ad eiusdē, tùm curationē, tùm prædictionē ritè perficiendam. Sepè enim euenit, homines ab ijsdē morbis pluries corripi, qui eundē semper modū seruantes, eundem exitū habere consueuerūt, quæ cognoscens Medicus longè cautius, & confidentius in curatione procedere poterit, quam si eorum ignarus fuerit. A

Vers. 73. Melancolici etiam epileptici fieri plerunquè solent, & vicissim epileptici melancolici, vtrunquè verò horum magis fit, pro vt ad alteram partem inclinarit morbus, &c.

Alibi adnotauimus hac voce melancolia Hipp. perpetuò significare morbum, & ideò per melancolicos intelligamus hoc in loco eos, qui melancolia morbo laborant, quos quidem plerunquè epilepticos fieri, & vicissim epilepticos in melancoliam incidere, ait Hipp. & experientia demonstrat, licet vulgus hos à dæmone vexari credat, quorum pleriquè melancolia laborare deprehenduntur. Harum affectionum vicissitudinem indè euenire subiungit, pro vt contingit, aut mentē affici, aut corpus. Nam si læsio corpus obsideat, epilepsia fit: si verò mentē, melancolia oritur, quarū distinctionem reduxit Gal. 3. de loc. aff. c. 7. ad causam immediatam morbi, quia si humor melancolicus cerebri temperiem vitiauerit, oritur melancolia: sin eiusdem corpus, & naturalem conformationem, producitur epilepsia, idquè importare verba ipsius contextus existimauit, sed re vera hæc non fuit Hipp. intentio, cui insolens est, adeò impropriè nominibus vti: vt morbus pro humore vsurpetur: corpus pro structura, siuè conformatione, & mens pro temperie, quod Galeni supponit interpretatio, sed tantummodo indicare, melancoliam esse morbum mentis, epilepsiam verò corporis, an verò Galeni adducta distinctio vera sit, nec nè, non litigabo. Scio quidem Hipp. existimasse lib. de Gland. vers. 103. causam apoplexiæ esse humorem acrem, à quo rodatur cerebrum & turbetur, melancoliam verò oriri, quando humor minimè acris, sed copiosus in cerebrum irruens ipsum affligit, quæ quidem sententia in confirmationem interpretationis Galeni trahi posset, vt loco citato de Glandulis indicauimus, licet hunc sensum non habuerit Hipp. B C

Mar. n. 9.

Lib. VII. Sectio I. Epidemiorum.

Vers. 20. Et vix aquam mulsam admittebat.

Mar. n. 1. Historiam hanc diligenter explicauit Valesius, eorū tamen verborū sensum non videtur assecutus, & vix aquā mulsam suscipiebat, fibras in collo distendēs; vt potè faucibus exiccatis, & omni virium exolutione præsente. His enim rationē adducit Hipp. cur adeò difficulter Polycrates deglutiret, duplicemq. assignat causam fauciū, scilicet exiccationē, & virium imbecillitatem, nam cū deglutio fiat, mediantibus, tùm musculis gulæ interioribus, tùm ipsiusmet gulæ fibris, quia hæ partes nimis exiccatæ erant, nō facilè deglutitionē perficere poterant, vndè æger maximo vtens conatu, non musculis dictis modò, fibrisq. vtebatur, verū etiam musculis, qui in collo sunt, exterioribus; ità vt chordæ illorū tētæ in collo cōspicerentur, idq. in omnibus conatibus partium superiorū manifestè apparet. Et in hoc ægrotāte eò magis conspiciebātur; quatenus propter summā viriū imbecillitatē nixus erat maior. Nam eadē ratione, qui cum viriū imbecillitate magnā respirationē edere coguntur, nō proprijs modo, respirationiq. destinatis musculis vtuntur, sed etiā cōmunibus, vndè spatulas etiam eleuare conspiciuntur, ex quo talis respiratio sublimis appellata est, de qua lib. 4. de locis aff. cap. 7. tractauit Galenus. D

Mar. n. 3. *Vers. 72. Et colores vinosi, quæcunque tamen ingessisset.*

Perperam (ni fallor) deiectiones vinosas intelligunt nonnulli tales fuisse, vt ingestorum seruarent naturam, quod lyentericum est: quandoquidem totum oppositum verba ipsa sonant, cum dicat Hipp. deiectiones fuisse tenues, discretasquè, & coloris vinosi, quæcunque tandem ingessissēt, quibus nihil aliud mihi videtur indicare; quam deiectiones colore inter sanguineum, & album medias, qualis propriè vini color est, semper apparuisse, eundem enim colorem vinosum appellauit Hipp. à principio libri de Natura Muliebri eum, quo perfunduntur mulieres, quas colore medias inter albas, & nigras collocauit. Roseum hunc lacteum quis diceret. Huiusmodiquè coloris deiectiones quotidiè obseruantur in ea dysenteriæ specie, quæ hepatica communiter dicitur, easquè alio nomine similes loturæ carnis dicimus, E

fiunt

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 370 sur 636

A fiunt autem ob diminutam coctionem, quæ in hepate celebratur, ob quam chylus imperfectè concoctus exactum sanguinis colorem non contrahit: sed medium quodammodo inter rubrum, & album, quem non impropriè vinosum vocat Hipp. Notat tamen huic aliquando subcruentas apparuisse; quæ minoris læsionis sanguificationis signum erant. Ex quo docemur, læsionem illam non vitio facultatis (vt dicunt) sed ob errorem externum contigisse. Quotiescunquè enim facultatis vitio actiones læduntur, æqualis est læsio, excretaquè eiusdem conditionis continuò apparent: nisi totius morbi transmutatio, siuè in melius fiat, siuè in deterius, quia igitur bilis copia sub ratione erroris externi erat; quæ excessu caliditatis actionem hepatis impediebat, hinc factum est, vt læsio aliquando minor appareret, quatenus bilis copia maior, aut minor ad locum affectum concurreret, ex quo mirum non est, si æger tantum malum bilis excretione intercedente euaserit. Datum est enim ipsi lac
B asininum coctum in magna quantitate, indèquè bilioſa purgatio vehemens subsecuta est, à qua dolores cessarunt, & appetentia accessit, ex qua quidem curatione docemur, in huiusmodi fluxu non semper intendendum esse ijs, quæ viscus adstringendo, & exiccando roborant, cum sæpè euacuatione curentur circà huius lactis vsum adnotanda est, tùm quantitas, tùm exhibendi modus, inquit enim Hipp. datum esse ad quantitatem nouem Cotilarum Atticarum, non vnica vice totum, sed pluribus, ità vt spacio duorum dierum totam quantitatem potauerit. Quod quidem factum est, tùm quia cum æger debilis esset, tantàm copiam simul ferre non potuisset, exiguaquè nihil ei conferre poterat, tùm etiam, quia hoc modo assumptum facilius, & melius purgat, simili experimento scio empyricum quendam purgantes potiones dare consueuisse in ijs, in quibus viscerum obstructiones febres producunt, & potissimum vbi vires essent debiles, potionem enim conficiebat ex conuenienti
C dosi Diacatholiconis, & sirupi ros. soll. & alijs huius naturæ ad mensuram paulò maiorem, quam sit communis potio, qua nos vtimur, eamquè exhibebat cocleari, inchoando ab aurora vsquè ad meridiem dispartitis vicibus, purgatioquè sequebatur facilis copiosa, & absquè vlla molestia. Asininum verò eligit Hipp. quod ad purgandum cæteris præfertur propter tenuitatem. Deditquè coctum, vt facta per copiam purgatione partes firmiores redderentur, vndè fluxus compesceretur, coctura enim mediante partes quædam lactis tenuiores, & humidiores euaporant, quæ humectando fluxibiliores reddere humores indè possent, quod non in lacte modo, sed etiam in sero obseruatur inuiolabiliter ab Hipp. quotiescunquè enim exiccatione eget, v.g. in fluxibus omnibus, in catharro, & alijs huiusmodi casibus, & sero, & lacte semper coctis vtitur: crudis verò quando intentio est laxandi, & humectandi, & vbi aluum fluidam conseruare expedit. Quam distinctionem in sero exhibendo cum negli-
D gant recentiores, qui eo non solum cocto, sed per filtrum bis, & ter traiecto indistinctè vtantur, non est mirum, si intento fine sæpè sæpius frustrentur. Ad historiam igitur redeuntes, facta per asininum lac purgatione, vt corpus extenuatum reficeret, lac bubulum per quadraginta dies cum vino austero dedit, quo laxata aluus confirmaretur magis. Nec lactis acetositatem per vini admixtionem timuit; quam ratiocinatione intenti adeò formidant non nulli recentiorum, vt lac vino admixtum inter venena adnumerare ausi fuerint. Notum etiam lac reficiendi gratia dari, non asininum, vt faciunt posteriores, qui in tabe asininum cæteris præferunt, sed bubulum, quod sua crassitie corpus reficere aptum est. Reliqua ad historiæ explicationem pertinentia à Valesio petantur.

Vers. 131. *Harpalidæ sorori prægnanti circà quartum, aut quintum, &c.* Mar. n. 6.

Valesius occasione præsentis historiæ quæstionem mouet, cur nauseæ, & vomitus vtero
E gerentibus tertio mense transacto cessent; cum tamen ab eo tempore in multis cachochimia potius augeatur, quemadmodum huic mulieri contigisse narratur, eamquè soluere conatur, asserendo primis mensibus trahi in consensum ventriculum ab vtero propter maiorem cognationem, quam cum eo habet, quam cum hepate, at progressu temporis ventriculo per vomitiones expurgato, nauseæ, & vomitus cessant, verum ex temporis diuturnitate iam hepar vtero cõpatitur, vndè sanguificatio vitiari incœpit, ex qua cachochimia tandem procedit. cæterum (Valesij pace hoc dictum sit) hæc responsio non mihi satisfacit; quia etiam si ventriculus continuò expurgetur perseuerante læsione, quæ ab vtero sibi accedit, vomitiones perdurare necesse est, quia etsi materia in eo genita expurgetur, alia de-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 371 sur 636

nuò ab eadem affectione producitur, ego autem Hipp. fundamentis innixus dicerem, quarto menſe ceſſare accidentia ſtomaci, quia tunc materiæ pars à ventriculo ad mammas tranſmitti incipit, vt lib. de Nat. fœtus manifeſtè aſſeritur, ibiquè concoquitur, & in lac tranſmutatur, cuius pars ad vterum deſcendit, qua fœtus (vt placuit Hipp.) nutritur, pars verò à mammis ipſis digeritur, & conſumitur. Quum igitur ab eo tempore ventriculus continuò ad mammas aliquid deponat, non eſt mirum, accidentia, quæ à materia ventriculi infeſtante proueniunt, ceſſare, eadem ratione, propter quam menſtruorum ſuppreſſio (vndè, & hæc tandem originem habent) lactantibus nihil affert incommodi, Veruntamen, quia huius materiæ quantitas, non reſpondet ei, quæ à ſuppreſſione menſtruorum generatur, fœtu, quod in ſanguine optimum eſt trahente à venis, cachochimiam in dies congeri neceſſe eſt. A

Mar.11. *Verſ. 236. Color ſubalbidus, & ſubpallidus.* B

Colorem intelligit non ſputi (vt explicat Valeſius) ſed cutis potius, nam huiuſmodi ſputum ægrotanti ſalutem attuliſſet, quis enim in malis reponet, die ſeptima febrem remitti, & ſputum ſubalbidum, & ſubpallidum apparere. Dicendum eſt ergò, colores dictos ad cutim pertinuiſſe, non certè, eò quod bilis ad cutim expulſa eam tali pacto infecerit, quia huiuſmodi motus ſalutaris eſſe potuiſſet, ſed potius quia, humor bilioſus ex corruptione ſuccorum adauctus eò fuerit, vt in corpore agitatus omnes partes, tàm externas, quam internas occupauerit. Hanc enim ſanguinis corruptionem in bilem reſpicens idem Hipp. lib. 4. Epid. verſ. 359. dicebat, ex rubro ad pallidum cutis mutationes corporis ſiccitatem indicant, niſi iudicèt, hoc eſt, niſi criticè contingat, ſiccitatem verò indicare ait, quia ob exceſſum ſiccitatis ſanguis in bilem corrumpitur, cuius præſentia totum corpus eius inficitur colore.

Mar.n.26.

Mar.n.19. *Verſ. 377. Contingit autem talibus etiam vomitus accedere, & ad finem conuulſiones, & vt clangoroſam vocem edant, ac impotentes fiant, & ſi in dextris fuerit vulnus, in ſiniſtra parte, ſi verò in ſiniſtris, in dextra.* C

In hiſtorijs proximè enarratis eorum puerorum, qui ex capitis vulneribus extremum obiere diem, ea ſymptomata recenſuit, quæ illis ſuperuenerunt, verum vt horum vulnerum perfectam nobis traderet doctrinam, prædictis hanc ſubnectit ſententiam, in qua reliqua referuntur accidentia, quæ in huiuſmodi vulneribus ſuperuenire ſolent. Inquit ergò, contingit autem talibus, in capite, ſcilicet, vulneratis, & vomitus accedere, & ad conuulſiones, &c. cuius doctrinæ veritas confirmatur ex ijs, quæ lib. de vulneribus capitis referuntur, vbi inter ſymptomata ſuperuenientia ijs, quibus os capitis fractum, aut ruptum, aut contuſum, & non rectè tractatum fuerit, conuulſionem enumerat parti vulneratæ contrariam, & eorum nonnullis apoplexiam. Quorum quidem ſymptomatum rationem reddere, quia difficillimum eſt, nec probabilem ab alijs audire adhùc mihi datum eſt, ideò, & nobis in hoc pelago vela dantibus periclitari liceat, verùm antequam rem ipſam aggrediamur, nonnulla de cerebri, & neruorum eſſentia præfari oportet, & primò ſupponendum neruos propriè dictos ad differentiam, tùm tendinum, tùm ligamentorum, quæ, & ipſa aliquando nerui appellari conſueuerunt) nihil aliud eſſe, quemadmodum Galenus 7. de Placitis cap. 3. euidenter demonſtrauit, quam elongatio quædam ipſiusmet cerebri, quod ex alba illa ſubſtantia molli, & duplici membrana conſtat, vndè, quæ ſunt in cerebro meninges, neruorum tunicæ fiunt, & ideò quem vſum membranæ cerebri præſtant, eundem tunicæ in neruo habent, & qualis eſt medullæ cerebri vſus, talis, & neruorum ſubſtantiæ interioris exiſtit. Quia igitur membranæ cerebri non modò illud continent, ſed etiam tuentur, nè extrinſecus lædatur, ideò ſenſu exactiſſimo ſunt præditæ, quo externas iniurias ſtatim percipere poſſint, quamuis cerebri ſubſtantia ſenſu penitus careat, quod quidem quamplurimis membris communi vſui famulantibus eſt commune, vt pulmonibus, hepati, liéni, renibus, & teſtibus, horum enim ſubſtantia, aut nullum, aut exiguum ſenſum habet, cum tamen eorum tunicæ exacto ſint præditæ, Membranæ igitur cerebrum inuoluentes hunc præcipuum vſum habent, vt his mediantibus externas iniurias percipere queãt, vndè cerebrum per membranas ſentire rectè dictum eſt, eiuſdem verò medullaris ſubſtantiæ officium eſt, innata frigiditate, & humiditate ſpiritus vitales, qui in arterijs per ipſum diſſeminatis, continentur, refrigerando, attemperare, & ad animalis ſpiritus formam ſuſcipiendam diſponere. Notum D E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 372 sur 636

A tum est enim, animales spiritus ex vitalibus tanquam ex materia generari, qui cum nimio calore ferueant, nisi refrigerarentur, sensationi, alijsque animalis facultatis operationibus inepti essent, & hoc intellexit Arist. lib. 2. de Part. Anim. 7. dum dixit, cerebrum ad cordis refrigerationem factum esse, etiam si venas, & arterias per cerebri substantiam diffusas non videatur obseruasse, quandoquidem cerebrum omnibus animalibus priuatum sanguine esse, nec venam vllam intrà se continere lib. 1. de Hist. Anim. cap. 16. testatus est, copiosissimas enim habere obseruarunt posteriores, easque oculis conspicuas in ijs cadaueribus demonstrant, quibus antè obitum sanguinis plurimum ad cerebrum confluxerit, communiter enim dictæ venæ, & arteriæ sensum effugiunt, tùm ob tenuitatem, tùm maximè, quia materia in ipsis contenta cerebri substantiam ingressa, nisi copia obstet, aut calida cerebri intemperies, rubrum colorem statim deponit, & in album transmutatur, & fortasse has venas, & arterias cognouit Aristoteles, sed facta materiæ earum transmutatione, nec illi sanguinis, nec
B his arteriæ, aut venæ nomen conuenire existimauit. Cerebrum igitur substantiæ naturali temperie vitalium spirituum feruorem compescit, lenitate verò, & mollitie arterias per ipsum disseminatas tomenti instar fouet, & tuetur, nè fortè propter tenuitatem disrumperentur. Atquè hoc pacto sicuti cerebri medulla ex alba substantia, & arterijs, venisque per ipsam disseminatis conflata est, ita & neruorũ interior substantia nihil aliud erit, quam multarũ arteriarum, capillorum instar, congeries, alba illa medullari substantia contexta. Vndè eadem vasa, quæ arteriæ dicebantur, dum vitalem spiritum nondum in animalem transmutatum continebant, in neruos producta, eorum fibræ euadunt, per quas spiritus ipsi ad motum, & sensum particulis impartiendum, feruntur, atquè hoc modo nerui arterijs continuantur, vanum est enim existimare, spiritus vitales à proprijs receptaculis egressos in ventriculorum cauitatem diffundi, dum in animales transmutantur. Quod si natura ventriculos in cere-
C bro construxit, in quibus animales spiritus propriam formam acquirere creduntur, non ob id existimandum est, spiritus ab arterijs egressos in cauitatem ventriculorum diffundi, quia cum in ventriculos aditus, exitusquè externo aeri latè pateat: spiritus per cauitatem diffusi, statim euolarent foras, & dissiparentur. Prætereà frustrà labirinthos illos arteriarum plexum retiformem dictum constituisset natura, cum satis esse posset arteriarum orificia ad ventriculi cauitatem peruenire, per quæ spiritus in eam effunderentur. Facti enim sunt in cerebro ventriculi, vt aerem purissimum intrà se continerent, quo arteriæ per ipsos dispersæ fruerentur; illud per porositates ad se trahentes: eodem modo, quo reliquæ arteriæ ad corporis superficiem peruenientes externum aerem eliciunt, eo enim mediante spirituum vitalium non modò feruor temperatur, sed etiam tenuitas augetur; qua animali facultati, quæ operatur in instanti, inseruire possent. Quarè spiritus iste, nequè dum sub forma vitalis per-
D sistit, nequè postquam in animalem conuersus est, à proprijs vasis egreditur, sed arteriæ vitalis receptaculum in neruorum fibras transmutantur; per quas ijdem animales effecti ad omnes corporis partes diffunduntur. Et hic est modus, quo arterias in neruos transmutari sensit Praxagoras, cuius opinionem dum confutare nititur Gal. lib. 1. de Plac. Hipp. & Plat. cap. 7. illius mentem se, aut non percepisse, aut studio dissimulare manifestat, quandoquidem nullibi arterias in neruos transmutari, vt demonstraret, arteriæ magnæ distributionem in medium proponit, verum ijs omissis, quæ in caput distribuuntur, vbi transmutationem hanc fieri probabilius erat; in maioribus tantummodo Praxagoræ opinionem destruere conatur, & in illis, in quibus, nè insipiens quidem talem transmutationem somniare poterat, & nihilominus id minimis tantummodò Praxagoram tribuisse ipsemet Galenus
E fatetur, quas in cerebro copiosissimas reperiri non ignorauit, ex dictis igitur hùcusquè colligimus, neruos animalem spiritum deferentes duplici constare tunica, cerebri meninguibus respondente, per quas læsiones extrinsecus aduenientes percipit, & medullari quadam substantia tenuissimis fibris contexta, ijsq. perforatis, per quas animales spiritus ad motum, & sensum efficiendum toti corpori distribuuntur, quæ fibræ singulæ continuantur singulis arterijs, partim per cerebri substantiam disseminatis, partim in eius ventriculis congestis. His itaquè præmissis, ad propositæ rei explicationem deueniamus, primum igitur videre oportet, quid sit conuulsio, & quomodo fiat. Conuulsionis nomine, quam σπασμὸν Græci vocant, malè accipiunt nonnulli eã membrorum contractionem, per per quam eodem modo semper

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 373 sur 636

©BIUM

permanentia,naturalem extensionem perficere non possunt, cuius causa pro vt plurimum est tendinum, aut musculorum abbreuiatio, de qua vbicunque mentionem facit Hipp. nunquam ijs vocibus vsus est, quibus conuulsionem propriè dictam significare solitus fuit. Huius rei exemplum habemus manifestissimum lib.2. epidem.sect.2.vers.180.vbi contractionem illam faciei describens,quæ euenit parte oppositа resoluta, quamque posteriores (etsi impropriè satis) spasmum Cynicum appellarunt, ità legit, τὰ δεπι θατερα ἕλκοντο, ideſt ad alteram verò trahebantur, ex quo patet contractionem quam isti conuulsionem censent, verbo ἕλκομαι, denominasse, quod conuulsioni nunquam tributum est, huiusmodi enim affectio immobilitatis, siuè priuationis motus symptoma est; conuulsio verò motus est deprauatus (vt Galenus etiam testatur) vbique,manifestissimè verò 1. Prorr. com.3. t.26. & absque voluntatis imperio factus, idque ex ipso Hipp. colligere licet, qui lib. de Intern.affect. sect.3.v.354. de Opistotono loquens hæc habet, οὗτος ἕλκεται ἐς τοῦ πίσω καὶ ἀπὸ τῆς ὀδύνης τὸ μεταφρενον, καὶ τὰ ἔσθια ἔχεται καὶ οἰμώζει οὗτος σπᾶται σφόδρα, ὡς τε μολις μὲν κατεχουσιν οἱ παρεοντες ὡς μὴ ἐκ τῆς κλινης ἐκπιπτειν ideſt. Hic trahitur in posteriorem partem,& præ dolore circa dorsum,& pectora eiulat. Hic conuellitur vehementer, vt vix detinere illum astantes possint,nè è lecto excidat. Ex quibus patet,Hipp.conuulsionem tantummodo appellare motum illum concussionis membrorum, per quem æger in lecto contineri vix potest,nè decidat: verbo enim σπαται, vsus est, quod conuulsionis motu moueri significat, tanquam quid diuersum à contractione in posteriora, quam proprio vocabulo ελκομαι, nominauit, quemadmodum etiam in præcitata sententia fecerat, eandem secutus denominationem Arist.2. Meteorolog.c.8. dicebat: Tetani & conuulsiones, & spiritus quidem sunt motus, tantum autem robur habent, vt multi tentantes vi tenere,non possent dominari motui ægrotantium. Quarè sicuti membra absque conuulsione contrahi possunt, quod claudorum maxima pars manifestat; ità non est conueniens, membra conuulsionis motu agitari, nulla in ipsis contractione permanente,idque euenit,quando conuulsio leuis est, nec adhuc confirmata, quia dum magna est, & vehemens, contractio aliqua semper ei associatur, propter quam membra ad naturalem extensionem retrahi, nè dum violentia possunt, cuius rei hæc est ratio, cum enim conuulsiones ab ijsdem spiritibus fiant, & per eadem instrumenta (per musculos inquam) per quæ voluntarij motus naturaliter perficiuntur, differentia enim in eo tantummodo consistit, quia in naturali motu animales spiritus imperio voluntatis membrorum motum efficiunt: in conuulsione autem,à causa præter naturam eos irritante concitantur ad motum. Ideoque quando, aut neruo ipsi, aut neruosæ parti quidpiam occurrit, quod molestiam inferat, facultas, vt noxium expellat, animales spiritus commouet, concitatq. qui consuetum munus obeuntes, musculos replent; qui indè contracti per chordas membra contrahunt, quemadmodum in naturali, & voluntario motu fieri solet, & quia musculorum alij extensioni inseruiunt, alij contractioni, inter eos pugna quædam, & contentio oritur, in qua modo his, modo illis superantibus,motus ex contractione, & extensione permixti excitantur: qui propriè conuulsio dicuntur, & quia musculi, tendonesq. membrorum contractioni inseruientes robustiores à natura existunt, quam, qui extensioni famulantur; hinc euenit,vt illis in conuulsiuo motu dominantibus membra pro vt plurimum mediocriter contracta conseruentur. Præterquam quod ad huiusmodi figuram mediocriter contractam reducuntur ferè,quando vtrique musculi æqualiter operantur. His igitur hunc in modum se habentibus, statuendum est, quæcunq. facultatem neruosis partibus insitam irritare possunt,ea omnia conuulsionis proximam causam fieri. Quæ quidem in vniuersum ad duo capita reduci possunt, quando vnaquaquè particula à re quapiam, siuè copia, siuè qualitate infestante lædi solet,quas causas in conuulsione comprehendere visus est Hip. in illo Aphorismo,conuulsio fit, aut à repletione, aut ab inanitione, quemadmodum & singultus,per repletionem, & euacuationem,non neruorum accipiens, sed corporis, vt in huius aphorismi expositione demonstrabitur, & quia, vt suprà adnotauimus, rei molestæ perceptio ad neruorum tunicas, non ad substantiam sensu carentem spectat, hinc euenit, vt quidquid conuulsionem inducit, non neruorum substantiam, sed eorum tunicas exteriores molestare necesse sit,ad differentiã apoplectici affectus,quem paralysim dicimus,cuius causa neruorum porositates prout plurimum obsidet,ità enim animalium spirituum transitus impeditur,vndè pars motu, & sensu priuatur. Dixi prout plurimum: quia ex compressione exterius facta

neruis,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 374 sur 636

neruis, eorundem ſpirituum tranſitum impediri, & paralyſim excitari, non ignoramus. Cum
A igitur conuulſio hoc modo producatur, non eſt difficile demonſtrare, qua ratione hæc capitis tromatibus ſuperueniat, quotieſcunq. os ità læſum fuerit, vt ſanguis, aut ſanies ſub oſſe fracto colligatur, aut aliquo modo inflammatio, quæ euidens ſit, in cerebri meningibus excitetur. Indè enim affectio neruorum generi communicatur, cuius facultas, vt noxium expellat, ſpiritus ad motum concitat; vndè motus conuulſionis modo iam explicato producuntur, & hęc veritas pluribus experimentis confirmatur, & eo potiſſimum, quod ſæpè obſeruatur, ſi in vulneribus capitis cum oſſis fractura aliquod eius fruſtum, quantumuis exiguum, in vulneribus relinquatur, quod cerebri membranam pungat, ſtatim cõuulſiones inuadere, quæ officulo detracto, è veſtigio ceſſant. Signum euidens à cauſa irritante produci, non quia nerui, aut repleantur, aut exiccentur nimis. Conuulſionis igitur natura abundè explicata reſtat modo cauſam afferre, cur in latere oppoſito ſectioni conuulſio fiat, non autem in affecto. Nam
B etiamſi in hac ſententia id paralyſi tribuiſſe Hipp. videatur, conuulſioni idem conuenire, & quotidiana experientia demonſtrat, & ipſemet Hipp. teſtatus eſt ſect. 3. lib. Coac. Prænot. verſ. 109 vbi ità legimus. Quibus tempora ſecantur, conuulſio ex contrarijs ſectioni partibus oboritur. Res quippè omnium, quæ in arte contingunt, difficillima, & quæ doctiſſimos quoſque viros vehementer exagitauit. Ego autem dum hanc materiam animo euoluerem, conſiderabam conuulſiones, ex capitis percuſſionibus contingentes, in oppoſitum fieri, è contrà verò, quæ ex partium infrà caput exiſtentium læſione oriuntur, quotieſcunq. alteram tantummodo partem infeſtant, ſecundum læſæ partis rectitudinem excitari. Ità Scamandro in Lariſſa contigit, cuius hiſtoria lib. 5. epidem. verſ. 98. regiſtrata eſt, huic enim exuſtione in *Mar. n. 7.*
coxa à chirurgo perperam adminiſtrata, à qua ſphacelum contraxit, factæ ſunt conuulſiones
C in eodem latere primum, deindè verò facta mali propagatione, in vtroquè, de eo enim ità legimus, conuellebatur autem crus hoc vſque ad coſtas, & ad aliam partem indè conuulſio quoque progrediebatur, ità vt ſtatuendum ſit conuulſiones à partibus capite inferioribus excitatas ſecundum rectitudinem fieri, in oppoſitum verò, quando à capite ortum ducunt. Quibus experimentis permotus fortaſsè Hipp. lib. 6. Epidem. ſect. 2. verſ. 5. inquit. E directo & laterum, & hypocondriorum intentiones, & ſplenis eleuationes, & è naribus eruptiones, & aures è directo, horum plurima etiam ad oculos. Vtrum igitur omnia? aut, quæ quidem ex infernis ſurſum è directo, qualia ſunt, quæ iuxtà maxillas, aut circa oculum, aut aurem, quæ verò ex ſupernis deorſum, non è directo? Atqui & anginoſi rubores, & laterum dolores è directo. Aut etiam, quæ infrà hepar ſunt ex ſupernis diſtributa, velut in teſtes, ac varices. Conſideranda ſunt hæc, quò & vndè, & propter quod. Hæc Hipp. ex quibus ap-
D paret, Hipp. pro certo habuiſſe, omnes abſceſſus infernè ſurſum ſecundum rectitudinem fieri, ſupernè verò deorſum contingentes ambiguos habuiſſe, cum alios in directum, alios in oppoſitum fieri, obſeruauerit. Huius autem varietatis cauſam ſubticuit, nobiſque eam diſquirendam eo in loco reliquit. Quamuis in venarum diſtributionem huius effectus cauſam fortaſsè retulerit. Libro enim de Oſſium natura venarum diſtributionem à capite deſcendentem referens, tertium par à dextris in ſiniſtras, & à ſiniſtris in dextras procedere demonſtrauit, & quoniam non omnia quatuor paria hoc modo in oppoſitum procedunt, hinc factum eſt, vt non omnes abſceſſus ſupernè deorſum in oppoſitum fiant. De reali autem harum venarum progreſſu, quem imaginarium exiſtimarunt poſteriores, teſtimonium adhibuimus proprio loco in explicatione lib. de Natura humana verſ. 206. Cæterum ſicuti cauſa huiuſce diuerſitatis circa eos abſceſſus, qui per venas contingunt, à præfata venarum pro-
E ductione in oppoſitum dependet, ità rationabile eſt à ſimili dependere eos, qui per neruos procedunt, & quia hæc non conſpicitur oculis, aſſerendum eſt in ijs latere partibus, in quibus neruorum productio ſenſum penitus effugit, quæ nullibi eſſe poteſt, quam in cerebro, vbi arterias in neruos tranſmutari paulò ſuprà demonſtrauimus, quo in loco dicebamus, arterias magnitudine quidem exiguas, numero tamen copioſiſſimas partim per cerebri ſubſtantiam diſſeminatas, partim in ipſius cerebri ventriculis complexas in neruorum fibras poſt longos giros, labyrinthoſque multiplices tandem tranſmutari, quæ medullaris ſubſtantiæ cerebri intermedio, membraniſq. eiuſdem circumſepientibus neruoſum corpus conſtituunt. Hæc omnia igitur ea naturæ lege producta eſſe aſſerendum eſt, vt quę per partem cerebri dextram

diuagan-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 375 sur 636

diuagantur arteriæ, in sinistram medullæ spinalis partē desinant, è contrà verò dextram spinalis medullæ partem constituant illæ, quæ per sinistram cerebri disseminantur, ex quo euenit, vt affecto in parte dextra cerebro, partes sinistræ, quæ à neruis spinalis medullæ motum suscipiunt, conulsione tententur, eo quod earum principium affectum est, & sic de oppositis oppositio modo. E contrà verò, si conuulsionem à neruo aliquo spinalis medullæ læso oriri contingat, conuulsio eandem partem occupat, non oppositam, quia omnes nerui eiusdem lateris eandem seruant rectitudinem, nec transfunduntur in oppositum. Hanc verò vasorum transpositionem in cerebro ab altero in alterum latus, sicuti oculis percipere denegatum est, quia venæ per cerebrum diffusæ penitus latent, ob rationem superius assignatam, ità summo artificio factam esse dicendum est. Nam cum sæpè contingat, cerebrum ipsum secundum medietatem tantummodo apoplecticum fieri, affectio, quæ propriè paralysis, & emiplegia à posterioribus appellata est, per quam homo iuxtà totius corporis medietatem sensu, & motu priuatur, nisi præfata vasorum transpositio fieret, partes omnes, tam interiores, quam exteriores eiusdem lateris ociosæ, & veluti demortuæ permanerent, & hoc pacto hepar, v. g. quod à dextris neruos recipit, facta in dextra parte resolutione languificare desisteret (quando nulla actio toti corpori inseruiens, absque concursu trium principalium facultatum fieri potest) & sic de reliquis membris totius gubernationi inseruientibus, vndè hominem taliter affectum statim interire, necesse esset. Summus artifex ergò, vt huic incommodo prospiceret, internis visceribus communi vsui famulantibus duplex neruorum genus impartitus est, alterū quidem per nerum sexti paris à cerebro procedentis, alterum per eos qui à spinali medulla exoriuntur, præfatamq; vasorum transpositionem construxit, ne ambo neruorum genera ab eodem latere originem haberent. Nam cum nerui à cerebro immediatè prodeuntes per membra eiusdem lateris distribuantur, qui verò à spinali medulla originem habent, exortum in cerebro in opposito latere habeant; aduenientè læsione medietati cerebri, per quam emiplegia excitetur; partes interiores communi vsui inseruientes, nunquam naturali spiritu omninò priuantur, quia deficiente eo, qui per distributionem nerui sexti paris à cerebro ei concessus est, remanet ille, qui à neruis medullæ spinalis procedit, vndè homo taliter affectus diù viuere potest. Ex dictis igitur manifestum esse arbitror, quid sit conuulsio, vndè oriatur, & qua ratione vulnerata parte dextra capitis, sinistræ conuellantur, dextræ autem sinistra parte affecta. Restat modò, videre quomodo ab eadem causa ægri impotentes fiant, vt ait, Hipp. in textu, quandoquidem cætera satis manifesta sunt, & ab interpretibus explicata. Per impotentiam, quam hoc in loco ἀχρειίαν vocat Hipp. eam absque dubio intelligit, per quam partes motu, vel etiam sensu priuātur, quæ à posterioribus paralysis dicta est, & ab Hipp. propriori vocabulo modo paraplegia, modo vniuersali nomine apoplexia alicuius partis corporis appellatur. Hoc enim symptoma vulneribus capitis læthalibus superuenire ipsemet testatus est lib. de vulneribus cap. vers. 314. sunt autem (inquit) & qui apoplectici fiunt, & sic pereunt, & libro Coac. Prænot. sect. 3. vers. 209. ait. Quibus cerebrum vulneratur, febris plerunquè, ac bilis vomitus accedit, & corporis apoplexia. Quam sententiam clarius expressit, & quid per corporis apoplexiam intelligendum sit, manifestè indicauit lib. 1. de Morbis vers. 66. vbi inquit, Si cerebrum vulneratum fuerit, febrem necesse est, superuenire, & bilis vomitum, & aliquam partem corporis apoplecticam fieri, ac perire, ex quibus locis clarè patet, per impotentiam hoc in loco partis cuiusdam resolutionem intellexisse, cuius generationis modum explicare oportet. Tribus modis capitis vulneribus apoplecticos affectus superuenire inuenio. Primò quidem, quando cerebrum ex vehementi percussione concutitur, & de hoc libro citato de Morbis ità legimus, & si cerebrum concussum fuerit, & laborauerit, eum, qui percussus est, necesse est, statim mutum fieri, & nequè videre, neque audire, & ratio est, quia per concussionem cerebri spiritus animales, indè procedentes, commoti ad læsam partem omnes concurrunt, vndè à propriis functionibus desistere coguntur, donec quiescant, & ad naturalem dispositionem reducantur, quod multis non longè post concussionem euenit, quibus scilicet ventriculi cerebri illæsi penitus permanserunt, nec ex concussione in seipsos conciderant, nam eo casu vera apoplexia, & indè necessaria mors succedit. Secundo autem modo capitis vulneribus resolutio superuenit, quando cerebri substantia vulneratur, & de hoc modo intelligenda est præcitata sententia libri Primi de morbis, in qua, in cerebro vulnerato aliquam

Mar. n. 27.

Mar. n. 3.

corporis

A corporis partem necessario sideratam fieri adnotatur, quo in loco aliquam particulam dixit Hipp. quia certò determinari non potest, quæ nam particula resoluenda sit, hac vel illa cerebri parte vulnerata, experientia quidem nobis indicauit, resolutionem semper in oppositum fieri, quemadmodum hoc in loco testatur Hipp. veruntamen modo brachium solum apoplecticum fieri cæteris particulis illæsis omninò permanentibus: quod mensibus elapsis obseruatum est hic Romæ in Reuer. Patre Ordinis Prædicatorum, Monasterij S. Sabinæ, qui in summitate capitis ab incidente gladio percussus vulnere ad cerebrum penetrante brachij oppositi sensum, & motum statim amisit, quod vndecim dierum spacio, quo vulneratus vixit, immobile semper fuit. Alijs crura resoluta fuisse obseruatum est: quemadmodum proprio nepoti ex sorore contigisse mihi retulit, Admodum excellens D. Ludouicus de Monticulis, Sanctiss. D. N. Papæ Pauli V. Chirurgus venerabilis, & summa fide dignus, quod etiam alij oculati testes mihi confirmarunt. Ille igitur cum in oculi sinistri angulo vulneratus fuerit ense acuto, qui vsquè ad caluariam posteriorem penetrauit, crus dextrum tantummodo resolutum est, & quamuis ex vulnere sanatus fuerit, integra etiam remanente visione, nihilominus cruris motum nunquam recuperauit. Idem militi cuidam contigisse sede vacante ob mortem Papæ Gregorij XIII. sanctæ memoriæ narrauit mihi D. Iubentius de Angelis vir & fide, & sinceritate integerrimus, qui in secandis venis potissimum, nulli chyrurgo secundus est. Nam cum à plumbeo globo per sclopetum traiecto illi cerebrum transfossum esset, crus vulneri oppositum resolutum est, nec, à vulnere miraculo sanatus, motum cruris recuperauit: vndè in posterum claudus permansit. Quorum quidem effectuum, & aliorum similium, qui in dies contingunt, cum probabilis ratio, suppositâ communi, & recepta neruorum origine, & vsu, afferri non possit, quantum hæc suspecta redditur, tantum Praxagoræ opinio à nobis superius explicata confirmatur, hac enim recepta prædictorum effectuum ratio omnibus patet. Quia enim spiritus ex arterijs per cerebrum disseminatis in neruorum fibras continuato ductu feruntur; cerebri substantia dissecta aliquas ex dictis arterijs incidi, necesse est. Quarè neruorum fibræ, quæ ab illis spiritus suscipiunt, resectis ductibus, spiritu animali necessario priuantur; vndè particulæ, quibus dictæ fibræ in neruum congestæ inseruiunt, sensu, & motu necessario priuantur, non totum corpus, nisi sectionem ad cerebri ventriculos peruenire contingat, quo casu mors fortasse superueniret prius, quam natura symptomatis possit distingui; & hic est secundus modus, quo capitis percussionibus affectiones apoplecticæ superuenire solent. Qui quidem palam facit, quam vana sit Galeni methodus, qua partem affectam inuenire profitetur, inspecta neruorum origine, & processu: lubricumque esse fundamentum suæ disputationis, quo supponit, læso cerebro corpus totum priuari sensu, & motu, quod si alicui particulæ tantummodo eueniat, læsionem in cerebro minimè esse, sed in spinali medulla, aut neruo, qui parti affectæ implantetur, quando ex supradictis constat, non esse inconueniens, obstructionem, siue læsionem esse in vasis cerebrum percurrentibus, à quibus neruj originem habent, nullo modo, aut neruo, aut spinali medulla patiente. Tertio tandem modo ex capitis vulnere resolutio euenit, quando cerebrum indè sphacelatur, nam spiritus in sphacelata parte corrupti ad proprias operationes inepti redduntur, vndè particulæ motû & sensum, indè acceptum referentes, ijsdem priuari necesse est, & ad hunc resolutionis modum etiam referri potest impotentia, de qua loquitur Hipp. in præsenti sententia, quæ cum ad præscriptas historias referatur, in quibus ossa liuefacta tandem fuisse narratur, de illis Hipp. intellexisse rationabile est. Liuorem verò ossis interni sphaceli certissimum inditium esse, omnibus notum est, qui si ad cerebri substantiam perueniat, partem aliquam syderari necesse est, eadem ratione, quam in vulnerato cerebro attulimus, vel etiam totum, si sphacelum plurimam cerebri partem occupare contingat, nam eo casu apoplecticos ægros mori, rationi satis consentaneum est.

Vers. 384. Quibus ossa fracta fuerint, his septima die febres, &c. Mar. n. 19.

Febres capite vulneratis, & ijs potissimum, quibus ossa fracta sunt, duplici de causa superuenire solent, altera cæteris vulneribus communi ob materiæ affluxum, cuius gratia vlcus inflammatur, quam ipsemet Hipp. explicauit lib. 4. de Morb. vers. 353. & quia quò maius fuerit vulnus, eò maior copia humoris influit, hinc fit, vt aliquando citius inflammentur, & citius oriatur febris, & de hac febre loquitur Hipp. in hac sententia, dum statuit, ossium fracturis, Mar. n. 22.

febres

febres die septima ad summum superuenire, ità vt nisi intrà hoc tempus superueniat, in posterum febris nulla habenda sit suspicio, quia eo tempore fluxio cessare consuecuit, & quia æstate humores facilius fluunt, & incalescunt, ideò hoc tempore citius febres superuenire nos admonet Hipp. non hoc in loco tantummodo, sed etiam lib. de vulneribus capitis. Succedunt altera ratione febres ossium fracturis, ob saniem intrà caluariam retentam, & putrescentem, de qua loquens Hipp. lib. de Vulneribus capitis vers. 300. testatur, febrē in his casibus superuenire in hyeme, vt plurimum ante decimumquartum diem, in æstate verò septimo transacto, quorum temporum diuersitas à materiæ diuersitate dependet, & à diuersitate loci, in quo putrescit, in primo enim casu materia est à prædominio sanguis à proximis partibus confluens, qui in carnosis partibus putrescens inflammationem parit, vndè statim febris insurgit. In secundo verò etiamsi eadem sit materia sanguis inquam putrescens intrà caluariam, quia tamen exiguus est, & in loco frigidiori concluſus, non ità citò inflammatur, quemadmodum in carnosis partibus. Quæ quidem loci diuersitas est causa, vt febris in priori casu superueniens mala sit quidem, quia satius esset, eum, qui vulnus accipit, nec febrire, nec inflammationem ei accedere, at in secundo casu omninò læthale est, quod loco citato nobis significauit Hipp. his verbis. Quicunquè ex vulneribus in capite moriturus est, & fieri non potest, vt sanus fiat, ac seruetur, ex his signis dignotionem morituri facere oportet, & quod futurum est prædicere, patitur enim hæc. Quum quis os fractum, aut ruptum, aut contusum, aut quocunq. modo fractum intelligens, per errorem deliquerit, & nequè raserit, nequè perforauerit, velut os non opus habeat, & velut os sanum existat, antè decimumquartum diem febris corripiet, vt plurimam in hyeme, in æstate verò post septimum diem febris corripit, & postquam hoc factum fuerit, vlcus colorem amittit, &c. Quæ quidem intelligenda sunt de febre superueniente, non ex humorum affectu, sed ex sanguine intrà caluariam putrescente, aut sanie resudante, qui sanguis à Medico per abrasionem, aut perforationē ossis subtrahēdus erat, antèquam putresceret, & inflammationem in cerebri meningibus excitaret, nam ea superueniente casus fere desperatus redditur. Cum igitur præscripti casus superuenientis febris adeò inter se differant periculo, & euentu, eos distinguere necesse est: cuius gratia nihil aptius inueniri potest, quam obseruatio temporis, quo febris superuenit, si enim à principio, aut paulò post, vel omninò antè septimam diem contingat, signum est, hanc ab inflammatione vulneris dependere, non à materia intrà caluariam putrescente. Quæ omnia respiciens Hipp. lib. 2. Prædictionum vers. 298. hæc protulit, optimum quidem igitur est, nequè febrire eum, qui vulnus in capite habeat, neque sanguinem ipsi erupisse, neque inflammationem, neque simul aliquem dolorem accessisse, si verò quid horum apparuerit, securissimum est, vt in principio fiat, & modico tempore permaneat. His igitur hunc in modum explicatis patet, frustra hoc in loco laborare eos, qui præcitata loca de tempore, quo febris vulneribus capitis superuenire solet, simul conciliare nitentes, inquiunt; hoc in loco Hipp. loquutū esse de Fracturis puerorum, libro autem de Vulneribus capitis adultorum vulnera pertractasse. Non animaduertentes hac distinctione summum præceptorem taxari, quippè qui lib. de Vulneribus capitis, vbi ex professo hæc materia pertractatur, non distinxerit hæc tempora ratione ætatis (si re vera distinguenda fuissent) quemadmodum ratione temporis anni ab eo factum esse apparet.

Mar. n. 27.
Mar. n. 26.
Mar. n. 27.
Mar. n. 22.

Sectio II. Libri VII. Epidemiorum.

Mar. n. 23.

Vers. 11. *Circà decimumquartum magni citrà signa sedati sunt.*

Notat Hipp. abscessus ad aures, huic mulieri factos esse, qui cum magni essent, derepentè euanuerunt sine signis, ità vt meritò recidiuam passa sit, ex qua tandem obierit. Quò enim, huiusmodi parotidibus disparentibus res ægroto fœliciter succedant, cum aliquo signo id fieri necesse est. Signa verò huiusmodi recensēt Hipp. 1. Epidem sect. 2. vers. 197. dum inquit. Tubercula iuxtà aures in febribus, cum dolore oborta, febre iudicatorio modo deficiente quibusdam nequè sedantur (hoc est per insensibilem resolutionem discutiuntur) nequè suppurantur: hæc bilioſum alui profluuium, aut dysenteria, aut crassarum vrinarum subsidentia soluit. Quum igitur parotides, & magnitudine insignes huic mulieri disparuerint, sinè vllo prædictorum signo, meritò interijt. Nam etiamsi egestiones habuerit multas, hæ non

potuere

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 378 sur 636

A potuere illi salutares esse, quia non critico modo absessibus dissipatis superuenerunt, sed à principio morbi per totum morbum perseuerarunt. Præterea malè olebant, quod corruptionem non concoctionem attestabantur.

Vers. 30. Balneum proderat, & illitio ex aceto. Mar.n.23.

Balneum propter exãthemata illa pruriginosa administratum est, rarefacit enim balneum, & humorum attemperat acrimoniam; quæ duo ab hoc symptomate indicantur, quatenus exãthematum exitus procurandus est. Postquam verò hæc perfectè eruperunt, & acrimonia remissa est, pro integra earum curatione exiccantia medicamenta admouenda sunt, cuius gratia illitio ex aceto ab Hipp. administrata est. Nam & lib. de Humidorum vsu, acetum ad hos affectus cutaneos curandos ipsemet celebrauit.

Vers. 40. Onesianacti circa autumnum lippitudo, postea verò febris, &c. Mar.n.4.

B Historiam Onesionactis diligenter explicauit Valesius, morbi essentiam describens, & curationis adeò ingeniosæ rationem subnectens, in hoc tamen à tanto viro dissentire cogor, quia dum rationem adducens, cur Hipp. qui tam facilè vinum in alijs casibus admittere solitus fuit, huic interdixerit, hoc factum esse ait, nè cum succorum multitudine vini potio inflammationis cuiuspiam fieret causa, idque Hipp. doctrinæ non admodum conueniens esse videtur, cum constet, etiam valdè repletis, vinum ab eo non denegari, imò eodem tãquam opportuno præsidio pro plenitudine tollenda vsus est in morbo crassarum venarum lib. de Intern. affect. vers. 430. ea quantitate, vt æger inebrietur, nam eo potu mediante sanguis è naribus in maxima fluit copia, qui ægrotantem liberat. Quarè ego potius dicerem, vinum huic ægrotanti interdictum fuisse à principio, quando scilicet ex foro domum asportatus est, ex apoplectico melancolicus effectus, nam verisimile est, tunc primum ad medicum confugisse, cum Mar.n.19.

C antè morbum ob paruitatem negligeret. Quià ergò ab eo tempore melancolicus erat, hac ratione vinum ipsi denegatum fuit. Nulla est enim affectio, in qua vinum Hipp. magis suspectum fuerit, quam vbi mentis adest læsio, vndè lib. de Affect. vers. 96. dicebat. Vinum autem Mar.n.10. non conuenit, mente motis, neque in hoc morbo, neque in quibusuis alijs, hac ratione in morbo (vt ipse appellat) cura difficili lib. 2. de Morbis sect. 3. vers. 338. qui nihil aliud est, quam melancolia exsepto transuerso, vinum prohibet, aut vix aquosum concedit. Imò in huiusmodi affectibus melancolicis adeò suspectum vinum habuit, vt lib. de Insomnijs, vbi ex astris fugatis per somnum visis futura insania timetur, in præseruatione à vino abstinendum iubet. Quum ergò Onesionactes in melancoliam incidisset, & insaniæ periculum immineret, vini potu interdicto, aquam exhibuit.

Vers. 78. Ad vlcera in ore forbitio lenticulæ commoda erat. Mar.n.26.

D Valesius totam curationem Cleoco factam tanquam rationabilem commendauit, lentis sorbitione excepta, hanc enim melancolia vigente, quæ in hoc ægrotante manifestè apparebat, inutilem censuit. Cæterum non concedam Valesio Hipp. sorbitionem hanc Cleoco exhibuisse in gratiam alimenti, quo casu improbanda esset, sed ea vsum fuisse loco medicamenti pro vlceribus oris colluendis, tuncque ea vti cæptum esse, intelligendum est, postquam tubercula oris (ad quę pharmacum ex manna thuris tanquam concoctorium remedium adhibitum est) in vlcera fuere conuersa. Ad quæ sorbitionem ex lenticula rationabile medicamentum esse, facilè demonstrari potest, est enim cum leui adstrictione, & exiccatione abstergens, vt omnibus conceditur, quæ quidem tria pro curandis vlceribus necessaria existunt, & ideò ad colluenda oris vteri vlcera hoc eodem medicamento vsus est 1. Morb. mul. sect. 4. vers. 356. & 358. Quia verò medicamentum crassitudinem quandam obtinet (cuius gratia Mar.n.127.

E sorbitionem, non simplex decoctum eligit) facilius adhæret, & pituitam à capite descendentem ab vlceribus detergit. Præterea dicendi modus, quo vtitur Hipp. hoc idem nobis persuadet, non enim inquit simpliciter, sorbitionem ex lenticula morbo commodam fuisse, sed particulatim ad vlcera in ore.

Vers. 89. Euxeni vxorem ex fomentis, vt videbatur, &c. Mar.n.27.

Dubitat Valesius textum in præsenti historia defectuosum esse, nescius his verbis sensum idoneum, & perfectum adaptare. Cæterum si verbum incaluit his addatur, quod ex sequentibus necessariò infertur, nihil defectuosum inuenio. Mulier enim ista cum foueretur aliqua alia occasione, fortè ob aliquod vteri vitium, alioqui bene valens, ex fotu excalefacta est, adueniente

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 379 sur 636

ueniente febre: cum ipsa existimaret ex fœtu, vt solet, calorem simplicem aduenisse, non febrem, & cum caloris refrigerationem expectaret, non refrigerata est vllo tempore, imò calor ad vesperam increscebat. Indèquè febris typum contraxit, quem Hipp. describit in textu. His igitur hunc in modum receptis ad historiæ perfectionẽ nihil desideratur. Inquit enim, Euxeni vxor ex calidis fomentis incaluisse videbatur ipsi, aut astantibus, calores verò nullo tempore relinquebant, vt sperabatur, magis autem ad vesperam augescebant, & quæ sequuntur in textu, adeò manifesta, vt nostra industria non egeant. A

Mar.n.29. *Vers.* 119. *Plateæ filio, vbi mortuus esset, sutura capitis.*

Arefactum fuisse huic puerulo cerebrum, & ferè consumptum existimarem, idque non per materiæ calidæ, & siccæ affluxũ, quia id absque dolore, & delirio etiam fortasse euenire non poterat, sed à tabifico quodam morbo, quem siccam intemperiem quis appellaret, quæ dum in cerebri substantiam ageret, eius humorem exiccando, vapor quidam salsus eleuabatur, qui pruritus causa erat. Hanc cerebri consumptionem senes quamplurimi incurrunt, propter quam in sincipite calui fiunt, quia os cerebro consumpto non irrigatur, quemadmodum antea, vndè pili alimento destituti decidunt, quod quidem huic puero non contigit, cui cum sincipitis os molle esset, deficiente cerebri fulcimento depressum est, & potissimum iuxtà suturã. Ab eadem cerebri arefactione testes graciles factos esse, satis rationabile est, nam quia hi à materia seminali pro maiori parte nutriuntur, cuius pars maximè à capite ortum ducit, & à cerebro ipso, vt ipsemet Hipp. lib. de Genitura testatur, cerebro consumpto hanc materiam deficere, necesse est, vndè testes nutrimento destituti graciles facti sunt. Quamuis enim semen in pueris non generetur, qui ad generationem concurrat, non ob id negandum, tantum eius produci, quantum pro nutritione earum partium sufficiat, quæ eo ipso aluntur. B

Mar.n.30. *Vers.* 131. *Quibusdam capitis dolor vehemens cum calore, &c.* C

Præsentis sententiæ verba ex græco cõtextu fideliter, & ferè ad verbum trãslata hunc sensum recipiunt. Quibus capitis dolor vehemens cum calore, quibus quidem ad dimidiã capitis partẽ (conuertitur) & humor per nares fluit tenuis, aut coctus; aut ad aures & ad fauces à capite securius. Quibus verò hæc sicca (non securũ) at sphacelus grauis periculum infert. Si verò accedat anxiosius, aut bilios us vomitus, aut stupor oculorũ, aut aphonia, aut raro loquitur, aut delirium quoddam, mortalia hæc sunt, & conuulsoria, ex quibus colligimus dolores capitis vehementes cum caliditate, hoc est cum febre, quinque exitus habere consueuisse. Primum ad salutem perfectam, & firmam, idquè quando per nares, aut per aures humor excernitur, siuè hic sit tenuis, velut aqua, siuè concoctus vt pus, ab his enim vehemẽtis doloris capitis solutionem expectabat 6. Aphor. 10. hoc autem in loco addidit, siuè ad fauces, quod ab eodem obseruatum esse, credendum est. Secundum exitum habet ad securitatem, non ad integram sanitatem, quando dolor ad dimidiam capitis partem cõuertitur, & in vocatam hemicraniam transit. Tertium habet ancipitem, morbo adhuc dubio permanente, quando dolor in eodem statu permanens adhuc perseuerat. Quartum exitum habet periculosum, quando sphacelissimus succedit vehemens. Nam & lib. 2. de Morb. capitis sphacelissimum morbum quidem grauissimum esse insinuatur, non tamen adeò desperatum, quin aliquos seruari cõcedat, quam quidem sententiam inter aphorismos compendiosè translatam, legimus hunc in modum. Quibuscunq. corruptum est cerebrum, in tribus diebus pereunt, si verò has effugerint, sani fiunt. Quintum denique habere solent exitum ad desperationem, cum nullus indè seruetur, si affuerit anxiosus, aut bilios us vomitus, & reliqua in textu relata: quæ tantam capitis affectionem præsupponunt, vt ventriculus in consensum trahatur. D

Mar.n.31. *Vers.* 148. *Quibus calores multi quandoq. sedantur, &c.* E

Huius sententiæ hunc esse verum sensum existimo. Quotiescunq. iudicatis morbis calores quidam permanent multi, hoc est aliàs, atque aliàs frequenter inuadentes, hi cessant non per sudorem vniuersalem, vt in febribus contingit, sed si circà ceruicem, aut sub alis erumpat, & ratio est, quia cum præfati calores ab humorum reliquijs simplici alteratione incalescentibus ortum ducant, eos ventilari sufficit, quo ad naturalem temperiem reducantur; cuius ventilationis signum erit sudor circa ceruicem, & ad alas, vbi venæ adsunt maiores, ex quarum transpiratione totum corpus refrigeratur, cubiculi calidioris instar, qui apertis fenestris refrigeratur.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 380 sur 636

A *Vers.* 163. *Subpurgandi sunt ventres in morbis, vbi purganda, &c.* Mar. n. 32.

Hæc sententia, quæ & superius lib. 5. repetita est, doctrinam confirmat aphorismi. Concocta medicari, & mouere, quamuis in aphorismo loquatur tantummodo de ea purgatione, quæ fit per inferiora, vt suo loco demonstrabitur, hic verò superiorem etiam adnectat. Indicans quo tempore vtraque euacuatio facienda sit, particularis accessionis respectu habito. Docetque per inferiora purgandum esse, cum iam accessio remiserit, aut quieuerit, supernè verò in ipsamet inuasione, idque à spontina humoris inclinatione deducit, quæ omnia oratione adeò aperta sunt tradita, vt in ea declaranda tempus conterere, non sit opus. Quæ autem subiungit, & propterea in principijs purgandum non est, quoniam sua sponte in his temporibus expurgantur, plurimum difficultatis in se continent, cum videatur purgationes à principio morborum damnare, quæ adeò familiares Hipp. fuere, quemadmodum in expositione citati aphorismi concocta medicari, demonstrabitur, vt aliò tempore purgationem facere non videatur ausus, præter quam in principio, & certè nisi verba alium sensum reciperent ab eo, quem prima fronte præseferunt, hæc tanquam vitiata compungere satius esset, quod asteriscus Aldino codici appositus suadet, quã adeò euidentem in Hipp. doctrina contradictionem tolerare. Sed quia verba hæc iuxtà propriam, & veram significationem accepta, doctrinam continent vtilissimam, & nostro Hipp. dignam, ea explicare satius est, quam abradere. Hoc igitur modo in græco exemplari leguntur, Διὰ τοῦτο δεῖ μὴ ἐν ἀρχῇσι καθαίρειν, ὅτι ἀπὸ τῶν αὐτομάλων ἐν τοῖσι χρονίοισι τούτοισιν, ἢ χρονια ἐπικινδυνα, hoc est vt ego interpretor. Propterea in principijs purgandum est, quia sua sponte in his temporibus expurgantur, num in hæc tempora incidentia periculosa? Quibus verbis purgationem circa initia morborum non prohibet Hipp. sed tempus magis particulare prædictarum euacuationum præscribit. Dixerat

B enim, purgationes per inferiora faciendas esse in remissione accessionis, per superiora verò in ipsomet insultu, & quia hæc tempora latitudinem habent, nos admonet, in eorum principijs id faciendum non esse: rationemque adducit, quia sua sponte in prædictis temporibus expurgari solent, quarè nè simul cum motu naturæ contendamus, admonet, vt principium eorum temporum elabi permittamus, obseruantes, an natura moueat, nec nè, principioque transacto, & natura non euacuante ad purgationem deueniendum erit, verbaque illa subiunxit, ἢ χρονια ἐπικινδυνα, indicans malum esse, & periculosum eo tempore euacuare, quo natura ipsa sponte mouet. Hancque veram esse huius loci expositionem indicant ea verba, quia, sua sponte in his expurgantur, quia si de principio morbi intelligeret, mala esset ratiocinatio, in principijs purgandum non est, quia eo tempore sponte expurgantur? imò, quia natura, eo tempore id præstare solet, ars ad naturæ imitationem purgationem instituere tunc do-

D cet, quod respiciens Auicennas dicere solitus fuit, si natura non mouet, moue tu hora motus eius.

Vers. 190. *Dolores capitis ex vtero sedat cathoreum.* Mar. n. 34.

Præsentis sententiæ occasione Valesius, Galeni *auctoritate permotus vterum à propria* sede non moueri in hystericis contendit, præfocationis causam referens in vapores ex vtero eleuatos à sanguine menstruo, aut à semine in eo retento. De hac autem re alibi differentes Hipp. sententiam secuti vteri corpus, & ascendere, & descendere aliquando in mulieribus, demonstrauimus. Nam si Hipp. aliorumque experimentis credendum est, vterus ipse sensu Mar. n. 19.

ascendere percipitur, idque testatus est Hipp. lib. 2. Morb. mul. vers. 33. quo in loco vteros in tumorem eleuatos sub hepate deprehensos manu infrà in locum suum detrudendos, & fascia continendos esse iubet. Præterea, si in præfocationem vteri tunc maximè incurrunt

E mulieres (vt ipsemet Hipp. experientia edoctus testatur lib. 1. morborum mul. vers. 194.) Mar. n. 17.

quum ieiunauerint, & laborauerint, alioqui benè se habentes, quomodo huius symptomatis causa in sanguinis, aut seminis retentionem referri potest? Quà ratione autem vterus ascendere dicatur, explicauimus lib. 2. Morb. mul. vers. 29.

Vers. 270. *Cholericæ affectiones maximè æstate fiunt, & febres intermittentes, & quibus horrores accedunt. Hæ quandoq. malignæ, &c.* Mar. n. 40.

Hæc sententia quotidie verificatur, & potissimum Romæ, vbi rarò non viget pituitosus humor, cuius gratia febres pro maiori parte intermittentes incipiunt, quæ tandem in acutas, & malignas transeunt. Notat verò Hipp. id euenire in febribus illis, quæ cum horrore

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 381 sur 636

inuadunt, & ratio adest euidens. Horror enim pituitosæ materiæ copiam bilioſæ admixtam A
indicat, quæ circa primas accessiones mouetur quidem, verum ob naturalem frigiditatem
non accenditur ad febrem, temporis verò progressu, & ipsa putrescens febrem inducit longiorem, & quæ facilè in hæmitriteum transit, de cuius prauitate testimonium habemus ipsius Hipp. lib. 1. Epidemiorum. sect. 3. vers. 17. Hanc verò transmutationem quinta, aut septima, atque etiam nona, fieri ait Hipp. aliquando tamen, vsque ad decimamquartam diem productam esse obseruatum est, & ideo vsque ad illud tempus cauendum nobis esse iubet, ne error aliquis contingat, ex quo, si aliquid in præfatis diebus moliri necesse sit, periculum astantibus indicetur, ne remedio imputetur, quod in naturam morbi referendum esset. Huiusmodi transmutationis periculum magis timendum in æstate, quo tempore bilis maximè viget, a qua morbi acuti dependent. Horroresque minus æstiuis febribus conueniunt, quam aliorum temporum: vnde iuxta aphor. 34. secundæ sect. horrores in febribus maximè vereri B
oportet, ex hoc loco colligi potest, an in febribus intermittentibus numeros dierum acceperit Hipp. accessiones ipsas, an naturales dies, quia cum hic sermo habeatur de febribus intermittentibus, quo nomine etiam tertianæ comprehenduntur, si per dies, accessiones acciperet (quemadmodum interpretatur Galenus) quatuordecim accessiones cauendæ essent, quæ in febre tertiana in diem vigesimumseptimum inciderent, quod Hipp. consilio alienum esse apparet. Verum hunc interpretandi Hipp. modum alias reiecimus demonstrantes eum, & nominibus, & dicendi modo vti, pro vt à vulgaribus hominibus vsurpantur.

Mar. n. 51. *Vers.* 428. *Circa aures multis, qualia Satyri habent, &c.*

Satyros pingebant Galeno referente 2. in 6. Epidem. n. 14. oblongos apud aures excessus habentes, quare cum dicat modo Hipp. ægrotantibus facta esse, qualia Satyri habent, intelligendum est, fuisse abscessus figuræ oblongæ, quæ à parotidibus communibus differunt, C
tum forma, & magnitudine, tum etiam quia ad suppurationem non deueniunt, quemadmodum parotides solent, vocanturque à vulgaribus *orecchioni*, & alibi etiam *gozzoli*; suntque in pueris familiares satis, eorum enim materia est pituitosus humor in eam partem à capite descendens.

Mar. n. 52. *Vers.* 430. *Timonactis filio ferè bimestri pustulæ in cruribus, &c.*

Quæ huic puero apparuerunt exanthemata non existimo fuisse de genere eorum, quæ à nostris morbilli, siue variolæ appellantur, quorum inuasio adeò vulgaris facta est, vt nullus ab eis immunis permaneat, & qui semel ijs correptus est, in posterum ab ijs ferè tutus est, & ratio quæ in hanc opinionem me impellit, est, quia sine febre apparuisse constat, quod variolis, & morbilis non contingit, quos febris satis vehemens præcedere solet, etsi quis dixerit, febre in D
hoc puero præcessisse, quæ post eorum apparitionem cessauerit; indè verò conuulsiones sine febre successisse, hoc etiam longè absurdius est, quia quãdo post dictorum exanthematum apparitionem febris cessat, cessant etiam cętera omnia accidentia, cum sint veluti crisis perfecta, vt non sit verisimile, febre sublata, & variolis egressis, excitari conuulsiones. Quarè dicerem ego, exanthemata huic puero erupisse sine febre omninò, solent enim pueris frequenter varia pustularum genera fieri sine febre, quæ à mulieribus proprijs nominibus pro regionum varietate denominari solent. Huius naturæ sunt v.g. pustulæ, quæ hic Romæ dicuntur *Valache*, aliæ *Morüiglioni saluatichi*, & sic de cæteris inter se differentibus, tum magnitudine, tum colore, tum eruptionis modo, tempore; & alijs similibus: quarum diuersitas à materiæ diuersitate dependet, quæ vnà cum serositate ad harum pustularum generationem concurrit. Familiaresq. pueris sunt maximè propter serositatem, & humiditatem, quæ in pueris abundat, cum raritate corporis, & expultricis robore. Cum igitur huiusmodi pustulæ puero E
eruperint sine febre, & non longè postea (vt credere est) derepentè euanuerint, cum dicat Hipp. his autem sedatis, earum materia ad caput translata epilepticas conuulsiones excitare potuit, quæ puerulum è medio sustulerunt. Nam materia recurrens adeò maligna euadit, vt omnes recursus pernicioſos semper existimauerit Hippocrates, quod sæpius adnotauimus.

Vers. 443. *Prudens mortuus est tertia die à recidiua.*

Mar. n. 52. Id tanquam rarum, & inusitatum narrauit Hipp. quandoquidem, qui tabidi moriuntur (qualem hunc puerum ex suppuratione factum esse enarrata in textu palàm faciunt, etiamsi

eum

A eum hydrope laborasse dixerit; non enim incompatibilia sunt tabes, & hydrops; imò euidenter consociabilia. Nam lib. 3. Epidemiorum sect. 3. narratur, plurimos tabidos illius constitutionis hydrope etiam laborasse) erat ergò tabidus, quorum alij sensim moriuntur calore innato paulatim euanescente: & hi prudentes intereunt. Alij moriuntur exacerbata febre, qua continuò detinentur, vel acuta superueniente, & hi cum delirio vitam finiunt, quod in citata constitutione obseruauerat, de tabidorum enim exitu verba faciens inquit, deliri circà mortem, cum igitur huic ægrotanti febris acuta superuenisset, delirantem mori rationabile erat. Arefacto enim per tabem corpore, & humido ferè penitus consumpto, dum febris acuta superuenit, animalis spiritus temperies ad eum caliditatis, & siccitatis gradum permutatur, vt necessariò delirium consequatur. Id verò huic puero non contigisse credendum est, quia cum hydrope simul laboraret, ad eam siccitatem perduci non potuit spiritus, vt
B delirium induceret.

Vers. 447. Epicharmi filio accidit ex via, & potu cruditas. Mar. n. 53.

Succi in ventriculo corrupti tanta prauitate aliquādo participes fiunt, vt veneni facultates æmulentur. In hanc corruptionē cum incidisset Epicharmi filius, occasione itineris, & potus vberioris, non est mirum, si tam citò mortuus sit, instar eorum, qui ex veneno intereunt, quāuis mortem accelerauerit non parum balnei incongruus vsus, quod succos in vētriculo corruptos attenuando, & diffundēdo fuit causa, vt citius cor ipsū peterent, quod & dolor pectoris, & sopor primum, deindè delirium indicarunt. Scimus enim, hæc duo symptomata non minus affecto pulmone superuenire, quam cerebro ipso patiente, quamuis etiam dici posset, huiusmodi succos in ventriculo corruptos ad caput delatos prædicta symptomata intulisse, doloremq. pectoris ad ventriculum pertinuisse, non ad medium ventrem. Alias enim demonstrauimus, calidos, & tenues succos in ventriculo existentes dolorem ad pectoris regionem
C inducere.

Vers. 462. Halicarnassensis, qui in domo Xanthippi diuersabatur, &c. Mar. n. 54.

Hic homo, cui & auris, & caput dolebat, à venæ sectione adeò læsus est, vt cum delirio tandem obierit. Huius causam reddit Hipp. Non enim (inquit) facta est suppuratio, eo quod caput euacuatum sit, & refrigeratum. Adnotauimus enim superius ex eodem Hipp. hac eadem sectione, in vehementioribus capitis doloribus, qualem hunc fuisse indicauit per illa verba, nō mediocriter, vt res ęgroto benè cedat, necesse esse, vt humor excernatur per nares, aut per aures, tenuis (bile prædominante) aut maturus (sanguine peccante, aut alio humore crassiori) quarè cum hic ex bile non laboraret, quandoquidem hyeme ægrotasse narratur, sed ex crassiori humore, meritò excretio maturi humoris expectari debuerat, suppuratione
D igitur à venæ sectione intercepta, læthaliter læsus est æger. Quia verò non omnis euacuatio sanguinis apta est caput refrigerare: sed ea tantummodo, quæ copiosa est, & à parte proximiori celebratur v.g. à venis in capite existentibus, dum huius rei causam adducit, nos tacitè de more admonet hoc exemplo, non quālibet venæ sectionem in proposito casu damnari. Sed copiosam tantummodo; & quæ in superioribus partibus fit.

Vers. 469. Anaxenor in Abaeris, erat quidem spienicus. Mar. n. 55.

Huic facto abscessu, si statim ac ipsum recurrere animaduersum est, datum fuisset pharmacum, quod longè post factum esse, insinuatur per illa verba, priusquam moreretur, subpurgatus est; fortasse, ægrotus morti eripi poterat. Color enim vitiatus maximam cachochimiam indicabat, quæ nullo alio præsidio melius tollitur, quam purgatione. Quod verò ad venæ sectionem spectat, certè stante magna cachochimia non videtur ex vsu.

E *Vers. 487. Pythonis filio in Pella febris statim incœpit multa, &c.* Mar. n. 56.

Mirabitur quispiam, quomodo huic ægrotanti excretis biliosis cataphora cessauerit, & febris remiserit, cum omnibus receptū sit Galeno credentibus, soporosos affectus refrigerato humectatoque cerebro semper ortum habere, quorum neutrum bilis præstare apta est. Verum mirari desinet, si vini potati effectus perpenderit. Videmus enim ex potu copioso vini, & potissimum meracioris somno profundissimo temulētos corripi, quum tamen vinum calidum sit, & siccum. Fit enim sopor, quotiescunq. spirituum animalium motus sistitur, aut torpescit: quod quidem euenit, non modo cum immodicè refrigerantur, sed etiam cerebro repleto, repletur autem, & ab humoribus, & à solis vaporibus, qui si magis corpulentia (vt ità di-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 383 sur 636

cam) agant replendo, quam facu tate calefaciendo, aut exsiccando, hi semper quamuis à ca- A
lidis, & siccis eleuentur, soporem inducunt, imò sanguis in cerebro abundans modo so-
porem, modo vigilias inducit. Quotiescunq. igitur vapores ab humoribus in partibus infe-
rioribus existentibus eleuantur in caput, vaporis naturam conseruant, quæ in humido potius,
quam in sicco consistit, perpetuò soporem inducunt, quia caput potius replent, quã exiccant,
& calefaciunt. Verum si hi ad exhalationis naturam, quæ calida est, & sicca, potius acce-
dant, calefaciendo, & exiccando vigilias, & deliria pariunt. Quarè sicuti in magno mundo,
vbi terra copioso humore perfusa est, plus vaporis, quam exhalationis eleuatur: ità in micro-
cosmo, quando venter inferior humoribus repletus est, siuè calidi sint, siuè frigidi, euapo-
rante humidiori parte, cerebrum vaporibus repletur, qui copia magis, quam virtute agentes
soporem inducunt. Nam præterquam quod nullus humor, etiam potentia siccissimus, humi-
do caret, qui vaporis generationi materiam præstat, dum in ventre inferiori consistit, in quo B
humidum naturaliter abundat: quemadmodum ipsemet Hipp. libro primo de Diæta vers.
Mar.n.12. 163. adnotauit, vapores indè eleuatos humiditate participes esse necesse est, ità vt bilis in
eo consistens, dum vapores in caput dimittit, soporem, non vigilias inducat. Secus autem,
si eadem in venis, aut alibi consistens vapores ad caput transmittat, dum præter naturam
incalescit, nam propter bilis facultatem calidam, & siccam, quæ ab ea eleuantur ad exhala-
tionis naturam potius accedunt, quã vaporis, his adde etiam, quia vaporibus à venis eleuatis
non adeò patet via, vt sub forma vaporis, qui crassior est, ad caput peruenire queant, quem-
admodum exhalationibus, & hinc elucet ratio, cur multi in accessionum principijs somno
profundo corripiantur, qui in vigore à vigilijs, & delirio præmuntur, quia scilicet in princi-
pio vapores non sunt humorum in venis putrescentium, sed humiditatis in inferna aluo sta-
bulantis, etsi pars quædam à venoso genere ascendit, quia humores nondum putredinem, & C
calorem febrilem contraxerunt, ideò vaporis humidioris potius, quam exhalationis natu-
ram sapiunt. Hæc veritas ex libro primo prorreticorum confirmatur, quo in loco soporosos
à principio, tandem phreneticos fieri testatur Hipp. bilioſi enim succi in partibus inferioribus
existentes primo euaporationes in caput dimittunt, quæ cerebrum replentes soporem
inducunt: cui phrenitis succedit, ijsdem bilioſis succis cerebrum petentibus. Hæc omnia
si considerasset Galenus, in illud absurdum minimè incidisset, vt affirmaret, soporem, quo Her-
mocrates 3. Epidemiorum correptus est die vndecima, in affectione, quæ vt ipse fatetur,
tota ignea erat, ob insignem refrigerationem cerebri contigisse ex imbecillitate, quam
emorientium propriam fecerat paulò antè, cum constet, vsque ad vigesimumseptimum su-
peruixisse sopore sedato, febreque bis eo tempore intermedio ad infebricitationem redacta.
Succi ergò omnes, siuè calidi sint, siuè frigidi, cum in magna copia ventrem inferiorem ob- D
sident, ad caput euaporantes perpetuò soporem inducunt; quod huic puero contigit, ità vt
ijsdem excretis sopor cessauerit: febris tamen producta est vsque ad decimumquartum diem,
eo quod excreti succi febris materia coniuncta non erant. Febris enim continua erat, &
ex consequenti ab humoribus in venis existentibus oriebatur, fouebatur tamen etiam ab his
ità, vt illis eductis, qui febrem constituebant, facilius à natura superari potuerint.

Mar.n.57. *Vers. 496. Eudemus splenem dolebat fortiter.*

In præsentis ægroti curatione illud adnotandum est, vinum pro potu nigrum albo præpo-
ni, quod in omnibus lienis affectibus ab eo obseruatum inuenio. An quia vinum nigrum
magis exiccat, quam album, vndè eo semper in diæta exiccanti vtitur Hipp. Lienosique
maximis scatent humiditatibus, quarum gratia exiccantia sunt præferenda? An potius quia
Mar.n.38. tale vinum facit ad robur, vt idem Hipp. lib. de Affectionibus sect. 2. vers. 115. testatur, quo E
lienosi egent, cum sint imbecilles, & carnes admodum laxas habeant? Quomodocunque
sit, certum est tale ab Hipp. probari, & ideò temerè sese gerere posteriores videntur, qui con-
trà Præceptoris doctrinam in omnibus lienis affectibus album nigro præferunt. Vidè quæ
adnotauimus lib. 4. de Morb. sect. 1. vers. 222.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 384 sur 636

De ratione victus in morbis acutis.

A

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Hic liber, ſiuè de ratione victus acutorum inſcribatur, vt omnia græca exemplaria perſuadent, ſiuè de ptiſana, vt multis perſuaſum eſt, ſiuè ad Gnidias ſententias, vt alij teſtati ſunt, doctrinam continet pulcherrimam, & vtiliſſimam. In eo enim Hipp. non modo rationem dietandi in morbis acutis diligenter explicauit, ſed etiam huius occaſione per modum exempli vtiliſſima præcepta circà curationem acutorum morborum nobis reliquit. Ad Hipp. Heraclidæ filium eum retulit Gal. cum tamen multa in eo deprehenderit, quorum verum ſenſum non aſſecutus, ea tanquam Hipp. indigna de more reiecit. Ego autem meherculè fateor maiorem vtilitatem ad praxim ex hoc libro percepiſſe, quam ex quouis alio Hipp. opere, B Antonius Muſa Braſaolus Ferrarienſis in eo explicando elaborauit, verum quia Galeni commentario indiſſolubili modo adſtrictus fuit, huius doctrinæ vbertatem aſſequi non potuit. Valeſius etiam in eo comentaria, eaque vtiliſſima edidit, ſed in multis Galeni cenſuram recipiens verum ſenſum, & Hipp. doctrinæ conſentientem inuenire non fuit ſolicitus. Quod cum ſummo ſtudio ipſe procurauerim, quid noſtri labores præſtiterint, lectores videbunt.

Verſ. 10. *Quod etiam paucis numero vſi ſunt medicamentis, &c.* Mar. n. 1.

In hoc pariter reprehenſione dignos eſſe Medicos Gnidios exiſtimauit Hipp. quia in morbis curandis paucis numero vſi ſunt medicamentis. Nam plurima ab ipſis relata, hoc eſt, maior pars remediorum, quæ ipſi retulerunt, exceptis morbis acutis, ideſt exceptis quibuſdam, quæ ad morbos acutos tradiderunt; fuere tantummodo Pharmaca deorſum purgantia, & ſerum, & lac pro tempore, hoc eſt iuxtà anni temporis conditionem, (ſero enim in C quolibet tempore anni antiquos vti nõ conſueuiſſe, alibi adnotauimus) quæ cum ad tollendos morbos non ſufficiant, ideò in hoc laudari non poſſunt.

Verſ. 32. *Quum enim non peſtilentis morbi modus quis communis, &c.* Mar. n. 3.

Ex acutis morbis plures interire, quam ex alijs non acutis, experientia ipſa demonſtrat, non quidem, eo quod inter morbos non acutos non adſint etiam læthales, qualis eſt tabes, hydrops. Dyſenteria, & ſimilia: verum quia hi morbi etiamſi læthales ſint, non adeò frequenter inuadunt, quemadmodum acuti morbi, & ideò verum eſt dicere, ex acutis morbis plures interire, quam ex alijs omnibus, eam exceptionem appoſuit, niſi communis aliquis peſtilentis modus graſſatus fuerit, quia tunc vel plures morbi inuadunt ex eorum numero, qui rarò contingere ſolent; quemadmodum euenit in peſtilenti conſtitutione lib. 3. Epidem. regiſtrata: in qua plurimos ex tabe, & ex alui fluxibus diuturnis mortuos eſſe narratur, vel propter D conſtitutionis prauitatẽ morbi non acuti, & ex propria natura ſalutares, pernitioſi, & læthales fiunt, eo enim caſu non erit inconueniens, ex non acutis morbis plures interire, quã ex acutis.

Verſ. 68. *Quicunque igitur ptiſana in hiſce morbis vtuntur, &c.* Mar. n. 5.

Inter cæteras ptiſanæ laudes hanc celebrat modo Hipp. quia tantum exactè nutrit, quantũ in acutis morbis expedit, ità vt quilibet continuò ea vti poſſit, abſque eo quod corpus vberius nutriatur, quã conueniat: vel minus, & ad inanitionem perducatur. In duobus enim delinquere ægros in dieta acutorum contingit. Primò ſi victus tenuior præſcribatur, quam conueniat; vndè aut medicus coactus ſit, in morbi vigore cibum augere, quo tempore imminuendus eſſet: aut æger ex virium imbecillitate periclitetur. Secundò verò, ſi plus alimenti offeratur, quam expediat, cuius gratia, nè calor ſuffocetur, aut morbus inualeſcat, aliqua cibatio E dimittenda ſit, quæ quidem cibationum intermiſſio longè grauior eſt in morbis acutis, quam in diuturnis, ob febrem eos concomitantem; quæ ab inedia acrior, & vehementior redditur; quatenus humores per eam tenuiores redditi febrili calori aptiorem materiã ſupeditant, qua quidem ratione permotus Hipp. febriculoſũ fami inimicũ eſſe dicebat lib. 6. Epid. ſect. 3. v. 50. Prodici immodicam abſtinentiã reprehendens, vt taceam alia incõmoda, quæ ex inſolito ieiunio ægrotantes incurrere, argumentatione à ſanis ad ægros facta pluribus demonſtrabit inferius Hipp. hoc eodẽ lib. ſ. 2. Hæc igitur incõmoda facilè effugit ptiſana: quia facilè deſcẽdit, debiliſſima eſt; vt non adſit periculũ, nè ex eius vſu æger plus nutriatur, quã cõueniat: vndè non erit coactus Medicus vllo tẽpore cibationẽ aliquã detrahere, niſi occaſione aſſumpti medica-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 385 sur 636

menti, aut infusi per clysterē id faciendum sit, & hæc subiunxit Hipp. quia antiquis vsitatū fuit prandium eo die prætermittere, quo pharmacum assumebatur, aut clysteri purgatorio corpus euacuabatur, quod non ex hoc loco tantummodo colligitur, sed ex cæteris Hipp. libris, in quibus morborum curationes tractātur; cū enim multis in locis per singulas cibationes diætam præscribat, eo die, quo pharmacum exhibet, de prandio nullam mentionem facit; signum euidens, eos impransos detinuisse, quod quidem absquè ratione factum esse, asserendum non est, nè scilicet ab assumpto alimento purgatio interrumperetur, nam ab assumpto alimento perfecta purgatio interrumpitur, quæ per subsequentem inediam perficitur, quamuis enim pharmacum à toto corpore humores educat, venter inferior tamen præ cæteris partibus magis euacuatur, etiam si progressu temporis totum corpus æqualiter inanitum reddatur, vt aptissimo exemplo demonstrat Hipp. lib. 4. de Morb. vers. 156. inanitus enim venter à toto corpore humores trahit, quemadmodum à ventre totum corpus trahit alimentum. Quarè si à purgatione statim cibus ingeratur, priusquam inanitus ventertrahat à corpore, exacta euacuatio prohibetur, in qua purgationis perfectio consistit, vndè nostri in hoc delinquunt, quia prandiū in die purgationis exhibent, vt mirum non sit, si perfecta purgatio admodum rarò sequatur, etiam si communiter repetatur medicamentum non semel, sed sæpius, imò quam plures post purgationem grauius habent: quia cibus ventriculo adhùc languente, & imbuto pharmaco ingestus non concoquitur, sed cruditatem parit, à qua ventriculus mane sequenti redditur grauior, quæ incommoda, vt deuitarent antiqui, in die purgationis vnica cibatione erant contenti, minus incommodum existimantes ieiunium hoc, quam alimentum, quod minuat purgationem, aggrauetquè cruditatibus ventrē. Quod si aliquando, aut ratione morbi, aut ægrotantis virium incommodum aliquod ex hac inedia timerent, pharmaco potato sorbitionem aliquam statim exhibebant, ità enim Hipp. imperasse legimus inferius hoc eodem lib. sect. 2. vers. 31. de pleuritide tractans, in qua inedia suspecta est maximè, tùm ob vires, quas validas esse oportet ad excreandum, tùm etiam quia exiccatio, quam ieiunium parit, expuitioni non parum aduersatur. Hunc vsum igitur dimittendi prandium respiciens Hipp. hoc in loco ait. Nisi ob medicamenti, aut clysteris vsum intermittere opus sit, clysterem purgatorium intelligens, cui euacuationi eadem competit ratio, quæ purgationi per pharmacum. A quo quidem instituto recedere incipientes Medici posteriores loco prandij iusculum quibusdam exhibere cœperunt, vt totalem inediam cauerent, & hic, ni fallor, emanauit vsus exhibēdi iusculum post purgationem, sed nostri iusculi vsum retinentes indè horæ spatio interposito prandium duplicato errore præbent, & sæpè in media purgatione, constat enim plerosquè à prandio adhùc purgari, signum euidens tempore prandij purgationem absolutam non fuisse, error maximus, & qui à nullo dissimulari potest.

Mar. n. 11. Mar. n. 13.

Vers. 74. At verò copiam à principio dare non multam, neque valdè crassam, sed quantum consuetudinis causa, & nè multa vasorum inanitio fiat.

Mar. n. 5.

Hæc sententiola valdè exagitauit interpretes, & ideò ab ipsis vario modo translata est, & explicata, ego autem hæc supradictis connectens hoc pacto exponerem. Dixerat, ptisanam bis etiam dari debere ijs, qui ob consuetudinem semel tantummodo in die cibum per sanitatem assumebant, nunc verò explicat, quomodo hæc additio fieri debeat. Iubet enim statim à morbi principio seruandā esse consuetudinem, eam semel tantummodo exhibendo, indè verò bis eam dari, si opus esse videatur; additione paulatim facta, ità, vt quum primo bis ea dari incipit, modica exhibeatur, & non admodum crassa: indè verò, & quantitas, & crassities augeatur; ea seruata moderatione, nè multam, & crassam exhibentes à consueta diæta recedamus nimis: aut in minima quantitate propinantes, stomacho inanitionem inducamus.

Mar. n. 6.

Vers. 76. Cæterum quo ad augmentum copiæ sorbitionis.

Ptisanæ vsus in morbis acutis, de quibus hic sermo habetur, esse debet non solum gratia alimenti, sed etiam medicamenti, nam vt suprà dictum est, hæc non modo nutrit, sed etiam humida est, lubrica, sitim tollit, & alia præstat, quæ ad medicamentum propriè spectant, si ergò consideretur, vt medicamentum, quò morbus siccior est, eò copiosior exhibenda esset, verum quia hæc simul nutrit eo tempore in magna copia, dare eam non oportet, quid ergò agendum? In parua copia eam dare iubet Hipp. vt inutilis refectio vitetur, antè eius exhibitionem verò aliquid aliud humectans exhibet, nempè aut mulsam, aut vinum, aut quid simile, quod

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 386 sur 636

A le, quod morbo ficco sufficientem humectationem præstet. Per siccum enim morbum intelligit Hipp. (vt optimè adnotauit Valesius) non quemlibet morbum siccum, vt v.g. febrem ardentem, sed eum, in quo æger nihil omninò expuit, quod in morbis, de quibus hic sermo habetur, morbi principium vniuersale attestatur. Indè verò subiungit, quæ citius, magisquè madescunt, iudicationis denuntiant celeritatem, & ratio est, quia cum inter morbi tempora adsit quædam proportio, si principium, quo siccus est morbus, breue fuerit, & reliqua tempora breuia erunt, & hac ratione sputum citò apparens breuem morbum significat, quod 1. Aphor. 12. adnotatur, verum cur de his hoc loco sermo habetur? vt ex his colligamus, aliquando diutius persistendum cum exigua ptisanæ copia, aliquando breuiori tempore, pro ratione celeritatis motus ipsius morbi.

Vers. 85. *Et quantò copiosior purgatio fuerit, tantò plus dare oportet.* Mar. n. 6.

B Vt virtus fortior sit ad expurgationem, sorbitio augenda est, dum æger spuere incipit: tuncq. morbus ipse minus prohibet alimentum, cum ex sputi eductione iam remitti incipiat. Adde etiam, quia tunc nulla adest suspicio, nè ex additione alimenti aliqua critica euacuatio perturbetur: quorum gratia in alijs morbis circà vigorem diætam attenuare cogimur. Talemquè victus rationem per sorbitiones seruari iubet duobus etiam à iudicatione diebus, quibus transactis, sorbitione quidem mane vtendum est, vespere autem ad cibos transeundū est, ex quibus patet, hoc in loco per crisim non intelligere Hipp. subitam mutationem ad salutem cum sensibili aliqua euacuatione, sed simpliciter morbi solutionem paulatim mediante sputorum excreatione procedentem. Nam huiusmodi morbi rarò per illam crisim terminantur, nunquam verò cum iam æger matura expuere incœpit. Cur autem in cœna potius, quam in prandio cibos dare incipiat, ratio posita est in consuetudine, cum enim antiqui per sanitatem copiosiorem cœnam facerent, iure merito in gratiam consuetudinis cœna augenda primum erat. Quarè nostri contrarium facientes non sunt reprehendendi: nam consuetudo in contrarium permutata est pluribus in locis, vt prandium cœna copiosius fiat.

C

Vers. 139. *Maximè verò, & à potu abstinendum est.* Mar. n. 10.

Hac voce maximè insinuare videtur Hipp. maiorem noxam afferre potum in principio accessionis, quam sorbitionem, quamuis in cæteris temporibus hæc illo sit nocentior, cur autem potus in principio magis lædat, ratio posita est in potus tenuitate, qua mediante facilius permeat, & quia etiam magis refrigerat, tenuitate statim ad inflammatam partem peruenit, frigiditate verò caloris expansionem prohibet, vndè elongatur paroxismus. Quarè si in principio accessionis aliquando aliquid dare cogimur, minus lædetur æger aliqua re solidiori, v.g. panis bucella madefacta exhibita, quam à potu.

D

Sectio II. Lib. De ratione victus Acutorum.

Vers. 21. *Si verò sub septo transuerso fuerit dolor, ad clauiculam, &c.* Mar. n. 12.

Non de omni lateris dolore vniuersaliter hæc sententia prolata est, vt Valesius interpretatur, sed de vera pleuritide, cuius præcepta quædam curatiua nobis proponuntur, occasione eorum, quæ suprà dicta sunt de ptisana in morbis acutis exhibenda. Dixerat enim Hipp. Quin etiam si lateris dolor assiduus est, & ad calefactoria non remittit, & sputum non prodit, sed citrà coctionem valdè viscosum sit, nisi soluerit quis dolorem, aut ventre mollito, aut vena secta, vtrum tandem horum conducet; ptisanam autem ità habentibus dederit, cita mors talium

E continget. Quia ergò sine doloris lenitione ptisana dari non debet, ideò ad perfectam de victus ratione tractationem necessarium esse existimauit, demonstrare etiam, quomodo in pleuritide dolor sedetur. Hoc igitur nunc aggreditur, & inquit, primum tentandum esse fomentis dissoluere, subiungens, id in omni dolore lateris conuenire; à quibus nisi dolor sedetur, ad alia duo præsidia dolorem sedantia confugiendum esse, ad purgationem scilicet, & venæ sectionem, quæ cum indistinctè non sint administranda, dolore ad clauiculam pertingente, venam secari iubet, si verò sub septo transuerso fuerit dolor, aluum mollire oportet. Nequè enim nouum est, dolores pleuriticos sub septo transuerso aliquando consistere, quid enim prohibet inflammatione latus, quod πλευρον Græci vocant, occupante; vndè pleuritidis nomen

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 387 sur 636

men desumptum est; morbificæ materiæ partem per carnosas partes inferne diffusam sub septo transuerso ad lateris mollitudinem, & ad regionem hypocondriorum de se significationem dolore mediante præbere? nihil certè: nam & ipse Hipp. lib. 1. de Morbis sect. 2. vers. 220. de vera pleuritide ex professo tractans inquit, & quandoquè locis infrà latus dolorem exhibet, sæpè verò, si ad infernas partes conuertatur, dolorem per venas distribuit; multumquè, ac biliosum æger mingit. Hanc verò partem clarius expressit libro de loc. in Hom. vers. 258. asserens, pleuriticorum dolores aliquando τὴν λαπάρην, locum Galeno interprete ab infernis costis ad pubem vsquè, lateris mollitudinem vbiquè interpretatur Cornarius, & adhùc distinctius partem hanc indicauit lib. 3. de Morbis vers. 230. dum inquit, quod si ad dolores in lateribus (loquitur enim de pleuritide) etiam hypocondria doleant, clysterem adhibere oportet, ex quibus luce meridiana clarius elucet, pleuriticorum dolores aliquando in hypocondrijs, & partibus sub septo transuerso vigere, idquè euenire est rationabile, quando materia morbifica naturali grauitate deorsum inclinat magis, quam sursum, quemadmodum, & ipsemet Hipp. lib. 3. de Morb. testatus est. Hanc igitur humorum inclinationem attendens, iuxtà vulgatum illud: Quò natura vrgit per loca conferentia ducere oportet, deorsum tendente morbo, purgationem per inferiora proponit, venæ sectionem verò, cum sursum potius vergit. Hancq. distinctionem adeò necessariam duxit, vt qui contrario modo procedit, nihil vtilitatis, sed maximi detrimenti auctor esse possit. Nam sicuti (vt ipse Hipp. testatur) venæ sectio non tollit dolorem ad lateris mollitudinem pertingentem; ità purgatio inutilis est, cum dolor partes superiores occupat, & ad clauiculam se extendit. Dum enim humores sursum tendentes, & qui facilè per superiora purgari possunt, per purgationem infrà trahuntur, sputum prohibetur, quo in superna pleuritide nocentius excogitari non potest. Nam cum materia in thorace contenta à purgante medicamento non educatur, sputum (inquit Hipp.) retentum hærens in pulmone densum spiritum facit, & non longè post æger suffocatus moritur, cur autem dolore ad partes superiores se extendente sanguis mittendus sit, purgatio verò facienda, si infrà septum transuersum descendat, ratio est in promptu. Quotiescunque enim pleuritis à plethoria dependet, & ab ea fouetur, dolor, & grauitas partes superiores occupat; quia ibi venæ adsunt, quæ cum venis per partem inflammatam disseminatis coniunguntur, vndè repletis ijs, quæ in loco inflammationis consistunt, sanguinisquè copiam capere nequeuntibus, superiores his continuatas repleri, & extendi necesse est, vndè partes è regione sitas dolere, & grauari contingit. verum dicet quispiam, cur id in inflammationibus aliarum partium non euenit? in quibus ea tantummodo loca dolere perspicimus, vbi inflammatio consistit? Respondeo, id peculiare esse harum partium, lateris scilicet, quod cùm membranosum sit, & excarne, vt dicebat Hipp. lib. 1. de Morbis sect. 2. vers. 199. non adeò capax est humorum copiæ, quemadmodum carnosæ partes; vndè influentibus in eo humoribus eius venæ adeò replentur, vt earum extensio vicinis partibus communicetur, vndè doloris dilatatio contingit, quia igitur doloris extensio ad superiores partes plenitudinem supponit, quæ nullo alio remedio facilius tollitur, quam venæ sectione, ideò in hoc casu sanguinem mitti iubet Hipp. Quum verò pleuritis à cachochimia dependet, dolor superioribus iam dictis partibus non communicatur; quia venæ non adeò replentur, vt earum distensio ad superiores venas perueniat, imò ad inferiora vergens, partes sub septo transuerso existentes infestat, quilibet enim humor sanguine excepto deorsum potius, quam sursum vergere solet, quia spiritibus minus participat, quorum virtute humores in corpore, nec leuitatem, nec grauitatem habere videntur, solus enim sanguis grauitatis, aut leuitatis motu caret: quia à spiritibus, quos copiosos obtinet, regitur, & moderatur, cæteri verò humores naturali grauitate descendunt potius, quam ascendunt: nisi aliqua concurrat causa, quæ eos extollat, & euehat ad superiora, aut per vapores lædant, vt bili euenire diximus alias, quæ in ventriculo existens lateribus dolorem facit. Quia igitur dolor ad hypocondria descendens pleuritidem à cachochimia ortum habere indicat, cuius remedium est ipsa purgatio, ideò purgationem loco sectionis venæ probat Hipp. non hoc casu tantummodo, sed quotiescunquè pleuritidem à cachochimia dependere contingit, vndè lib. 3. de Morbis vers. 284. de curatione pleuritidis tractans, hæc ait, si æger biliosus sit natura, & non purgatus correptus fuerit à morbo, medicamento probè bilem purgato, his enim concurrentibus cachochimiam vigere necesse est. Quum igitur Medicinæ

Mar. n. 23. Mar. n. 24. Mar. n. 23. Mar. n. 23. Mar. n. 22.

A B C D E

A dicinæ parens Hipp. hanc praxim longo experimento probatam, & ratione euidenti confirmatam nobis reliquerit, non satis mirari possum Galeni audaciam, qui eam peruertens tutius semper esse mittere sanguinem, scribere fuerit ausus, sed multo magis nostri temporis Medicos, penès quos purgatio adeò familiaris est, vt eam prætermittere in nullo morbo, & in nullo ægrotante possint, sæpissimè eam contrà Medicorum placita adhibentes: in pleuritide tamen sola eam adeò formidant, vt nè leuissimum quidem medicamentum pleuritico propinare audeant. Nam re ipsa Galenus dolore sub septo transuerso existente purgationem non improbauit, sed illa protulit, vt nos admoneret, ea summa cautione vti oportere, ità, vt si aliqua in purgando difficultas nobis occurrat, ab ea abstinentes ad venæ sectionem confugiamus, vt potè tutiorem, etiam si non ità soluat dolorem (vt ait Hipp.) quemadmodum idonea purgatio faceret. Quotiescunquè igitur magnum aliquod impedimentum non obstat, tutò ad purgationem deueniendum est, circà quam non nulla alia sunt consideranda, & primo, hanc
B placidè administrandam esse, quod videtur insinuasse Hipp. dum inquit: Aluum mollire oportet. Secundò non quolibet medicamento procurandam esse, sed ijs, quæ huic affectui conuenire, sunt experimento cognita, de quibus mentionem facit Hipp. inferius hoc eodem opere sect. 4. vers. 250. eaquè pleuritica medicamenta appellat. Inter quæ primum locum nunc tribuit medicamento ex peplio, & veratro nigro, aliquo ex aromatibus correcto, quod quidem etiam si forte, & validum nimis his temporibus habeatur, ego tamen placidum satis inueni, si in moderata quantitate exhibeatur. An verò æquè prosit manna, & sirupus viol. solutiuus, quibus aliquos vti, inuenio affirmare non auderem. Scio quidem, ab Hipp. medicamento hæc toto (vt inquiunt) cælo distare, nam tenues, & serosos humores educunt, flatusq. (quemadmodum experientia nos docet) non leuiter commouent. Peplium verò, & helleborus crassos, & exustos trahunt, & flatus (vt ait Hipp.) discutiunt. Præterea hæc amara, *Mar. n. 52.*
C sunt illa dulcissima. An verò loco eorum medicamentorum, quæ in sorbitionibus pleuriticis exhibet Hipp. manna vsurpari possit, non contendam si æger debilis sit natura, & validius medicamentum tollerare non possit. Alioqui in helleboro Hipp. confiderem magis, & in scamonio succo ptisanæ, cum puluere anisorum iniecto. Hæc verò longiori oratione protulimus, vt præceptoris curationem tueremur, quam si quis suspectam habeat propter sententiam illam quarta sectione registratam, vbi inquit Hipp. Quicunque ad ea, quæ inflammata sunt, statim ab initio soluere aggrediuntur, &c. eiusdem sententiæ commentarium Valesij percurrat, vel saltem expositionem nostram, in qua Valesij sententiam comprobauimus.

Vers. 86. Et cœna multò minor exhibenda est, quam consueuit, &c. *Mar. n. 17.*

Huius sententiæ explicationem inuenies infrà sect. 4. vers. 334.

D

Sectio III.

Vers. 54. Cæterum cocta aqua mulsa aspectu quidem multò, &c. *Mar. n. 27.*

Manifestè patet hoc in loco Hipp. nullum inter coctam, & crudam mulsam facere discrimen, si ex melle optimo confecta sit, quod si cruda magis flatuosa est, quam cocta, mirum est quomodo id Hipp. adeò diligentem obseruatorem latuerit, Galenus tamen crudam flatuosiorem esse asseruit 5. Aph. 41. quod si experimento ipsi cognitum fuit, ei acquiescendum est, si verò credidit, ea ratione flatuosam esse crudam, quia in coctura spumam deposuit, quæ pars mellis flatuosa censetur: hoc habet difficultatem, cum multa sint flatuosa, quæ spumam non emittunt, & quamplura spumam copiosam producunt, quæ nullo modo flatuosa deprehenduntur, sed quando hoc etiam Galeno concedatur, non minus flatuosa erit cocta, quam cruE da; quando mel quantumuis coctum, semper spumam producit, adeò, vt totum in spumam conuerti possit, si diutius feruere permittatur.

Vers. 68. Maximè autem hoc perpetiuntur hi, qui etiam aliàs, &c. *Mar. n. 28.*

Præceptum in hac sententia nobis traditum silentio prætereundum non est, quod à multis neglectum, dum ægrotanti suppetias ferre existimant, ei mortem accelerant. Hoc autem est, valdè incidentia, & attenuantia cauenda esse in morbis pectoris, quando ægrotantes propter imbecillitatem expuere nequeunt. Nam materia ex prædictorum medicamentorum vsu, non solum viscosior reddita, difficilius expuitur, sed etiam à lateribus vasorum detersa, in

earum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 389 sur 636

©BIUM

earum cauitatem delabens, suffocationem, via spiritibus intercepta, maiorem inducit, quam dum asperæ arteriæ lateribus adhæreret.

lar.n.29. *Vers. 91. Mulieribus autem omninò magis aduersatur acetum, quam viris, dolores enim vteri inducit.*

Quia acetum neruosis partibus inimicum est, ideò omnes homines lædere potest, maximè autem mulieribus infensum est (vt ait Hipp.) quia præter neruosas partes cum viris communes, vterum peculiariter habent, quibus eadem ratione acetum est inimicum, lædit autem neruosa acetum, non substantia communiter, sed vapore, qui cum tenuissimus sit, crassiora quæquè penetrare potest, & quia acrimoniam habet non mediocrem, ideò has partes maximo sensu præditas lacessere aptus est. Quandoquidem si acetum exterius vsurpatum consideretur, propria substantia ad prædictas partes intrinsecus sitas peruenire non potest, sed per vapores tantummodo. Similiter assumptum interius etsi substantia ventriculum, qui & ipse neruosus est, attingat, quia tàm varijs alterationibus assuetus est, ab aceto non multum læditur, imò plurimæ eius affectiones ab eodem curantur, vndè versus.

Et potu, & fotu stomaco conducit acetum.

quia verò à ventriculo non discedit, priusquam in eo concoctionem subierit, per quam penitus transmutatur, integris facultatibus ad reliquas partes peruenire non potest. Acetum ergò mediante vapore neruosas partes infestat, quod significare voluit Hipp. lib. de humidorum vsu; quo in loco eandem sententiam repetens, inquit, mollit autem, & corpus, & multos alios locos, nisi odor offenderet, & maximè mulieres; per odorem enim vaporem accipit odoris subiectum, idquè præstare supponitur, dum exterius admouetur, quando de huiusmodi vsu tantummodo tractare in eo libro profitetur, easdem lęsiones interius assumptum afferre, dum in ventriculo existens vapores acres hùc, & illùc diffundit, quotidie obseruatur in ijs, quibus acetum non est conueniens; quemadmodum etiam in illis, in quorũ ventriculo cibi acescunt, nam communiter talibus caput dolet propter cerebri membranas, quæ ab acetoso vapore punguntur, idquè huius humoris adeò proprium est, vt rarò caput per consensum à ventriculo dolere inuenias; quin acetosa in eo consistant, & qui epilepticis motibus sunt subiecti, à symptomate corripiuntur, cum acetosa in ventriculo peccant, id enim vomitiones subsequentes palàm faciunt, & ego obseruaui quamplurimos podagricos ab eadem causa à doloribus corripi consueuisse, liberatosquè, aut saltẽ mitigatos esse, vbi acetosa euomuissent. Taceo mulieres à varijs vteri symptomatibus conflictatas, quæ à vomitu acetosorum è vestigio liberantur. Acetum igitur, & quilibet succus eius sapore præditus, siuè exterius adhibeatur, siuè in ventriculo consistat, neruosas partes lædere aptus est, & quia per vapores id contingit, hinc euenit, illas particulas potissimum ab aceto offendi, quæ vaporibus recipiendis odorabilibus sunt dicatæ, huius naturæ sunt, & cerebrum, & vterus; quem ab odoribus insigniter affici iam notum est, vt mirum non sit, si mulieres propter vterum ab aceto lædantur magis, quam viri. Sed si hoc verum est, cur Hipp. tàm sæpè aceto in mulieribus vtitur, etiam ab vteri affectibus vexatis, nam non modò exterius admotum vsurpauit, & ore exhibuit, sed in vterum ipsum illud infundit collutionibus, & fotibus ex aceto paratis? vt ex libris de morbis mulierum apertissimè constat? Respondeo propter insignes facultates, quas acetum habet incidendi, attenuandi, exiccandi, & refrigerandi cum tenuitate partium, quę in alio medicamento æquales non inueniuntur, sæpè eo vti cogimur, etiam si aliquid noxium afferre possit, quando scilicet commodum, quod à præfatis aceti viribus resultat, maius est, incommodo, quod ex eius odore prouenit, quod in præfatis casibus euenire concedendum est, in quibus ab Hipp. vsurpatur.

Sectio IV. Libri de ratione victus Acutorum.

Mar.n.34. *Vers. 8. Huic, & aquam, & aquam mulsam aquosam coctam, quantum, &c.*

Hoc in loco quæstio oritur, cur Hipp. in febre ardente mulsam coctam exhibeat, cum superius dixerit, nihil referre, an cocta sit, an cruda, dummodo ex optimo melle confecta sit, non enim satisfacit quæsito, quod asserunt aliqui coctam exhiberi, eò quod minus flatuosa sit, nam præterquam quod non constat, an cruda sit flatuosior cocta, vt suprà demonstrauimus:

hoc

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 390 sur 636

A hoc etiam dato non tollitur difficultas: quia si Hipp. huiusmodi distinctionem inutilem censuit in pleuritide, in qua flatus plurimum possunt: quorum gratia inter pharmaca pleuritica peplium prætulit, quia flatus discutit; tantò minus propter flatus reijcienda erat cruda in febre ardente, in qua flatus longè minus offendere possunt, quã in pleuritide. Vt quæstioni igitur satisfaciamus, videre oportet, qua ratione mulsa cocta, & cruda ex Hipp. sententia inter se differant, nam hæc erit causa, cur coctam prætulerit hoc in loco Hipp. Dicebat autem superius, coctam splendidiorem esse, & tenuiorem, debilioremque, nam hæc minus stercoris gignit. His igitur conditionibus attentis, cocta magis conuenit, quam cruda in febre ardente, propter tenuitatem enim citius refrigerabit, & quia in magna copia bibenda est, non multum nutrire debet, nè plus ægrum nutriamus, quam morbi acuties expostulat.

Vers. 16. Si verò ad hæc non soluatur lacte asinino cocto purgato. Mar.n.34.

B Consideratione dignum est, cur Hipp. qui sero lactis vti adeò frequenter consueuit, & ad purgandum, & ad subluendum, nunquam tamen illud in febre ardente vsurpauerit, etiam si omnibus intentionibus satisfacere posse videatur, quæ in huius morbi curatione occurrunt; ità vt Galenus hoc lacti præferendum pro febris ardentis curatione existimauerit, circà hanc quæstionem tria veniunt consideranda. Primò, cur alibi de huius febris curatione tractans Hipp. nec seri, nec lactis mentionem pro purgatione fecerit. Secundò, qua ratione hoc in loco lac asininum detur, illudque coctum. Tertiò denique, cur serum non exhibeatur. Ad primum ergò respondetur, Hipp. non consueuisse in febribus ardentibus medicamento purgante vti admodum frequenter. Nam cum purgatio non conueniat (vt ipsemet testatur lib. 3. de Morbis vers. 70.) quando iam febris ardentis signa in lingua apparent, quæ sunt eiusdem siccitas, & ariditas, antè harum apparitionem febris essentia nondum aperta est, & si tandem cognoscitur, eo tempore febris ad eum feruorem non peruenit, vt pro purgatione serum, aut lac dari debeat in ea quantitate, quæ intentioni satisfaciat, cum satius sit eo tempore medicamentum dare, quod humorem peccantem promptius purgare possit. Hac igitur ratione pro curatione ardentis febris, nec sero, nec lacte purgauit Hipp. sed si hæc vera sunt, cur hoc in loco lac subducendi gratia præbet, & erit responsio ad secundum quæsitum. Dico, hic lac dare Hipp. quia supponit in hac febre ichores biliosos in ventrem decumbentes peccare, quo casu nullum videtur excogitari posse remedium conuenientius asinino lacte, hoc enim purganti facultate humores dictos ad motum iam concitatos facillimè educere potest, vniuersumque corpus æstuans refrigerare, & succos omnes mitigare, & attemperare, & quoniam expedit post purgationem, aluum laxatam firmiorem permanere, lac præcoquendum iubet, quod in omnibus fluxionum generibus Hipp. vsitatum fuit. Nec ex lacte læsionem vllam propter febrem timet, quia cum ratione copiæ citò descendat, putredinem à febrili calore contrahere non potest, quæ ægrotanti noxam inferat. Quia si lac febrientibus dare prohibet 5. Aphor. 64. de eo intelligit, quod nutritionis gratia ea quantitate datur, qua concoqui in ventriculo possit, vt eo in loco sufficienter demonstratum est à nobis. Quia igitur in hoc casu humores ventrem obsident, & ad motum sunt dispositi, clystere subducere eos tẽtandum est prius, cui si non cedant, ad purgationem ex lacte confugiendum est, supponendum est enim Hipp. hoc in loco non vniuersalem febris ardentis curationem tractare, sed particularem eius speciem, quam symptomata in textu exposita concomitantur. Hoc enim suppositio, non purgatio tantummodo, sed etiam reliqua curatio rationabilis apparebit. Nam si diætam respicimus, contentus est solo potu, quæ victus ratio acutissimis tantum morbis conuenit, si potionis naturam, mulsam eligit aquosam, quæ non solum nutriat, sed etiam humectet, dat similiter aquam simplicem, vicissim alternando, vt etiam refrigeret. Quod si humores sursum tendere videantur, quod oris amaritudo significat, per vomitum eos educendos monet, indè verò infrà eos deducit, & clysmate, & lacte asinino cocto. Verùm cum serum lactis idem præstare possit, & tutius propter febrem, quæ lactis potum prohibere videtur; cur hoc dimisso lac potius præbet? Id triplici ratione ab Hipp. factum esse, probari potest. Primò, quia serum fortasse haud ità biliosos humores educit, quemadmodum pituitosos, nam etiam si sero potissimum ad abluendum, & contemperandum vtatur Hipp. in pituitosis tamen morbis longè frequentius eo vsus est, quam in biliosis, quamuis id nouum quamplurimis futurum sit; qui tamen si loca percurrant, in quibus de sero lactis exhibendo fit mentio, id verissimum

Mar.n.6.

Mar.n.45. simum esse inuenient. Imò idem Hipp. lib. 1. de Morb. Mul. sect. 2. vers. 101. inter medicamenta pituitam subducentia serum lactis adnumerauit. Altera ratio est, quia cum serum admodum familiare sit humori peccanti, quem ichorem biliosum vocat Hipp. timet nè assumptum serum in eum conuertatur, hac enim ratione succorum cognationes
Mar.n.42. considerandas esse admonebat Hipp. lib. de veteri med. vers. 434. vt (quemadmodum eo in loco explicauimus) cauere possimus non ea tantum, quæ ex propria natura nobis sunt incommoda, sed etiam, quæ talia sunt ob cognationem, propter quam in cognatum succum facilè transmutantur. Nè igitur serum ob cognationem, quam habet cum humore peccante, in eum fortè transmutaretur, in ipsius morbi augumentum, & ægrotantis perniciem, sero dimisso lac ipse præbet. Possumus etiam dicere pro tertia responsione, serum non proponere in hoc casu, quia supponitur æstiuum esse tempus, in quo serum maiorem habet acrimoniam, quam conueniat. Certum est enim, non in omni tempore serum dare antiquos consueuisse. Nam Hipp. de eo exhibendo nunquam verba fecit, quin conditionem apposuerit, quæ peculiare aliquod, & idoneum tempus respiciat, lib. enim 2. de Morb.
Mar.n.13. vers. 158. de curatione vlcerum capitis tractans ait, si verò tempus anni ferat, etiam serum
Mar.n.88. Mar.n.12. posteà bibat, sin minus lac asininum, sed & lib. 1. Morb. Mul. sect. 3. vers. 95. pariter, nec non lib. 2. vers. 210. alijsquè quamplurimis locis, eandem conditionem apposuit, & si diuersis vocibus, cum aliquando dicere solitus sit, si adsit anni tempus, aliquando pro tempore, & similibus, quæ idem important, verum non Hipp. modo in eo exhibendo certum anni tempus considerauit, sed etiam Medici Gnidij, quos de sero, & lacte pro tempore exhibendo scriptis tradidisse adnotauit Hipp. à principio huius libri. Quamuis reuera nullibi ab Hipp. diffinitum sit, quo tempore dari expediret, & quo ab eo abstinere, adeò cuncta id perspicuum erat, cauisse autem tempus æstiuum ob assignatam rationem probabili coniectura ex Hipp. elici potest. Nam de vere non potest dubitari, quin eo tempore conueniat, cum serum eo tempore sit optimum; vndè curationem tabis dorsalis, quam sero, ac asinino lacte ab-
Mar.n.49. soluit Hipp. in vere aggrediendam optabat. 2. de Morbis sect. 3. vers. 46. nequè pariter de
Mar.n.3. autumno, cum lib. 7. Epidem. vers. 49. serum circà autumnale æquinoctium Eratolai filio datum memoretur, cur verò in hyeme dari non debeat, nulla ratio persuadere potest, imò quia (vt suprà adnotauimus, illud exhibere in morbis cõsueuit Hipp. in quibus pituita præualet, quę in hyeme viget plurimum, hoc tempus pro sero exhibendo aptissimum erit, cum enim eius
Mar.n.45. vsus probatur in vtero gerentibus, quæ ob pituitæ copiã periclitãtur, lib. 1. Morb. Mul. sect. 2.
Mar.n.68. Mar.n.51. vers. 102. cur in morbo pituitoso ab eo vocato lib. 2. de Morb. sect. 3. vers. 136. nec non in morbo crasso de Inter. affec. sect. 3. vers. 246. alijsq. morbis à pituita, qui hyeme potissimum vigent, si eo tempore suspectum esset, Quarè tempus æstiuum solum erit, in quo sero non vtebantur antiqui, vndè non erit mirum, si pro hac febre ardente curanda, quam æstate fieri, ait Hipp. serum non proposuerit, sed lac asininum eius succedaneum, quippè, quod omnia subterfugiat incommoda, quæ in sero adnotauimus, & hæc pro tutela Præceptoris dicta sint.

Mar.n.34. *Vers. 13. Cum vrinis albis, ac crassis, ac subsidentijs leuibus.*

Hoc in loco non facit mentionem Hipp. prædictarum vrinarum quatenus per eas decretorij sudores à non decretorijs distinguerentur, nam cum expresserit particulariter sudores iudicatorios, & genuinos, nihil aliud addendum erat, vt sudores legitimos, & verè decretorios indicaret. Quarè probabilius est dicere, Hipp. præfatas addidisse, tanquam per illas febris ardens iudicari etiam soleat. nam lib. 1. Epidem. sect. 2. legimus, ægrotantes ex febre ardente ea tempestate vagante, & quatuor signis maximè seruatos esse. Quibus scilicet sanguis è naribus probè erupisset, aut vrinæ multæ, & multam subsidentiam habentes, aut per ventrem biliosa tempestiuè prodijssent, aut dyssenterici facti essent, meritò igitur, & hoc in loco Hipp. inter ea, quæ has febres ardentes iudicare solent vrinas albas, ac crassas, cum subsidentijs leuibus apposuit.

Mar.n.35. *Vers. 16. Febris ardentis aliud genus.*

Alteram hanc febris ardentis speciem describit Hipp. à priori plurimum differentem. Illa enim à biliosa ichore per venosum genus discurrente, & potissimum per venulas exteriores oriebatur. Hæc verò à pituita salsa in venis maioribus æstuante dependet, quod lingua aspera, & salsuginosa palàm facit; quæ in præcedenti nigra erat. Prætereà in illa totum corpus ad tactum vehementer calidum est, in hac verò extremorum adest refrigeratio: cuius quidé ratio

duplex

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 392 sur 636

duplex afferri potest. altera aluus soluta, in quo casu extremitates, & pedes potissimũ promptè refrigerantur, vndè Hipp. paulò inferius vers. 117. hæc habet. Quibus verò aluus perpetuò in febribus liquida est, his præcipuè pedes calefaciens, & ceratis integès, & fascijs obuoluès animũ aduerte, nè sint reliquo corpore frigidiores. Altera causa est calor interiora tenès, sicuti enim vniuerso calore (dicebat Hipp. vers. 106.) aceruatim sursum concurrerẽt pedes frigidi fiunt; vt qui ex carnes, & neruosi natura existũt, ità eodẽ ad interiora secedente extrema refrigerari, manus scilicet, & pedes, consentaneũ est rationi; & eò magis, quando internus calor in humore fundatur, qui ob crassitiẽ non facilè ad exteriora reuocari potest, ea est enim differentia inter refrigerationẽ extremorũ, & externorũ ab interno æstu, quia hæc absq; inflamatione, siuè phlogosi alicuius partis internæ fieri nõ potest, extremorũ verò refrigeratio à simplici caloris retractione fieri potest. Differunt tandẽ hæ duæ febres ardentes in modo solutionis: quia prior per euacuationes arte factas curatur, eò quod materia tenuis existens pro maiori saltem parte euacuari pharmaco potest, posteriorẽ verò absquè naturæ motu sanari est impossibile, quia cum materia sit crassior, purganti medicamento non cedit. Modos solutionis proponit Hipp. in textu, quos si natura à materiæ multitudine oppressa aggredi nõ tẽtat, leui pharmaco minuenda est; cuius gratia sorbitiones attractorias probat, quarũ natura modò explicanda est.

Mar. n. 43.

Vers. 20. Sorbitiones attractorias dato.

Mar. n. 35.

Mirum est quomodo Galenũ latuerit, aliosq. huius loci expositores, quid intelligat Hipp. per sorbitiones attractatorias; quando tàm proximè de his mentionẽ fecit, easq. tàm euidẽter explicauit. Nã sect. 2. huius lib. de purgatione in pleuritide faciẽda tractans dicebat. Alioqui, & ea, quæ in sorbitionibus exhibentur, aluũ subducentia medicamẽta opitulantur, quarè sicuti in priori causone purgationẽ tentauit primũ clysteri, deindè lacte asinino, quia materia tenuis existens, & ad motũ concitata quolibet leui remedio subduci poterat, ità in hoc, in quo humor peccans est pituita salsa, & longè crassior, purgatio per eadẽ subducẽtia perfici nõ poterat, vidè necesse est medicamentũ dare, quod purganti facultate humores trahendo educat, verùm nè fortitudine, & vehementia hominẽ lædat, in sorbitionibus illud exhiberi iubet, hoc enim pacto per sorbitiones, humoris peccantis salsugo retunditur, siccitas à febre ardente inducta corrigitur; prohibetur non parũ ea, quã purgans medicamentũ inducere solet, & corpus tandem simul, & semel reficitur. Per facultatẽ verò medicamenti iniecti humor noxius ex parte educitur, à qua euacuatione subleuata natura enarratas vias (vt dicebam) facilius arripere, & morbũ iudicare potest. Has verò sorbitiones exhibendas esse voluit, quotiescunq; aluus sponte nõ secedat, nequaquã verò, si lubrica fuerit, quod ex eo coniectatur, quia hæc protulit post illa verba, hæc autẽ suppressa aluo fiãt, quod quidẽ ab Hipp. factũ est, nè quis existimaret laxata aluo in hac febre ad purgationẽ nihilominus deueniendũ esse, quemadmodum in præcedenti, in qua, & si egestiones valdè liquidæ sint, vẽtrem tamẽ subduci, aut clysteri, aut lacte iussit, quod in hac faciendum non est; cuius solutio à natura potius, quam ab arte expectatur.

Mar. n. 13.

Vers. 25. Et famè indigeat.

Mar. n. 35.

Quomodo indigere fame, alimẽto egere significare possit, quod nonnulli exponũt, percipere nõ possum, quasi idẽ sit fames, & alimentũ, quæ potius contraria existunt, quarè totũ oppositum intendere mihi videtur Hipp. ità vt sensus sit, tandiù clysteribus vtendum, quousquè æger in tuto fuerit, & quandiù fame, hoc est, tenui victu, eget propter morbum, nam rationabile est in euacuatione paulatim facta persistere voluisse, dum humores noxij abundant in corpore, quorum consumptionem plurimum adiuuat fames ex tenui victu inducta.

Vers. 26. Præcordia inflamonata non ex flatuum interceptione, &c.

Mar. n. 36.

Vt sensus præsentis sententiæ innotescat, & eius ratio vera habeatur, supponere oportet hoc in loco Hipp. de venæ sectione, & purgatione verba facere in gratiã acutorum morborum. In quibus, quia magnitudo viget, constantibus viribus, & ætate permittente venæ sectio administranda est quemadmodũ in præcedenti sententia sancitũ est, & ratio est quia morbus magnus simul, & acutus absq; multitudine produci non potest, quã cũ prout plurimum venæ capiant, nullo alio ingenio melius tollitur, quã venæ sectione. verũ, quia vnà cũ multitudine aliquã cachochimiã non coniungi est impossibile, potissimũ propter febrẽ, quã sine bile excitari nõ cõcedit Hipp. vt ex lib. de Nat. Hum. ver. 280. apertũ est, ideò in quolibet morbo magno purgatio, & ipsa necessaria quodãmodo est, certũ est enim, quãtũ plenitudini tollendæ præstat venæ

Mar. n. 27.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 393 sur 636

©BIUM

ſectio, tãtũ cachochimię purgationẽ conferre. Verũ, quia nõ omniũ acutorũ morborũ eadẽ eſt cõditio; quandoquidẽ in hoc plenitudo pręualet, cachochimia in illo; ideò euenit, vt aliquãdo venę ſectio principale remediũ ſit, aliquãdo purgatio. His enarratis, Hipp. in præſenti ſententia catalogũ facit quorundã morborũ acutorũ, in quibus, quia plenitudo prævalere cachochimię pro vt plurimũ ſolet; ideò à venæ ſectione, vt remedio principali inchoandũ eſt. Vena autẽ ſecta ad purgationẽ deueniendũ erit, ſi morbus adhùc perſeueret magnus: quia ſignũ erit, tantũ cachochimiæ adhùc ſubeſſe, quæ morbũ foueat, atq; conſeruet; pro qua tollenda purgatio neceſſaria eſt, hæcq. poſt venæ ſectionẽ facilior redditur, quia remiſſa per ſanguinis euacuationẽ venarũ, & carniũ tenſione, vijsq. patentioribus effectis, humores promptius medicamento cedunt. Admonet autẽ, vt circà eã cautè procedamus, nè vires ex prægreſſa ſanguinis euacuatione confractæ, ex ſubſequenti purgatione penitus deſtruãtur; nã eo caſu purgationi ſupplere clyſteribus tentabimus, qui etiã ſufficere poterunt, ſi cachochimia magna nõ aderit, quod morbi remiſſio à venæ ſectione indicabit. Cur verò in propoſitis morbis venæ ſectio præcedere purgationẽ debeat, rationẽ aſſignat; quia hæc ſolui non poſſunt, ſi antè venæ ſectionem quis
Mar. n. 36. purgatione vtatur. Nã inferius hoc eodem lib. verſ. 36. Quicunquè (inquit) ea, quæ inflammata ſunt, ſtatim à principio morborũ medicamento ſoluere aggrediuntur, hi de intento quidem, ac inflammato nihil auferunt; non enim remittit affectio, quæ adhuc cruda eſt; quæ verò morbo reſiſtunt, & ſana ſunt, colliquiat, debili verò fiente corpore, morbus inualeſcit; quum verò morbus corpori prævaluerit, taliter iam incurabiliter affectũ eſt. Hæc Hipp. vndè ex hac ratiocinatione deducitur; propoſitos omnes morbos in inflãmatione quadã cõſiſtere; in qua, ſiuè quia plenitudo prævalet cachochimiæ, ſiuè quia vrgens cachochimia non cedit medicamento, venæ ſectio præferenda venit; cur verò ſectio venæ præſente cachochimia non lædat in his caſibus, rationem adduximus lib. de Nat. Hum. verſ. 115. Hæc tamen ſententia de inflammationũ curatione vniuerſaliter accepta, plurimas in arte peperit difficultates, in medendoq. abuſus non leues produxit, cum certũ ſit Hipp. ipſum, ſæpè ſæpius in inflammationibus vſum eſſe purgatione, tanquã remedio principali, de venæ ſectione nulla mentione facta. Et nè longius in perquirendis huius rei teſtimonijs abeamus; non nè paulò ſuperius hoc eodẽ lib. ſect. 2. verſ. 64. in pleuritide à principio purgationem loco ſectionis venæ inſtituit, dolore infrà ſeptum tranſuerſum exiſtente; eandemquè doctrinam confirmabit inferius, cum tamen conſtet pleuritidem ſine inflammatione conſiſtere non poſſe? vt præteream loca innumera ex lib. de Morbis, de Affectionibus, & alijs, in quibus curationes morborum tractantur, vbi inflammationes varias corporis particulas infeſtantes ſola purgatione curari nos docet. Huic difficultati reſpondeo cum doctiſſimo Valeſio, etiam ſi inflammatio, quatenus multitudinem ſupponit, venæ ſectionem primario indicet; aliquando tamen multitudini cachochimia adeò prævalet, vt in huius gratiam purgatio præferenda ſit, quapropter, quia dolor ad hypocondria vergens magnam ſubeſſe cachochimiam indicat (vt in eius loci explicatione indicauimus) ideò venæ ſectione dimiſſa purgationem faciendam iubet, pari ratione lib. 2. de Morbis purgationem in pleuritide anteponit, ſi æger biliоſus natura impurgatus à morbo correptus ſit, eo enim caſu cachochimiam vigere neceſſe eſt, idquè euenire cenſendũ eſt in alijs inflammationibus, quas purgatione curandas eſſe vbiquè voluit Hipp. ſiuè id eueniat ratione partis affectæ, quæ ſuſcipiendæ cachochimiæ ſit dicata. v. g. vterus, in cuius inflãmationibus purgationem ferè prætulit Hipp. phlebotomiæ, ſiuè euidentis cachochimiæ, vt de biliоſis dictum eſt, qui impurgati in morbũ inciderunt. Nec timenduꝫ eſt in huiuſmodi caſibus incommodũ, quod ex purgatione in principio inflammationum euenire, per citata verba docemur, quia quotieſcunquè in acutis morbis (nam de his ſermo habetur) cachochimia viget, hęc biliоſa eſt, pro vt plurimũ, quæ ob humoris tenuitatem non adeò parti impingitur, vt purganti medicamento penitus reſiſtat, quemadmodum facit ſanguis, quæ ſi tandem pharmaco non cedat, non ob id ſanæ partes colliqueſcunt, cum venoſum genus eodem humore ſcateat, in quem agens medicamentum partes ſanas non attingit; ſed cachochimiam à venis educendo, reuulſorium ſit remedium materiæ, à qua inflammatio ipſa fouetur; eaquè educta, quæ parti infixa eſt, facilius, & concoquitur, & digeritur. Quæ quidem reuulſio per purgationem non habet locum in illis inflãmationibus, in quibus plenitudo viget, non cachochimia, quę etiam ſi in inflammata parte conſiſtat, ob tranſmutationem ſanguinis in biliоſum ſuccum à feruore inflammationis: nihilomi-

A Nihilominus, quia in ea est constipatus, non cedit medicamento, & humor in venis consistens pro maiori parte sanguis est, in quem medicamentum agere non potest, ideò necesse est, vt ad partes sanas cõuertatur, easq. colliquet, vt ait Hipp. Quotiescunquè igitur venosum genus prauis non scatet humoribus, qui à medicamẽto trahi possint, & qui in inflãmata parte cõsistunt in ea fixi sunt, vt ei minimè cedant; ea subsequi incõmoda necesse est, quę in citata sententia afferuntur. Quorum quidem cognitio ex multis habetur, potissimũ verò ex vrinis, quæ si tenues, & crudæ fuerint, materiã partim infixã esse indicabũt, nec humores adesse in corpore, qui à medicamento trahi possint; & eo casu à purgatione abstinendum erit, nequaquã verò si crassæ, aut nebulosæ, his enim præsentibus in qualibet inflammatione ad purgationẽ à principio confugiendũ est; vt in expositione 22. Aphor. 1. sect. explicabitur clarius. Præsens igitur sententia hoc modo recipienda est, nec (vt quidam faciunt) in eius vniuersalitate persistẽdum
B ità, vt in qualibet inflãmatione à purgatione semper abstineamus. Nec expositione hac recepta Hipp. damnatur, quippè qui eam vniuersaliter pronunciauerit, exceptionẽ enim dictam tacitè subindicauit, dum sententiæ rationem adscripsit. Non enim cedit affectio, quę adhuc cruda est, &c. fuit enim mos Hipp. (quod sæpius adnotauimus) vniuersales propositiones moderari per subsequentem rationem, inferendo ea, quæ sub allata ratione non comprehenduntur, sub vniuersali propositione minimè recipienda esse, quod accidit in præsenti casu. Inquit enim, purgationẽ in inflãmationibus à principio non esse faciendã, quia humor parti inflammatæ infixus, crudus existens, medicamento non cedit, vndè partes sanas inuadens, eas colliquat, morbusq. insanabilis euadit. Quotiescunq; igitur humor (vt dicebã) in parte inflãmata
C contentus talis est naturę, vt medicamento cedat, aut humorẽ in reliquo corpore inuenit, quẽ trahat, & educat, medicamentũ assumptũ partes sanas nõ colliquat, nec morbus augetur, imò potius imminuitur propter assignatã rationẽ; eoq. casu à purgatione non est desistendũ, quamuis morbus sit inflãmatio, quia particularis casus iste sub illo vniuersali præcepto non cõprehenditur. verũ quæret quispiã, si morbus magnus, & acutus vtrunquè remediũ exposcit, venæ sectionem inquã, & purgationem, cur post purgationẽ in gratiã prædominantis cachochimiæ, vt principale remediũ à principio administratã, venam quoq; secari non iubet Hipp. sicuti post venæ sectionẽ non remittente morbo, ad purgationẽ deueniendum esse nos docet? Hæc difficultas non leuis est, quæ eò maior mihi videtur, quantò an vnquam Hipp. in morbo acuto post purgationem venam secuerit, non memini, contrà vsum recentiorũ, qui ferè nunquã venam secare audent, quin purgatio præcesserit, quam minoratiuũ vulgò appellant, cur ergò post purgationem venæ sectione non est vsus Hipp. An propter vires ab ea abstinendum censuit? quas in sanguine mittendo magis respici voluit, quam in purgatione? & ideò si post venæ sectionem
D (in qua tandem vires confringi minus solent, quam in purgatione) ad purgationem, quæ non adeò firmas vires postulat, maxima cautione, & securitate deueniendum esse superius nos admonuit; rationabile est, post purgationem tantum roboris communiter non adseruari, quantum ad venam tutò secandam est necessarium, & ideò melius esse existimauit, à venæ sectione penitus abstinere, quam ægrotantem confractis viribus in discrimen adducere. Alia etiam huius quæsiti ratio assignari potest, quę est huiusmodi, sanguine in gratiam plenitudinis educto, si cachochimia aliqua remanet, etiam si non magna sit, eam tamen tollere necesse est, cum sit quid præter naturam, & vitiosum, at facta purgatione humoris peccantis tùm copia, tùm qualitate, etiam si aliqua plenitudo remanet, ea tamen magna non potest esse post purgationem, per quam venosum genus prauis humoribus sanguini permixtis iam euacuatis, magna ex parte inanitum est. Quarè cum plenitudo tùm non sit magna, tùm q. humoris benignioris, etiam si non remoueatur per venæ sectionem, magna noxa indè timenda non est. His
E igitur rationibus post purgationem non est necessaria venæ sectio, quemadmodum aliquando purgatio post venę sectionem, & hęc pro expositione præsentis sententię dicta sufficiant, si quis enim exactiorem verborum explicationem desiderat, Valesij commentarium consulat.

Vers. 43. Venam igitur secare oportet in brachio dextro internam, & sanguinem detrahere iuxtà habitum, & ætatem rationem ineundo, plus, aut minus. Mart. 37.

Hoc in loco in sanguine mittendo de virium robore nullam facit mentionem, quod suprà indicans primariũ fuit, idq. ab Hipp. factum esse existimo, tùm quia supponit, morbũ statim sanum hominẽ inuadere, nulla præcedente causa, à qua debilitari æger potuerit, tum etiã, quia

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 395 sur 636

tantum potest in hoc casu intentio mittendi sanguinem, vt quemadmodum Hipp. verba indicant, omnibus indistinctè mitti debeat, eò quod nullo alio præsidio, tàm pernitioso, & repentino morbo statim occurri potest, præterquam venæ sectione. Quantitatem tantummodo moderari iubet, habito respectu, & temperamenti, & ætatis; pro quorum ratione modò plus sanguinis, modò minus educere oportet, & hæc adnotare vellem recentiores in sanguine mittendo, adeò faciles, qui in alijs casibus, in quibus ad sanguinis missionem, & robur virium, & ætas, & morbi magnitudo desiderantur, de his nullam rationem habentes, & pueris, & senibus, & debilibus, & extenuatis sanguinem mittunt. In apoplexia verò, in qua venæ sectionem adeò necessariam existimauit Hipp. vt omnibus indistinctè administranda veniat, hi eam penitus formidantes, miseros patientes prius interire permittunt, quam venam secari velint, & si aliquando ea vti cogantur, in quantitate adeò exigua sanguinem educunt, vt indè læsio potius, quam vtilitas sequatur, refrigerationem ex venæ sectione timentes, ac si morbus à simplici intemperie dependeret, non à materia, quæ qualiscunquè sit, nullo alio præsidio eo casu euacuari potest, quam venæ sectione.

Mar. n. 37. *Vers. 47. Quum dolores accesserint atræ, bilis, & acrium fluxionum, &c.*

Valdè consona mihi videtur interpretatio, quam, Galeno referente, nonnulli antiquorum expositorum huic sententiæ afferebant, verbum ἐφογενηται sinè β scribentes, ità vt intelligamus, quum dolores præcesserint aphoniam, alio modo procedendum esse, ac quando (vt proximè dictum est) derepentè, & absquè aliqua manifesta, aut alia forti causa. Nam in casu præposito statim venam secari iubet, in hoc verò venæ sectioni præmittit fomentum, cuius quidem diuersitatis ratio à diuersitate causæ morbum efficientis dependet. Nam cũ nullo præcedente dolore, & derepentè morbus inuadit, signum est eius causam esse sanguinem sola copia peccantem, & ideò simplici phlebotomia statim occurrendũ est. Quũ verò dolores præcedunt, inditiũ est, materiã acrẽ esse morbi causam, atrabilẽ scilicet, exustione genitã, qui quidẽ humor dolorem infert, & dũ ad venosũ genus influit, & dũ acrimonia (vt ait Hipp.) partes internas mordet. Huius ergò humoris affluxu venæ replentur; tũ quia propria siccitate eas cõtrahit, & angustiores reddit, tũ etiã, q̃a ab eodẽ humore excalefactæ fluxionẽ maiorẽ trahũt, hisq repletis succedit, quod refertur in textu, sanguis enim corrumpitur, indèq. refrigeratur ob spirituũ in eo interceptionẽ, pro vt latè in expositione lib. 2. de Morb. v. 66. à nobis demõstratũ est. Sanguine igitur hunc in modũ corrupto, & perfrigerato, symptomata in textu enarrata contingũt, & potissimũ apoplexia, siuè totius, siuè alicuius partis, & de hoc affectu intellexisse videtur Hipp. 6. Aphor. 66. Dum inquit. Atrabiliarijs morbis periculosi humorum decubitus, aut apoplexiam corporis, aut conuulsionem, aut insaniam significant. In hoc igitur secundo casu venæ sectioni præmittit fomentum, quo mediante siccitas ab humore vasis inducta corrigatur, vt sanguini, & humoribus cum eo existentibus, dilatatis venis facilior pateat exitus, nec pars eorum tenuior tantummodo constipatis venis egrediatur, crassior verò permanens subsequenti purgationi magis resistat, vena enim secta purgationem subsequi necessarium est, quia morbus non à plethoria principaliter, sed à cachochimia dependet. Quarè mittitur à principio sanguis, quia tunc plenitudo (quo ad vasa saltem) viget, eaquè sublata humoris noxij purgatio facilior redditur. Et hæc pro explicatione præsentis sententiæ dicta sufficiant, cum reliqua sint per se manifesta, & qui exactiorem desiderat enarrationem Valesiũ consulat. Duo tamen circà venæ sectionem sunt adnotanda, & primò, statim ad eam deueniendum esse, donec (vt ait Hipp.) adhuc eleuati sunt affligentes spiritus, quia hoc remedium serius administratum inutile redditur, vndè non est mirum si nostris temporibus ægrotantes ab hoc præsidio nihil opis sentiant, quandoquidem sæpius venæ sectioni purgationem premittunt, cũ tamen contrariũ faciendum esse, & ratio persuadeat, & Hipp. doctrina confirmet, qui post venæ sectionem ad purgationem deueniẽdum consulit, habita progressus morbi ratione, sed antè purgationem vires confirmari iubet, nè à venæ sectione debilitatus æger, à succedente purgatione destruatur. In hoc enim oculatissimus fuit Hipp. vt vires integræ quantum fieri potest seruentur, quorum memor etiam in præcedentibus post venæ sectionem ad purgationem summa cautione, & securitate deueniendum esse, nos admonuit. Quod consilium negligentes plurimi medicorum nostri temporis non rarò ægrotantes perdunt, dum in morbis acutis si fortè venæ sectionem præmittunt, statim die sequenti nullo habito

virium

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 396 sur 636

A virium respectu pharmacum exhibent. Alterum circà venæ sectionem in hac sententia adnotandum est, in præcedenti casu, quia morbus à plenitudine dependet, tantum sanguinis extrahi imperasse Hipp. quantum æger tollerare potest, quod insinuatum est per illa verba, iuxtà habitum, & ætatem rationem ineundo. In hoc verò nullam sanguinis extrahendi mensuram præscribit, vt intelligeremus, non ea quantitate mittendum esse sanguinem, quam tollerantia ægri permittit, sed longè minori, vt subsequentem purgationem ferre possit.

Vers. 72. Et calidos gargarismos exhibens. Mar. n. 39.

Per calidos gargarismos intelligit eos, qui actu calidi administrantur, nam præterquam quod id ex consueta Hipp. denominatione constat, qui calidum, aut frigidum actu simpliciter calidum, siuè frigidum vocat. In hoc affectu frigida actu eum cauere, ex eo apparet, quia inferius potum ipsum frigidum dari prohibet, & ratio est: quoniam cum humores crassi sint, & glutinosi ab actuali frigiditate crassiores effecti, densataquè superficie discussioni penitus inepti redderentur, citiusq. ægrotantem suffocarent. Quales verò debeant esse hi gargarismi, non expressit Hipp. fortasse, quia eorũ materia notissima erat, nec multũ referre existimauit, an hoc, vel illo modo parata sit, dummodo actu calida adhibeatur. Horum descriptiones varias lib. 2. de Morbis adnotauit, omnesquè in eo conueniunt, quia rarefaciunt, incidunt, & attenuant, constant enim ex origano, satureia, apio, menta, ficubus, nitro, aqua, aceto, & huiusmodi alijs, eiusdemquè facultatis inuenies omnia medicamenta, quæ tùm exterius, tùm intrinsecus ad fauces ab Hipp. administrantur. Vndè apparet, quantùm cum Præceptore conueniat Galenus, qui pro anginæ curatione, inflammationum vniuersalem methodum secutus primum repellentibus vtendum, deindè ex his ad discutientia procedendum esse voluit, cuius auctoritate, posthabita Hipp. doctrina, & omnium ferè antiquorum Medicorum consilio, re-
B centiores Medici in qualibet anginæ specie à principio, & frigidis, & adstringentibus gargarismis vtuntur, non considerantes, huiusmodi medicamenta in angina à pituitosa materia dependente certam, & celerem suffocationem inducere; cum hæc repellentibus non cedat, sed crassior reddita, & parti infixa magis, discussioni ineptior, & promptior ad suffocandum redditur. In ea verò, quam acris, & tenuis materia parit, etiam si non adeò pernitiosa sint, plus tamen lædere, quam prodesse possunt. Nam cum materiam à capite descendentem sursum repellere non possint, necesse est eam, vel ad interiores musculorum gutturis partes compulsam; vel ad pulmones, morbum deterioris conditionis reddere. Melius ergò consultum est Hipp. quem antiqui omnes secuti sunt, vt videre est 6. de comp. Med. sec. loc. dum in qualibet anginę specie, & in omni tempore morbi à repellentibus abstinendum censuit, semperq. & rarefacientibus, & discutientibus vtendum, quo materia facilius, & per sputum educi, & ad
D exteriora conuerti, & discuti possit. Nec fluxionis augumentum ex eorum vsu timuit, cum huic occurri possit, & venæ sectione, & purgatione, alijsq. remedijs humorem fluentem respicientibus, & si aliquando adstringentium portionẽ præfatis medicamentis admisceri voluit, materia tenui existente, id non repellendi gratia ab eo factum est, sed vt eorum exiccatione, partis laxitatẽ nimiam vitaret, & minueret tumorem, & ideò eorum vsum non magis in principio, quam alijs temporibus probauit, vide, quæ adnotauimus ad lib. 2. de Morb. sect. 1. v. 24.

Vers. 84. Si febris corripiat, veteri stercore non subeunte, &c.

Quoniam in hac postrema libri parte multorũ morborũ curationes sine peculiari metho- Mar. n. 41.
do traduntur, plurimaq. repetuntur, de quibus in præcedentibus habitus est sermo: ideò Galenus eam tanquam spuriam accipiens, quæ ab auctore proponuntur, reprehendere potius, quam interpretari profitetur: vt non mirum sit, si ea vitiato ore degustans, in eorum sapore iu-
E dicando fuerit deceptus, quandoquidem si Hipp. intentionem spectemus, non modo hæc reprehensionis digna non iudicabimus; sed potius summum in eo artificiũ admirabimur. Quum igitur acutorum morborum diætam vniuersali methodo nos docuerit, eandemq. adductis in exemplum quorundam morborum curationibus explicauerit, quia nonnulli adsunt morbi, in quibus diuerso quodam à præscripto modo victus ratio instituenda est; pro integra, absolutaq. tractatione de his pariter agendũ erat; quod modo præstare incipit, cuius gratia curationẽ cõpendiariã cæterorũ acutorũ morborũ prosequitur, tanquã necessariam ad exactam acutorum morborũ doctrinã. Nec mirũ est si dũ hoc loco particularia magis tractãtur, aliqua in superioribus enarrata repetãtur multaq. etiã à prędictis diuersa proponãtur. Hęc enim sunt veluti ex-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 397 sur 636

ceptiones quædã vniuersaliũ præceptorũ, quæ nobis tradidit superius, veluti exẽpli gratia superius v. 57. in aphonia post venæ sectionẽ vires esse reficiendas monet; præceptũ huius morbi peculiare, & vniuersali contrario, qui antè morbi iudicationem diætam incrassari vetat, cuius memor superius vers. 35. de inflammationum curatione tractans post venæ sectionem, vt subsequentem purgationem tollerare posset æger, non iussit vires refici, sed purgationem moderari voluit. Non temerè ergò, & absque consilio hæ particulares morborum curationes hoc in loco tractantur. Nec reprehendendus est Auctor, si imperfectè eas complexus est, cum ea tantummodo tradiderit, quæ materiæ, de qua hoc in libro tractatur, conuenire ipsi visum est. Quæ autem de aluo ducenda, hoc loco proponuntur, sunt eadem omninò, quæ lib. 1. vers. 126. scripta sunt, & si aliqua inter hæc apparet differentia, hæc à diuerso auctoris fine prouenit, quæ enim lib. 1. sunt tradita, diætam simpliciter respiciunt: hæc vero in gratiam curationis maximè proponuntur, & ideò non est mirum, si præsens doctrina superiori perfectior existat. Inter ea verò, in quibus apparet diuersitas, vnum est, quod facit difficultatem, quandoquidem lib. 1. videtur Hipp. consilium esse, vt statim ac febris hominem apprehenderit, aluus clysteri subducatur, nisi vetustius stercus sponte descenderit. Hic verò aperte ait, expectandum esse quòusque ingestus cibus à ventriculo descenderit, quarè quod præceptum obseruandum sit, ambiguum est. Pro solutione huius difficultatis respondeo, etiamsi non expresè dixerit lib. 1. expectandum esse ciborum descensum, antè quam clyster injiciatur; ex eius tamen verbis id colligi posse, dum enim inquit, nisi sua sponte probè prodierit, signum est, non velle Hipp. vt statim aluus subducatur, sed expectari aliquod tempus, obseruantes, an aluus sponte prodeat, & interim cibus recens assumptus descenderit. Quarè vtroque in loco cibi descensum expectari intendit Hipp. antèquam aluus clysteri, aut glande subducatur. Præceptum perpetuò obseruandum, nisi aliquod maius vrgens accedat, quod contrarium suadeat: qualia sunt duo in textu proposita, primum est, cum grauitas ad lumbos descendere persentitur, hoc enim non stercoris modo retenti, sed humoris etiam noxij copiam ad intestina peruenire, significat, qui statim educendus est, aut clysteri, aut pharmaco purgante, nè dum assumpti cibi descensus expectatur, humor ad venas decumbens purgationi ineptior fiat, & morbus longè grauior reddatur, pari ratione in secundo casu non est expectandus cibi descensus, si flatus graueolentes prodierint, quia indicant humores in aluo corruptos ad exitum paratos esse, qui diutius in eo retenti magnum aliquod malum inducere possent. Cum igitur in præfatis casibus maius incommodum ex mora timetur, quam sit illud, quod importuna euacuatio afferre posset, ideò prædictis signis apparentibus non est cunctandum, sed statim ad euacuationem est deueniendum, ex quibus adnotare est summam Hipp. vigilantiam, qui nè minimum quidem temporis præter, labi permittit, cum occasio præceps est, & momentanea.

Mar. n. 38. Mar. n. 36. A B C D

Mar. n. 42. *Vers. 94. At si vacuum ventrem habenti febris ardens accedat, &c.*

Animaduersione dignum est Hipp. in febre ardente prohibere purgationem antè quartam diem, nisi necesse sit ob ventris repletionem aluum mollire, prout in præcedentibus determinatum est, huiusque præcepti ratio perquirenda est. Aliqui existimant eam esse, quia antè quartam diem humores sunt crudi, quos purgare non oportet, sed hæc opinio vana est, quæ enim concoctio introduci potuit tam breui tempore in eo morbo, qui non antè diem nonam iudicatur, certum est enimfebrem, ardentem non esse morbum acutissimum, & qui adeò celeriter ad statum properet, vt statim ad purgationem deueniendum sit. Nam lib. de Affectionibus breuissimum harum febrium terminum statuit Hipp. nonam aut decimã diem, longissimum verò decimamquartam. Quarè alia perquirenda est ratio. Certum est (vt propriam sententiam in medium adducã) sicuti in morbis acutissimis eadem die purgandum est, alioqui eripitur occasio in posterum purgandi, quæ in huiusmodi morbis admodum præceps est, & momentanea, quia celeriter ad vigorem perueniunt, quo tempore non datur purgationi locus, ità eos, qui non adeò sunt acuti, nec adeò præcipitem occasionem habent, tam celeri non egere curatione, cum morbi status longè distet à principio. Vndè purgatio administrari consultò potest, nam quod in valdè acutis est prima, & secunda dies, in acutis simpliciter est primus quaternarius, quarè satis est, purgationem eo tempore fieri. Quod respiciens inferius idem Hipp. vers. 211. inquit. Tales verò si ab initio purgare volueris antè

Mar. n. 50.

E

diem

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 398 sur 636

A diem quintum id facito. Quum igitur tempus datur pro purgatione facienda, Medicus antè-quàm eam aggrediatur, multa conſiderare debet, nè purgatio, vtpotè maximum præſidium nec temerè adminiſtrandum, vt dicit Hipp. ægrotanti pernities euadat. Nam multa in morbis occurrunt purgationem prohibentia, quæ à principio morbi non ità ſe produnt, quo tempore omnia ſolent eſſe imbecilliora, v. g. ſi quiſpiam febre ardente corripiatur ex hepatis, aut lienis inflammatione ſiſtrophica, cuius ſigna, dolor inquam cum tenſione, & duritie hypocondrij prima die non appareant; quod ſæpè obſeruatur. Medicuſq. ſtatim medicamentum purgãs ei exhibeat, peccabit, quia vbi adeſt horum viſcerum inflammatio, purgatio vènę ſectione præcedens, incurabilem morbum facit, vt ſuperius determinauit Hipp. At ſi aliquantulum immorabitur, interim cognoſcet, adeſſe viſcerum inflammationem, ſicque à purgatione deſiſtet. Similiter, quia præceptum fuit Hipp. lib. de Humoribus regiſtratum & 4. de Morb.
B confirmatum, medicamenta eſſe exhibenda diebus paribus in ijs morbis, qui imparibus mouentur, imparibus verò, vbi morbi in diebus paribus habent exacerbationes, & qui contrarium faciunt, mortis rei fiunt, ſi medicus ſtatim à principio medicamentum præſcribit nondum certus, an morbus per dies impares, an per pares moueatur, euidenti erroris periculo ſe ſubijcit, taceo alia incommoda, quæ ex importuno purgationis vſu euenire poſſunt, nè in longius ſermonem producam. Quapropter cum morbus dat inducias, non debemus temerè ægrotantem in diſcrimen adducere: ſed tamdiu expectare, quòuſque morbus ſe prodat. Quod inſinuauit Hipp. infrà verſ. 152. nos admonens, vt inconſtantes febres obſeruemus expectan- *Mar. n. 46.*
tes donec conſtent, quia verò certa morbi conſtitutio haberi non poteſt antè obſeruationem tertiæ diei, quæ primæ communiter reſpondet, typumque febris nobis manifeſtat, & hæc quatenus impar, ſæpè purgationi inepta eſt; Ideò quarta dies maximè opportuna eſt pro
C purgatione facienda in morbis acutis, vt iure merito eam elegerit Hipp. ad purgationem in febre ardente. Valeant ergo Medici illi, qui vt diligentiores appareant in curandis morbis, ſtatim ad purgationem deueniunt, non expectantes quòuſque morbus conſtet, & propriam eſſentiã manifeſtet, ex quo euenit, vt dum nimia celeritate morbum curare profitentur, illum, aut in longius tempus producant, aut inſanabilem penitus reddant. Hæc enim duo ſunt mala, quæ ex importuna purgatione euenire in Hipp. doctrina colligimus.

Verſ. 122. Quibus autem in febribus aluus liquida eſt, &c. *Mar. n. 43.*

Delirandi modus, de quo hoc loco tractatur, atrabiliarium quid continere videtur quidem, non tamen omninò melancolicum delirium dici poteſt, quando in phrenitide hoc delirij genus obſeruatur. Quomodo ergò Hipp. hoc delirium melancolicum ab alijs diſtinguit? Credo hanc diſtinctionem dependere non ſolum à ſpecie, ſeu modo delirandi, ſed etiam à
D ſymptomate fluoris alui. Quandoquidem dum materia ad aluum fertur, magna à capite fit reuulſio ità, vt ſicuti bilioſæ deiectiones ſurditatem tollunt, vt 4. Aphor. 28. teſtatur Hipp. ità etiam aluus fluida perpetuò deliria auferre deberet, cur ergò delirium perſeuerat? non alia ratione, niſi quia materia, quæ delirium facit, non eſt bilis, aut alius humor tenuis, nam ad aluum declinaret, & delirium ſedaretur, ſed craſſa, & firmiter hærens, quæ alia eſſe non poteſt, quam atrabilis. Quarè & ex modo delirandi, & ex alui fluore colligimus, delirium hoc eſſe atrabilarium. Propter hoc igitur nos admonet Hipp. vt dum aluo fluenti occurrere ſtudemus, ab adſtringentibus abſtineamus, quia hæc cum exiccantia ſint, vbi humor melancolicus abundat, qui & ipſe ſiccus eſt, omninò inepta ſunt, humor enim noxius indè auctus fluori materiam præſtat, quarè potius incraſſantibus, & refrigerantibus occurrendum eſt. Quod præceptum, non in hoc caſu tantummodo obſeruandum eſt, ſed etiam in quoli-
E bet alio alui fluxu, quotieſcunq. atræ bilis præſentia ſuſpecta eſt, in quam ſententiam obſeruatio me compulit anno elapſo habita in muliere Vicentina, quæ cum dyſenteria vnà cum febre laboraret, poſtquam ſero cocto ad purgandum exhibito, & ablutionibus per clyſteres repetitis materia peccans non parum imminuta fuit, vbi ad medicamẽta adſtringentia deuentum eſt, ab illis euidenter læſa eſt, nam præterquamquod fluxus nulla ex parte remiſſus eſt, & febris non parum exacerbata, ſapor auſterus ori adeo infixus eſt, vt de hoc magis conquereretur, quam de quouis alio ſymptomate. Hoc autem contigiſſe, ex præſenti ſententia admonitus, cognoui, quia atrabilario temperamento prædita erat, quarè adſtringentibus omnibus dimiſſis, ſorbitionibuſq. incraſſantibus, & attemperantibus medicamentis adhibitis,

ſapor

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 399 sur 636

©BIUM

ſapor ille moleſtus non longè poſtea ab ore euanuit; fluxuſq. & febris tandem ceſſarunt, & perfectè ſanata eſt mulier. A

Mar.n.43. *Verſ.* 128 *Et potiones aluum ſiſtentes, & vinoſiores potius, quam adſtringentes.*

Cum littera, ν, græcè tam coniunctiua, quam aduerſatiua particula eſſe poſſit, indè euenit, vt præſens ſententia duplicem ſenſum recipiat. Si enim vertatur, vt ſenſus clarus apparet, ità enim Hipp. conſilium erit, ſi aluus fluida ſit adeò, vt corpus indè colliqueſcat, vti cibis propoſitis in textu, & potionibus aluum ſiſtentibus vinoſioribus inquam, aut adſtringentibus, pro cuius rei intelligentia ſciendum eſt in cibis, & potibus tres ſapores potiſſimum eſſe. Dulcem, Auſterum, ſiuè acidum, & tertium inter hos medium, qui vinoſus hic appellatur. Sic idem Hipp. 3. de Diæta tres mali punici differentias ex ſapore conſtituens, medium inter acidum, & dulce vinoſum vocat. Atque horum trium ſaporum ſicuti dulcis aluum magis mouet, ità auſterus, & acidus illam ſiſtunt, medius verò, qui vinoſus dicitur vrinas mouet, B pro vt de vinorum ſaporibus tractans ſuprà Hipp. determinauit. At verò quæ vrinas prouocant pro fluxibus alui curandis, vbi adſtringentibus non datur locus, aptiſſima ſunt. Quarè ſententia erit Hipp. in huiuſmodi alui fluore potiones eſſe debere vinoſiores, quibus ſi non cedat morbus, ad adſtringentes tranſeundum erit, quæ non ſunt à principio adhibendæ ob rationes in præcedenti ſermone adductas, atque hoc modo recepta ſententia ſenſum habet ſatis rationabilem. Si verò eadem particula, ν. aduerſatiua accipiatur, quemadmodum à Cornario accepta eſt, ſenſus erit, potiones eſſe debere aluum ſiſtentes, ſed inter has magis conuenire vinoſas, quam adſtringentes, ab vtriſque enim aluum ſiſti iam dictum eſt; & hæc interpretatio rationabilior mihi videtur, quandoquidem potiones huiuſmodi, ſicuti in ſapore mediocritatem quandam obtinent, ità etiam ſecundum qualitates nullum exceſſum habent, ità vt intenſas humorum qualitates retundere poſſint. Indè verò diuretica virtute eoſdem C humores ad vrinas deriuando ipſi fluxioni occurrunt. Adſtringentia verò exiccanti facultate eos acriores reddunt, etſi atrabile participant, eorum adiuuant generationem. His igitur rationibus adſtringentibus potionibus vinoſiores præferuntur, non quia (vt nonnulli exponũt) adſtringentia in fluxibus colliquatiuis non conueniant. Quandoquidem præterquam quod de fluxu colliquatiuo non intelligit hoc in loco Hipp. cum illud verbum, & colliquuerit, propriè dictam colliquationem non importet, ſed quancunq. extenuationem, quaſi dicat. Si aluus liquida eſt, & æger indè extenuetur, ſignum euidens, talẽ fluxum penitus ſymptomaticum eſſe, tunc ei occurrendum ſorbitionibus frigidis, & incraſſantibus, & potionibus vinoſioribus potius, quam adſtringentibus. Si in fluxibus colliquatiuis non conuenirent adſtringentia, multò minus adminiſtrari poſſent in Diarrhœa, quæ humores præter naturam peccare ſupponit, imò neque in quolibet alio fluxu tuta eſſent; eo quod materia ſtatim, ac ſegregata D eſt, & ad motum concitatur præter naturã, fit & prauitatis particeps, quod eius fętor manifeſtat, quarè ſi medicamenta humores ſegregatos, & corruptos adſtringentia ſiſtere poſſent, in quolibet fluxu ſuſpecta eſſent. Verum quia huiuſmodi medicamenta materiam antecedentem reſpiciunt, quæ nondum diſgregata eſt, Hinc eſt, quod medicamenta adſtringentia in quolibet fluxu conuenire poſſint, ſi loco, & tempore adminiſtrentur, dummodo ratione humoris prædominantis in corpore non ſint ſuſpecta; quemadmodum euenit in præſenti caſu, in quo, quia melancolicus humor abundat, cum quo adſtringentia analogiam habent (vt ſuprà explicauimus) hac ratione adſtringentia vitare, quam maximè oportet.

Mar. n.44. *Verſ.* 131. *Quibus in principio vrinæ nebuloſæ, vel etiam craſſæ ſunt, &c.*

Præſentis ſententiæ, in qua de purgatione in febribus facienda tractatur, typus eſt Aphoriſmus 22. ſect. 1. in cuius explicatione, quia hæc ſufficienter explicabitur, non eſt, vt de ea E hoc in loco pertractetur.

Mar.n.44. *Verſ.* 138. *Sorbitiones autem vbi propè iudicationem fuerit nè dato, &c.*

Inſtante criſi ſorbitiones detrahit Hipp. nè naturà ab opere diuertatur, & criſis impediatur. Verum quia per criſim intelligit Hipp. communiter quamlibet morbi ſolutionem, non eam tantummodo, quæ fit ad ſalutem ſubitò, & cum aliqua ſenſibili euacuatione, quemadmodum à Galeno definitum eſt: nec in qualibet criſi detrahenda eſt ſorbitio; ſed in ea tãtum, quæ mediante aliqua ſenſibili euacuatione contingit, ideò Hipp. vt diſtingueret hanc criſim ab ea, in qua ſorbitionem detrahere non oportet, conditionem appoſuit, ſi turbetur. Dum

enim

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 400 sur 636

A enim morbo ad ſummum vigorem progreſſo turbatio contingit, tũc criſis cum ſenſibili euacuatione expectanda eſt, iuxtà illud aphoriſticum. Quibuſcunq. iudicatio fit, his nox grauis antè exacerbationem. Sub hoc autem turbationis nomine ea omnia cõprehenduntur accidentia, quæ criticas euacuationes præcedere ſolent, quæ ſingillatim à Galeno referuntur lib. 3. de criſi cap. 14. ex qua Hipp. ſententia facilè colligi poteſt ratio, propter quam in morbis pectoris circà iudicationem ſorbitiones augere expediat, quia ſcilicet in illis morbis non fit criſis, quam turbatio præcedat, criſim ſubitam indicans cum ſenſibili euacuatione, cum paulatim materia per ſputum educatur, quam non impedit ſorbitio, imò auget, tum partes pectoris humectando, tum virtutem ipſam roborando.

Verſ. 148. *Degant autem hi, vt nihil ipſis exhibeas aliud quam.* *Mar.n.45.*

Hæc conueniunt cum ijs, quæ ſect. 3. de viribus oximellis tractans dixit, ſi tamen opitulari apparuerit ad totum morbum multus huius potus vſus, parum aceti affundere oportet, vt ſaltem cognoſci poſſit. Quandoquidem cum nunc eo ſolo per totum morbum vti velit, & ex conſequenti ſatis copioſo, ideò aquoſum eſſe iubet, ità vt parum mellis, & aceti aquæ copioſæ admiſceatur, alioqui noxas afferre poſſet, quæ eo in loco recenſentur. *Mar.n.45.*

Verſ. 151. *Super præcordium verò lini ſemen linteo illitum, &c.*

Medicamentum ab Hipp. propoſitum ex lini ſemine aqua, & oleo confectum, cum habeat conditiones omnes, quæ in hoc caſu requiruntur, perperam à Valeſio damnatur, illud ſimpliciter emolliens ratus. Nam præterquam quod præceptum hoc non eſt ex mente Hipp. qui in qualibet inflammatione interna ſimpliciter emollientibus, & rarefacientibus quouis morbi tempore vtitur; lini ſemen, cum aluum ſiſtere poſſit, vt lib. 2. de Diæta idem Hipp. teſtatur, tantum adſtrictionis habet, quantum pro tutela roboris viſcerum eſt neceſſarium, quarè maius incommodum ex eo timerẽ, ſi adſtringentia à Valeſio propoſita adijcerentur: quippèque & humores impingere magis, & viſcus conſtipando, reſolutioni, & diſcuſſioni ineptiores eos reddere poſſent. Sed & longè grauius peccant recentiores, dum in hepatis inflammatione toto ferè morbi tempore Epithemata adhibent ex ſuccis, decoctiſq. tum refrigerantibus, tum adſtringentibus; vnguentum ſandalinum indè apponentes, quod abſque vlla emollitione exiccat, adſtringit, & refrigerat.

Verſ. 157. *Cæterum inconſtantes febres ſinere oportet, donec conſtiterint.* *Mar.n.46.*

Hoc præceptum in omnibus febribus inconſtantiam præſeferentibus non eſt obſeruãdum; ſed in ijs tantummodo, quæ acutiem habent, & hanc conditionem non appoſuit Hipp. eo quod, vt aliàs adnotatum eſt, hæc tractatio ad morbos acutos ſpectat, obſeruandum eſt autem in morbis acutis, quia hi cum celeriter moueantur, non poſſunt diutius cum huiuſmodi inconſtantia permanere, ideò tutius eſt (iuxtà illud, in hoc te exerceto, vt ſi non proſis, ſaltem non noceas) à remedijs ſaltem generoſis aliquantiſper deſiſtere, quam malè agendo ægrotantem in diſcrimen perducere.

Verſ. 162. *Maximè igitur numerum imparem vereri oportet, &c.* *Mar.n.46.*

Quæ circà paritatem, & imparitatem dierum à præceptore traduntur, adeò varia ſunt, vt nihil certi de hac re determinari poſſe videatur. Nam aliquando numerum ſimpliciter reſpiciens, pares, & impares dies eos vocat, quos vulgus etiam tales communiter appellat. Hoc enim ſenſu pares ab imparibus diſtinxit lib. 1. Epidem. ſect. 3. verſ. 42. Inter pares enim enumerat 4. 6. 10. 14. 18. 20. 24. 28. 30. 60. 80. & 120. Impares verò recenſet 3. 5. 7. 9. 11. 17. 27. & 31. Similiter libro de Septimeſtri partu, inter pares enumerat decimumquartum, vigeſimum octauum, & quadrageſimum ſecundum. Alibi tamen, & decimumquartum, & vigeſimum inter impares enumeranit, idque apertiſſimè lib. 4. de Morbis verſ. 370. cuius cauſam reduxit Galenus in principium ſecũdæ ſeptimanę, Auctorem Aphoriſmorum ſecutus, quod in diem octauum incidit, quarè ab eo ſeptimanam rurſus inchoando, ſeptima dies in diem decimumquartum incidit, quæ hac ratione ſeptimi virtutem, & naturam ſortitur; vndè meritò inter dies impares adnumeratur. Sed hæc ratio habet difficultatem, quia ſi ratione diei octauæ id eueniret, vndecima dies, imò etiam nona, inter pares adnumeranda eſſet, quarè in illis diebus deorſum purgare liceret, quod Hipp. doctrinæ manifeſtè repugnat, lib. enim de Humor. verſ. 78. dum tempus euacuationi faciendæ præſcriberet, per ſingulos dies pares deorſum, & per impares ſurſum purgandum eſſe determinauit, vſque ad decimmutertium diem *Mar.n.22.* *Mar.n.3.*

diem, quo non amplius sursum, sed deorsum purgare oportere adnotauit, sursum verò die decimaquarta, eodem ordine ad reliquos subsequentes progrediendo: quasi à die decimatertia, dierum parium, & imparium natura in contrarium permutetur, quæ doctrina si vera est, non ratione octauæ diei, decimaquarta dies imparis naturam sortitur, sed potius, quia (vt lib. citato de Morbis ait Hipp.) dies decimaquarta est tertia dies secundi periodi, cuius finis est vndecima dies. Quæ quidem ratio (si quid in hac re paritati, aut imparitati tribuendum est) multò rationabilior videtur. Verum quia paritas, aut imparitas per se nihil operatur, ideò allatam difficultatem tollere alia ratione tentandum est. Cuius gratia supponere oportet (quod proximè dicebatur) virtutem dierum in morbis) à paritate, aut imparitate minimè dependere, cum horum effectuum propriæ, naturalesq. causæ existant; de quibus tractare non est præsentis loci. Obseruatumq. est à priscis illis medicis, peculiares esse dies, in quibus euidentiores mutationes, & firmiores in morbis contingunt, aliosque esse, in quibus hæ rarò aduenium, & debiliores, prioresque pro maiori parte impares esse, posteriores verò pares. Vndè doctrinæ gratia statutum est, impares dies frequentius iudicare, & potentiores esse, quã pares, & ideò per excellentiam quandam numerus impar contemplabilis, & criticus appellatus est, ita vt indè inualuerit vsus, vt quicunq. dies tutò, & frequenter iudicare solent, impares dicantur, etiamsi reipsa pares sint, cuiusmodi est decimaquarta & vigesima. E contrà verò, quia signa, & mutationes, quæ in diebus paribus eueniunt, non adeò frequenter obseruantur, nec tutum, firmumque indicium præstant (hæc enim in ijs morbis tantummodo contingunt, qui per dies pares exacerbantur, qui sicuti rarò eueniunt, ità difficile iudicium habent, quod etiam Hipp. adnotauit loc. cit. de Humor.) ideò diebus paribus infidæ mutationes, & signa inconstantia tributa sunt; ità vt quicunque dies non benè, sed fallaciter iudicare solent, pares cõmuniter dicantur, ex quibus colligimus, idem esse dicere, impares dies & pares, ac si diceremus benè iudicatorios, & malè iudicantes, & infidos, & iuxtà hanc denominationem vsus est Hipp. voce περιοδῶσι, id est, imparibus, eo aphorismo. Febrienti, nisi in diebus imparibus febris reliquerit reuerti solet, per impares iudicatorios accipiens, quos quidem propriori vocabulo nobis designauit lib. 2. Epidem. sect. 5. vers. 28. quo in loco hanc eandem sententiam repetens ait, ὧ μὴ ἐν τῇ γονίμῃ μεθῇ πυρετὸς ὑποτροπάζειν ἀνάγκη, hoc est, nisi in die legitima febris dimiserit, recidiuare necesse est, γονιμος, enim naturale, & legitimum significat, qui verò legitimi dies dicantur manifestè demonstrauit in eadem sententia lib. Coacarum Prænot. vers. 102. registrata, quæ est huiusmodi, ὁκοσοισὶ ἐκλείπουσιν οἱ πυρετοὶ μὴ κατὰ κρισίμους ὑποτροπικόν. Quibus desinunt febres non in diebus iudicatorijs, his recidiuæ fiunt, ex quibus patet, idem significarè apud Hipp. dies impar, legitima, & critica, quarè vbicunquè de ijs tractatur, quæ ad crisim spectant, per dies impares omnes verè, & propriè iudicatorios intelligere oportet, in quam significationem si quis in præsenti sententia numerum imparem accipiat, fortassè non errabit, etiamsi propriè, & verè imparem significare videatur, nam cum dicat numerum imparem maximè vereri oportere, non omninò dies pares, qui inter iudicatorios adnumerantur, excludit, sed quia hi pauci admodum existunt, verè dicimus impares dies maximè timendos esse. Hunc autem numerum maximè vereri oportet, eò quod quæcunq. in eo mala contingunt, & certius, & grauius malum denotare solent, quam quæ in die pari. Cum igitur tanti existimauerit Hipp. ea, quæ ad numerum parem, & imparem spectant, plurima artis parte priuantur illi, qui dies singulos in morbis ab ea hora inchoantes, in qua æger primum laborare cœpit, nullam ferè diem habent, quæ simpliciter par sit, aut impar. Quia si quis v.g. in meridie à morbo corripiatur, diei pars antè meridiem impar erit, par verò post meridiem, & è contrà, si par, antè meridiem par fuerit, reliqua pars impar erit, quarè nec quo die iuxtà Hipp. præcepta purgare expediat determinare poterunt, nec symptomatum superuenientium virtutem iudicare. Quarè cum artis prognosticæ fundamento careant, non est mirum, si in prædicendis ijs, quæ ægrotantibus ventura sunt, rarò non falluntur. Idquè plerique eorum experti, quod propriæ insciticæ debetur, arti imputãtes, prædicendi munus Medicis glorioſum, incertum, & fallax prædicantes, nobiliorem medicinæ partem penitus reiecerunt, & ideò mirum esse non debet, si nostris temporibus homines adeò parum medicis confidant, quod multitudine Medicorum manifestant, quos propriæ curationi, nulli fidentes, etiam in leuioribus morbis, adhibent. Indeque etiam euenit, vt medici ipsi in morborum

curatio-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 402 sur 636

A curationibus nictanter procedentes, cæterorum Medicorum congressum expoſcant, cum quibus ignominiam ſibi ipſis imminentem diuidant, cum rarò mors curanti non imputetur. Quæ quidem incommoda facilè euitarent, ſi artis prognoſticæ auxilium expoſcerent, ex prædictione enim tria Medico eueniunt commoda, quæ à principio lib. Prænot. referuntur, enarratis malis è directo oppoſita, & primo quidem. Nam Medicus (ait ibi Hipp.) præditionem adhibens, fidem fecerit, quod ægrotorum res magis cognoſcat, quarè audebunt homines ſeipſos Medico, committere. Secũdo, & curationem optimè fecerit, vbi ex præſentibus paſſionibus futuras affectiones prænouerit. Atque tandẽ, tum morituros, tum ſeruandos prænoſcens, ac prædicens, à culpa exors fuerit. Quicunquè igitur Medicum verè profitentur, totam artem perfectè aſſequi procurent: eiuſque præcepta à proprio auctore recipientes, & curationem, & prognoſticam confidenter adhibeant, bona ſpe enim abſque dubio non fruſtrabuntur. Quapropter cum Hipp. in enumeratione dierum in morbis vulgarem vſum ſit ſecutus, primam diem appellans totum illud tempus, ex quo æger laborare incæpit vſquè ad occaſum Solis; reliquos verò ſubſequentes accipiens à Solis exortu terminantes in occaſum, ab eius computandi modo non eſt recedendum. Quandoquidem ſi Galenus quamlibet diem ex vigintiquatuor circiter horis conſtituit, nec à Præceptore edoctus, neque ab experientia permotus id fecit, ſed quia alia ratione cauſam dierum criticorum aſſignare non potuit. Cæterum quia hæc à Galeno deſumpta computandi ratio, ferè communiter obſeruatur, vt abuſus iſte in re tanti momenti (ſi fieri poteſt) à medica facultate remoueatur, ſuper hanc rem aliquantiſper immorandum nobis eſt. Primum ergò demonſtrabimus, hanc Galeni computationem non eſſe ad mentem Hipp. (qui vt proximè dicebã) quamlibet diem, prima excepta, ab ortu Solis inchoare ſolitus fuit. Deindè verò Hipp. computationis veram rationem afferre tentabimus, cauſam aſſignantes cur prima dies, etiam ſi non integra ſit, pro die integra computari debeat. Primum igitur aggrediamur. Si Hipp. ſingulorum dierum enumerationem fieri voluiſſet, diem ab ea hora ſemper inchoando in qua incæpit æger laborare, neceſſe ei erat horam referre, in qua morbus à principio inuaſit, cum ex hac tota computandi ratio originem habeat. Sed nullibi in recenſendis ægrotantium hiſtorijs de hora inuaſionis morbi mentionem fecit: Argumentum euidentiſſimum, id ſcire non eſſe neceſſarium, cum ſatis ſit, non ignorare, an interdiu, an noctù, aut veſperi incæperit morbus, an mane, aut meridie, eo quod dierum computatio fieri debet, non ab ea hora diem inchoando, in qua inuaſit morbus: ſed ab eo tempore, in quo verè dies naturalis incipit. Idque ab eo obſeruatum inuiolabiliter conſtat, quia in recenſendis ijs, quæ ægrotantibus per ſingulos dies contigere, & matutinum tempus, & veſpertinum, ſub eodem numero quatenus vnica dies tantum adnumerauit, non diei partem præcedentis finem, alteram verò ſubſequentis principium, vt Galeniſtæ faciunt. Id videre eſt in hiſtoria Philiſci in Thaſo lib. 1. Epid. n. 1. regiſtrata, vbi inquit. Tertio mane vſquè ad meridiem viſus eſt à febre liber, ad veſperam febris acuta, &c. Idem etiam obſeruari poteſt in vxoris Epicratis hiſtoria, necnon & Dromedis vxoris ibidem deſcriptis, ſimiliter in enarratione morbi Phrenitici, de quo lib. 3. ſect. 3. & ſerui in externa, caupona lib. 4. verſ. 126. & adhuc clarius in hiſtoria Pithionis lib. 3. ſect. 3. verſ. 34. alijſque multis, quæ in lib. Epidem. referuntur. Quas quidem hiſtorias ſi deſcriberent iſti, quamlibet diem diuiderent in duas partes, priorem cum præcedenti die copulantes, veſpertinum verò tempus diei ſubſequentis initium facerent, quod quidem ab Hipp. factum nullibi inuenies: qui ſemper matutinum tempus, & veſpertinum ſub eodem numero collocauit, principium diei (vt dictum eſt) ab ortu Solis conſtituendo ſemper, & deſinentis in occaſum. An dicent Hipp. ægrotantes omnes in ortu Solis ægrotare cæpiſſe, vt indè dierum enumerationem inchoauerit? Ridiculum certè eſt hoc, cum experientia demonſtret, morbos admodum rarò matutino tempore inchoare. Cum igitur Hipp. hanc dierum diuiſionẽ in enumeratione nunquam obſeruauerit, certum eſt, computandi rationem dierum per horas vigintiquatuor, quam Galenus excogitauit, & ſecuta eſt poſteritas, purum figmentum eſſe, & ab Hipp. doctrina reijciendam; eamque computandi rationem ſeruandam eſſe, quam idemmet Hipp. ſecutus eſt, primum diem appellantes (vt à principio dicebamus) totum illud tempus quod à primo morbi inſultu, & occaſum Solis intercedit, ſecundã diem, & reliquas omnes ab ortu Solis inchoantes, vſque ad ſequentem noctem; iuxtà vulgarem conſuetudinẽ, quæ diem communiter ab ortu

De computatione dierũ criticorum.

Mor. n. 9.

Solis,

Solis, ad occasum vsque constituit. Nec credendum est, Hipp. in scribendo ità negligentem fuisse, vt in re tanti momenti, si diuersa à communi consuetudine computatio dierum facienda esset, eam non expresserit. Quemadmodum eum fecisse legimus lib. de Septim. Partu, circa computationem mensium in vtero gerentibus, in quorum enumeratione etiamsi à vulgari consuetudine non recesserit, partem mensis quamuis exiguam pro mense computando, vt faciunt mulieres ipsæ, quæ eodem Hipp. referente lib. cit. de Sept. Partu vers. 44. dicunt, & testatur nasci septimestres, & octimestres, & nonimestres, & decimestres, & vndecimestres; nihilominus veram septimestris rationem traditurus, per exactam mensium quantitatem, reiecta communi consuetudine anni, & mensis quantitatem veram expressit, eamque in computatione secutus est. Cum igitur talis fuerit summi præceptoris dierum enumeratio in morbis, super quam tota & prædicēdi, & curādi ratio fundatur, etiamsi illius vera causa ignoretur, in hoc tamen quiescendum esset. Veruntamen vt hominum curiositati morem geram, probabiliorem quam fieri potest in medium afferre tentabimus, à Galeni fundamentis minimè recedentes, qui 3. de Dieb. decretorijs, dierum criticorum rationem reddere studens, eam ad Solis peragrationem per Zodiaci signa in morbis diuturnis reduxit, in acutis verò ad Lunæ motum, siue modò eius actio proueniat à signis, quæ proprio motu percurrit, siue à luminis diuersitate, quod à Sole recipit, siue ab vtrisque simul concurrentibus, id determinare non est nostri instituti, cum satis sit scire, à motu Lunæ acutorum morborum mutationes per quaternarios, & septenarios procedere. Verum etiam si ratione præfati Lunæ motus, in statutis quibusdam diebus, & horis, crises, & cæteræ morborum permutationes fieri deberent, cum hoc vel illud punctum attingit, sæpè tamen rationabile tempus peruertitur, ità, vt aliquando anticipent, aliquando retardentur, idquè potissimum euenit ratione accessionum, quæ rarò cum præfato Lunæ motu coincidunt. Certum est enim, crises fieri in die maioris accessionis, vndè videmus (quod etiam Hipp. adnotauit) eos morbos imparibus diebus iudicari, qui imparibus mouentur, in paribus verò, quorum exacerbationes in diebus paribus contingunt, & in tempore earum peculiari: quæ enim sursum fiunt criticæ excretiones, in accessionis principio, quę verò infernè, aut per sudorem, remisso eiusdem summo vigore contingūt, vt Galenus edoctus à præceptore lib. Quando purgare oportet, adnotauit. Si igitur à paroxismorum varietate, crisis tempus peculiare dependet, inuenienda est causa repetitionis paroxismorum in statutis quibusdam horis: quia hæc eadem, vnà cum præfato Lunæ motu, & crises, & cæteras morborum mutationes constituet. At certè hæc alia esse non potest, quam Solis motus, qui diem ipsum conficit, & metitur. Dum à primo mobili ab ortu in occasum raptus, vigintiquatuor horarum spatio totam mundi machinam perlustrat. Hoc enim motu mediante, non modo dies à nocte distinguitur, ex quorū diuersitate humana corpora, & sublunaria omnia tam variè afficiuntur, sed etiam ad quatuor mundi cardines accedens, alterationem in hæc inferiora producit, quatuor anni temporibus proportione respondentem, vndè effectum est, vt sicuti in vere sanguis abundat maximè, in æstate bilis, melancolia in autumno, & in hyeme pituita, ità matutino tempore sanguis naturaliter mouetur, bilis in meridie, melancolia vesperi, & pituita in nocte, quod omnibus receptum est. Quarè cum nihil aliud sit principium accessionis, quam principium motus humoris, qui peculiariter morbum facit, aut fouet, necesse est affirmare, vndè morbifici humoris principium motus aduenit, illud paroxismorum principium, & auctorem esse. Nam cur tertianæ febris (exempli gratia) accessio tertio die repetens determinata hora inuadat, ea est ratio, quia Sol ad meridianum accedens, bilem tertianæ febris materiā conturbat, quæ cum parata sit ad febrilem calorem concipiendum, occasione illius agitationis, accessionis initium præstat. Quod si non semper in meridie tertianæ paroxismi inuadunt, nec eadem semper hora repetunt: cum modo anticipent, modo postponant, id inobedientiæ materiæ tribuendum est, quæ siue ratione copiæ, siue eiusdem qualitate, siue alterius humoris permixtione, vel non statim mouenti causæ obtēperat, vel properat celerius. Si ergò crisis tempus à tempore accessionis moderatur: accessioniſq. causa est præfatus Solis motus, quatenus per eum Sol hunc, vel illum mundi cardinem attingens, accessiones hac, vel illa hora mouet, sequitur multoties antequā Luna ad punctum illum perueniat, cuius virtute fit crisis hac, vel illa die: virtute Solis, qui horam accessionum, & ex consequenti ipsius crisis metitur, ac disponit, contingere iudicationes: ità vt non sit necesse ad crisim v.g. septimo contingentē

dies

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 404 sur 636

A dies omnes integros ex vigintiquatuor horis concurrere, cum satis sit septẽ diebus Solẽ super terrã existentẽ vim propriã in humores exercuisse, vt crisis, aut quæuis alia mutatio in die septima dicatur. ergò (infert quispiã) non à motu Lunæ, sed potius Solis crisis excitabitur; si antèquã Luna ad locum crisis perueniat, virtute Solis iudicatio sequatur. huic respõdeò, crisim hoc, vel illo die fieri, à motu Lunæ dependere; quæ etiamsi ad punctũ exactum, in quo crisis excitari debet, nondũ peruenerit, eam tamen dispositionẽ in corpore, & humoribus ipsis vsque ad illud tempus introduxit, vt actione Solis aduenientẽ crisis fieri possit. Quapropter virtus Solis est, crisim hac, vel illa hora excitare, Lunæ autẽ, hac, vel illa die. Astra enim in hæc inferiora agunt, non subitò, & derepẽtè: nec tunc solum, cum hoc, vel illud punctũ attingunt: Sed multò prius ad certam distantiã agere incipiunt v.g. dum orbe, vel radio ad punctũ illud perueniunt, indè verò efficacius, quò magis illi puncto appropinquantur, vbi summa viget eorum efficacia. Quarè cum duorum astrorum virtutes ad vnicã actionẽ concurrunt, non est necesse vtriusque vires supremas, quæ in puncto aspectus consistunt (partilẽ astrologi appellant) conuenire simul, cũ vnius efficacia causa esse possit, vt quælibet dispositio ab altero introducta ad effectum producendũ sufficiat, ex quo fit, vt actio, quę à Sole prouenit, sæpè crisim, aut quãlibet aliam affectionẽ in corpore producat, etiamsi Luna, quæ ad actionem illam simul concurrit, nõdum ad locũ peruenerit, à quo illius actio dependet, & ideò, vt proximè dicebã, non est necesse, omnes dies integros esse ex vigintiquatuor horis. Vt exempli gr. si quis die Dñico circà vigesimã horã laborare incipiat: etiamsi Luna ante horã decimã quartã diei sabati sequẽtis medio motu non perueniat ad punctũ illud, quod septimæ diei initiũ præstat: quod quidẽ est quando Luna radio, vel orbe locum attingit, qui quadrato aspectu punctũ illud respicit, in quo erat tempore inuasionis morbi; cuius virtute crises fiunt, variæq. mutationes in morbis cõtingunt; nihilominus virtute Solis, qui humores statis quibusdã horis mouet, & vigere facit; effectus septimæ diei ab eius ortu incipiunt: cum satis sit dispositio, quam Luna loco aspectus appropinquans corporibus introducit ità, vt si morbus cum sanguinis prædominio fuerit etiam mane diei Sabati, qua hora sanguis virtute Solis maximè viget, & mouetur, crisis per hæmorrhagiam fieri possit. Quotiescunq. igitur quis à morbo corripitur, dum Sol est supra terram, totum illud tempus vsque ad occasum, pro die prima cõputare oportet, eo quod Sol occidẽs diei finẽ, & noctis principiũ facit, quę duo & natura, & viribus penitus inter se cõtraria existũt, ex quo fit, vt quæcunq. subsequenter eueniunt, nihil cum præcedenti die habeant, sed spectãt ad subsequentẽ, cuius tẽpus illud pars existit. Idque Solis facultate euenit, qui suas vires continenter singulo die exercet, easque absoluit, postquã peruenit ad occasum: alioſque denuò effectus producere incipit, cũ alterius diei initiũ prębet, idque ex eo constat, quia si dies quieta esse debet, nox præcedens plerumq. quieta est, si laboriosa molesta. Vndè hinc argui potest, in noctium computatione, præcedentem cum die subsequenti computandã esse. Quamuis Hipp. hanc rem non determinauerit, est tamen probabile, quando & in Genesi diem à nocte inchoare docemur, dum inquit Auctor. & factus est vesperi dies vnus.

Vers. 169. Aut satietatem. Mar. n. 47.

Adnotandus est dicendi modus quo vtitur Hipp. Satietatẽ hypocondrio tribuens, quæ ad ventriculũ solum pertinere videtur. Ità enim indicat nobis, eam intelligere satietatẽ, quæ non à ventriculo prouenit, cibis, aut crudis succis repleto. Sed ab hepate, vel liene affecto. Quotiescunq enim viscera hæc malis succis repleta intumescunt, ab assumpto cibo etiã leuissimo, & in pauca quantitate ingesto cõpressa, grauitatem maximã ægris inducunt, similem grauitati eorũ, qui immodicè & cibis, & potibus se impleuere; & ideò satietatẽ eã appellat. Hoc igitur signũ nobis considerandũ proposuit Hipp. quia illius præsentia affectum esse hypocondriũ indicabit, etiam si aliquando, nec dolor, nec tumor in ea parte manifestus appareat. Hunc affectum obstructionem viscerum appellant recentiores, quam adeò propriè, & firmiter præfatus satietatis sensus indicat, vt hoc solo signo innixus sæpè sæpius huius morbi præsentiam ante hypocondriorum obtrectationem affirmare non sim veritus.

172. *Bibet autem mulsam calidam coctam.* Mar. n. 47.

Quæstione dignum est, cur Hipp. nunc mulsam dari iubet coctam cum superius de eius viribus tractans, non multũ referre dixit, an cruda sit, an cocta, dũmodo ex optimo melle paretur? Hoc quidẽ summa cũ ratione factũ esse existimo quia cũ eam calidã dare oporteat propter visceris tumorẽ, qui à frigidis actu, durior, & crudior euadit. Frigidum enim, vt aliquando dicebat Hipp. quæ intus sunt indurat; & dũ mel, & aqua simul calefiunt, statim partes quædam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 405 sur 636

crassiores segregari incipiunt, quæ tandē feruore separantur omninò, si eo modo mulsa solum excalefacta exhiberetur, partes mellis crassiores ab alijs separatæ, viscеribus in transitu firmarentur, indèque morbus haud parū exacerbaretur, quarè necesse est, eam excoquere, vt partes prædictæ per ebulitionē extrahantur, mulsaq. splendidior, & tenuior reddatur, ob naturā affectionis, cui crassiora nimis infensa sunt, non autē in morbis pectoris, de quibus tractans parū referre dixit, an mulsa cocta sit, an cruda: dūmodo ex optimo melle conficiatur, ex quo adnotāda est sūmi præceptoris diligētia, qui nihil vtile prætermisit, etiāsi illud minimū esse videatur.

Mar. n. 49. *Vers.* 191. *Quum verò in febribus horrendum quid, &c.*

Hæc signa adeò sæua sunt, & terrifica, vt quacunq. die appareant, mortē perpetuò indicare possint. Superuenire autē quinta die illud peculiare habet, quia & celerē mortē, & cū difficultate spirandi attestantur, celerē quippè, quia (vt ipse alias docuit) quę mox apparent celerē iudicationē prænostrant, & sicuti signa optima statim apparentia citā salutem indicant, ità & mala celerem mortem, & quia morbi, qui cum propositis signis celeriter interimunt, absque humorum copia generari non possunt, ideo his mortem per caloris suffocationem aduenire necesse est, quam spirandi difficultas plerunque concomitatur.

Vers. 210. *Multa verò signa ad imparem numerum magis fiunt, quam ad parem. Vtro autem horum numerorum fiant lethalia existunt.*

Hæc sententia plurimum conuenit cum ea, quam sup. vers. 162. explicauimus, in qua hæc leguntur: Maximè igitur numerum imparem vereri oportet. Nam hi dies in alterutram partem ægrotos inclinare faciunt. Quarè illius explicatio huic pariter accommodari poterit.

Mar. n. 50. *Vers.* 216. *Quum febricitanti 14. die vocis interceptio superuenerit non solet aduenire solutio breui, neque discessio fieri. Sed tēpus huic significat, quū autē apparuerit hac die diuturnius cōcidit.*

Hæc sunt verba græci tex. verbū è verbo, quæ si rectè perpendantur manifestè apparebit, C nihil continere eorū, quæ Gal. vt Hipp. reprehenderet, excogitauit. Non enim, ait Hipp. aphoniā die 14. superuenientē morbi longitudinem simpliciter indicare, sed morbū longiorē fore plurimū enim differt dicere, morbū esse longū, & longiorē. Horū igitur verborū hic est sensus. Si quis febricitās decimaquarta die voce priuetur, nō citò solet vocē recuperare, vt sæpè euenit, quando in aliquo alio die cōtingit, & ratio diuersitatis est, quia accidentia, quæ hac die superueniunt à firma, & forti causa dependēt, cū sit dies maximè contēplabilis, & ideò hæc diutius perseuerare solent, & eò magis, quia hæc dies est extrema acutorū morborū, vndè morbus iā lento gradu moueri incipiens, omnia diuturniora producit, Aphonia igitur febricitanti decimaquarta die superueniens, non solet citò terminare. Sed neque febris discessio breui tēpore speranda est, eò quod accidentia huiusmodi superuenientia morbū in augumento adhuc esse significant, q̄ quādo vsque hanc diē producitur, morbū citò terminare est impossibile, accidē- D tia n. superuenientia, vt 1. Aphor. nos docuit Hipp. si statim ab initio appareāt, breuē fore morbum denunciāt, si verò posterius cōspiciantur, longum. Quarè adnotare est Hipp non asserere morbū simpliciter fore diuturnū, sed eius solutionē, quandoquidē citò æger indè interire potest, etiāsi non citò sanari. Quæ. n. à causa forti, & stabili dependent, ob causæ fortitudinē, & vehementiā breui quidē tēpore interficere possunt, nō tamen citò solui, nisi morbus celeri motu moueatur. Solutio. n. mediāte coctione perficitur, quę, certis temporū periodis proportionē quandā inuicē se habētibus, celebratur, corruptio autē, à qua mors depēdet, statim, & in quolibet morbi tēpore fieri potest. Quoniā igitur huius ignoseos fundamentū in die apparitionis symptomatis cōsistit, ideò tādē subiunxit Hipp. quasi se ipsū explicaret. Quādo autē apparuerit hac die, diuturnius coincidit, vtiturq. cōparatiuo, nō positiuo inferēs se velle significare, hāc longiori tempore perdurare, quā si aliquo alio die superueniret. Hæc sentētia igitur rectè percepta nihil habet absurdi, atque maximè rationabilis, verissimāquè eā esse existimo, quia nō a probabili ratiocinatione, sed à sensato experimento ortū habuisse manifestat dicendi modus, quo vtitur Hipp. Non solet aduenire solutio breui, ex quo apparet quam temerariū sit (q̄ alibi sæpius indicauimus) huius auctoris dicta damnare, quamuis primo aspectu falsa esse videantur.

Vers. 222. *Aestiuo ac autumnali tempore in morbis acutis, &c.*

Mar. n. 51. Stillæ sanguinis è naribus non semper malę sunt, sed tūc solum, quando sanguinis in venoso genere feruescentis symptomata existunt, eò enim casu malæ sunt, quia copiæ sanguinis peccantis non respondent, nihilq. paucum criticū esse potest. Nam capite tantummodo repleto, stillæ sanguinis affectionē tollere possunt, quia cū multi sanguinis non sit capax à modica excretione euacuari sufficienter potest, ex quo videmus quotidie, multos ex insolatu, aut aliqua

alia

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 406 sur 636

A alia simili causa capite dolentes, ab exiguis stillis sanguinis è vestigio liberari. Hac eadē ratione Aegrotus ille, ad quē Cynicus Hipp. introduxit à stillatione è naribus nihil incōmodi percepit: imò perfectè iudicatus est, vt lib. 4. Epid. narratur, quia vt ibi adnotauit Hipp. erat capite grauatus, quæ grauitas capitis repletionē indicabat, cum igitur in hac sententia de stillis symptomaticè fluentibus loquatur Hipp. vt criticas, & capitis plenitudinē tollentes excluderet, eā conditionē apposuit, vt derepentè fiat, hoc est, nec dolore capitis præcedente, nec grauitate, nec sternutatione accedente, qua excitata in febrium principio, cum nondū humorum trāslationē à toto, in caput fieri, est possibile, si destillatio è naribus sequatur, & vrina die quarta subsidentiam albam habet, morbi solutionē septima die futuram præmonstrat, vt lib. Coac. Præn. v. 106. quo verò delirium, aut conuulsio ex narium stillicidio tutò prædici possit, conditiones in textu appositæ requiruntur, tempus scilicet æstiuum, aut autumnale, tunc enim & bilioſi,
B & atrabiliarij humores abundant, qui prædicta symptomata excitare solent, alijs enim temporibus fortasse non delirium, aut conuulsio superueniet, sed sopor potius, si pituitā simul cōcurrere contingat. Nam & hoc symptoma stillas sanguinis consequi solet; quemadmodū in pestilenti constitutione contigisse adnotatū est à Præceptore lib. 3. Epid. sect. 3. Alterā verò conditionem apposuit, in morbis acutis, propter eos, qui à febribus diuturnis vexati in cachexiam quandam inciderunt, propter quam sanguis serosior effectus, sæpè à naribus destillat, indèquè nec delirium, nec conuulsio succedit. Quotiescunq. igitur æstiuo, & autumnali tēpore in morbis acutis destillatio sanguinis repentina è naribus superuenit συντονίην, ideſt tensionem, ac inflammationem circa venas significat, quæ est causa, vt sanguis quasi efferuescens eas distendat & præ feruore attenuatus sursum tendat in caput, cuius raptus iam iam incipientis signa erūt, primo destillatio è naribus, indè verò sequenti die vrinarū tenuitas. Sanguine autem feruido
C in capite consistente, quid aliud timeri potest, quam aut delirium, aut conuulsio? Delirium quidem, si cerebri anteriores partes magis inuadat. Conuulsio verò, si posteriores. Quarum quidem partiū inuasio sicuti non casu euenit, sed ex earum dispositione; qua ratione prædicta symptomata distinguantur, verborū seriè nobis aperit artificiosus Hipp. His enim, qui sanguine abundant (hi sunt quos ætatis vigor concomitatur, corporeq. constant carnoso, & se exercent) promptius delirium superuenire rationabile est, eo quod partes capitis anteriores pluribus irrigantur venis, quā posteriores; quæ sanguinis influentis multitudinē susciplentes deliriū potius, quā conuulsionē inducunt. In deliriū pariter incidunt facilè atrabilario temperaméto præditi, cuius occasione non est inconueniēs, ascendentibus in caput humoribus deliriū incurrere. Huiusmodi naturis ergò delirium prædicendum erit, vt ait Hipp. Aut conuulsio si prædicta desiderentur, adsint q. ea, quæ neruosum genus imbecille demonstrent, v. g. si æger ex potu,
D hoc est, dum poculū potaturus ori admouet, manus tremulas habuerit, q quidē obseruatur nō in ægris modo, sed etiā in sanis, quibus neruosū genus imbecille est. Aut si puer, vel senex fuerit, qui natura motricē facultatē debilē habēt, his. n. prędicenda est conuulsio, cum rationabile sit humores in caput irruentes, eius partē imbecilliorē inuadere. Reliqua quæ ad integritatem sententiæ subsequūtur, à Valesio explicata sufficiēter inuenies, vt nostro opere minimè egeas.

Vers. 229. Febri singultuosæ. Mar. n. 51.

Febrem hanc esse acutā multa suadent, primò quia inter morbos acutos recensetur, de quibus tractatio est in hoc opere, secundò quia Hipp. huiusmodi ægrotātes tenui victu alit, habet præterea adiunctū periculū, sitisq. cōtinua viget, & aliquādo satis vehemens, quæ omnia morbis acutis conuenire indubitatum est Quapropter animaduertant Medici, qui ex Hipp. curatione permoti, medicamenta valdè calida singultus gratia in huiusmodi febribus exhibent,
E quia si hæc ab Hipp. vsurpantur, vt humores ventriculi tunicis infixos abstergere valenter possint, in reliqua tamen curatione refrigerantibus vtitur, tum in gratiam febris, tum etiam, vt ab ipsis abstergentiū caliditas retundatur. Nam & ptisanā pro cibo, & aquam hordei pro potu, aut oximellis exiguum præbet. Quarè præter Hipp. consilium esset, & ægrotanti parum vtile ad sudorem prouocandum, decocta calefacientia exhibere, quæ à Valesio proposita, à neotericis adeò facilè recipiuntur. Nam hæc cum citò per venosum genus diffundantur, multum obesse propter febrem possent, & parum vtilitatis adferre affectioni singultuosæ ventriculi, qui, vt diutius in eo morentur medicamenta, in formam solidiorem exposcit, & ideò Hipp. ea exhibet in Eclegmate, non in potu, vt ventriculo maiorē opem ferat, nec citò ad venas perueniat, vndè febrilis calor augeatur, ex quibus docemur calida medicamenta in febribus non adeò formidanda esse, cum in forma solida, non in potu assumūtur, dummodo reliqua curatio

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 407 sur 636

refrigerantibus procedat, & ideò non est improbandus vsus Theriacæ, Mitridati, & huiusmodi aliorum in febribus etiam acutis. Præterea huiusmodi decocta, vtpotè actu humida parum stomacho conducunt, nam hæc sub illa sententia cõprehenduntur, quam tantoperè celebrauit Celsus. Inimica enim sunt stomaco (inquit) iura ferè omnia. Vndè vulgatum illud, ventriculo amica est potus abstinentia, quod secutus ipse Hipp. admonet in hoc casu, vt potus sit exiguus, nisi ob sitis vehementiã eum copiosum dare expediat, ex quibus aliud contrà austeritatem eorum Medicorum adnotandum est, qui ægrotantes à siti cruciari permittunt, Hipp. tanti feciſſe accidentia, vt morbo dimisso, ad eorum correctionem statim deuenerit, nam propter sitim, longiorem potum permittit, quamuis morbus exiguum exposcat. A

Mar. n. 52. *Vers. 238. Et dum spiritus sursum fertur, an aoleat.*

Rarò respirationis partes his nominibus designare consueuit Hipp. latio spiritus sursum, & deorsum, & ideò non ità clarum est, quid hoc in loco per spiritus lationem sursum intelligat, an inspirationem dictam, an expirationem potius. Nam etiamsi spiritus, qui expirationem facit, quatenus è pulmonibus egreditur sursum feratur, si tamen euidentem eius exitum per nares attendimus, vndè pro maiori parte spiritum ducimus; in inspiratione sursum ferri manifestè apparet, idque affirmauit Hipp. lib. de Morb. sacro v. 168. quo in loco spiritum per os, & nares attractum, primum ad cerebrum ascendere testatur, deindè in ventrem peruenire. Hoc igitur motus principio inspecto, fortasse Hipp. spiritus lationem sursum appellauit, vel etiam fortasse, quia per inspirationẽ partes thoracis sursum eleuantur. Vtcunque sit, certum est, Hip. eam respirationis partẽ intellexisse, in qua dolor, & pleuriticis, & peripneumonicis magis exacerbatur: quæ absque dubio est inspiratio, non expiratio. His igitur nos admonet Hipp. vt ægri interrogentur, an in inspiratione à dolore affligantur, quia hoc est signum satis firmum ad distinguendos dolores pleuriticorum, & peripneumonicorum ab alijs doloribus pectoris, & costarum. Quamuis de hoc signo à posterioribus nulla facta sit mentio. B C

Mar. n. 52. *Vers. 241. Et si acutus fuerit dolor, ducere vsque ad animi deliquium.*

Sanguinem mittere, vsque ad animi deliquium consueuit antiquitas aliquibus casibus, potissimum verò in doloribus vehementissimis, id dictante vtili experimẽto, quandoquidem, qui aliqua parte dolent, vbi in lipothomiam à quacunq. causa inciderunt, statim dolor cessauit, quod cum pluries obseruauerim innotuit mihi causa, cur Antiqui huiusmodi euacuationem in vsum reuocauerint, eamque indicauimus in explicatione lib. de Hum. vers. 0.

Mar. n. 52. *Vers. 248. Medicamentum autem purgans dato quarta die.*

Lentè nimis procedere videtur Hipp. in curatione præsentis morbi, qui adeò celeriter mouetur, vt in septimo die iudicationem habeat, dum purgationem quarta die faciendam iubet. Quia si superius in febre ardente, non antè quartã diem purgandũ voluit id factum est, quia vt ibi explicauimus, morbus illi dabat inducias, vndè vt tutius procederetur, differre rationabile erat. At modo cum de morbo acutissimo tractetur, & qui citò ad vigorẽ peruenit, malè expectatur quarta dies, quæ toto morbi tempore inspecto in ipsius vigorẽ cadit. Pro difficultatis solutione, inspicienda est Auctoris intentio circà curationẽ præsentis morbi. Iubet enim euacuationẽ à principio fieri, quę vt tutior procedat, clystere procurandã iubet, à qua si alleuiatur dolor, nihil aliud tentandũ est, sed ægrotantẽ tantummodo custodire oportet, nè error committatur, vsque ad febris solutionẽ, quæ in septima expectanda est. Quod si à clysteris purgatione non remittatur dolor, morbusq. perseueret, tunc integra solutio morbi, die septima sperari non potest, quarè statim pharmacum dare oportet quarta die, vt leuior in morbo, qui per dies impares mouetur. Quarè etiamsi Hipp. iubeat custodiri ægrũ vsque ad septimã diem, non ob id inferri debet, morbũ esse acutissimũ ità, vt primam septimanã non pertranseat, cum non sit inconueniens, morbos circà initia remitti, atque etiã iudicari, quamuis eorũ constitutio longior procedat, quarè si ab iniecto clystere dolor sedatur, morbũ septima terminandũ fore sperandũ est, sin minus, in lõgius tẽpus protrahetur, ità vt quarta dies in latitudine principij reponenda sit. Quod verò ad victus rationẽ spectat, & succũ, & sorbitionẽ prohibet quòusq. morbus remittatur, ità, vt æger in tuto esse videatur, eo enim tẽpore primũ succũ tenuẽ exhibet melle admixto, deindè verò paulò crassiorẽ, si interim sputũ facilè educatur, æger benè spiret, & doloris expers. Si verò morbus, nequè à clysmate, neque à purgatione remittatur, sed vlterius procedat, etiãsi morbi cõditione inspecta in solo potu persistendũ esset, nihilominus iubet Hip. vt modica sorbitio, succus scilicet tenuis, & exiguus potus semel in die exhibeatur, eo tẽpore, quo melius habet. Sed cur paucior potus esse debet? quia adiũcta sorbitione, nisi potus minue- D E

retur

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 408 sur 636

A retur à copia assumptorũ læderetur æger, cum nondum morbi remissio aduenerit. Auget verò nutrimentũ, cum morbum protrahi videt, vt æger perdurare possit, quòusq. morbus iudicetur. Quod quidem non hac ratione tantum facere oportet, & tempore præscripto, sed etiam circà initia: quando ab assumpto pharmaco æger multum purgatus fuerit, rationem q. assignat, quia æger dormire non poterit, neque morbi coctionẽ efficere præ vasorũ inanitione, iuxta sententiã secundo huius registratam v. 153. & vigiliæ, inquit, ipsis coincidunt, ob quas non concoquitur morbus, &c. neque iudicationes sustinere, nec tempus solutionis expectare: sed antè illud deficiet. At vbi crudorũ colliquationes factę fuerint, quod excreta indicabũt, ex tenuibus crassiora effecta & crassitudine sputorũ attenuata, & ea, quæ renitentia erant per sputũ eiecerit, tunc nihil obstabit dare ea, quæ superius prohibita sunt, copiosiorẽ scilicet, crassioremq. sorbitionem etiam bis in die, si opus fuerit. Quam Hipp. diligentiam in præscribenda ægris diæta considerent recentiores, quam si necessariam existimauit Hipp. quot, & quam grauia errata nostris temporibus in hac materia committantur, facillimè cognoscent. *Mar. n. 11.*

B *Vers. 276. Dysenteria sedata absessum, aut tumorem aliquem faciet, si non, &c.* *Mar. n. 54.*

Si beneuolo ergà auctorem animo legatur præsens sententia, non adeò indefinitè, & indistinctè prolata inuenietur, vt Valesius existimauit. Quia cum Hipp. de nulla peculiari specie dysenteriæ loquatur, hũc ad quamlibet accommodari dicendum est, & ratio est, quia in omni dysenteria excernuntur ea, quæ aliqua ex parte præter naturam sunt, vndè eorum importuna suppressio semper incommoda erit, siuè hæc à plenitudine ortum habeat, siuè à cachochimia. Dum igitur Hipp. ait, dysenteria sedata, non morbi solutionem: sed symptomatis cessationem intellexit, quam aliquid eorum, quæ ab Hipp. enumerantur consequi, est rationabile, humores enim, qui per dysenteriam expurgari cæperunt, si in corpore retinẽantur, aliquam partem inuadere necesse est, morbũ partim læsæ conuenientẽ producentes. Enumerat ergò Hipp. exitus omnes, quos fluxuũ istum præter naturam sedatum habere, obseruatum est. Nam per febres omnes morbos intellexit, qui febrem adiunctam habẽt quiq. dysenteria intempestiuè sedata succedunt, quando materia ipsa ad partes principes conuersa ibi inflammationem excitat, hos verò morbos febris nomine appellauit, vt breuitati consulens, omnes acutos morbos comprehenderet, quibus huiusmodi nomen satis appositè accommodatur: quia omnes febrem adiunctam habent. Quod enim febres propriè dictas generali vocabulo non intellexerit, illud euidens argumentum est, quia in morborum horum catalogo tertianas addidit, quod superfluum esset, si febrium nomine omnes febres in communi comprehendere voluisset. Cætera autẽ verba in textu relata satis manifesta sunt, per eaque enumerat reliquos exitus, quos dysenteria intempestiuè sedata habere solet, iuxtà materiæ conditionem. Nam si sanguis fuerit, abscessum apostema græcè dictum excitabit, quod ad suppurationem facilè tendit, vel ad aliud tuberculum excitat etiam aliquando sudores eadem materia attenuata, & ad extimam superficiem expulsa. Si verò materia peccans pituitosa cachochimia fuerit, vel tumorem pituitosum excitabit, vel per vrinas crassas expurgabitur, aut ad crura, & coxendicum abscedens, ibi dolorem excitabit. At si biliosa fuerit, & ad venas conuertatur, febres tertianas inducit, nisi per sudorem, aut per vrinas leues ideſt, non crassas, & cum leui subsidentia, vrinarum biliosarum propria, expurgetur. Quæ materia, si tandem melãcholia fuerit in varices terminabit, aut in testiculorum dolores. Qua, è exactè satis, sufficienterq mihi enumerasse videtur Hipp. euentus, quos dysenteria intempestiuè sedata habere solet. Quod si quis ratiocinando præter enumeratos alios etiam adijcere contendat, ei fides habẽda non est, cum multa ratiocinatione excogitantur, quæ re ipsa non persistunt. Si verò experimento eos didicerit, non ob id calumniandus erit auctor, si ea tacuerit, quæ, vt de rarò contingentia ei experimento non sufficienter cognita fuerint.

C

D

E

Vers. 279. In febre orta sanè septimum diem cum rigore morbus regius accedens soluit. *Mar. n. 54.*

Pulcherrima, ac maximè rationabilis est præsens sententia, nec alia exceptione eget, præter eas, quæ ex ipso contextu eliciuntur. Veruntamen omnia diligenter sunt perpendenda, ratum illud habentes, nihil superfluum in ea de more esse appositum. Fundamentum verò, & ratio prognoseos est. Icterum superuenientem tunc febrem tollere, quando per eum materia febrem faciens à foco febris remouetur, & ad cutim dispergitur, alioqui tantum abest, vt febrem tollat, quod potius inter mala signa recensetur. Quarè vt materia peccans per su-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 409 sur 636

peruenientem icterum educatur, ea esse debet, quæ illum producere apta sit, talis est biliosus humor. Ideò in textu apposita est illa conditio, in febre biliosa, biliosam verò febrem, eam intelligit (quando febres omnes humorales à bile excitari existimauit Hipp.) quæ à plurima, & sinceriſſima bile ortum ducit, ea autem est continua, & acuta, quam continentem lib. de Nat. Hum. appellauit. Verum cum in huiusmodi febre possit superuenire morbus regius, non solum diffusa ad cutim bile, sed etiam ob hepatis inflammationem, sanguinem ipsum in bilem corrumpentis, aut obstructionem in meatu chystis fellis factam, à quo febris solui non potest, sed potius exacerbari, vt huiusmodi icterum excluderet, subiunxit cum rigore. Nam rigor, bilis motum ad cutim fieri indicat, cui salutaris subsequatur icterus. Nam etiam si rigor etiam excitetur, quando materia biliosa ab aliqua parte in hepar diffunditur, in quo inflammationem excitando morbi regij symptomatici prænuntius esse potest, impossibile tamen est eodem tempore, quo fit rigor, huiusmodi icterum superuenire, nam rigor inflammationem præcedit, morbus autem regius longè post eam subsequitur, cum non appareat, nisi postquam inflammatio ad summum vigorem peruenerit. Rigor ergò erit de genere eorum, quę fiunt, dum materia biliosa commota ad cutim fertur, ad quam vbi peruenerit, eam colore morbi regij inficit, & cæteri salutaris signum erit. Verùm cur addidit, antè septimum diem? Quia fieri posset, vt morbus regius post septimum diem febri acutæ superueniret, tamen non esset salutaris. v. g. si hepatis inflammatione correpto, eaquè in vigore existente icterus superueniat, & eodem tempore rigor ipsum corripiat, eò quod hepatis inflammatio ad suppurationem tendat, tunc icterus iste salutaris videbitur, eò quod cum rigore accedat, & tamen læthale signum erit, & pernitiosum. Hunc igitur casum, vt excluderet, addidit particulam illam, antè septimum diem, quia antè illud tempus inflammationem ad suppurationem verti est impossibile, vndè necesse est rigorem hunc à bile ad cutim diffusa prouenire, qui icterum salutarem attestetur. Vndè firma, & veriſſima apparet præsens sententia, in febre biliosa antè septimum diem cum rigore morbus regius accedens, soluit febrem. Adnotandus est autem Hipp. dicendi modus, quia non inquit, morbum tollit, aut iudicat, sed simpliciter febrem soluit, quia si id in die legitima contingat, perfectam febris iudicationem adferre poterit. At si in die illegitima, seu pari, febrem quidem soluit, non tamen perfectè, & tutò, sed timenda erit recidiua, iuxtà illud, febris, nisi in die impari soluatur, recidiuam facere solet. Verum si absquè rigore (subiungit Hipp.) contingat præter temporis opportunitatem, hoc est septima die transacta, & in die illegitima, & minimè contemplabili, pernitiosus est. Necesse est enim causam eum habere, hepatis inflammationem malignam, in qua, aut febris per dies pares moueatur, cuius gratia huiusmodi motus in die pari, & illegitima contingant, aut natura ab humoris sæuitia irritata importunos motus arripere cogatur. Hæc enim duo sunt, quæ mutationes in die illegitima efficere in morbis solent, quarè morbus regius febribus superueniens hos exitus habere potest, ad salutem perfectam, si in febre biliosa antè septimam diem, in die impari cum rigore accedat. Ad febris solutionem quidem, sed non omninò ad tutam morbi solutionem, si cum præfatis conditionibus quidem appareat, verum non in die impari, & legitima, nam eo casu timenda erit recidiua. Prioris exitus exemplum habemus lib. 7. Epidem. sect. 2. vers. 506. Philistidis, cui cum rigore morbus regius die tertia superuenit, & septima perfectè iudicatus est. Si verò antè septimum diem, & sine rigore accedat, malus est, nam vel morbum læthalem indicabit, vel saltem difficilem, læthalem si in die pari, & illegitima accedat, vt contigit Hermocrati 3. Epidem. sect. 1. ægrot. 2. cui morbus regius sexta die superuenit, & vigesimaseptima obijt. Difficilem verò, si in die impari accedat, nam aliqui ex eo liberantur, quamuis cum difficultate. Quapropter in Aphor. 62. sect. 4. legimus, malum esse morbum regium antè septimam diem superuenire, non læthalem, cum non sit inconueniens aliquos indè seruari, etiam si auctor, qui illas sententias in vnum collegit, præsentem mancam, & ex consequenti falsam reddiderit, apponere enim debuerat ex præsentis loci auctoritate sine rigore, conditio omninò necessaria, & quæ sententiam vniuersaliter veram constituit, hunc in modum, quibus in febribus morbus regius, sine rigore fit antè septimum diem, malum, si verò idem post septimum superueniat in die contemplabili, & legitima cum signis salutaribus criticus, & salutaris erit. In die verò illegitima difficilis erit iudicij, nam, & ad interitum perducere, & ad salutem per varia discrimina poterit, prout alia signa indicabunt.

Mar. n. 57.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 410 sur 636

A *Vers.* 281. *Tetanus lumborum, & in atrabiliarijs, vbi spirituum per venas, &c.* Mar.n.55.
Vt præsens sententia à calumnijs vindicetur, quatuor sunt adnotanda, & primò hic non tractari de conuulsione, neque de vero tetano, sed de contractione particulari, quam tetanum lumborum vocat, quia hæ partes maximè distentæ sunt. Secundò animaduertere oportet hoc loco curationem tractari non vnius morbi tantummodo, sed duorum. Prior morbus explicatur per illa verba, tetanus lumborum, qui distentionem importat, per quam homo ità tenditur, vt nec in anteriorem, nec in posteriorem partem se flectere possit. Alter verò morbus describitur per illa verba. Quum autem à tendonibus vehementer, in anteriorem partem reuelluntur, &c. qui quidem morbi in eo conueniunt, quia in ambobus eadem adest distentio, & rigiditas, in priori tamen lumbos tantummodo occupat, in posteriori verò totum corpus, vsque ad extremos pedes. Differunt tamen in modo læsionis, & vt dicitur in causa proxima, quia in primo atrabilis sanguinem sistendo est causa, vt spirituum transitus non sit expeditus;
B vnde impetum facientes, replendo, tensionem in musculis posterioribus lumborum faciunt: ob quam flexio corporis prohibetur. In secundo autem distentum, & rigidum corpus redditur, quia musculi omnes, tùm anteriores, tùm posteriores contrahuntur, cumq. tendines æqualiter trahant, corpus tensum remanet, quemadmodum in vero tetano contingit, estq. affectus conuulsioni affinis: quod nobis significare voluit Hipp. dum dixit à tendonibus in anteriorem partem reuellitur. Producitur autem hic affectus, cum spiritus animales voluntario motui inseruientes ab atrabile irritati ad musculos impetu feruntur, ac si voluntatis imperio ad efficiendum motum eò impellerentur, quemadmodum in vera conuulsione euenire lib. 7. Epid. à nobis demonstratum est. Hac igitur affectionum diuersitate suppositâ, non est mirum, si curatio diuersa ab Hipp. proponatur, in priore enim curationem sola venæ sectione absoluit, quę
C in venarum interceptionibus peculiare, & summum remedium existit. In secundo verò nullam eius mentionem facit, tùm quia venæ non laborant, sed tendines exteriores, quorum tensioni, & ceratis, & vnctionibus, & perfusionibus, alijsq. in textu appositis occurrit, tùm quia humores acri potius qualitate, quam copia lædunt. Tertiò notandum est, Hipp. supponere, partes capitis superiores nullo pacto esse affectas, & ideò iniustè damnatur, eò quod in curatione huius tetani vinum vinosum exhibeat. Aptissimum est enim tùm respectu humoris peccantis, qui melancholia, siue atrabilis supponitur, humectando enim eius siccitatem mirabiliter corrigit, debet autem vinosum esse, quia aquosum, vbi melancholia viget, in acetum facillimè corrumpitur, ob analogiam, quam cum eo habet, tùm quia attenuat, & digerit, localium medicamentorum actionem adiuuat. Frequentes tandem alui subductiones prohibet, tùm ob rationes à Valesio adductas, tùm etiam, quia cum hic humor crassus sit, & non facilè
D cedat medicamento, periculum est, nè tenuiori, & serosiori eius parte educta, quod remanet, insuperabile omninò in posterum reddatur.

Vers. 302. *Veratrum dare his oportet, quibus à capite fluxio fertur, quicunque verò ex abscessibus, aut venæ ruptura, aut propter intemperantiam, &c.* Mar.n.56.
Etiam si Hippocratis sententias dilatare nobis concederetur (nam id maximè periculosum censeo) non tamen per veratrum dare, quælibet purgatio intelligenda esset, sed ea tantummodo, quæ fit per vomitum. Certum est enim, dum veratri simpliciter fit mentio, album perpetuò esse intelligendum; quo quidem ad superiorem purgationem frequentissimè vtebatur antiquitas, ad inferiorem verò, neque Hipp. neque alius Medicus vnquam commendauit. Quapropter nulla adest ratio, cur hoc nomine inferiorem purgationem comprehendere debeamus, sententia igitur Hipp. erit per superiora purgandos eos esse, quibus à capite fluxio
E fertur, quæ quidem ab auctoris instituto non recedit. Nam lib. de Locis in Hom. sect. 2. vers. 133. fluxione à capite fiente, vomitum conuenire testatus est, & ratio est, quia partes superiores, vbi morbi radix viget, inaniuntur, humorumque fit reuulsio, qui deorsum ruentes, partibus inferioribus morbos faciunt. Verùm, si alicui non placeret, Hipp. per hæc verba in omni destillatione à capite vomitum probare, hæc in alium sensum accipienda essent, asserentes Hipp. hoc in loco non probare helleborum indistinctè in omni fluxione à capite, sed in suppuratione tantummodo, quæ à destillatione à capite ortum habuit. Nam eadem intentione purgationem instituit in tabe ex destillatione à capite per helleborum lib. de Int. Aff. vers. 230. quæ sententia hoc sensu recepta, præterquam quod verissima est, & Hipp. doctrinæ consenta- Mar.n.11.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 411 sur 636

sentanea, eiusdem dignitati magis conuenit. Nam vt verùm fatear inconcinniter satis, à destil- A
lationis curatione ad suppurationem transtulisset, diminutèque rem pertractasset, eos casus
tantummodo referens, in quibus, suppuratis helleborus negatur, tacendòq; eum, in quo adeò
conueniens est. Præterquam quod particula δὲ, ideſt, autem, quæ continuationem cum
præcedentibus, & exceptionem significat; hanc expositionem satis confirmat. Admonet
igitur in hac sententia Hipp. vt suppuratos ex destillatione per helleborum purgemus, ne-
quaquam verò eos, qui ex abscessibus, aut venæ ruptione, aut propter victus intemperantiam,
aut ob aliam fortem causam in suppurationem inciderunt, illis enim duplex commodũ afferre
potest, alterum est, partes superiores euacuando fomitem morbo tollere, alterum verò puris
eductionem adiuuare. In alijs verò suppuratis, quia causa suppurationis per vomitum non
tollitur, frustrà helleborum datur, quapropter cum nihil prosit, nè mors remedio imputetur,
ab eo abstinendum esse, nos admonet. Inferens tamen tacitè, si calumniam vitare nos posse B
ob comparatam existimationem cognoscamus, in eorum quibusdam tentari posse, quod fe-
cisse legimus Medicum, qui Meronem suppuratum ex pleuritide curauit, lib. 7. Epid. sect. 2.
Mar.n.47. vers. 368. Dedit enim helleborum, quod eduxit biliosa, deindè verò erupit pus, & sanus fa-
ctus est, curatio, quæ etiamsi Hipp. non admodum familiaris fuit, quippè qui dictorum sup-
puratorum curationem in vstione reponeret, huiusmodiquè sanationem inter casus fortuitos
Mar.n.7. adnumerauit lib. 1. de Morb. vers. 141. nihilominus admodum rationabilis est, & quæ nostris
temporibus, quibus vstionis vsus penitus abolitus est, in vsum frequenter, saltim tentandi grã-
tia, prædicto periculo reuocari posset.

Mar.n.57. *Vers. 310. Dolores ex itinere, laterum, dorsi, lumborum, coxarum, &c.*

Admonet nos præceptor in hac sententia, distinguendos esse dolores partium in textu enu-
meratarum, qui ex longo, & laborioso itinere contingunt, videlicet, laterum, dorsi, lumborum, C
& coxæ, nec non aliorum, qui inter respirandum exacerbantur, hi autem sunt, qui & pectus
& latera tenent, ab illis, quos praua victus ratio producit, sæpè enim subiungit Hipp. dolores
præfati, & potissimum ad lumbos, & coxas, ex crapula, cibisq. flatuosis ortum ducunt, do-
cetq. subsequenter, qua ratione horum dolorum causæ inter se distinguantur, qui enim ab
itinere proueniunt, vrinæ difficultatem adiunctam habent, & in fine concludit, ab eadem cau-
sa, ab itinere inquam, & coryzam, & raucedinem oriri posse. Hæc sunt, quæ præsens sententia
continet, quæ sicuti vera esse experientia docet, ità ratione confirmari possunt. Nam per iti-
nera longa, musculi vehementer laborant, ex quo impensius excalefacti humiditates ad se
alliciunt, quæ acriores redditæ, non lassitudines modo, sed dolores etiam inducunt, & quia
inter musculos, qui ex itinere multum laborant, musculi pectoris, & quicunque respirationi in-
seruiunt, infimum locum non obtinent, eò quod in huiusmodi exercitatione respiratio, & in D
magnitudinem, & in densitatem non parum augetur; meritò inter dolores ex itinere contin-
gentes, dolores laterum adnumerauit, & cæteros omnes, qui per respirationem exacerbantur.
Doloris verò lumborum eadem est ratio, nam & propter motum continuum, in quo versan-
tur, & propter laborem, quem à corporis grauitate super eorum musculos incumbente pa-
tiuntur, in itinere plurimum eos affici necesse est. Coxas verò, siuè coxendices ab eadem cau-
sa dolere, indubitatum est, nam ex longo itinere articulus coxæ, quippè qui omnium maximè
mouetur, & totius corporis pondus sustinet, plurimum laborat. Verùm dicet aliquis, si exter-
na præcedens causa præfatos dolores inter se distinguit, quæ ex relatione patientis facilè ha-
beri potest, cur ad alia signa confugimus, videlicet ad vrinæ difficultatem? Respondeo, quo-
tiescunque altera tantũ ex prædictis causis præcessit, hæc ad eos distinguendos sufficiens est,
verùm quando vtraque concurrit, altero signo egemus, quo huiusmodi causas distinguamus. E
v.g. si quis ex longo itinere à præfatis doloribus corripiatur, non statim pronuntiandum est,
ab itinere eos contigisse. Nam cum sæpè in itineribus viatores in viuendi ratione non leui-
ter delinquant; possunt illi non à lassitudine, & ab itinere, sed ab erratis in victu ortum habere.
Docet ergò Hipp. hos dolores distingui ex vrinæ difficultate, quæ dolores ab itinere excita-
tos concomitari solet, & ratio est, quia ex illo motu totum corpus incalescit, vndè humorum
serositates, & carnis colliquationes redduntur acriores, quæ cum vrina, excretæ vrinæ difficultatem inducunt.

Vers. 314. Quæcunque ex victus ratione contingunt, pleraquè vnusquisquè, &c.

enu-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 412 sur 636

A Enumerauerat dolores quosdam, qui, & ab itinere, siuè immodica exercitatione, & à mala victus ratione oriuntur, docueratquè has causas inter se distingui per vrinæ difficultatem, adnotaueratq. corizam, & raucedinem ab ijsdem causis oriri, quarũ causæ non ità ex vrinæ difficultate distingui possunt, quemadmodum prædictorum dolorum. Quapropter in præsenti sententia docet, quomodo eadem distinctio haberi possit, tùm in his, in grauedine inquam, & raucedine, tùm etiam in quocunque alio affectu à prædictis causis contingente; & inquit, quæcunquè à victus ratione eueniunt, vnusquisquè æger declarare poterit, referendo ea, quæ in victu à consuetudine aberrauit, & quia non semper, ac aliquis à consuetud ne recessit, statim in morbum incidit; vndè contingere potest, vt æger in hoc decipiatur: non causam pro causa accipiens, ideò Hipp. docere aggreditur, quomodo distingui possit, an morbus ab æstimata causa ortum habuerit; nec nè, idquè enarrando omnia accidentia, quæ ab erratis in victu contingere solent. Quia si præcesserit error in victu, & subsecuta sint mala, quæ indè euenire con-
B sueuerunt; tunc certus erit Medicus, morbum ab errore illo excitatum esse; quod si è contrà nihil eorum apparuerit, sciet, errorem morbi causam non fuisse, & quia errores in victu esse possunt, tùm respectu quantitatis ciborum, & potionum; tùm respectu qualitatis eorundem, ideò de vtrisquè distinctè pertractauit, & primo loco recensentur ea, quæ contingunt ab excessu ciborum, ibi. Nam qui soliti non sunt prandere, si prandeant, &c. & ab excessu potionum per illa verba, quod verò ad potus attinet, & quæ sequuntur, quibus potionum facultates describit. Deindè verò accidentia proponit, quæ à ciborum defectu oriuntur, cæterum, inquit, qui semel in die cibum capiunt, hi vacui, & impotentes sunt, &c. & quia ab huiusmodi erratis in victu non statim erumpunt morbi, hiq. arte præcaueri possunt; qua ratione præfata errata corrigantur, vberioris doctrinæ gratia nos docet. Hisq. omnibus absolutis, arreptaquè
C ex præcedentibus occasione, ciborum, & potionum facultates describit; quæ in frequentiorem vsum venire consueuerunt. Hæc adijcere volui, vt occurrerem illis, qui huius libri auctorem calumniare nunquam desistunt, vt videant, præsens opus non adeò confusum, & inordinatum esse, quemadmodum ipsi prædicant, quando omnia maxima opportunitate, & recta docendi methodo sunt tradita.

Vers. 324. Tali vero potu repletus, nullum opus acutè perficere poterit ex his, quæ intento corpore per violentiam, aut celeritatem perfici solent. Mar. n. 58.

Consideratione dignum est, quid intelligere velit Hipp. hac voce ξυνταθέντι, quæ propriè compositum partibus omnibus rectè dispositis significat, nam certum est, quandocunquè opus à corpore fieri composito, partibusq. singulis in proprio situ dispositis, verùm quia actiones corporis distinguũtur, quia aliæ fiunt omnibus membris simul ad operationem con-
D currentibus, aliæ verò vno, vel altero membro tantum operante. v.g. percutere aliquem, etiam si id cum maximo conatu fiat, brachij tantummodo est opus, currere autem, aliquoduè onus gestare est opus, quod fit toto corpore laborante, quod corpore composito fieri dici potest. In quem sensum accipiens Hipp docet ex prædicto potu hominem debilem reddi non ad quodlibet opus, sed ad ea tantummodo, in quibus totum corpus operatur, idq. verum esse, vnusquisquè experimento inueniet, qui enim ob ventriculum humore grauatum debiles redduntur, dum sedent, aut iacent, aut deniquè ità degunt, vt totum corpus quiescat; ad operationes vnico membro tantũ factas, siuè cum violentia, siuè cum celeritate perficiãtur, nullo modo apparent debiles, quamuis toto corpore sint impotentes, è contrà verò, si vel ex morbo, aut longa inedia, siuè ab alia simili causa aliquis debilis reddatur, nullum opus, siuè eorum, quæ vnico tantum membro, siuè eorum, quæ toto corpore, operante vi, aut celeritate
E perficiuntur, perfectè obire potest, vndè de huiusmodi debilibus loquens inferius inquit, tremunt in omni opere, cuius diuersitatis hanc rationem esse censeo, quia imbecillitas, de qua modo sermonem habet, euenit propter oppressionem virtutis, quæ est in causa, vt copia spirituum simul ad operationes concurrere non possit, quæ cum necessaria sit in ijs, quæ toto corpore innitente fiunt; hinc est, vt homo ad has obeundas debilis reddatur, quotiescunquè à serositatibus ventriculus grauatur, ob consortium, quod hoc viscus cum principalibus membris obtinet, sed si particularis actio vnius tantum particulæ obeunda sit, quia spirituum copia non requiritur, dummodo robore polleant, eam valenter operatur, pari ratione ex oppressione imbecilles, pulsus habent debiles quidem, & paruos, verum inter eos magni

quidam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 413 sur 636

quædam, & vehementes persentiuntur, quod Galenus etiam cognouit.

Mar.n.58. *Vers. 328. Quicunque verò potus meraciores sunt, aut austeriores, palpitationem, &c.*

Palpitationis nomine hoc in loco Hipp. intelligere existimo, non veram Galeni palpitationem, quæ ab incluso spiritu originem habet; sed quosdam motus tremulos, & vibrantes, ebrijs admodum familiares. Fiunt autē concurrentibus simul, & irritamento, & virtutis animalis imbecillitate. Hæc quidem propter oppressionem, cerebro vaporibus vini repleto, vndè tremor, illa verò ijsdem vaporibus, acrimonia neruorum principium irritantibus, vndè motus quidam conuulsorij fiunt, & hi duo motus simul mixti, vocatam ab Hipp. palpitationem constituunt. Non enim adeò sollicitus hic auctor fuit circà proprietatē horum nominum, rigoris inquam, tremoris, & palpitationis, quemadmodum Galenus, & cæteri posteriores fuere, vide 2. Coac. Præn. vers. 161.

Mar.n.58. *Vers. 330. Cæterum, qui semel in die cibum capiunt, hi vacui, & impotentes, &c.*

Quæcunquè ab insolita, importunaq. inedia eueniunt accidentia, ea ferè omnia in acrem, & calidam humiditatem ad ventriculum cōfluentem referuntur, ab inedia enim inanitus venter, & ab hepate, & à venis, & à carnibus serositates trahit; ijsq. corpore colliquescente, vt dicebat ipsemet Hipp. 4. de Morbis, fruitur, nam sicuti repletus toti corpori alimentum præstat, ità esuriens ab omnibus partibus trahit, vndè satis propriè mari assimilatur lib. 1. de Diæta, vers. 171. quod omnibus dat, & ab omnibus recipit. Ichores dicti igitur sunt,

Mar.n.12. qui importunum ieiunium incommodum faciunt; & propterea in eos instituenda curatio est, qui cum peccent, & qualitate, & quantitate, qualitatem corrigit cibis attemperantibus, & modicè refrigerantibus, quales sunt propositi in textu, eorum verò quantitatem respexit, dum potum minuit, & cibos secedentes eligit, & deambulationes à cœna præscribit, nam sicuti illi in transitu, ichores dictos per aluum secum educunt, ità deambulationes à cœna, & digerendo, & ad vrinæ vias impellendo, eos euacuant. De huiusmodi enim deambulationibus lo-

Mar.n.27. quens lib. 2. de Diæta vers. 437. dicebat, à cœna, & aluum, & corpus, & ventrem siccant, ipsumq. amarum fieri non permittunt, quia dum homo mouetur, calefit corpus, itemquè cibi, attrahit igitur humiditatem caro, & aluum amaram fieri nō sinit, corpus quidem igitur repletur, aluus verò attenuatur, siccatur autem eandem ob hanc causam. Quum corpus mouetur, & calescit, quod tenuissimum est alimenti, consumitur, partim per insitum calorem; partim verò vnà cum spiritu foras excernitur, partim etiam per lotium ejcitur, quod verò sicciissimum est de cibis, relinquitur, & sic cum aluo caro etiam siccatur. Quia igitur hæ deambulationes ichores præfatos tollunt; ideò in hoc casu maximè conueniunt, quas eousquè procedere iubet Hipp. quousquè minxerint, quia hoc signum erit, eorum euacuationem sufficienter factam esse, quia via hæc prædictarum longior, & longiori tempore eget, ex his verò patet, quanti facienda sit eorum opinio, qui deambulationes à cœna ab Hipp. doctrina alienas prædicant.

Mar.n.58. *Vers. 334. Hos autem minus bibere oportet, quam soliti fuerunt, &c.*

Quæ de vino exhibendo hoc in loco traduntur à Præceptore, penitus aduersari videntur ijs, quæ lib. 2. sunt tradita. Ibi enim vinum probauit non aquosum; nequè potum pauciorem, quam pro cibi ratione imperauit, quod hoc in loco factum est, nam potum minorem præscribit consueto, vinumq. aquosum probat. Veruntamen si omnia diligenter perpendantur, prædicta loca nihil inter se pugnantia continere patebit. Imò quæ hoc in loco proponuntur, si præfatis coniungantur, doctrinam constituunt perfectissimam, & verissimam: lib. enim. 2. pro correctione erroris ex prandio præter consuetudinem dimisso, victus rationem per vniuersalia præscribens, inquit, & cœna multò minor exhibenda, quam consueuit, eaq. non sicca; sed modi humectioris, quo in loco sicuti ad particularia cibaria non descendit, ità de potionum peculiari specie mentionem non fecit, quemadmodum hoc in loco, vbi formam victus humectioris superius probatam describens, mazam liquidiorem pro pane exhibet, oleraq. videlicet rumicem, maluam, & betas, similiter, & ptisanam, ac elixos pisces. Pro potu autem vinum aquosum in moderata quantitate præbet inter cibum. Huiusmodi enim vinum in humectante diæta conuenire, est manifestum, sicuti vinosum in pauca quantitate, & post cibum assumptum exiccanti diætæ accommodatur. Inter cibum verò potandum esse peculiariter iubet, quia hic modus diætæ humectanti conuenit, vt contrarius exiccanti, de qua tractans Hipp. lib.

Mar.n.45. de Affect. sect. 2. vers. 207. Quicunquè ex sicco victu viuunt, his non cum cibo potus datur,

sed

A sed post cibum multo tempore interposito, & sic quidem siccus humor à siccis cibis ortus corpus siccat. Quod si lib. 2. inquit, & posteà bibat vinum non aquosum; non intellexit de potu, qui inter cibum assumi debet, nam hunc aquosum esse debere diætæ modus humidioris præsupponit; sed de exiguo potu, qui post cibum exhiberi debet, nè ventriculus ab insolito ieiunio debilitatus, hac humidiori diæta exolueretur nimis. Huiusmodi enim vinum extremo cibo potatum præassumpti alimenti vitium quoquo pacto corrigit. Quod etiam testatus est Hipp. lib. de Affect. sect. 2. vers. 281. vbi dicebat, vinum vinosum super potatum cibis flatuosis, aut æstuosis, aut morsum, aut repletionem, aut tormen efficientibus, eorum vitium corrigere. Nam corpus (inquit) à vino calefactum per calorem amouet ea, quæ insunt à cibis, & potibus, & similibus. Quia igitur proposita alimenta humectando, ventriculi robur hebetare non leuiter possent; ideò post hæc vinum vinosum superpotandum iubet, ea quantitate, quæ Mar. n. 52.

B assumpto alimento respondeat, ità nempè, vt habita ratione illius, quod inter cibum potatur, & post cibum assumitur, copia longè minor sit, quam quod ex consuetudine potare consueuerat, & hoc est, quod in præsenti ait, hos autem minus bibere oportet, quam soliti fuerunt, ex his igitur manifestum est, nullam in dictis Hipp. (si rectè percipiantur) nè somniari quidem contradictionem posse.

Vers. 338. Eaulia maximè de se significationem præbent. Mar. n. 59.

Cum hoc in loco referantur incommoda tantummodo, quæ edulia in textu proposita inferre consueuerunt, hoc est certissimum argumentum, præsentem doctrinam nobis traditam esse, non vt ciborum qualitates nobis essent perspectæ, quo ijs innoxiè vti possemus, sed tantummodo, vt eorum malitia perspecta dignoscere possemus, an ab errore in victu morbus ortum habuerit (vt suprà exposuimus) nec nè, & quia eduliorum conditione perspecta, & quæ

C mala inferre ex propria natura solent, id statim cognoscimus, nec artificiosa coniectura requiritur, ideò antequam ad eorum prauitatem describendam deueniat, ait edulia maximè de se significationem præbent.

Vers. 339. Allium flatum, & calorem circà thoracem facit, & capitis grauitatem, & anxietatem, et si quis alius dolor anteà fieri consueuit, eum exacerbauerit. Mar. n. 59.

Contradictiones, quas circà allij facultates in præsentem sententiam adnotauit Valesius, statim euanescunt, si dicamus, aliud efficere allium per se, & vt medicamentum assumptum, aliud si loco alimenti cum cibis manducetur, per se enim ingestum, quia calidum est, & siccum; & flatus discutere, & ventris tormina sedare potest. Dum verò cum cibis assumitur quia humiditates aliorum alimentorum agitat, & calefacit, flatus inducit, & dolores silentes excitare potest. Et quia in hoc opere de allij facultatibus tractat, quatenus sub ratione victus cadit

D noxas refert, quas in cibo assumptum afferre solet, qua quidem in re si experientia consulatur, omnia in textu explicata verificari patebit, ex quibus vtile documentum elicitur, quamplurima, quæ per se assumpta flatus discutiunt, & dolores sedant, cum cibis manducata, & flatus producere, & consuetos dolores commouere.

Vers. 341. Caseus flatum, & adstrictionem, & ciborum accensionem facit, quum crudum, & inconcoctile sit edulium. pessimum autem est repletos ipsum inter potum edere. Mar. n. 59.

Cum simpliciter de caseo loquatur Hipp. de eo, qui iam perfectionem adeptus est, intelligi debet, & qui in frequentiori est vsu, is autem erit, qui nec recens est omninò, nec vetustate consumptus, huic enim conueniunt facultates, quæ proponuntur in textu. Flatuosum esse, ait Hipp. eadem certè ratione, quam in allio superius adduximus, nam quia æstuosus est, cibis admixtus, attenuando, colliquando, & calefaciendo flatum indè eleuat. Cætera autem casei

E vitia nota sunt, & manifesta, an verò recens, an antiquior proposita mala magis præstet, aliquis dubitabit; verum si dictorum ratio consideretur, potius dicendum erat, ea vetusto magis conuenire, quam recenti. Quia si caseus, quò antiquior, eò calidior est, vt acris eius sapor indicat, accensionem etiam maiorem ciborum faciet, quam recens, qui cum lactis naturæ propius accedat, eius qualitates adhùc participare est rationabile, quod si quis recentem magis flatuosum dicat, quia humidior, neque is ad mentem Hipp. loquetur, qui (vt in sequenti expositione patebit) ad flatum excitandum siccitatem concurrere profitetur, quæ absque dubio maior in vetusto, quam in recenti reperitur, quod si tandem concedatur, ratione superfluæ humiditatis viscositati coniunctæ caseum recentem antiquiori magis flatuosum esse, id erit intelli-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 415 sur 636

©BIUM

telligendum, quando solus assumitur, non alijs cibis permixtus, qui eius humiditatem superfluam, viscositatemquè corrigere possint, sicuti vice versa vetustus non adeò flatus excitabit, si solus ingeratur, nec cibos in ventriculo inueniat, quos accendere, & eorum humiditatem diffundere, & in flatum eleuare possit, eo enim casu proprium vitium manifestat, vndè Hipp. eum pessimum appellat, si quis alijs cibis repletus, ipsum inter potus edat.

Mar. n. 59. *Vers. 344. Legumina omnia flatuosa sunt, & cruda, & elixa, & frixa, minimè verò macerata, & viridia.*

Leguminum varius est hominibus in cibis vsus, communiter autem ijs vtuntur, & crudis, & elixis, & frixis. De his ergò tractans hoc in loco Hipp. omnia flatuosa esse ait, quouis modo quis ijs vtatur, siuè crudis, siuè elixis, siuè frixis, subiungit tamen minus, flatuosa esse, & macerata, & viridia, hoc est, si priusquam in vsum veniant, aut aqua diutius madescant, aut viridia antè perfectam maturitatem accipiantur. Nam probabilior mihi videtur græca lectio, quæ Galeni temporibus communis erat hunc in modum ἥκιστα δὲ βεβρεγμενὰ καὶ χλωρὰ, idest, minimè verò macerata, & viridia, quamuis affirmatiuè, & macerata, & viridia, legerent nonnulla exemplaria, quæ secuti posteriores, legumina omnia, & cruda, & elixa, & frixa, & macerata, & viridia flatuosa esse affirmant, imò rationabilius ipsis videtur, magis flatuosa esse macerata, & viridia, quam matura, & sicca: eò quod existimant, flatus à superflua, & inconcocta humiditate generari, quæ in viridibus, & maceratis copiosior est; quam in siccis, & exactam maturitatem habentibus. Cæterum, ni fallor, res non ità se habet, nam alimenta flatum producentia (vt suprà tetigimus) id non præstant, quia humida sunt, aut frigida, imò tunc flatus abundare videntur, quando caloris adest præsentia, siccitasq. viget mediocris. Quarè, vt veritas naturalibus fundamentis discutiatur, supponere oportet, sicuti in magno mundo ex calefacta terra à Sole (vt dicebat Philosophus 1. Metheor. cap. 5.) exhalationem necessarium est fieri, non simplicem, vt quidam putant: sed duplicem, hanc quidem magis vaporosam, illam autem magis spirituosam, illam quidem, quæ eius, quod in terra, & super terram est humidi vaporem, hanc autem, quæ ipsius terræ existentis siccæ fumosam, ità in microcosmo hanc duplicem substantiam calore interius operante produci, & quemadmodum in magno mundo vaporosa substantia pluuiarum materia est: fumida verò ventorum (vt 2. Metheor. cap. 4. testatur Arist.) sic in humano corpore ex vaporosa substantia ad cerebrum perueniente destillationes producuntur, vt idem Arist. lib. de somno, & vigil. cap. 5. testatus est, à fumida verò hùc, & illùc vagante ventorum instar, flatus generantur. Quarè si ventorum materia à sicco, quod in terra est ortum ducit, necesse est asserere materiam flatuum, qui ventis proportione respondent, non vbi viget humor, sed vbi siccum præualet, eleuari, quod cognoscens Hipp. philosophiæ, & medicinæ parens lib. de locis in hom. sect. 2. vers. 289. dicebat, sistentia sunt, quæ flatum exhibent, humida enim resiccata flatum faciunt, dixitq. humida, quia absquè humore, nequè fumidæ exhalationis eleuatio fieri potest. Nam vt c. 4. lib. 2. Metheor. docet Arist. nec humida exhalatio absquè sicca, nec sicca absquè humida producitur, denominatioq. fit ab eo, quod in ea præualet. His stantibus necesse est fateri, vbicumquè siccum præualet humido, materiam flatuum generari, nequaquam verò vbi humidum præualet sicco, quod cum in leguminibus viridibus, & maceratis contingat, verissimum erit, quod ait Hipp. legumina viridia, & macerata minus flatuosa esse, cui sententiæ adhærens Diocles antiquus Medicus Athenæo referente lib. 2. cap. 13. dicebat, de ciceribus sermonem faciens: Meliores sunt albi, quam nigri, & buxei his prætereà, qui egregij dicuntur Milesij virides siccis, madidi non madidis. Quæ quidem veritas experientia ipsa confirmatur, quis est enim, qui tempore æstiuo ob flatus suspitionem à leguminibus viridibus abstineat? quæ viridia communiter ab omnibus comeduntur, nonnè mensis magnatuum etiam apponuntur? è contrà verò eorum iam siccatorum nullus est illis vsus, qui tuendæ sanitatis curam habent, non alia quidem ratione, nisi quia experientia didicerunt, viridia non æquè noxia esse, ac iam matura, & siccata. Dum verò subiungit, his autem vtendum non est, nisi cum cibis, de viridibus, & maceratis intelligendus est, & ratio est, quia legumina modo dicto parata etiam si minus flatuosa sint, noxa tamen non carent, quæ aliorum ciborum mixtione corrigitur. Nam eadem prorsus ratione lib. 3. de Diæta vers. 89. Poma non nisi cum cibis assumenda esse, nos monuit, nisi quis diceret, hæc apposita esse, quia legumina

Mar. n. 56.

Mar. n. 5.

præfa-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 416 sur 636

A præfato modo parata per se comesta flatuositate fortasse non carent, iuxtà distinctionem à nobis superius adnotatam, admonentes, quæ cum cibis assumpta flatus mouent, sola per se assumpta eos discutiunt, & è contrà, quarè sicuti allium (de hoc enim erat sermo) cum cibis comestum flatus generat, quos per se assumptum discutit, idq. eò quod æstuosum est, & siccum, ità vice versa viridia legumina, & præmacerata cum cibis minus flatuosa erunt, quam per se comesta, quia minus calida sunt, & sicca, quam quouis alio modo vsurpata.

Vers. 349. Silphij caulis, & succus, quibusdam quidem maximè, inexpertis autem non transit per ventrem, verum vocatur hoc malum cholera sicca. Mar. n. 59.

Horum verborum talis est sensus, silphij caules, & succus quibusdam naturis maximè, hoc est ijsdem maximè participat, quæ leguminibus, de quibus proximè actum est, tributa sunt, & potissimum, quia flatuosa sunt. Inexpertis verò, hoc est, ijs qui eo vesci non consueuerunt, non transit per ventrem flatus, quos generat; sed in eo cumulatus morbum facit, qui cholera sicca appellatur, in qua venter flatuoso tumore eleuatur. Silphium enim inflationes, & flatus producere, quamuis calidissimum sit, testatur etiam Dioscor. Galenus, & cæteri omnes, idquè intelligendum est, si cum cibis assumatur, quemadmodum de allio dictum est.

B *Vers. 360. Suillæ autem optimæ sunt omnium carnium.* Mar. n. 60.

Multi huius libri auctorem taxare ex hoc loco occasionem desumunt, quippè qui de alimentis imperfectè admodum loquatur, quia non animaduerterunt (quod nos superius adnotauimus (hic alimentorum doctrinam non profiteri Hipp. sed eorum vitia tantummodo adnotare, vt eorum malitia cognita distinguere possint homines, an morbi eos inuadentes ex erratis in victu ortum habuerint, an ab alia causa, & ideò non omnium eduliorum vitia recenset, sed eorum tantummodo, quæ sunt efficaciora; & quorum vsus frequentior existit, & si quo-

C rundam eduliorum vtilitates narrat, id non principali instituto, sed aliqua occasione ex alijs consequente, quemadmodum contingit in præsenti sententia, in qua de suillæ carnis bonitate sermonem habet, occasione eorum, quæ de prauitate carnis porcellorum proximè fuere proposita, nam quia sus grādior, & porcellus iunior sunt eiusdē speciei, aliquis existimare potuisset, suorum carnes non minus incommodas esse, quam porcellorum. Quarè vt omnem erroris occasionem tollat, suillæ carnis prærogatiuam inter omnes prædicat, & extollit.

Vers. 363. In cholera sicca venter inflatus est, & strepitus vsque, &c. Mar. n. 61.

Qui primi nomina morbis imposuere, in multis, id absq; ratione fecerūt, quod etiā adnotat Gal. & id factū est: quia horū plurimi idiotæ erant, quod si verū est, ex solo nomine morborū signa, & symptomata colligere vanū est, & eò magis, quando probabilis ratio contrariū suadet, q̄ in præsēti morbo cholera sicca appellato factū esse ab interpretibus video: existimant enim

D in hoc morbo flātus, & sursū, & deorsū erumpere: vndè cholera sicca dicitur, sicuti in humida, humores, & vomitu, & per aluū deijciuntur, nō obstante, quod apertè dicat Hipp. nihil aluū in hoc morbo deijcere, quarè si nihil deijcit, neq; flatus erumpūt, quod quidē symptoma nō racuisset. Nā euidēs est, & satis cōsiderabile. Prætereà de silphio tractās paulò suprà inexpertis, hoc est (vt nos explicauimus) qui eo non sunt assueti, flatus ab eo genitos nō transire per ventrē, testatur, sed in eo congregatos cholerā siccā producere, dū flatibus repletur venter, quod etiā hoc in loco adnotatur, quod quidē nō eueniret si flatus, & sursū, & deorsū erūperēt. Quarè rationabilius est, Hip. vocari cholerā siccā eū morbū, in quo vēter derepētè inflatur ab acri, & mordaci humore repletus, qui doloribus ægrū excruciet eodē modo, quo in humida cholera euenit, cuius rei gratia cholera fortasse appellata est, sicca verò, eò q̄ nihil in ea excernitur, quēadmodū pleuritides, & peripneumoniæ siccæ dicūtur, in quibus nihil per sputū educitur.

E Differt verò hic morbus ab hydrope illo, quē tympanitē vocarūt posteriores, si re ipsa datur morbus, qualē descripsere isti, in quo à flatibus solis inter intestina, & peritoneū inclusis intumescat venter, quemadmodū ab aqua in ascite. Nescio enim, an huiusmodi affectū cognouerit Hipp. quāuis sciā, vt inferius sufficienter demōstrabitur, ab eo nō vocari hydropē, vbi aquæ nō adsit collectio, quia in tympanite flatus inter peritoneum, & intestina concluduntur, in cholera autem in ventriculo generantur, & congregantur, & per intestina cōuoluuntur. Differunt etiam qualitate, quia in cholera acres sunt, vndè morbum faciunt acutum, & doloroſum, in tympanite verò sunt mitiores, & proindè nec acutiem, nec dolorem inferentes.

Vers. 369. Et oleum dato vt quiescat. Mar. n. 61.

Et in hoc etiā malè ratiocinando nonnulli auctoris mensem peruertūt, qui cum dicat aper-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 417 sur 636

tissimè oleum dato, exponunt non per os exhibendū esse, sed clysteri injciendū, quasi Hipp. nesciat distinguere, quando clysteri injciendū sit, & quando per os exhibere expediat. Quod enim asserunt, oleum esse fugiendum, quia vomitum facit, quem ipse à principio cauet, manifestè falsum est, nam oleo, etiamsi ad vomitum faciliter ferendum vtimur in vomitorijs, non ob id asserendum est vomitum per se ciere, imò deiectionem alui potius facit, vt cunctis notum est. Prætereà cum à principio dixerit, infusum itaquè calidum, & pinguissimum, quam citissimè per clysterem immittito; si oleum clysteri infundendum vellet, idem esset, & repetitio manifesta: nam quid aliud est pinguissimum infundere, quam infundere oleum. Verba igitur accipiantur eo sensu, quo sunt prolata, nec aut ratiocinando, aut diuinando ab auctoris mente recedamus.

Mar. n. 61. *Vers. 373. Et non vomere.*

Si negatiuè præsens sententia accipiatur, vt omnia suadent exemplaria græca, etiam si Valesius eam affirmatiuam fecerit, per eam vomitum damnat Auctor, rationē verò assignarem, quia adest suffocatio, quæ à vomitu augeri ad interitum posset. Hacq. suspitione remota in humida cholera vomitus non improbatur, & hæc distinctio obseruanda est in praxi, vbicunquè in hoc morbo euacuatio facienda est cachochimiæ, quæ morbum fouet, deorsum procurandam esse, quando suffocationes vrgent, alioqui vomitus ad purgandos humores ventriculū infestantes accommodatior est. Hoc enim mediante vir Atheniensis à cholera liberatus est, assumpto Mar. n. 4. helleboro, vt lib. 5. Epidem. vers. 56. narratur, cuius medelam defendimus in expositione lib. de Affect. sect. 2. vers. 10. vbi vtramquè euacuationem damnat Hipp. indicantes, quo casu curatio per euacuationes sit facienda, & quando ab ijs abstinendum sit.

Mar. n. 28.

Mar. n. 62. *Vers. 373. Hydropum duæ naturæ sunt, quorum alter si hyposarcidos aggrediatur, intuitabilis est. Qui verò cum flatibus fit, multa bona fortuna opus habet, &c.*

Videtur hoc in loco Hipp. præter institutum de hydropis curatione tractare. Nam cum de ratione victus in morbis acutis agere intendat, etiam si quorundam acutorum morborum curatio per modū exempli permittatur, de hydrope tamen, qui morbus est diuturnus, agere nulla ratio concedere videtur, & ideò, & in hoc reprehendendus mihi non videtur Hipp. sed eius industria, & liberalitas admiranda, qui paucis multa docet, & dum exigua promittit, eximia præstat, vndè adeò ferax euadit huius auctoris doctrina vt (quod doctis magnam facit admirationem) quo magis eius scripta euoluuntur, eò plura in dies speciosiora, & vtilia occurrunt adnotanda, quod etiam si omnibus Hipp. libris cōmune sit, euidentius tamen conspicitur in præsenti opere, in quo dum victus ratio acutorū morborum traditur, eorundē pariter curatio nobis innotescit, vnoq. & eodem tempore exacta viuendi ratio absoluitur, quæ non ægris modo quibuscunquè, sed etiā sanis conueniat, ità vt presens tractatio (quemadmodū ipse à principio præfatur) plurimi sit vsus. Nam ægrotantibus omnibus plurimū ad sanitatem confert; & in sanis ad securitatem; & his, qui se exercent ad bonū habitum, & ad quod quisquè voluerit, ex quibus patet, in hoc libro tractari quidem principaliter de diæta in acutis morbis seruāda; sed simul etiam de ea, quæ alijs conuenit morbis. Quarè vt præsens opus absolutū esset, & id præstaret, quod à principio pollicitus est, postquam exactè satis de diæta acutorum pertractauit, conueniens erat demonstrare, quæ viuendi ratio in reliquis morbis esset conueniēs, quod modo præstare aggreditur. Nam exemplo curationis hydropis, & diarrhææ, ex colliquatione victus rationem chronicis morbis conuenientem tradit, sed qua ratione de his potius, quam de alio morbo tractat? Quia cum plenior victus, qui chronicorū morborū proprius est, sit duplex, videlicet attenuans, & incrassans; vtriusquè formam in curatione horum duorū morborū complexus est. Attenuantis quidē in hydrope, incrassantis verò in diarrhæa ex colliquatione, quarè dum horum tradit curationē absolutā viuendi rationem omnibus morbis chronicis conuenientē præ oculis nobis proponit. De hydrope igitur tractans hoc in loco Hipp. duas species describit, hydropis nomen non genericè accipiens, quatenus sub eo tres eius species comprehenduntur. Tympanitis inquam vocatus, anasarca, & ascitis, quam diuisionē Hipp. posteriores excogitarunt, & cōmunis medicorum schola recepit, sed speciatim eū intelligit, qui ab aquæ in ventre collectione hydropis denominationē sortitus est. Nec alicubi hoc nomen hydropis cuiquā morbo tribuit, quin aquæ congregatio in aliqua cauitate præsupponatur. Quod si in aphorismis, & in libro Coacarum Prænotionum hydrops siccus recensetur, hoc nomine tympanitem recentiorū intellexisse affirmare non auderē, sed ascitem potius, in quo quidem, quia

corpus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 418 sur 636

A corpus modo laxo tumore, & molli tumet, modo extenuatur, & exiccatur, ideò ille humidus hydrops, hic verò siccus dictus est, cui alia siccitatis symptomata associantur, & de hoc Hipp. intellexisse existimo sect. 3. lib. Coac. Præn. vers. 56. vbi ità legimus. Quibus ex aliqua ægritudine ad hydropē res deuenit, his alui siccæ excremēta caprini stercoris ferulis similia egerūt cum colliquatione mucosa, & vrina non bona, & distentiones circà hypocondria, & dolores, ac tumores circà ventrē, & dolores circà laterū mollitudinē, & iuxtà spinæ musculos accedunt, febres item, & sitis, & tusses siccæ sequuntur, &c. quæ quidem symptomata cum sint siccitatis soboles meritò, in quo vigent, hydrops siccus dici potest ad differētiā humidioris, in quo signa prædictis contraria vigent, videlicet totius corporis tumor laxus, sitis nulla, venter mollis, & alia huiusmodi, eo autem in loco de aquoso hydrope Hipp. intellexisse, quē ascitem dicimus indubitatum est, estquè veluti typus quidam sicci hydropis, de cuius generatione locutus est
B 4. Aphor. 11. hunc in modum, quibus tormina, & circà vmbilicum dolores, & lumborū dolor, qui nequè medicamento, nequè aliàs soluuntur, in hydropem siccū firmantur. Hancq. sentētiā mihi persuasit experientia. Nam cum bis videre præfatū casum aphorismi mihi cōtigerit, ambo ægrotantes in ascitem, nō in tympanitem dictum incidisse, obseruaui, cum symptomatibus tamen siccitatis superius ex Hipp. recēsitis. Præterea cum lib. de flatibus morbos singulos recenseret, qui à flatibus dependent, de hoc tympanite nullam mentionem fecit, imò dùm pluribus argumētis probare niteretur, hydropem à flatibus depēdere, omnia eò direxit, vt demonstraret, hydropē etiamsi ab aqua ortum ducat, flatibus tamen non carere. Quarè certum est si flatuosum ventris tumorē inter hydropis species reposuisset, tot rationibus non fuisset vsus, vt hydropē flatibus minimè expertem esse demonstraret, cum in propriæ sententiæ confirmationē hydropis tympanitis exemplū promptū haberet. Quarè cū nec eo libro, neq; in alijs vbi
C de hydropū differentijs ex professo tractatur, vlla huius speciei mētio fiat, argumentū est euidens, huiusmodi affectionē, aut non cognouisse Hipp. aut si cognouit, inter hydropes adnumerandā non existimasse, & certè absurdū est appellare hydropē, idest aquosum morbū illū, qui sine aqua à solo flatu dependet. Pari ratione nequè anasarcā, siuè hyposarcam inter hydropes adnumerauit, vbicunq; aquæ non adest collectio, quādoquidē de hoc affectu sub leucophlegmatiæ nomine pertractauit, tū lib. 2. de Morb. sect. 2. vers. 322. tū lib. de Affect. vers. 191. imò cū asserat, hāc nisi curetur in hydropē transire, signū est, inter hydropes eā nō recepisse. Quarè hic morbus tunc solū hydrops dicitur, quando ex pinguedine, & pituita in eo liquescente (vt ipse inquit lib. de Inter. Aff. sect. 2. ver. 55.) aqua generatur, & colligitur in ventre, & hæc est ea hydropis species, quæ primo loco proponitur in præsēti textu, & quæ proprijssimè circūscribitur ab Hipp. per illa verba ὑπὸ καρδίης ἐγκρισιν γίνεσθαι, idest aggrediēs hyposarcidios, hoc
D est, ab hyposarcha initiū habens, hancq. incurabilē dicit, ijs consentiens, quæ lib. 1. de Morbis referuntur, quo in loco morbos enumerans, qui mortē necessariò inferunt hydropē hyposarcidion enumerauit, libroq. de Affect. v. 196. de hoc affectu sub nomine leucophlegmatiæ tractans in hydropē transire, & hominē corrūpere ait. Quarè ratio, & forma huius primæ speciei in hoc consistit, vt à leucophlegmatia, aut hyposarca initium habeat, differatq. ab altera specie hic recensita, quia hæc cum flatibus est, prior verò eorum expers omninò, estq. rationi consentaneum in prima specie, quæ scilicet ab anasarca incipit, flatus non generari ob summam frigiditatem, quæ in ea viget, absquè calore enim non eleuantur flatus, vt dictat ratio, & ex ipsomet Hipp. didicimus lib. de Internis affect. sect. 2. vers. 109. vbi hæc habet. Ab hepate fit hydrops, quum in hepar pituita accesserit, & hepar ipsam susciperit, & humectum fuerit, statim igitur huic calorem exhibet, & flatum inducit; deindè temporis progressu aqua impletur,
E & hæc est secunda hydropis species, de qua agitur in præsenti textu, quæ ab aqua dependet cū flatu, quia caloris viget præsentia, ex quibus colligere est, hydropis causam cōmunē referri non in calorē, aut frigiditatē, sed in humidā potius temperiē, quæ modo frigiditati coniungitur, & primā speciē hydropis cōstituit, modo caliditati, vndè altera species ortū habet; quoniā verò cum caloris extinctione prima species viget, ideò curationē non recipit. & propterea de ea tractās, circà curationē nihil dixit, nos tacitè admonēs, huiusmodi hydropicos solo prognostico derelinquendos esse. Quod si lib. de Inter. Affect. citato, huius hydropis à pituita alba ortū habentis, curationē instituere videatur, si quis tamen rem exactè consideret, nō hydropē aquosū, sed pituitæ morbū eā respicere inueniet, est enim eadē curatio, quā in leucophlegmatia proponit lib. de Aff. v. 192. his capitibus. Huic pharmaca dāda sunt deorsū purgātia, à qui-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 419 sur 636

©BIUM

bus aqua,aut pituita purgatur. Victus autē ratio instituenda est in cibis,& potibus,ac calori- A
bus,à quibus ficcissimus,&gracilissimus euadat.Primā igitur hydropis speciē,vt omninò insa-
nabilē solo prognostico pertrāsiēs,alterius curationē aggreditur,& inter cætera venæ sectionē
proponit:quā necessariā existimo,quotiescunq; cōditiones in textu appositę cōcurrunt,vide-
licet,si spirādi adsit difficultas,tempus ęstiuū sit,ætas ægrotantis vigeat,& viriū robur.Spirādi
enim difficultas in hydrope duplici de causa contingere potest, vel propter copiā aquæ ven-
trem inferiorem replentis, quæ diaphragma comprimendo eius liberū motum impediat, vel
ob tumorē hypocondriorum,eodem modo septum transuersum comprimentē, in primo casu
nullo modo conuenit venæ sectio, sed hic excluditur per conditionē in textu appositam,si vi-
rium robur adsit,impossibile est enim cum res eò deuenit, vt à tumoris magnitudine spirandi
difficultas inducatur,quod hydrope iam cōfirmato tantummodo succedit,viriū adesse robur.
Nec semper in secūdo casu conuenit venæ sectio, quia quotiescunquè tumor à frigidis succis B
dependet,inutilis est venæ sectio, sed tantummodò quando tumor à crasso, aut multo sangui-
ne in visceribus conculcato ortum ducit, quam causam includunt conditiones recensitæ, ex-
cluduntq. eam,quæ in humorum frigiditate consistit, impossibile est enim, in tempore æstiuo
iuuenem tantā humorum frigidorū copiam coaceruare,vt hypocondrium in eum tumorē ex-
tollat;qui spirandi difficultatē faciat. Quarè ineptè satis Dioscorides; quem interpres secutus
est,textum immutare est ausus,pro æstiuo,vernum substituens. Non enim adeò difficile est in
vere generari hepatis tumorem à pituita,proxima hyeme genita. Nam & in vere etiā pituitā
Mar.n.13. adhùc vigere in corpore Hipp. lib.de Nat.Hum.vers. 126.apertè testatur.Quemadmodum in
æstate,quæ pituitæ omninò aduersatur. Quia igitur conditiones in textu appositæ simul con-
currentes;indicant,hydropem originē habere à tumore hypocondrij ab humoribus in eo con-
culcatis,quiquè à natura sanguinis non multùm recedant, ideò summa cū ratione antè omnia C
vena secanda est,ex brachio, quā in affectibus hypocondriorū semper secare consueuit Hipp.
quod verò ad reliquā curationem spectat,non minus rationabiliter procedit, quæ in victus ra-
tione potissimū consistit.Hæc verò duas habere conditiones debet,altera est,vt alimenta me-
dica facultate sint prædita,videlicet,quæ exiccent,attenuent,& vrinas moueant, altera verò,
vt firmum præstent nutrimentum,quo æger validas exercitationes ferre possit,nec facilè in
humorē colliquescat, quas quidem facultates habere ea, quæ in textu apponuntur,omnibus
est notum,quibus intentionibus consideratis, obiectiones, quæ circà carnem suillam in auctō-
rem proponuntur, quippèquę non conueniat,eò quod difficulter concoquatur; per se statim
ruunt, supponitur enim æger viribus pollens,qui tùm venæ sectionem, tùm validas exercita-
tiones subire valeat,ità vt minimè dubitandū sit,eam superare posse. Nec silentio prætereun-
dum est, quam efficaciter præfatis scopis satisfaciat panis calidus in vino nigro, & oleo intin- D
ctus,nam præterquam quod huiusmodi edulium non parum nutrit, vi maxima exiccandi præ-
Mar.n.8. stat, tum ob panis calidi facultatem, quam maximè exiccantem esse testatur. lib. de Diæta
Mar.n.40. vers.145.tum ob vinum nigrum,quod in exiccanti diæta vbiq; probatur, potissimum verò lib.
Mar.n.28. de Affect. sect.2.vers.135.vndè lib.de Inter.affect.sect.2. vers.142. in hydrope vinum probat
austerum,coum,quamnigerrimum.Hic verò oleum addidit,vt eorum adstrictio compescatur,
à qua aluus adstringi nimis posset.

Vers. 386. Sin minus aquam ex mespilis,aut mirti baccis,aut malis.

Mar.n.62. Aquam dixit Hipp. vt significaret,prædicta non esse aqua excoquenda,parato ex eis deco-
cto,quod non aquam, sed modò succum, modò iusculum appellare solet. Hunc verò simplici
infusione parari,nos docuit lib.3.de Morb.circà finem,dum aquæ ex apijs malis, & cydonijs
conficiendæ modum traderet.Non absimili ratione nostri aquam ex cerasijs amarenis confi- E
ciunt,quæ vulgari sermone *Acquetta* dicitur.

Mar.n.64. *Vers. 396. Nosse porrò oportet eos,quibus caput dolet ab exercitationibus,&c.*

Ad perfectam victus institutionem necesse fuit,Hipp.non modò particulares quasdam mor-
borum curationes in exemplum adducere, sed etiam vniuersaliora præcepta circà omnium
morborum curationem tradere;quod in præcedentibus actum est, & quia inter remedia pro-
posita primum locum obtinent, & venæ sectio, & purgatio, de his potissimum egit, indicans,
quando hæc illi præferenda veniat. Nunc verò exceptionem quandam circà purgationem fa-
cit: catalogum construens eorum morborum, in quibus purgatio suspecta est, etiam si iuxtà
regulas in præcedentibus traditas videatur necessaria. Verba contextus per se manifesta sunt

satis:

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 420 sur 636

A satis: sententiaq. apertissima est, veruntamen recentioribus medicis, qui in nullo morbo curationem à purgatione non inchoant, non suspecta modo, sed penitus absurda videtur, vndè interpretes huius loci Hipp. tueri posse desperantes, victas manus aduersarijs eum dare coegerunt, ego tamen iuxtà veram Hipp. doctrinam, sententiam hanc rationabilem esse non dubito, pro certo habens non ex inani ratiocinatione ortam, sed certis experimentis inuentam cũ nobis tradidisse, cognouit enim purgationem deorsum factam in præfatis casibus inutilem esse, (de hac enim intelligendus est Hipp. hic, & alijs quamplurimis in locis, in quibus purgationis simpliciter meminit) quamuis non omnibus eadem ratione. In quibusdam enim periculosam inuenit, quia humores attemperatione potius egent, & corpus refectione, quam euacuatione. Tales sunt ij, quibus caput dolet ab exercitationibus intemperatis, & ab immodica venere. Item exangues, & quibus sanguis immodicè erupit. His enim omnibus vires cõfractas esse, ra-
B tionabile est, vt infernam purgationem ferre minimè possint. Quod si ob cruditates indè genitas, aut propter serositatem, quæ in his augetur, euacuatio aliqua necessaria videtur, hæc per vomitum, aut per vrinam, sudoremue est procuranda, quemadmodũ nos admonet Hipp. inferius, ijs consentiens, quæ lib. 3. de Diæta, & de Insomnijs sunt tradita, pro curatione eorum, in quibus labores superarunt cibos. In alijs verò non conuenit hæc purgatio, quia per superiora purgari debent, non per inferiora, tales sunt raucosi, quibus scilicet destillatio à capite fertur in asperam arteriam, similiter & spirituosi, hoc est, qui spirant difficulter, nec non tussim siccam habentes, eadem ratione non conuenit, quibus tenebræ oculis obuersantur, & quibus aurium sonitus incidunt, in his enim humores per superiora purgandi sunt, partim quia à destillatione laborant, de quibus loquens Hipp. lib. de Locis in hom. sect. 2. vers. 173. dicebat. Fluxione à *Mar. n. 47.* capite fluente vomitus conducit, partim ratione loci patientis, qui suprà septum transuersum
C existens per superiora purgari desiderat, iuxtà vulgatum illud Aphorismi. Dolores suprà septum transuersum, qui purgatione egent, per superiora purgari significat, &c. Quibusdam alijs purgatio prohibetur, quia ijs occurrendum est potius venæ sectione, v. g. in venarum interceptione, in tensione potissimum inflammatoria hypocondriorum, laterum, & dorsi; quorum remedium principale venæ sectio superius statuta est. In alijs verò purgatio vitari debet, quia pharmaca ijs inimica sunt, tùm ratione caliditatis, & siccitatis; tũ ratione proprietatis substantiæ ijs plurimum infensæ; ob caliditatem, & siccitatem prohibentur siticulosis, & à sicca tussi vexatis, nec non, & morbo regio laborantibus, quibus alia etiam ratione suspecta est, vt demonstrabitur inferius. Ratione proprietatis substantiæ calori innato contrariæ inimica est flatuosis, quamuis etiam siccitate lædere hos possint, experientia enim demonstrat eos, qui hypocondriaca affectione laborant magis à nulla alia re offendi, quam à medicamentorum, pur-
D gantium vsu, à quibus innatus calor debilitatus maiorem semper copiam flatuum producit, eadem ratione nocere credendum est ijs, quorum alui cruda deijciunt, nã cum id ab eius imbecillitate proueniat, à medicamento debilitãtur magis, idq. ex eo fit manifestum, quia in epistola, de veratri vsu libellus inscripta, vbi hæc sentẽtia ad verbum registrata est, quod hic legimus, quibus alui cruda deijciunt, ibi habetur, ventre debilibus, præterquam quod admodũ periculosa est ratione motus symptomatici, qui à purgatione augetur, cũ potius compescendus veniat. Nonnullis etiam dictorũ purgatio prohibetur ob cruditatem, eò quod assumptũ medicamentum coctionem impedit, vndè malũ producitur, vt superius nos docuit Hipp. hac eadẽ sectione vers. 137. eadem fortassè ratione prohibetur ijs, qui tubercula habent, quorũ suppuratio expectatur, sed & cæteris omnibus nocua esse potest diuersa tamen ratione. Nã siuè tubercula symptomatica sint, & à Medico compescenda; siuè critica, & arte procurãda; semper *Mar. n. 44.*
E suspecta est purgatio: à qua humores agitati minus obedientes naturæ fiunt: quos cũ regulare nequeat, importunos arripiũt motus: ex quo euenit, vt à purgatione motus symptomatici augeantur, reprimanturq. critici, & salutares. Quod quidẽ præceptũ etiam si vniuersaliter prolatũ sit de omnibus tuberculis, in ijs tamen, qui in inguine nascuntur tantummodo obseruatur à recentioribus, vbi supicio adest luis, quã Gallicũ morbũ appellãt, nulla habita ratione, an symptomatica sint, an critica, ea permoti ratione, quia peculiaris horũ curationis modus habẽdus sit: propter virulentiã, quę in hoc morbo viget, quo prętextu nullũ artis pręceptũ in hoc morbo curãdo obseruari video, cũ tamẽ certũ sit, in peste prauitatẽ hanc à tota (vt inquiũt) forma, æquè vigere, & nihilominus vniuersaliora artis præcepta in ea obseruantur. Imò si hac ratio-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 421 sur 636

ne peculiaris curationis modus seruandus est, hunc in eo cõsistere existimo. Quia cũ Medicus certo cognoscit bubonem Gallicũ verè symptomaticũ esse, tum ex alijs, tum maximè, quia eo apparente varia symptomata insurgunt, quæ ad tumoris augumentum augentur, exacerbanturq. statim ad purgationem deuenire debet, & ad reliqua remedia, quibus hæc virulentia extinguitur, quando ex mora malum grauius redditur, & contumacius, dum contagium ab humoribus ad solidas partes repit, quod incommodum in alijs tuberculis non adeò timetur: quia materia non est tantæ prauitatis, nec morbus contagio serpit, vt in morbo Gallico euenire iam diximus, & hæc dicta sint obiter. Dictorum nonnullis purgatio periculosa est ob virium imbecillitatẽ, v.g. exanguibus, & quibus sanguis immodicè fluxit, quemadmodũ etiam ijs, qui vrinam inuoluntariè emittunt, ob resolutionẽ musculi vesicæ, aut aliam ob causã, quæ tandẽ omnes ad impotentiã referuntur, quæ à purgatione augetur, quatenus, aut ad affectam partẽ fluxio conuocatur, aut debilitas augetur. Prohibet tandẽ purgationẽ Hipp. ijs, qui à doloribus valdè molestantur priusquã dolor, aut sedetur, aut saltẽ remittatur, quia periculũ est, nè humores à pharmaco cõmoti à doloris vehementia ad partem dolẽtem trahantur potius, quam à facultate medicamenti detrudantur ad aluum. Præceptum à plerisq. Medicorum in hominum perniciem neglectum: vbique tamen ab Hipp. inuiolabiliter obseruatum: vt videre est lib. 1. Morb. mul. sect. 3. vers. 48. lib. 2. sect. 3. vers. 303. de Inter. affect. sect. 2. v. 29. alijsque plurimis in locis. Prius enim dolorem sedat, indè verò purgationem facit, idque respiciens modo inquit, & non superuenerint. Ex his igitur manifestum est (dicant quidquid velint expositores, & qui in Hipp. doctrina scirpo lęuiore, puriore q. nodos inuenire profitentur) summa cum ratione in prædictis casibus prohiberi purgationem, nihilquè in hac sententia contineri, quod Hipp. doctrinæ aduersetur. Difficultas tantummodo sese offert circà ictericos, & lienosos, quorum curationem alibi per medicamenta deorsum purgantia instituit, quæ quidem, vt tollatur supponere oportet, Hipp. in enarratis casibus non adeò purgationem prohibuisse, quin aliquando in vsum venire possit, quod vt nobis significaret præcepti rationem appposuit, qua præceptum moderatur; ità vt vbi ratio allata non militat, præceptum obseruare non sit necesse, idque Hipp. institutum esse aliàs adnotauimus. Ratio autem illis continetur verbis. Periculum enim habebis, & nihil opis afferes, & spontinas solutiones, ac iudicationes tolles. Secundò adnotare oportet Hipp. in præfatis casibus purgationem prohibere, vt admoneamur statim ad eam tanquam remedium principale confugiendum non esse, non prohibendo eius vsum vrgente malo, vt principali suppetias ferens. Nam & superius huiusmodi præceptum hoc modo limitauit, quando in principio inflammationum purgationem damnauit, eò quod remediũ principale earum sit venæ sectio, qua peracta, & malo perseuerante ad purgationem deueniendum esse nos consulit, maxima tamen cautione, ob periculum fortasse hic recensitum. Similiter in curatione morborum partes suprà septum transuersum infestantium, aliquando inferna purgatione vtitur, per vomitumq. purgat frequenter in morbis infrà septum, non obstante, quod contrarium præceperit in vulgato illo aphorismo. Dolores suprà septum transuersum, qui purgatione egent per superiora purgari significãt, &c. Non enim huiusmodi purgationibus vtitur tanquam remedio principali, & ideò non à principio eas admittit, sed circà finem, & postquã propriæ, & principales euacuationes præcessere, & ea cautione semper, nè quidquam incommodi ex dictis purgationibus eueniat, quæ in hac sententia referuntur, quæ quidem in re consulenda sunt ea, quæ lib. 2. de Morb. sect. 3. v. 248. adnotauimus. Quarè postquam propriæ & principales euacuationes præcessere, de quibus Hipp. in textu, morbusque inferna purgatione egere videatur, si nihil timeatur eorum, quæ hic referuntur, ad eam deuenire per præsentem sententiam non prohibemur: quæ vniuersaliter prolata est, eò quod rarò datur casus, in quo purgatio admittatur. Hisquè cautionibus aliquando purgatione vsus est Hipp. in ictero. Nam lib. de Inter. affect. sect. 2. vers. 345. de eo tractans ad finem curationis hæc subiungit, & siquidem ab his morbus quiescat, benè est, sin minus veratrum bibendum dato; & post multa aluum infernam tandem subduci iubet. Similiter in alio ictero, primum veratro sursum purgat, vt remedium principale, & proprium, indè verò infernè cicerum decocto. In tertio pariter prius venam secari iubet, quam ad infernam purgationem deueniat. Hac igitur cautione purgationem in Ictero admittit alioqui admodum suspecta, nam bilis à medicamento agitata morbum deteriorem reddit, nam si bilis ab inflam-

Mar. n. 89.

Mar. n. 38.

matio-

A matione hepatis genita icterum effecit, vigente inflammatione ad purgationem deuenire prohibemur. Si per modum crisis ad cutim diffusa est, eam medicamento ad interiora reuocare, pernitiosũ est, idque expresse prohibet Hipp. l. de Hum. his verbis, humores effusi ne intro reuellantur, & si tandem bilis absque hepatis inflãmatione ad cutim effusa icterum faciat, neque tunc purgatio tutò adhibetur. Vndè Hipp. lib. de loc. in hom sect. 2. v. 113. de hoc affectu tractans hæc habet, cæterum, medicamenta bilem ducentia nè propinato, nè corpus magis conturbes, ex quibus patet Hipp. pro morbi regij curatione ad purgationem non statim, nec frequenter confugere. Quod si in Ictero 4. loco citato de Intern. affect. ad purgationem statim deuenit, id ab eo factum est, quia bilis in eo non peccat, vt communiter euenit in ictero vero: sed pituita, vt ipse testatur, colorque albus, non qualis in vero ictero communiter obseruatur. Eodem consilio asserendum est Hip. lienosis purgationem per aluum interdixisse, *Mat. n. 40.*

B & reuera quidem, si vniuersam eius doctrinam percurres lienosis purgationem per pharmaca deorsum purgantia instituisse vix inuenies. Imò lib. de Affect. vers. 202. lienosos sursum ve- *Mar. n. 21.* ratro purgat, indè verò ad cætera transiens remedia subiungit: ex pharmacis, quæ splenis gratia exhibentur alia per vesicam purgant, & ipsum molliorem faciunt, alia verò purgant quidem, verum neque per vesicam, nec quidquam quod manifestum fiat, neque vsquam alia parte, splenẽ tamen molliunt, quibus purgatio quę fit per aluum manifestè excluditur, & si lib. de Intern. Affect. sect. 2. v. 270. in quinque morbis splenis, de quibus ibi tractatur purgationem deorsum factam probat, purgationem tamen per veratrum præmittit, argumentum euidens, hanc, vt remedium principale non admittere, sed vt accessorium quoddam quemadmodum de Ictero dictum est. Quamuis re vera præsens sententia nihil habeat cum prædictis morbis à splene. Per lienosos enim intelligit hoc in loco eos, qui lienem diù induratum

C habent, in quam significationem, hoc nomine vsi sunt antiqui omnes, & Galenus ipse 6. Aph. 43. At nullus à prædictis affectibus correptus lienosus propriè dici poterit. Hisque Hipp. purgationem prohibet, quia (si rectè sentio) materia in viscere iam diù conculcata purganti medicamento non cedit, quæ verò in reliquo corpore continetur, à medicamento agitata ad partem affectam irruit, & tensio augetur, & certè vt verum fatear, cum sæpius purgationibus etiam validioribus in inueteratis tumoribus lienis, à communi consuetudine impulsus fuerim vsus, neminem indè adiutum esse cognoui, vt mirum non sit, si Medici illi antiqui, quorum curationes celebrarunt Galenus, Aetius, Celsus, Plinius, & alij quibus eorum scripta videre datum est, in hoc casu solis diureticis, ijsque quę lienem extenuant, & molliunt vsi fuerint, nulla purgationis mentione facta, vt videre est apud Galenum lib. 9. de compos. med. secundũ loc. & Aetium Tetrab. 3. Celsumque, & alios antiquiores Medicos. Vndè concludendum est

D Hipp. summa cum ratione purgationem in omnibus his casibus prohibere. Nec tuta conscientia posse Medicum ad eam deuenire, absque magna præmeditatione, & cautione.

vers. 406 At si sanguinem alicui detrahere conducit, solidam aluum facere oportet. *Mar. n. 65.*

Quoniam sæpè in quibusdam ex enarratis casibus loco purgationis aliud remedium substituendum est, quod morbi magnitudini occurrat, ideò continuando de ijsdem sermonem Hipp. quod particula *δέ*, præ alijs satis ostendit, subiungit modo. At si sanguinem alicui (ex præfatis) detrahere cõducit, solidam aluum facere oportet, cui præcepto quantũ pareant illi, qui in dysenteria sanguinẽ mittere audent videãt ipsi, indè verò prosequitur, & fame macerare, & vinum auferre, quod quidem faciendum esse intelligimus eo ipso die, quo sanguis mittitur, vt consequentia satis manifestant: dum inquit. Postea victu conueniente, & fomentis humidis reliquam curationem perage, inferens, diætam illam tenuissimam non gratia morbi

E præscriptam esse, quia eadem dieta omnibus minimè conuenire potest. Hoc enim fuit Hipp. institutum, vt dum euacuationes fiunt æger tenuius nutriatur. Nam etiam in die purgationis minorem forbitionis copiam exhibendam esse, nos docuit superius circà principiũ huius operis v. 32. imò in chronicorũ morborum curatione, in quibus totalis abstinentia, non adeò infensa est, quemadmodum in acutis, in die purgationis prandium detrahere, antiquos consueuisse, ex eo fit manifestum, quia in diæta ægris præscribenda eò die prandij nullam mentionem facit, exactè tamen singillatim quid cænandum sit præscribendo, vt videre est in lib. de Morb. mul. de Affect. Inter. alijsque in quibus morborum curatio pertractatur. Verum non modo in purgatione, quæ fit medicamento, sed etiam in ea, quæ fit clysteri eadem

absti-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 423 sur 636

Mar.n.5. abstinentia vsum fuisse colligimus ex ijs, quæ de ptisana à principio huius sunt tradita hunc in A
modum. Quicunque igitur in hisce morbis ptisana vtuntur, nulla vasa vacua fieri permittant
vt ità dicam. Sed vtantur, & non intermittant, nisi aut ob medicamenti, aut infusi per cly-
steremvsum intermittere oporteat. Quasi eo die ptisanam detrahere oporteat, & quid te-
nuius in gratiam euacuationis exhibere. Id verò ea ratione faciendum esse existimo, nè ex
subita euacuatione nimia repletio fiat, verisimile est enim, corpus euacuatum insigniter dere-
pentè, auidius indè alimentum rapere, atque etiam ante perfectam concoctionem, vndè plu-
rima incommoda euenire possent. Huic documento è diametro aduersatur recentiorum
praxis, qui ob venæ sectionem longè facilius vinum ægris concedunt eo ipso die, quod in re-
liquo tempore interdicunt. In dieque purgationis non solum plenius alunt, sed sæpè etiam
antè absolutam purgationem. In gratiam igitur sectionis venæ famem probat, necnon & vi-
ni abstinentiam, tum quia cum plurimum nutriat, fami occurrere posset, tum maximè quia B
ob tenuitatem, & substantiæ familiaritatem distribuitur facilius, ex quo notare est, sæpè vi-
num interdici, non quia caliditate nocere possit, aut quia sit capiti infensum. Sed quia im-
pensius nutrit, quam morbo conueniat. Secta vena, diæta conueniens præscribenda est, & si
aluus adstricta fuerit, clysteris infuso molliendam iubet. Quod si purgationis necessitas vr-
geat, per veratrum sursum purgandum est, per inferiora nequaquam, ob causas superius assi-
gnatas. Nam purgatio per vomitum ea subterfugit incõmoda, quæ ab ea, quæ fit per aluum
timentur, ex quo docemur huiusmodi euacuationes supernè factas non adeò concoctiones,
& crises, aliasque morborum solutiones impedire, quemadmodum inferna purgatio, cuius
quidem rei rationem afferre, non est facile. Ego autem dicerem, medicamenta purgatoria
proprietate substantiæ naturæ infensa, naturalem facultatem adeò lacessere, ac debilitare, vt
ab omni opere desistere cogatur, & quamuis eadem virtus naturæ inimica reperiatur in hel- C
leboro, alijsque medicamentis sursum purgantibus: nihilominus, quia hæc non adeò latè,
diffunditur per corpus, quemadmodum ea, quæ in deiectorijs pharmacis operatur, naturalem
facultatem non ità debilitat. Docuimus enim alibi modum purgationis pharmacorum ex
Hipp. declarantes medicamentum purgans ea ratione humores è corpore educere, quatenus
corpus ingressum spiritus quosdam emittit propriæ actionis instrumenta, qui insita virtute
humorem sibi maximè familiarem trahentes ad se, vnà simul versus partem illam feruntur,
per quam purgare medicamento datum est, siuè sursum, siuè deorsum, & sic purgant. Et quia
spiritus à medicamento vomitorio egressi ventriculum tantummodo attingunt, in quo geniti
dum medicamenti virtus reducitur in actum, statim ad oesophagum, & os remeant, nec pro-
cedunt vlterius, non adeò naturales operationes lædunt, quemadmodũ spiritus medicamenti
deiectorij, qui in ventriculo geniti, dum versus aluum descendunt qualitatẽ noxiam hepati, & D
cæteris partibus, vbi naturalis facultas maximè viget, transmittũt; & hoc modo eius operatio-
nes destruũt, & perturbant. Horumq. medicamentorũ differentia ex eo manifestatur, quia sur-
sũ purgati statim à vomitu leuiores, alacriores, & ciborũ appetentes redduntur, debiles verò,
siticulosique per plures dies plerunque perseuerant à medicamento deiectorio, quod cogno-
scentes Medici antiquiores multò frequentius vomitionibus vtebantur, quam inferna purga-
tione, imò præseruationis gratia infernam purgationem apud Hipp. vix inuenies, vt videre
est in lib. de Insomn. & 3. de Diæta, in quibus præseruatiua ars continetur, contrà vsum re-
centiorum, qui neminem per superiora audent purgare. Sed hunc abusum alias indicauimus.
Ex hoc loco, in quo purgationem per veratrum permittit in ijs, quos antè medicamento mi-
nimè purgandos esse præceperat, intelligimus, hoc nomine purgationis simpliciter prolato
significare non quamlibet purgationem, sed eam tantummodo, quæ fit per inferiora. Verum E
cur huic purgationi addidit, tutò? Hęc vox duplicem sensum recipere potest, alterum quidem,
si dicamus, purgationem helleboro factam non esse in præfatis casibus vllo modo suspectam,
sed tutò administrari posse. Alter verò sensus, & fortasse veriori, & per eam nos admonere
Hipp. si hæc purgatio facienda est, magna cautione procedendum esse, & hæc expositio Hipp.
Mar.n.36. doctrinæ est satis conueniens, nam superius hoc eodem libro v. 33. præsentis sectionis, hanc
eandem sententiam protulit his verbis. Sed & post venæ sectionem purgans medicamentum,
securitate, ac moderatione opus habet, quarè cum huiusmodi purgatio post venæ sectionem
facienda sit, tutò in hac procedendum nos admonet.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 424 sur 636

A *Vers. 411. Optimum autem est ad mictionem, & ad sudores, & ad deambulationes, &c.* Mar.n.65.
Explicatis conditionibus, quæ ad purgationem, & venæ sectionem rectè administrandam requiruntur, ad alia præsidia se conuertit, quæ in curatione prædictorum morborum in vsum venire possunt. Hæc autem sunt medicamenta vrinam, & sudores mouentia, deambulationes, leues frictiones, illitiones, & decumbendi modus, quæ omnia sicuti rationabilia sunt, ità in præfatis morbis conuenire, & si non omnia in singulis, dubitare nemo potest. Quarè in ijs examinandis tempus non conteram.

Vers. 418. Quæ verò ex inferna aluo soluuntur, per vrinas, & sudores, &c. Mar.n.65.
Dixerat superius in enarratis morbis non esse deorsum purgandum ea potissimum ratione quia spontinæ crises impediuntur, horum igitur occasione nunc, docet quomodo iudicationes, quæ cum sensibili euacuatione fiunt dignoscantur, an bonæ sint, an malæ, & inquit, excretiones per aluum, per vrinas, & per sudores, si moderatæ fuerint, paruos morbos perfectè
B soluunt. Si verò in morbis vehementioribus eadē moderatæ fiant, prauæ sunt, nam indè ægrotantes, aut pereunt, aut in alios morbos fit permutatio, & sæpè morbus in aliqua parte firmatur, eamq. mutilam reddit, & impotentem. Hæc enim confirmauit Hipp. in illa sententia lib. 2. Epidem. sect. 1. vers. 35. registrata, critica non iudicantia, partim læthalia, partim difficilis iudicij, idq. euenire satis rationabile est, quando euacuatio morbo est inferior, esse enim difficilis iudicij in eo consistit, quia per multas recidiuas, morborumq. permutationes tandem soluitur, vel humore ad partem aliquam decumbente, in ea firmatur morbus, vndè alios cœcos, alios claudos, alios aliquo alio modo impotentes fieri ex morbis, obseruamus.

Vers. 431. Potio hydropico, cantharidas tres dei acto capite vniuscuiusquè, & pedibus, &c. Mar.n.66.
Cantharidas dare in potu nunquam tentaui, non tamen eos, qui illas exhibuerunt, repre-
C hendere mihi licet, quia maius experimentum habent, quo mediante de illis iudicium ferri potest, qui ijsdem vsi sunt, quam ille, qui eas exhibere nunquam ausus est. Quarè iniquo animo se prodant illi, qui medicinæ parentem homicidam faciunt, deleterium medicamentum ex cantharidibus consulentem, cui præceptum illud, in hoc te exercito in morbis, vt si non prosis, saltem non lædas, semper adeò cordi fuit, vt non valida modò præsidia, sed & aquam, & mulsam, & vinum suspecta habuit intempestiuè data. Quod quidem Galenum primum fecisse, deindè posteriores Hipp. expositores inuenio, nullo alio huius rei experimento habito præter illud, quod à Galeno affertur Medici illius, qui duobus hydropicis cantharidas dedit, quibus facto in sura, & fœmore abscessu, indè aqua magna ex parte educta, exindè mortui sunt. Quia igitur hydropici aliqui à potatis cantharidibus longè postea mortui sunt, colligunt cantharidas illis medicamentum deleterium fuisse? Insulsus experiendi modus, & ridicula ra-
D tiocinatio, imò quia ex potatis cantharidibus longo tempore superuixerunt, argumentum euidens est à facultate earum minimè peremptos esse, quia si à deleteria earum virtute mortui fuissent, symptomata huius veneni peculiaria accidissent, quæ à Dioscoride referuntur, obseruanturq. quotidiè, internorum erosio, dextri hypocondrij inflammatio, vrinæ difficultas, sanguinis mictus, strigmēta ab aluo, velut in dysenteria, fastidia, syncopes, & vertigines, morientes ipsos concomitantes, non abscessus, quos à facultate deleteria cantharidarum excitari nullus affirmauit, eosq. frequentissimè obseruamus in hydropicis sponte exortos, à quibus è medio tolluntur, etiam si cantharidas non potauerint. Quarè cum huiusmodi experimenta, seu obseruationes illorum opinioni aduersentur potius, eò magis Hippocraticum medicamentum rationabile, & tutum esse confirmant. Quæ quidem si considerassent huius loci expositores, non adeò indiscretè earum vsum in Præceptoris dignitatem improbare ausi fuissent. Nec ex-
E cusatione digni fiunt, eò quod Hipp. non reprehendere profiteantur, præsens commentarium ab illius doctrina reijcientes, quia etiam si præsens liber non esse Hipp. concedatur, eorum tamen calumniam non subterfugit, quandoquidem non hoc libro tantum cantharidarum potus celebratur, sed in alijs etiam, qui inter Hipp. germanos communiter recipiuntur, lib. enim Mar.n.106. 122.
1. Morb. Mul. sect. 4. à principio, & vers. 281. cantharidas numero quinquè, vnà cum alijs medicamentis aperientibus, ad secundam, & ad menses ducendos in potu exhibet, quemadmodum, & lib. 2. sect. 1. vers. 4. nec non sect. 3. vers. 399. in doloribus vteri, omitto, quæ de his Mar.n.87.89
propinandis habentur, tùm lib. de Nat. Mul. ad menses ducendos sect. 1. vers. 108. & 242. tùm Mar.n.8 18
de Inter. Aff. sect. 2. vers. 400. pro curatione cuiusdā speciei morbi regij, quibus in locis absquè Mar.n.39.

vlla

vlla læsionis suspicione cantharidas in potu præbet. Admonet quidem sæpius, vt si vrinæ stilicidium indè superueniat, æger in aqua calida desideat. Quod verò ad earum præparationem spectat, ipse contritas in potu exhibet, demptis perpetuò pedibus, capite, & alis, vndè temerarium videtur aliorum dictis à Præceptore discedere. Quarè Hipp. auctoritate, & sinceritate confisus cantharides tres tutò exhiberi posse pro certo habeo, veruntamen quamplurima præsidia, quæ optima sunt, & securissima, sæpè egent Medico, qui maximam apud homines auctoritatem habeat, alioqui calumniæ periculum vix euitari apud vulgus potest. Cæterum, qui formidat Medicus, abstinere quidem ab huiusmodi medicamentorum vsu potest, non tamen ea tanquam deleteria, seu pernitiosa reprobare debet. Quæ hoc in loco vsquè ad finem operis traduntur, ad varios morbos medicamentorum formæ, & compositiones, præter libri institutum esse videntur, cuius intentio fuit, victus rationem in morbis acutis conuenientem præscribere, non morborum curationes tractare, veruntamen si priscorum illorum temporum conditionem spectauerimus, etiamsi præter institutum hæc videantur hoc loco apposita, non tamen id præter rationem omninò factum inueniemus, quia namque, tot non aderant de medica facultate conscripti libri, nec omnibus eos paucos habere dabatur, ideò vt fructuosiores essent particulares de qualibet materia tractatus, in ijs multa adnectebantur pro curatione eorum morborum qui homines maximè infestare consueuerunt. Addè etiam. Quia antiquis non ea erat papyri, siuè chartarum copia, quæ subsequentibus temporibus suppeditata est, ideò quotiescunq. ad calcem libri aliqua pagina inanis supererat, nè otiosa remaneret, si quid exiguum adnotandum occurrebat in ea adscribere consueuisse, ex quo non est mirum, si hæc prædictis superaddita fuerint, etiamsi propositæ materiæ minimè conueniat, quod quidem non hoc in loco tantum factum inuenies, sed etiam in libris de morbis mulierum, de Sterilibus, & de Affectionibus.

Mar.n.68. *Vers.* 450. *Fabarum item depuratarum quadrantem, & rubiæ sarmenta, &c.*

In omnibus ferè græcis exemplaribus, huic descriptioni indicaturæ loco apposita est vox, δυσεντερίην, hoc est, ad dysenteriam, quia tamen de ea mentionem non fecit. Galenus hæc supradictis connectens, ideò & ipse Cornar. eam in sua translatione prætermisit, insinuans, & hoc medicamentum ad suppuratos valere, vtraque lectio tamen Hipp. doctrinæ accommodatur: de fabarum enim facultate tractans lib. 2. de Diæta vers. 146. Fabæ inquit aluum sistunt, & inflant, &c. vndè summa cum ratione lib. 2. Epid. sect. 6. vers. 16, Fabæ coctæ perse, atque etiam cum cumino in ventris turbatione commendantur, qui quidem locus ex græco contextu, vnà cum Galeni cómentarijs Basileæ impressis, lectionem confirmare videtur, quæ eritridani, seu rubiæ loco, dauci rubri surculos habet, nisi quis obijciat, dauci surculos in vsum medicinæ non recipi, sed semen tantummodo, & radicem, vt Dioscorides testatur. Vtcunquè sit, quia vtrunque medicamentum vrinam mouet cum exiccatione, optimum medicamentum ad dysenteriam erit, ex fabis fresis, & rubiæ surculis, seu dauci iuxtà græcorum exemplarium lectionem. Ex altera parte non minus rationabile est medicamentum hoc ad suppuratos. Nam certum est, fabas dari sæpius ab Hipp. in modum eclegmatis ad excitandam materiæ excreationem à pectore, & pulmonibus, vt libro 7. Epidem. legimus in Harpalidæ fororis, & Vnctoris apud Harpalidem historijs, quæ cum asthmate laborarent, ex fabarum vsu multis pituitosis maturis eductis sanati sunt, quarè si in asthmate conducunt, quia sputum educunt, pari ratione in suppuratis valere possunt. Idem de Dauco asserendum est, quo vsus est Hipp. in conuulsione articulorum pulmonis lib. 2. de Morb. sect. 3. vers. 79. In pulmone ad latus prolapso loco cit. vers. 172. & in peripneumonia 3. de Morb. vers. 239. ex quibus constat non minus valere, hoc medicamentum ad suppuratos, quam ad dysentericos, quarè cum vtraque lectio sit rationabilis vnusquisq. eam, quæ ipsi magis arridet, sequi poterit.

Mar.n.68. *Vers.* 453. *Vuæ immaturæ, acerbæ, amaræ succo.*

Succum vuæ immaturæ accipiendum iubet Hipp. pro hoc collyrio conficiendo, qui non solum acerbus sit, qualis esse communiter solet hic succus, sed amarum addidit, vt insinuaret, huiusmodi succum longè antè maturitatem esse exprimendum, ad differentiam illius, qui ab vuis immaturis quidem extrahitur, sed quæ maturitati iam proximè accesserunt, hasque ὁμφακαχμάζουσα, idest vuas immaturas in vigore constitutas appellauit in notis, quæ ad calcem libri 1. de Morb. mul. sunt appositæ. In vuis enim à maturitate longè distantibus, non

acerbitas

A acerbitas modo consueta percipitur, sed etiam non nihil amaritudinis, quæ temporis progressu à superueniente copiosiori succo retunditur, & ferè aboletur. Talem verò amaritudinem, succum habere vult Hipp. quo collyrium ad exiccandum, & abstergendum oculos fluxione infestatos efficacius reddatur.

Vers. 462. Ad Hydropicos, Meconium acetabuli Attici, parui, rotundi mensura, &c. Mar. n. 69.

Duas solet Hipp. vsurpare voces, quæ admodum similes inter se existunt μηκων, altera est, altera verò μηκωνιον, Priori quidem videtur significare id, quod papauer communiter appellatur, vndè eius vsus est Hipp. ad dolores, & ad fluxiones compescendas, μηκωνιω, verò vtitur ad purgandum, & hoc nomine peplon intelligendum sit, quod meconium aliquando antiquos appellasse testatur, tum Galenus, tum Plinius, & alij quamplures si Cornarius tamen, indistinctè, tam μηκωνα, quam μηκωνιον, Peplon vertit: quod multis occasio erroris esse potest.

B Quamuis re vera non existimem ego, pro meconio peplum intelligere Hipp. quod proprio nomine ab eo peplum appellari multis in locis nouimus, quandoquidem Hipp. insolens est, vnam rem pluribus nominibus appellare, quarè dicerem potius significari medicamentum purgans ex tithymalo paralio confectum: quem mecona appellari testantur, & Dioscorides, & Plinius. Vndè Theophrast. lib. 9. de Hist. Plant. cap. 8. nomen medicamenti plantæ ex qua conficitur tribuens, tithymalium vocari etiam meconium scribit. Vt cunque sit, siuè per meconium acceperit plantam, siuè medicamentum ex ea confectum, certum est inter purgantia, medicamentum hoc adnumerandum esse apud Hipp. quod quidem patet, non ex hoc loco tantum, sed etiam ex lib. de natura Mulieb. sect. 2 vers. 208. vbi de hoc mentio fit sub titulo medicamenti purgantis pituitam, & lib. de Fistulis ad pituitam purgandam illud exhibet in potu, inquit enim vers. 82. bibat meconium album, aut aliud quoddam, quod pi- Mar. n. 3.

C tuitam purgat, album verò vocat, indicans illud esse accipiendum, quod ex lacticinoso plantæ succo paratur, ad differentiam illius, quod ex contusione totius plantæ conficitur, medicamentum enim hoc vtroque modo confici consueuisse, auctor est Dioscor. Et fortasse ex simplici succo confectum pituitam magis ducit, quod verò ex tota planta contusione paratur, aquam potius detrahit, & ideò hoc postremo, hoc in loco vtitur ad hydropē, idque expressisse videtur in fine tractationis, dū inquit, τὸ δὲ ἀπὸ τῶν χοιρίδιον μηκωνιον ξυλλέγων ταμιεύου, καὶ θεραπεύε, hoc est. Quod è fæcibus (plantæ scilicet contusæ) colligis serua, & cura. Quæ verba perperam transtulit Corn. At meconium, quod primum excrementum à pueris prodit, seruato, ac curato, quia etiamsi hoc nomine aliquando significetur excrementum illud piceum, quod pueri in lucem editi primum egerunt: nullo modo tamen hoc intelligere potuit Hipp. tum quia huiusmodi medicamentum purgandi tantā vim non habet, imò nè vllam quidem fortas-

D sè, tum etiam, quia hoc cognomen albi adaptari huic excremento nigerrimo minimè potest, quando, vt suprà adnotauimus, meconij albi mentionem facit Hipp. Sed in eo vlterius errasse mihi videtur interpres; dum vocē πόσις, quæ prædicta consequitur potio, vnà transtulit, præcedentia subsequentibus copulans: quasi vnum sit medicamentum ad hydropem ex meconio, squamma æris, & farina, nam hoc modo meconij quantitatem duplici mensura determinasset, parui scilicet acetabuli, & vnius dosis consuetæ (id enim importat potio vna) nec rationabile est integram, & sufficientem dosim meconij, cum tanta quantitate squammæ vnica vice exhiberi voluisse. Quarè dicendum potius, his, duò medicamenta describi ad aquam educendam, alterum ex meconio solo in potu: idque significare voluit per vocem πόσις, al-

E terum ex squamma cum farina: medicamentum de quo ità mentionem facit Dioscor. potā, (de squamma æris loquens) ex aqua mulsa aquam trahit. Aliqui farina subactam dant in catapotia. Quarè hæc sunt hoc modo vertenda. Ad hydropicos. Meconij acetabulum paruum atticum, rotundum in potu. Squammæ æris specilla lata tria, & farinæ purgatæ, & subactæ, hæc leuiter trita in catapotia dato.

De Iudicationibus.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Præsentem librum de Iudicationibus inscriptum in exemplari diuersum habuisse principium Caluus satis manifestat, qui illum inchoat, hunc in modum. Decretorium autem, iudicatioue,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 427 sur 636

dicatiouè, siuè crisis in morbis dicitur, cum quilibet morbus statuit, decernit, demonstrat, censet, iuditiumq. de se præbet, quid facturus sit, quomodo languentes tractaturus; longus, an breuis fore videatur, quæ cum hoc pacto medicus obseruauerit, fermè numquam in morbis, & languentibus errabit, falleturuè. Sed prudens, diligens, peritus, curiosusque ab omnibus esse censebitur. De quibus in melius tendentibus pauca, & vtilia scribemus. Quæ verò fermè semper salutem, & sanitatem portendunt hæc sunt. Sudores optimi sunt, &c. Quorum verborum sensus si attendatur, apparet manifestè per illa Hipp. veram crisis diffinitionẽ non afferre, sed potius indicare, qui finis sit præsentis operis, quod de crisibus inscribitur, quasi hoc nomen crisis latius se extendat ad ea omnia, quæ suprà referũtur, & in præsenti opere intenduntur. Nam longe aliter crisim ipsemet descripsit lib. Affect. v. 77. dum inquit. Porrò iudicari in morbis est, quum morbi augescunt, aut marcescunt, aut in alium morbum transeunt, aut desinunt. Scopus igitur auctoris in hoc libro est instruere Medicum, vt iudicare possit in morbis, quid futurum sit, an scilicet morbus læthalis futurus sit, an salutaris, breuisque, an diuturnus, quod quidem assequi facilè poterit, si præsentis libri doctrinam diligenter obseruabit: ità vt in horum prædictione ferè nunquam decipiatur, atque hoc pacto ab omnibus peritus æquè, ac diligens existimabitur. In hoc libro explicando nullus quod sciam adhuc elaborauit, nimirum fortasse, quia quidquid in eo continetur ferè totum in alijs libris Hipp. sparsim reperitur. Potissimum verò in libris Prognosticorum, & in Coacis, Aphorismisque. In quorum explicatione, quæ hic minus aperta sunt, ibi dilucidare pro posse tentabimus. Quarè in gratiam præsentis operis, hæc pauca adduxisse sufficiat.

Mar.n.2 *Vers.* 15. *Quibus in febre non lethali capitis dolor, & alia signa circumstant in his bilis dominatur.*

In febre non lethali capitis dolor ab humorum præsentia ipsum infestante oriri non potest, & ideò ab acri vapore cum dependere necesse est. At nullus humor, qui febrem faciat, sola euaporatione dolorem capitis excitare potest, præter quam bilis, quæ ob tenuitatem facilè in vaporem attollitur, cuius natura acris & mordax cum sit, membranas feriendo dolorem capitis inducit, quod alijs humoribus non contingit, ob naturalem frigiditatem, seù humiditatem. Imò hi, si biliosum humorem superauerint eius vapores hebetando, dolorem fieri non permittunt. Quarè dixit Hipp. dolorem hunc non modo bilis præsentiam attestari, sed etiam dominium. Sed cur addidit Hipp. & alia signa circumstant. Quia huiusmodi dolor prouenire posset ab alia causa præter febrem, vt v.g. si in ventriculo adessent succi corrupti, quorum euaporatio capitis dolorem induceret, & febris aliundè ortum duceret, eo casu non necessariò aderit bilis prædominium, quarè aliquod aliud signum concurrere debet eorum, quæ bilis præsentiam attestantur, vt potè sitis, oris amaritudo, vigilia, aut quid simile, dixit, aut circumstant: vt indicaret hæc signa non necessario in hoc casu ità concurrere, vt permanentiam, tanquam morbi symptomata habeant; nam sine capitis dolore, bilis dominium attestarentur, sed satis esse, vt aliquando appareant, quia etiamsi eo modo sola, bilis præsentiam indicare non possint, cum capitis dolore tamen eiusdem dominij firmum euadunt argumentũ.

Mar.n.3. *Vers.* 25. *In febribus ardentibus signa bona apparentia qualia in sanis, &c.*

Dixerat paulò superius. His qui breuissimo tempore sani euadunt omnia maximà signa fiunt. Nam magis sine labore degunt, & extrà periculum, & noctu dormiunt, & alia signa secura præseferunt. Hanc materiam igitur nunc prosequendo, præfatam sententiam febris ardentis exemplo declarat, & inquit. Signa salutaria, si minora fuerint, tardiorem morbi remissionem indicant, videlicet in tertiam diem, ab eo die enumerando, quo hæc signa apparuere. Si verò hæc eadem signa crassiora erunt, hoc est prædictis paulò maiora in crastinum, crassa verò omninò eadem die, febrem ardentem remitti significant. Vtitur autem hac voce crassiora, vt maiora significet, vel quia signa hæc pro maiori parte ab excretis desumuntur, quorum crassities signi bonitatem attestatur, vt idem sit dicere signum crassum: ac si dicamus signum bonum, vel quia peculiare signum febris ardentis respexit; quod à lingua desumitur, de quo locutus est Hipp. libro de diebus iudicatorijs de signis in febre ardente, & alijs in morbis à Medico considerandis tractans, hunc in modum. Hæc igitur considerare oportet

Mar.n.2. ad iudicationes, & an bifida linguæ pars, velut saliua alba obducitur, & an in summa lingua hoc idem factum sit, verum minus. Siquidem parua hæc fuerint, ad tertium diem remissio

fit

A fit morbi, si verò aliquantò crassior sit, in crastinum. Si verò adhuc crassior, eadem die. quæ quidem sententia apertioribus verbis repetita est libro Coacarum Præn. sectio prima, vers. 359.

Vers. 27. In febribus ardentibus, si posterius septimo die morb. regius, &c. Mar.n.3.

De morbo regio febribus ardentibus superueniente loquitur Hipp. in præsenti sentētia, qui quidem pluribus modis, diuersoque euentu contingere solet, ex tempore autem, in quo superuenit, plurimum diuersitatis desumitur, quandoquidem, an antè septimum diem, an posterius contingat plurimum refert. Antè septimum diem, & salubriter, & insalubriter superuenire potest. De priori lib. Acutorum 4. vers. 280. legimus hunc in modum. In febre biliosa antè septimum diem cum rigore morbus regius accedens, soluit febrem, cuius sententiæ rationem, & ueritatem in eius explicatione defendimus. De posteriori euentu ad malum vulgatum est illud aphorismi. Quibus in febribus morbus regius fit ante septimum diem, malum, ad cuius Aphorismi veritatem duas conditiones apponendas esse, ex loco citato Acutorum adnotauimus, vt scilicet sine rigore, & absque causa procathartica inuadat. Eundem exitum ostendunt ea, quæ inferius hoc eodem libro vers. 106. referuntur, hunc in modum. In febribus ardentibus si accedat morbus regius, & singultus, quinta die, læthale est. Post septimum verò diem superueniens morbus regius varios, & diuersos exitus habere solet, quorum plurimi ab Hipp. referuntur hoc in loco, hiquè triplici genere comprehenduntur. Primum genus ad eam febrem ardentem spectat, quæ à sincerissima bile dependet: in qua morbus regius accedens rigoris prænuncius existit, quamuis (subiungit Hipp.) iste morbus non soleat exudare, aut quouis alio modo abscessum facere. Abscessus nomine in latiori significatione vtens: quatenus, & abscessus propriè dictos, & quamlibet euacuationem, siuè humorum decubitum comprehendit, cuius exitus rationem referens, ἀνάγκη, (inquit) τοῦ τέρμου ἐπιακιόντος ἐφ ἑωυτὸ τὸ ὑγρὸν ἑλκυσαντος τῶν πυρετῶν κρισιν γενέσθαι, &c. idest, necesse est calore recedente, postquam humorem attraxerit, febri contingere iudicationem, &c. Quorum verborum hic est sensus. Tunc febribus necessariò iudicationem fieri, aut per vrinam, aut alui egestiones, aut aliam euacuationem eorum, quæ proponuntur in textu: quando calore febrili ad interiora recedente, & cum eo humore ab eodem calore attracto, humorum fit congregatio in vnum, non autem quando ad exteriorem superficiem disperguntur: & sub cute concrescunt, quemadmodum in morbo regio euenit, cuius gratia morbus iste non solet exudare, &c. quemadmodum morbi alij in quibus humores interius congregantur. Cæterum (dicet aliquis) si morbus ob assignatam rationem non solet exudare, nec aliquem alium abscessum facere in alijs febribus postquam morbus regius superuenit, cur in febre ardente sola indicium est sudoris? Huius rei nullam assignauit causam Auctor in textu. Ego autem id euenire dicerē, quia in febre, quę vniuersum genus venosum occupat tanta humorū adest copia, vt excretio quę morbo regio mediāte fit per cutim, sufficere non possit, talis est febris ardēs quarè superueniēte ictero integrè iudicari nō potest, nisi aliqua alia euacuatio subsequatur, quæ sinceræ bili conueniat, hæc autem erit per sudorem euacuatio, quæ & humori peccanti, & eius motui ad cutim accommodatur. Alter modus apparitionis morbi regij in ardentibus febribus est, quando non sincera bilis sola peccat, sed cum ea pituitosus, & crassus humor, qui à copioso sputo, & cum difficultate excreto indicatur, cuius gratia per solam bilis effusionem, quæ in morbo regio fit febrem in totum iudicari est impossibile, & ideò aliquam euacuationem subsequi necesse est, earum, quæ proponuntur in textu, quod si absque ea febrem deficere contingat, prædictarum euacuationum loco, abscessus magnorum tuberculorum expectare oportet, aut abscessuum dolores vehementes, aut humorum colliquationes à calore procedentes: quæ per alui fluxum, vel per vrinæ excretionem fiant. Tertium denique, & postremum genus morbi regij superuenientis est, quando febre ardente iam declinante apparet, quo casu, aut sudorem, aut vllum alium abscessum expectare amplius, vanum est, quia febris remissio materiam morbificam exiguam esse indicat, & quę per morbi regij effusionem in totum tolli potest. Et hæc pro intelligentia præsentis sententiæ satis erunt, quandoquidem his cognitis cætera in textu proposita redduntur manifesta satis. Aliqua tamen difficultas versatur circa illa verba.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 429 sur 636

Mar. n. 4. *Vers.* 40. *Iudicationes, & remissiones eorum, quæ febrem ardentem significant, longiorem morbum faciunt, si verò fortia fuerint, mors plerumque sequitur.*

Quæ quidem hoc in loco apposita sunt occasione proximè dictorum, si nullo talium signorum fiente dimiserit febris, necesse est tales iudicationes pro illis fieri, &c. Quorum verborum hic est sensus. Quæcunque signa febris remissionem, aut solutionem non esse bonam, & legitimè factam significant, ea longiorem fore morbum ostendunt, quæ quidem signa, si magna fuerint, etiam mortem indicare poterunt, exempli gratia, si febris ardens remittatur, aut soluatur, cum signis maximæ cruditatis, aut cum aliqua euacuatione, quæ magna fuerit, non modo febris recidiuam significant, sed etiam mortem plerumque, quia signa illa magna sunt. Rationemquè habet ferè illius sententiæ, quæ libro secundo Epidemiorum sectione prima registrata est. Critica non iudicantia, partim lethalia, partim difficilis iudicij, læthalia quidem, si magna fuerint, sin parua, iudicij difficultatem portendunt. Difficultatem enim iudicij præ alijs longitudinem morbi importare aliàs demonstratum est. Quarè quæ vniuersaliter de criticis quibuscumq. dicuntur, ad sola signa transferentes, malorum signorum magnitudinem, interitum, eorum verò paruitatem morbi longitudinem significare intelligemus.

Mar. n. 5. *Vers.* 56. *Si ex dolore tenues fiant, ex occasione ratiocinari oportet, &c.*

Si vrina ex tenui crassior fiat, coctionem, & morbi solutionem significat: admonet verò hac sententia Hippocrates, hoc signum aliquando nos decipere posse, quando vrina pro ratione morbi, & humorum copia crassitudinem habente, à superueniente aliquo dolore, qui humores ad se alliciat, tenuis reddatur, indèque dolore sedato ad pristinum statum rediens crassa fiat, nam credendum est, statim mutationem illam ex tenui in crassam virtute coctionis euenire, & exindè morbi solutionem significare. Sed occasio doloris, & locus affectus, aliaque signa sunt diligenter examinanda, quæ ad coctionem, & morbi solutionem indicandam concurrunt.

Mar. n. 9. *Vers.* 99. *Et palpitationes in manibus, diuturnæ febris signum sunt, aut breuis iudicationis in deterius, & in his pleraque quæ ad mortem tendunt.*

Has palpitationes in pulsu, ni fallor, nuper obseruaui in virgine nobili, quæ febre continua, lenta tamen, & valdè miti, iam diù detinebatur, cum capitis dolore appetitus deiectione, & corporis debilitate, nec ex morbo, vt par erat, extenuabatur. Nunc verò quo tempore hæc scribo, melius habet, estque iam ferè nonus mensis, ex quo laborare cæpit. sæpius tamen febris eam inuadit, non tamen quotidiè, vt antea, nec paroxismi particularem typum seruant, corporisque impotentia, & appetitus deiectio adhuc perseuerant. In hac (inquam) patiente pulsum inueni, quem hoc in loco palpitantem ab Hipp. appellari censeo, arteria enim tangentis manum inæqualiter feriebat, in modum arundinis secundum longitudinem confractæ, quem motum, & ægrotans ipsa se percipere, etiam non admota manu asserebat. In acutis verò huiusmodi pulsus frequentius obseruatur, mortisque certum præsagium est, vt in textu adnotauit Hipp.

Mar. n. 9. *Vers.* 108. *Aut corporis robur.*

Mirum videtur, quomodo virium robur recidiuam præmonstrare possit, quod, vt quid secundum naturam, bonum, non malum præsagire debet. Veram tamen esse Hippocratis sententiam, & eius auctoritas, & ratio suadet. Robur enim virium ex morbo, non est secundum naturam, cum morbi proprium sit, vires debilitare, & ideò causam aliquam præter naturalem concurrere necesse est, hæc autem erit humorum copia, qui etiam si boni sint, nec qualitate peccent (cum cachochimia enim virium robur consistere non potest) quantitate tamen peccare poterunt, status præsentis ægroti respectu, vndè sicuti habitus athletarum periculosus est, quia & virium robore, & succorum plenitudine hominis sani statum excedunt, ità plenitudo illa conualescentis ex morbo, & virium robur illius conditionem excedens, periculosum erit, & ideò recidiua timenda est in refectione, à qua succorum copia eò vsque augeatur, vt à natura regulari non possit, eadem prorsus ratione, propter quam. Quæ relinquuntur in morbis, post iudicationem recidiuas facere consueuerunt.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 430 sur 636

Verſ. 139. Quibus dolores fiunt derepentè, hypocondrium eleuatum eſt, &c. Mar. n. 11.

A De curatione doloris hypocondrij dextri agit Hipp. in hac ſententia, hancque duobus præſidijs abſoluit, venæ ſectione ſcilicet, & purgatione. Verum quia hæc non in omni hepatis dolore conueniunt, ſed in eo tantummodo, qui fit ab humoribus, viſceris cauitates replentibus abſque inflammatione, huiuſmodi affectionem à cæteris diſtinguit per ea, quæ in textu apponuntur. Hipocondrij enim eleuatio ſurſum, quæ ad coſtas mēdoſas graues dolores facit, eiuſdem viſceris repletionem indicat, nam cum à proprijs venis ſuſpendatur, ijſdem repletis, & ex conſequenti breuioribus factis, illud ſurſum trahunt, affectio quam alibi hipocondrium reuulſum ipſemet Hipp. appellauit. Diſtinguitur autem ab inflammatione hepatis, quia in hac dolor ingens derepentè non inuadit, ſed à principio exiguus apparens vnà cum inflammatione paulatim augetur. Diſtinguiturq. ab alijs tumoribus frigidioribus, quia in his hepar non modo eleuatur in tumorem, ſed duritiem quoque præſefert tactui manifeſtam: de

B qua hic nulla fit mentio, præterquā quod grauior effectus, dolores infrà coſtas mēdoſas facit, non circà ſpurias coſtas, vt in hoc caſu euenire adnotat Hipp. Quia igitur huiuſmodi dolor à repletione vaſorum hepatis dependet, iure merito eius curatio in euacuatione conſiſtit, quæ & venæ ſectione, & purgatione perficitur, illa quidem ſi plethora vigeat, hæc verò ſi cachochimia, non enim vtrumque remedium ſimul adminiſtrandum eſſe intendit Hipp. ſed alterum tantum, quod magis congruum videatur. Rarò enim vtroque præſidio vtebatur. Rationem verò ſubinde adducit, propter quam dolor ab his ſedetur, dum inquit. Non enim corripit febris vehemens locis impotentibus, quaſi dicat. Quia huiuſmodi dolor vehemens eſt, parſque affecta nobilis, non poteſt diutius in eo ſtatu perſeuerare, vndè neceſſe eſt, niſi ſuperante natura dolor ſpontè euaneſcat, inflammationem excitari, quæ febrem vehementem

C inducat materia morbifica à cauitatibus ad ſubſtantiam viſceris transfuſa, quæ ægrotantem in vitæ diſcrimen perducat, verum hæc à prædictis euacuationibus prohibentur, quia per eas pars affecta euacuata debilitatur, vndè ſubſidet, nec expulſionem dictam à cauitatibus ad ſubſtantiam facere poteſt, quam febris vehemens ſubſequatur. Cum igitur per has euacuationes inflammatio, & febris vehemens impediatur, neceſſe eſt dolorem indè ſedari.

Verſ. 143. Si à pituita, &c.

Vide expoſitionem, 3. Coac. præn. verſ. 62.

Verſ. 149. Et ſi voluulus accedat, vinum frigidum meracum paulatim bibendum dato, Mar. n. 11.
donec ſomnus, aut crurum dolor accedat.

Præſentem curationem non omnibus voluulis cōuenire certum eſt, ſed illi tantūmodò, qui diuturno alui profluuio vnà cum tuſſi ſedato ſuccedit, idque copula & manifeſtū facit, quæ à principio appoſita eſt, nec rationi aliena eſt hæc curatio. Nam cum diuturnū alui profluuium

D cum tuſſi ortū ducat à materia pituitoſa à capite ad ventriculū, & inteſtina prolabente, cuius portio exigua in aſperam arteriam dilabatur, vndè tuſſis excitatur, his ſedatis voluulum fieri, eſt rationabile. Fit enim quando fluore alui ceſſato, materia pituitoſa in inteſtinis retinetur, quę inteſtinis adhęrens, naturam ſtimulando, inanes ad egerendum conatus faciat, cum nihil præter flatus excernatur, qui ſi tandem retineatur ob fæces intus conglobatas, tunc voluuloſam affectionē faciunt. Quia igitur materia morbifica frigida eſt, & à flatibus conglobata vinum meracum eam calefacere, & diffundere maximè poteſt, quemadmodum, & febris ſuperueniens, verum nè vinum meracum copioſum, calefaciendo nimis ægrotantem lædat, illud actu frigidum præbet, quod etiam aluum à diuturno alui profluuio languentem confirmare non mediocriter poteſt. At frigidum confeſtim, & in multa copia exhibitum læſionem aliquam ventriculo inducere potuiſſet; ideò admonet, vt paulatim bibatur, quòuſque, aut

E ſomnus accedat, aut crurum dolor ſuperueniat, per ſomnum enim materia concoquetur, & ſic morbus ſedabitur, ſin minus à vini potu humor attenuatus ad partes inferiores abſcedet, cuius inditium erit crurum dolor, ex hoc autem contextu colligimus, pituitam craſſam, & viſcidam in inteſtinis, & circa naturales partes conſiſtentem à medicamentis attenuatam facile ad crura, & ad articulos impelli, quod etiam experimento cognouit Hipp. illius, cui inteſtinum in dextra parte dolebat, & arthritide correptus quietior erat, poſtquam verò hic curatus fuit, magis dolebat, libro 6. Epidemiorum ſect. 4. verſ. 7. Vndè mirum non eſt, ſi ſæpè

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 431 sur 636

eueniat eos, qui ob suspicionem Gallicæ luis, quam bubones duri, & suppurationi renitentes induxerint, ex guayaci decocto dolores articulares incurrere, qui non morbi symptomata, sed vini potati effectus existunt. Quia nõ semper huiusmodi bubones, Gallici morbi sunt symptomata, sed crudorum humorũ soboles, qui circà naturales partes consistunt, hique à ligni decocto attenuati ad crura, & articulos conuertuntur, quemadmodum ex vini potu euenire in hoc casu testatur Hipp. Proposita igitur curatio rationabilis est. Quamuis circà spontinas solutiones non leuis appareat difficultas. Nam libro 3. de Morb. vers. 185. vbi voluuli curatio ex professo tractatur in fine hæc leguntur. Quod si voluulo amoto febris ipsum corripiat, desperatus est. Fortassis enim inferna aluus soluta ipsum occiderit, quæ tamen verba si diligenter attendantur, apparentem contradictionem nullam esse aperte demonstrant. Nam aliud est, voluulo amoto, aluoque inferna probè egerente, hæc superuenire, aliud in ipso morbo. Voluulo enim sedato, hæc superuenientia, effectus sunt inflammationis intestinorum, cum imbecillitate, quæ casum desperatum faciunt, quæ si antè accedant, pituitosum humorem potissimam morbi causam concoquere, & dissipare, ad infernamque aluum detrudere possunt. Præterea diuersus est voluulus, de quo hic agitur ab eo, de quo loco iam allegato, in quo stercus siccum, & combustum, inflammando intestina, exitus omnes impediebat, vndè & febris, & litis, & dolor vehemens, & anxietas magna comitabantur, quorum nullum tollere, nec febris superueniens, nec alui fluor potest. In hoc verò, quia materia frigida, & pituitosa, feces lentore, & visciditate retinendo, voluulum facit; febris accedens eam dissipare; dysenteriaque ad infernam aluum deducere potest, & exitum liberum excrementis restituere, & sic sedatur morbus. Sententia hæc libro secundo Epidem. sect. 6. repetita, ex hoc loco corrigi, & interpretari poterit, quæ etiam voluulorum præfatam distinctionem confirmat, dum inquit in voluulo molli, ad differentiam sicci, de quo libro citato de Morbis.

Mar. n. 51.

Vers. 158. Si à febre detentum conuulsio corripuit febris eadem die, aut postridie, aut tertia die sedatur.

Mar. n. 11.

Adnotat in hac sententia Hipp. quod ratò in adultis, frequenter in pueris obseruatur, vt febre in vigore existente superueniant conuulsiones, & indè febris soluatur, idquè euenit, quotiescunque materia febris ab internis partibus ad exteriores expellitur, in tenuesque vapores conuersa per cutis porositates excernitur foras, in qua quidem excretione, & agitatione ijdem vapores principium neruorum petentes, sui acrimonia facultatem irritant ad expulsionem, vndè motus contractionis, & extensionis oritur, in quo essentia conuulsionis consistit, & quia pueri neruosum genus imbecille habent, cuius gratia facilè conuulsionibus tentantur, ideò frequentius huiusmodi solutio in illis obseruatur, quam in adultis, quæ tamen non fit subito, quemadmodum vbi sensibiliter euacuatur, sed temporis interuallo, quòusque tota materia consumpta sit in vapores. Præceptor autem obseruauit, & eadem die, & secunda, aut tertia ad summum, febris solutionem adueniſſe. Nec alicui nouum videri debet à superueniente conuulsione febrem tolli, quandoquidem non hoc in loco tantummodo id affirmatur, sed etiam libro Coacarum Præn ot. vers. 165. vbi hæc leguntur. Quibus in febribus venæ in temporibus pulsant, & facies sana est, & hypocondrium non molle, diuturnum morbum significat, & non desinentem citrà multi sanguinis è naribus fluxum, aut singultum, aut conuulsionem, aut coxendicum dolorem. Hanc autem veram esse huius sententiæ expositionem, & sensum legitimum, modus loquendi Auctoris indicat. Nam dum inquit, detento, id euenire significat, quando morbus in summo vigore existit, & quia vtitur ea voce, corripuit, non autem superuenit, excludi eas conuulsiones intelligimus, quæ symptomatis loco febribus superueniunt. In Coacis vers. 222. vbi eadem sententia legitur in fine hæc sunt addita. Si verò tempus, in quo incepit transgrediatur, & non desinat, malum.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 432 sur 636

A

De diebus Iudicatorijs.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

In hoc libello de iudicatorijs diebus inſcripto pauca continentur, quæ in alijs Hipp. libris non reperiantur, quorum ſiquid difficultatem in ſe habere, viſum eſt, in proprijs locis eorum explicationem adnotauimus. Quapropter in hoc libello explicando nobis immorandum non eſt, quemadmodum, neque aliquis eorum qui Hipp. dilucidando ſtudia applicarunt, id præſtare tentauit. Quia verò libri titulus eſt de diebus iudicatorijs, de quibus in eò pauca admodum tractantur, indè ſuſpicari licet, non integrum eſſe, quod nobis relictum eſt, &

B multa deſiderari, quæ ad dierum criticorum naturam explicandam Auctor nobis donauerat.

Verſ. 15. Poſtea verò ſi partes circa faciem gracileſcant, & venæ in manibus, & in oculorum angulis, & ſupercilijs quietem habeant, cum prius non, &c. Mar. n. 2.

Signa hoc in loco ab Hipp. recenſita, quæ ſalutem præſagire ait; quamuis videantur omnibus morbis conuenire, propter illa verba, quæ ſubiunxit: & alij morbi eodem modo, non tamen omnia omnibus morbis adaptantur. Nam exempli gratia. Signum hoc ex faciei gracilitate deſumptum in aliquo morbo, non modo non erit ſalutis inditium: imò malum ſignum, cum extenuationis corporis inditium eſſe poſſit, de qua ſect. 2. Aphoriſm. legimus. Febricitantium non omninò leuiter, permanere, & nihil minui corpus, aut etiam magis, quam pro ratione extenuari, malum eſt, illud enim morbi longitudinem, hoc verò debilitatem ſignificat. Quarè hoc ſignum ſalutis prænuntium erit in febre ardente, & in illis morbis, in quibus

C ob ſummum incendium facies turgida apparet, & arteriæ circà eam vehementer pulſant, quia ſi poſt hæc facies gracilis fiat, & arteriarum pulſus quieſcat, extinctionis feruoris id ſignum erit: vndè febris remiſſio expectanda eſt, & eò magis, ſi alia ſigna concurrant, quæ caloris febrilis extinctionem oſtendant, qualis eſt vox gracilior, & humidior reddita, & reſpiratio rarior, & tenuior, ſiuè facilior, vt habetur in coacis, vbi eadem ſententia regiſtrata eſt, ſect. 1. verſ. 324.

Verſ. 62. Febris ardens prædictis non ſimiliter ſit, vrit enim ſemel, vt neceſſe ſit febricitare. Mar. n. 3.

Febrem ardentem à præfatis morbis differre, adnotat Auctor, quia in illis febris à principio mitis paulatim augetur vſque ad vigorem. In cauſone autem febris ſtatim à principio vrit, & ſemel inuadens ad finem vſquè perſeuerat, quia continens eſt, & acuta, hoc enim

D ſignificare voluit Hipp. dum dixit, vrit enim ſemel, vt neceſſe ſit febricitare, ex quibus colligere licet, febrem ardentem, quam cauſon Græci vocant, à reliquis febribus differre, ità vt febris ſit potius accidens cauſonis, quàm cauſon febris.

Ad Librum Aphoriſmorum.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Inter omnes libros, qui Hipp. nomine inſcribuntur, præſens opus Aphoriſmorum omnium conſenſu principatum tenet. In eo enim præclariores ſententiæ comprehenduntur, quæ per vniuerſam Aſclepiadum doctrinam diſſeminatæ eam illuſtrant, & exornant, in vnum

E redactæ, hoc opus numquam ſatis admirandum conſtituunt. Verum etiamſi hæc ſit ſummi Hipp. doctrina, eius tamen induſtria in hoc cõpendium redactam fuiſſe, affirmare non audeo, cum tanti auctoris grauitati conuenire non videatur, ſelectiores ſententias hinc indè colligere, quæ (ſi totum opus reſpicias) nec methodum, nec doctrinæ perfectionem continent. Certum eſt enim, de omni ferè medica materia in hoc libro tractari, ſed nihil perfectè, ac continuata ſerie abſolui. Præterquam quod manifeſtè apparet, quamplures ſententias ex alijs Hipp. libris in præſens opus tranſlatas longè perfectiores in proprio fonte reperiri, quam hoc in libro, non paucaſque eſſe, quæ aphoriſticè deſcriptæ, mendacio non carent, quæ iuxtà proprij loci deſcriptionem, indubitatam veritatem continent. Qui enim eas collegit, vt breuem ſententiam redderet, in multis veram Auctoris mentem minimè aſſecutus, voculas quaſdam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 433 sur 636

adimi posse ratus, orationem defectuosam, falsamque sententiam reddidit, ex quo factum est, vt omnium Aphorismorum lectionem tueri, sit impossibile, vndè Galenus etiam aliquos tamquam spurios reijcere coactus est. Nosque in multis, lectionē proprij loci, aphorismorum lectioni præferendam existimamus. Hoc tamen non obstante, præsens opus plurimi faciendum est, illud pro certo habentes, quæ in eo continentur omnia ex lib. Hipp. desumpta esse (indè enim Hipp. nominis inscriptionem obtinuit) quorum pars plurima, cum vetustate perierit, eorum doctrina nos penitus priuari, hoc aphorismorum opus non permittit. In huius autem libri expositione quot elaboraverint, non noui, illud quidem affirmare audeo, nullum esse in re litteraria opus, quod plures habuerit expositores, quam liber aphorismorum. Nam cum doctrinam contineat electissimam, omnium animos allicit. Quia verò breui oratione multa comprehendit, plurimis difficultatibus inuoluitur, propter quas nunquam satis perfectè explicatur, & ideò etiamsi quamplurimi eum sufficienter explicasse profiteantur, posterioribus tamen aliquid supereſt, circà quod propria ingenia, & labores impendere possint. Quapropter ex tanta operariorum copia nobis quoque messis huius portio relicta est, remanebitq. absquè dubio alijs, qui post nos huic agro insudare voluerint.

Sectio I.

Aphor. 6. Vers. Ad summos morbos summæ exactè curationis optimæ sunt.

Etiamsi (vt in præcedenti aphorismo adnotatum est ab Hipp). victus tenuis, & exquisitus magis periculosus sit, eo, qui paulò plenior est; non tamen in morbis extremè acutis securitatis gratia ad paulò pleniorem accedendum est. Quia vt subiungit modo, summis, & acutissimis morbis curationes exactè in summo conueniunt. Vndè & victus ratio, quæ est pars curationum, imò potissima, & tenuissima, & exactissima in ijs seruanda est. Verum si talis victus periculosus est, quomodo optimus? Qua ratione in acutissimis morbis procedendum? Respondeo huiusmodi victum periculosum esse propter errata, quæ in eo victu difficilius feruntur, vt adnotauit Hipp. optimum verò, si nullus error comittatur, & ideò Medicus dum huiusmodi victum præscribit, summa vigilantia procurandum est, vt nullus error comittatur, non in victu tantum, sed etiam in omni alia re. Ex quibus patet, præcedentis aphorismi expositionem, quam Manardus Ferrarienſis excogitauit, cæteris omnibus præstare. Dum inquit, Hipp. eo aphorismo victum tenuem, & exquisitum paulò pleniori magis periculosum censuisse propter errata, quæ comittuntur, quæ maiora sunt in hoc victu, quam in pleniori, vt superius explicatum est, & ideò nos tacitè admonere, vt summo studio quælibet errata caueantur, dum huiusmodi victu nobis vtendum est.

Aphor. 11. In paroxismis subtrahere oportet. Apponere enim noxium est, & quibus per circuitus paroxismi fiunt, in ipsis paroxismis subtrahendum est.

Præsentis aphorismi expositores circa verborum interpretationem dupliciter errare mihi videntur. Primò in expositione vocis paroxismos. Secundò in illis verbis ὑποτελλεσθαι, inquam, & προδιδεναι· ex quo euenit, vt āuctoris mentem assequi, & difficultates, quæ ex communi interpretatione resultāt deuitare non potuerint, & nè in eorum dictis examinādis tempus conteram, ad propriæ sententiæ explicationem me conuertam. Hæc vox παροξυσμος, proprie exacerbationem, & irritationem significat, à verbo παροξυνεσθαι, quod ad morbos ipsos transferentes, eos exacerbari dicimus, quando grauiores fiunt, & deteriorem accipiunt conditionem, in quam significationem receptum fuisse legimus ab Hipp. lib. 4. Epid. vers. 403. dum inquit ἡ τὰ διὰ σφῶν αὐτῶν παροξυνοντο, ideſt quædam per se ipsa exacerbantur, & lib. Coac. Præn. vers. 132. τὰ παροξυναμενα inquit πασμώδεα τροπὸν κατοχα, quæ conuulsorio modo exacerbantur, sunt catocha. Quoniam verò morbos dupliciter exacerbari, & vehementiores fieri contingit, vel quando ad vigorem tendentes augentur, aut quouis modo ingrauescunt, vel quando certis quibusdam periodis exacerbationes habent, & remissiones, vndè morborum aliqui singulo die exacerbantur, alij alternis diebus, non nulli longioribus interuallis, eodemq. ordine procedentes ad finem perueniunt. Ideò Hipp. hunc duplicem exacerbationis modum respiciens, in hoc aphorismo docet, subtrahendum esse alimentum, non solum quando morbus priori modo exacerbatur, quod ad tempus vniuersale morbi spectare videtur, sed etiam in secundo modo, quando scilicet per certas periodos exacerbationes habet, &

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 434 sur 636

©BIUM

A bet, & particulare tempus morbi respicit. Prioremq. exacerbationis modum attendens in prima Aphorismi parte ait, in paroxismis subtrahere oportet, alterum verò respiciens in posteriori parte subiungit, & quibus per circuitus paroxismi fiunt, in ipsis paroxismis subtrahere oportet. Alter in verborum translatione error est, quia verba illa ὑποστελλομαί, & προστιθεναί à cibo abstinere, & cibum dare interpretantur, hæc enim interpretatio, præterquam quod verborum significationi minus congrua est, Hipp. sententiæ nullo modo accommodatur; quia si paroxismi nomen in priori significatione attendimus, quia vniuersalis morbi exacerbatio, per plures dies sæpè perseueret; absquè alimento ægrum detinere toto paroxismi tempore, virtus non permittit, & ideò de hac re peculiariter tractans superius Aphorismo octauo dixit. Dum morbus in suo vigore consistit, tunc victu tenuissimo vtendum est, non alimentum dare penitus prohibuit. Si verò particulares, & periodicas exacerbationes attendamus, prædicta B interpretatione recepta, hæc sententia penitus eadem erit cum Aphorismo 19. qui legit; his qui in circuitibus exacerbantur nihil dare oportet, nequè cogere, &c. quarè nè auctori repetitionis notam inferamus, alio modò prædicta verba veniunt interpretanda: quæ quidem iuxtà propriam significationem recepta sententiam constituit in hunc modum. In paroxismis subtrahere oportet, nam addere noxium est, &c., quam interpretationem secutus est Germanus interpres, sensusquè erit, in exacerbationibus quibuscunquè alimentum semper esse subtrahendum, siuè hæc sit vniuersalis morbi exacerbatio, siuè particularis, & periodica. Nam hoc nomine subtractionis comprehenditur, & alimenti diminutio, quæ vniuersali exacerbationi conuenit, & omnimoda abstinentia, quæ periodicæ exacerbationi debetur. Atquè hoc modo hic Aphorismus vniuersalem sententiam continebit, quæ illas duas omninò comprehendit, videlicet, vbi morbus in suo vigore consistit, tunc tenuissimo victu vtendum est, & alteram, quibus per circuitus paroxismi fiunt, nihil dare, nequè cogere. Cur verò hæc subtractio C in paroxismis facienda sit, causam assignat. Nam addere noxium est, ratio quidem, quæ primo aspectu ridicula apparet; cum certum sit, quæcunquè prohibentur, eadem noxia haberi, verum diligenter considerata aptissima, & ingeniosissima agnoscitur. Circà alimenti enim exhibitionem in morbis triplici modo procedi potest, vel detrahendo aliquid consueti alimenti, vel apponendo quid amplius, vel in eadem diæta persistendo, cum igitur Hipp. ab experientia hanc sententiam probare intenderet, effectus euidentiores in medium adducere oportebat, & quia morbo ingrauescente in eadem diæta persistere, etiamsi aliquid mali adducat, id tamen non est adeò euidens, quemadmodum illud, quod ex alimenti appositione, & auctione resultat, ideò Hipp. euidentiores effectus attendens inquit, quia in exacerbationibus apponere, noxium esse apparet, ideò in his subtrahendum est. Quasi dicat cum videamus morbo leuiter procedente, ex alimenti appositione damnum admodum euidens non succedere, quem- D admodum vbi morbus exacerbatus fuerit, signum est, in exacerbationibus alimentum plus lædere, quam in reliquo tempore, ità, vt diuersa diæta instituenda sit. Quarè si extrà exacerbationem in consueto alimento persistimus, in exacerbationibus aliquid detrahendum esse apparet, ità vt vel tenuior victus præscribatur, si paroxismi prorogatio omnimodam inediam non permittat, vel ab omni alimento prohibeatur æger, si fieri potest, quòusquè paroxismus cessauerit.

Aphor. 12. Accessiones verò, & constitutiones morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum inuicem collata incrementa, &c.

Hic Aphorismus absquè dubio desumptus est ex libro 2. Epidem. sect. 1. vers. 24. ibi, circà principia morborum considerandum, an statim floreant, clarum autem hoc sit ex incremento, E & cætera quæ sequuntur, quæ vnusquisquè legere poterit in proprio fonte, nam satis aptè inuicem se ipsa exponunt.

Aphor. 13. Senes facillimè ieiunium ferunt, deinde ætate consistentes, minimè adolescentes, omnium verò minimè pueri, & inter hos ipsos, qui alacriores fuerint.

Præsens, & huic succedens aphorismus de diæta sanorum tractant, quatenus ad constituendam eam ægrotantibus, hæc conducit, in qua præscribenda duo potissimum sunt attendenda, morbus, qui per se alimentum prohibet, & virtus, quæ illud indicat: de quibus actum est in præcedentibus, nihilominus, quia alia multa adsunt coindicantia, quæ ad idem non parũ conferunt, de his etiam agendum erat: quod facit in hoc, & duobus subsequentibus aphorismis,

in ijsquè

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 435 sur 636

in ijsquè docet, quomodò ex ætatum diuersitate, & anni temporum vicissitudine, diæta constituenda sit, vt horum exemplo, cæterorum pariter ratio habeatur. Hæc autem sunt, regio, consuetudo, & vitæ genius, & alia, de quibus inferius mentionem facit, quæ tantum conferunt ad victus rationem rite præscribendam, quantum hæc in ægrotantibus quam maximè conseruanda sunt, quamuis aliqua adsit exceptio in rebus non naturalibus circà qualitates alimentorum, de qua re inferius tractabitur in expositione aphorismi decimisexti. Cum igitur in hoc aphorismo doceat, senes facillimè ieiunium ferre, minimè verò pueros, tacitè admonemur, senibus dum ægrotant, non adeò periculosam esse inediam longiori tempore seruare, quemadmodum cæteris ætatibus, & maximè pueris, quos frequentius nutrire cogimur ob rationem in subsequenti aphorismo ab Hipp. allatam. Indèquè apparet, quam temerè se gerant illi, qui senes, parum, & sæpè nutriri consulunt, ea ratione commoti, quia calor exiguus eorum à cibi multitudine superatur, exemplo decepti parui ignis, qui à lignorum multitudine extinguitur, quia cibi non hebetant calorem ventriculi, sed augent potius, vt Hipp. testatur lib. de Hum. vers. 114.

Aphor. 15. *Ventres hyeme, & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi: quapropter in his temporibus alimenta plura exhibenda sunt.*

Eadem illatio facienda est in hoc aphorismo, quam indicauimus in præcedenti, nempè, quia ventres hyemè, & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi, vndè sanis alimenta plura his temporibus sunt exhibenda, ideò in curatione morborum plus dandum esse hyeme, & vere, quam alijs temporibus, cuius quidem ratio duplex affertur, tùm quia calor innatus illis temporibus abundans alimentum copiosius absumit, tùm quia (quod infrà subiungitur aphor. 18.) corpus illud tolerat facilius in hyeme, & vere, quàm æstate, & autumno. Aphorismi tandem veritatem probat ab experientia, dum inquit, signum sunt ætates, & athletæ. Nam sicuti in prædictis ætatibus, corporibus exercitatis, in quibus abundat calor, copiosius alimentum sumitur, ità etiam per illa tempora, in quibus calor maximè viget, plus alimenti consumi censendum est, & hæc sunt, quæ ad aphorismi intelligentiam spectant. Ex postrema verò parte difficultas emergit, quia si anni tempora proportione, & analogia quadam respondent ætatibus, vndè ætates puerit;æ, & iuuentutis eodem modo sese habent circà alimenta, sicuti hyemale vernumquè tempus, quatenus vtraquè combinatio pleniorem victum exposcit, eadem ratione, quæ prædictis opponuntur, eadem proportione sese habere debent, ità vt senectutis ætas æstati respondeat, vel autumno, quo posito sequitur, sicuti senes (vt determinatum est superius) facillimè ieiunium ferunt, ità etiam ciborum abstinentia facilius tolerabitur in æstate, quàm hyeme, cuius contrarium obseruatur, corpora enim æstate ob inediam statim exoluuntur. Vndè Hipp. lib. 3. de Diæta, victus rationem anni temporum conuenientem præscribens, in hyeme semel tantum cibum assumi iubet, bis verò in æstate. Huic igitur difficultati sic respondeo, anni tempora, & ætates in quibusdam proportionem habent adinuicem, non tamen in omnibus conueniunt, & ideò ætates, & anni tempora eodem modo se habent circà alimenti quantitatem, vt indicatum est suprà, non tamen indè sequitur eodem modo conuenire simul in assumendi modo. Nam Hipp. quando dixit: signum sunt ætates, loquebatur de quantitate alimenti, quæ simpliciter accepta debet esse maior in hyeme, & vere, & in pueritia, & adolescentia. Facilè autem, aut difficulter ieiunium ferre, de quo in præsenti agitur, ad suscipiendi modum potius spectat, quam ad quantitatem alimenti, qui enim difficilè ieiunium frequentius cibandi sunt, non tamen copia maior simpliciter est exhibenda, è contrà verò, qui facilè illud ferunt, rarius sunt cibandi, etiam si copia minor non exhibeatur.

Aphor. 16. *Victus humidi febricitantibus omnibus conferunt, maximè verò pueris, & alijs ità alr affuetis.*

Victus humidus, quem nos liquidum dicimus, in omnibus febribus probatur, tùm quia per hunc humidi consumptio, quæ maior fit in febre, facilius prohibetur, & quod consumptum est, reparatur exactius, quam per siccum, & solidum, tùm etiam quia liquidum alimentum citius, & facilius conficitur, quam solidum, quod quidem longa oratione demonstrauit Hipp. lib. de Vet. Med. vers. 76. cuius gratia inuentas fuisse sorbitiones, concludit tandem, non pro febrientibus modo, sed etiam pro alijs, quos solidiores cibos

confi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 436 sur 636

A conficere haud posse, obseruatum est. Hancq. sententiam videtur breuibus confirmasse lib. de Alimento, vbi hæc habet; quicunque celeri appositione indigent, ijs humidum ad reficiendas vires, optimum remedium est: humidum enim alimentum (vt paulò suprà dixerat) facilius transmutatur, quam siccum, quia ergò dum febris tenet, naturalis calor plurimum laborat: ideò sorbitionibus, & potibus ægrotantes nutrire expedit, solidiori cibo dimisso; iuxta præceptum lib. de Locis in hom. registratum: febrienti cibum nè offeras, febrientem enim intelligit eum, qui actu febricitat, nam intermissionis tempore, quod in febribus intermittentibus interuallum dicitur, solidiores cibi conceduntur, libro enim de Affect. v. 177. de tertianæ febris curatione tractans loquitur in hunc modum: & in apprehensione quidem sorbitione, & potu nutrito, intermedio verò tempore cibis per aluum secedentibus. His igitur rationibus victus humidus, siuè liquidus febricitantibus omnibus conuenit: maximè verò pueris, & ijs, qui tali victu vti consueuerunt. Pueris quidem, quia in ea ætate humidum substantificum copiosum esse expedit, cuius ratione pueros minimè exiccandos admonebat Galenus, eò quod humido, augumenti gratia egent: Illi verò, qui humido victu vti consueuerunt, maiori egent humectatione, dum febricitant, quam dum sanitate fruuntur, quia febris humidum absumit, & depascitur. Ex ijs ergò patet, quæ de ætate, & consuetudine hoc in loco referuntur, ad anni tempora, & regiones malè extendi, si de qualitate alimentorum loquamur, non de quantitate, nam hæc ab illis differunt plurimum, ætas enim, & consuetudo inter res naturales adnumerantur, quæ conseruantur similibus, anni verò tempora, & regio res sunt non naturales, quibus opponendum contrarijs. Nam si quis exempl. gr. pituitoso temperamento præditus hyeme, & in humida regione febricitet, tantum abest, vt huic maximè humidus victus conueniat; vt contrarium potius indicetur: quando anni temporis, & regionis humiditas medicamenti vices gerens, cæterorum humectantium necessitatem minuit. Cum ergò victum humidum actu talem intelligamus, in promptu adest solutio dubitationis, quam mouent communiter expositores, cur scilicet dum victum humidum probauit febrientibus, simul, & frigidum non dixerit. Non enim ità vniuersaliter vera est hæc propositio: victus frigidus febricitantibus conuenit, quemadmodum ea, quæ humidum probat, quia etiamsi quandoquè febrientibus sorbitiones actu frigidæ exhibeantur, pro maiori tamen parte actu calidæ vsurpantur, imò in inflammationibus internis etiam potum frigidum dari vetat, quod in passiuis qualitatibus non contingit: eò quia humidum, siuè liquidum alimentum ità conuenit febrientibus, vt siccus nunquam vsurpetur, imò dum hydropi adiuncta febris est, nedum siccus victus conuenit, & ideò Hipp. lib. de Inter. Affect. sect. 2. vers. 44. de hydropis curatione tractans siccum victum præscribit; cum conditione tamen, nisi adsit febris, inferens, propter febrem diætam exiccantem suspectam esse, quæ si attenderent nostri, non ità facilè in gratiam ægrotantium, & carnes, & auiculas igni assatas in febre concederent, Hipp. verò calidum, frigidum, humidum, & siccum simpliciter prolatum intelligere id, quod est actu tale, vnicuiquè in eius doctrina etiam mediocriter versato indubitatum est, quando quæ talia sunt facultate calida, aut frigida, &c. ad potentiam appellare solet.

B

C

D

Mar. n. 39.

Mar. n. 18.

Mar. n. 28.

Aphor. 19. His, qui per circuitus exacerbationes habent, nihil dare, neque cogere, sed auferre de appositis antè iudicationem.

Hic aphorismus plurimum conuenit cum vndecimo, in quo ità legitur: in paroxismis alimentum subtrahere oportet, nam addere noxium est, & quibus per circuitus paroxismi fiunt, in paroxismis subtrahere oportet. In vtroquè enim norma continetur, dandi victum ægrotantibus, habito paroxismorum respectu: hac voce paroxismus in latiori vtens significatione, quatenus quamlibet morborum exacerbationem significat, quæ cum multiplex sit, ad duo tamen genera omnis exacerbatio reduci potest, quædam enim per certas periodos procedunt, talesq. sunt febrium communes exacerbationes, quarum aliæ quotidie, aliæ alternis diebus, aliæ quarto quoquè die contingunt, aliæ etiam longiori interuallo, quædam verò exacerbationes absquè periodo contingunt, & hæ rursus sunt duplicis generis, nam aliquando morbus, symptomatum superuentu ingraueſcit, aliquando propter imminentem crisim. In hoc verò conueniunt omnes, quia in illis alimenti subtractio semper facienda est, idq. significauit in priori aphorismo, dum simpliciter inquit, in exacerbationibus subtrahere oportet, nam addere noxium est, in cuius verborum translatione notandus est communis fe-

E

rè ex-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 437 sur 636

©BIUM

rè expositorum error, qui à vocum proprietate de industria recedentes verba ὑποστέλλεσθε, & προσθιθέναι vertunt à cibo abstinere, & cibum dare, cum tamen (vt Cornar. vertit) subtrahere & apponere significent, quæ translationis diuersitas quantum veræ expositioni referat, vnusquisquè videt. Cur verò in omnibus exacerbationibus alimentum subtrahere expediat, ratio est manifestissima, quia natura à violentia exacerbationis irritata, vexataq. à superueniente alimento, ità obruitur, vt facilius in exacerbatione superetur à morbo, & quia alimenti subtractio varia, & multiplex esse potest, qualis esse debeat, docet in hoc aphorismo, indicans, qua distinctione subtractio alimenti in prædictis exacerbationibus facienda sit, cuius doctrinæ summa est hæc, in paroxismis periodicis detractionem talem debere esse, vt in totum à cibo abstineamus, quod apertè significauit, dum inquit: Nihil dare, nequè cogere. In alijs verò exacerbationibus, & in ijs maximè, quæ crises præcedunt, non in totum abstinendum à cibo, sed partem tantummodo soliti alimenti detrahendam esse, quod sonant verba: sed auferre de appositis antè iudicationem, cuius diuersitatis hanc rationem esse existimo, quia in exacerbationibus, siuè symptomaticis, siuè criticis, maxima fit dimicatio morbi, & naturæ: quæ quidem, quia diutius perdurat, tanto tempore ægrotantem absquè alimento penitus detineri non potest, idquè longè minus in paroxismo critico, quem sensibilis euacuatio prout plurimum consequitur, quarè si per totum tempus illud sine alimento detineretur, æger subsequenti euacuationi resistere minimè posset; ideò refectione aliqua interim eget, verùm nè à copioso alimento ab opere natura diuerteretur, minus esse debet, quod in paroxismo exhibetur, quam quod per reliquum morbi tempus exhiberi consueuerat. In paroxismis verò periodicis abstinendum est omninò; quia eo transacto succedit quies, in qua æger refici potest, nec euacuatio succedit, quæ ab alimento impediri possit. Nam etsi aliquando in fine accessionis aliqua fit euacuatio, hæc admodum exigua est criticæ respectu. Cur autem in exacerbationibus symptomaticis cibus detrahendus sit, non autem omninò, ratio ex dictis colligi potest, nam plerunquè hæ per plures dies perseuerant, vt æger sinè cibo minimè perdurare possit, vndè aliqua refectione eget, minus tamen consueta, nè (vt dicebam) natura ab exacerbatione vexata, à copioso alimento obrueretur. De hac autem subtractione in gratiam exacerbationum, quæ à superuenientibus symptomatibus contingunt, non videtur specialiter agere in præsenti aphorismo, ijs fortè contentus, quæ vniuersaliter statuerat in aphorismo vndecimo, de omni exacerbatione, nisi quis dixerit, eas respexisse, dum inquit, nequè cogere, ità vt hæc cum subsequentibus coniungantur, attentis ijs, quæ obseruantur quotidie ab idiotis fieri, qui vbi vident, ægrotantem à superueniente aliqua exacerbatione vexari, statim ad alimenta, eaq. fortiora confugiunt, & quia æger quidquam accipere ob laborem præsentem renuit, illi vim inferunt, vt inuitus accipere cogatur.

Aphor. 20. Quæ iudicantur, & quæ iudicata sunt integrè, nequè mouere oportet, nequè nouare, nequè medicamentis, nequè alijs irritamentis, sed sinere.

In hoc aphorismo nihil mihi dicendum occurrit, postquam admonuero hoc verbum, mouere (vt inferius patebit in expositione vigesimisecundi aphorismi præsentis particulæ) non significare quamlibet motionem, siuè alterationem à Medico adhiberi solitam circà ægrotantem, sed eam tantummodo commotionem, quæ fit per ea, quæ ore assumpta aluum purgant, & quouis modo mouent. Nam frustrà addidisset Hipp. nequè nouare, nequè medicamentis, nequè alijs irritamentis.

Aphor. 21. Quæ ducere oportet, quò maximè repunt, eò ducere oportet, per conuenientes regiones.

Quæ ducere oportet summa cum ratione addidit Hipp. quia non semper medicus humorum inclinationem, & motum obsecundare euacuando debet, sed tunc solum, quando purgationis adest necessitas. Hic aphorismus vnà cum alijs multis præsentis sectionis desumptus est ex lib. de Humor.

Aphor. 22. Concocta medicari, & mouere, non cruda, nequè in principijs, nisi turgeat, plurimum non turget.

Nulla est in doctrina Hipp. sententia, quæ manifestis verbis exarata maiores attulerit difficultates, quã præsens aphorismus, ex cuius aliena interpretatione, tot & tam variæ medicorum opiniones circà purgationem emanarunt, vt nihil certi de ea determinari possit, cæterum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 438 sur 636

A rum omiſſis aliorum interpretationibus, veram, Hippocraticæq. doctrinæ conſentientem inuenire procurem⁹. Inquit igitur, concocta medicari, & mouere, non cruda, nequè in principijs, niſi turgeat, plurimum verò non turget, ſententia ijſdem verbis lib. de humoribus deſcripta, vt ſubterfugiũ tollatur ijs, qui ab eius difficultate deterriti, eam ab Hipp. doctrina reijcere conati ſunt. Hisq. docemur, concoctos humores medicamento purgante, aut quouis alio educendos eſſe, crudos verò nequaquam, nequè à principio morbi, niſi adſit turgentia; quod rarò contingit. Pro exacta igitur Hippocratici præcepti intelligentia nonnulla ſunt præponenda, & primò Hipp. tribus concoctionem, & cruditatem tribuere conſueuiſſe Morbo ſcilicet, humoribus, & excrementis. De morbo teſtimonium habemus lib. Acutorum com. 4. vbi *Mar. n. 36.*
hæc leguntur. Quicunquè ea, quæ inflammata ſunt, ſtatim in principio morborum medicamento ſoluere, aggrediuntur; hi de intento, ac inflammato nihil auferunt, non enim cedit af-
B fectio, quæ adhùc cruda eſt, & libro de Vet. Méd. verſ. 304. ait. Reliquæ autem fluxiones, quas *Mar. n. 31.*
propter humorum acrimonias, ac intemperantias ego fieri exiſtimo, reſtituuntur, & curantur, vbi temperatæ fuerint, & concoctæ, quarè ijs attentis, de quibus eo in loco agitur, patet, & inflammationes, & fluxiones, quæ corporis ſunt affectiones, & concoctas, & crudas ab Hipp. appellari. Hæc verò eadem paulò inferius humoribus ipſis tribuens ait. Quanto autem tempo- *Mar. n. 34.*
re eadem (de humoribus loquitur) elenata fuerint, & cruda, & meraca, & intemperata, nulla *Mar. n. 32.*
arte, nequè febres, nequè dolores ſedare poſſis, &c. & lib. 7. Epidem. verſ. 160. ſect. 2. ſub purgare (inquit) in morbis oportet, quando quæ impellenda ſunt concocta fuerint, humores ipſos intelligens, qui vt morborum cauſę poſtquam, concocti ſunt è corpore ſunt educendi. Co-
ctionem deniquè, & cruditatem excrementis tribuiſſe patet vbiquè, dum, & ſputa, & vrinas, & alui excrementa modò cruda, modò concocta appellat. De vrina illuſtris extat ſententia lib.
C Acutorum 4. verſ. 136. vbi hæc leguntur, ſi quid enim circà ventrem commoueris, vrina non *Mar. n. 44.*
concoquitur; & febris abſquè ſudore, & iudicatione protrahitur. Cum igitur concoctio, & cruditas de his tribus dicatur, hinc colligo ad coctionem, & cruditatem Hipp. (Hipp. dico, ad differentiam cruditatis, & coctionis poſteriorum; qui crudos ſuccos dixere, & pituitam, & ſeroſitates; humoresq. omnes circà morborum initia peccantes) tria concurrere, & primò diſpoſitionem quandam præter naturam alicuius partis corporis, qua mediante cruditas in humoribus introducitur ſtatim, ac in illam confluunt, aut ſaltem fouetur, & hæc cõmuniter in febribus minera, ſiuè focus febris appellatur, quam quidem particulam, dum ad naturalem ſtatum reducere conatur inſitus calor; concoctionem in ipſis humoribus ſimul, & ſemel introducit, cuius tandem coctionis indicia, excreta præbent: quemadmodum anteà cruditatis. Hancquè particulam reſpiciens Hipp. crudam, aut concoctam affectionem aliquando appellauit. Alte-
D rum in cruditate, & coctione requiſitum ſunt humores, qui modò extrinſecus, modò ab aliqua particula à naturali conſtitutione (vt proximè dictum eſt) permutata, alterationem quandam ſubeunt, propter quam, aut crudi, aut concocti dicuntur. Veruntamen non quælibet alteratio eos crudos reddit: ſed ea tantummodo (ſi Hipp. conſulimus,) quæ diſgregationem introducere in eodem apta eſt, ſola enim diſgregatio immediata cauſa cenſetur, propter quam humores crudi fiant. Quandoquidem cum hi tripliciter peccare poſſint, vt ipſemet Hipp. nos docuit lib. de Nat. Hum. verſ. 60. videlicet in quantitate, in qualitate, & quia diſgregantur inuicem. Nec vitium in ſola quantitate, nec ſimplex alteratio ſecundum qualitates cruditatem per ſe inducere apta ſunt, quod ex eo manifeſtatur, quia neutrum prædictorum coctione corrigitur. Quotieſcunquè enim humores quantitate exuperant, aut deficiunt; ſola euacuatione, aut repletione occurrimus, quos enim morbos repletio facit, inanitio ſanat, contrarios verò
E repletio, dicebat Hipp. Similiter nec vitium ſecundum qualitates crudos eos facit, quia vt lib. citato de Vet. Med. idem Hipp. ait, omnibus his liberatio hæc eſt, vt ex frigiditate quidem affecti percalefiant, ex ardore verò perfrigerentur: atquè hæc breui accedunt, & coctione nulla opus habent. Cum igitur nec vitium in quantitate, nec in qualitate cruditatem in humores per ſe introducat, neceſſe eſt aſſerere, cruditatem humores contrahere tantummodo, quia diſgregantur adinuicem. Quapropter quia concoctio contraponitur cruditati, ideò concoctionem deſcribens Hipp. eam fieri permixtione, temperaturaq. mutua, quaſi coctura, aſſeruit lib. citato de Vet. Med. A quibus verò cauſis diſgregatio hæc in humoribus fiat, demonſtrauimus ſufficienter in explicatione cit. ſententiæ lib. de Nat. Hum. Per diſgregationem verò

humo-

humorum intelligimus non exactam separationem vnius ab alio, ità, vt diuersa occupent A
loca: sed dissolutionem illius mixtionis, qua mediante corriguntur, & contemperantur ad-
inuicem, eaquè dissoluta vnusquisquè secundum proprias vires, & qualitates agit. Hac
igitur disgregatione mediante, cruditas in humores introducitur; qui dum ad priorem
vnionem, & concordiam reducuntur, concoqui dicuntur, ex quibus colligere licet, non om-
nes morbos ab humorum exuberantia, aut alteratione dependentes cruditatis, aut coctio-
nis signa præ se ferre; sed eos tantummodo, quibus disgregatio præfata intercedit, idq. no-
bis significare voluit Hipp. cit. lib. de Vet. Med. Dum morbos enumerans, qui per coctio-
nes sanantur, febres tantummodo meminit, tubercula; siuè tumores, & destillationes. Hi
enim morbi humorum disgregationem necessariò præsupponunt; frustrà igitur coctio in ijs
morbis expectatur, in quibus cum humores nunquam crudi fuerint, nec pariter concoqui
possunt, & longè minus in humoribus sanorum, quos præseruationis gratia purgare inten- B
dimus; in his enim sola viarum latitudo attenditur, de his intellexit Hipp. eo aphorismo
corpora cum quis purgare vult, oportet fluida facere, quod præceptum ad praxim reducens
antè purgationem, & copiosiore potu, & balneo, vel fomento toti corpori adhibito: hoc
quidem maximè in purgationibus per inferiora: illis verò in ijs, quæ per vomitum fiunt,
vt in ijs libris constat, in quibus morborum curationes tractantur. Tertiò tandem ad cru-
ditatem, & coctionem concurrunt excrementa, quæ quoniam à loco secedunt, vbi cruditas
viget, aut concoctio celebratur, propter humoris morbifici portionem, quæ cum illis admi-
scetur, cruditatis, aut coctionis signa euadunt, quotiescunquè enim ob cruditatem portio
humoris morbifici, quæ cum excrementis educitur, exigua est; aut humor ipse adeò tenuis,
vt excrementis crassitudinem impartiri non possit; tunc excrementa tenuia redduntur, &
& hac ratione cruditatis signa existunt, coctionis verò, quando per coctionem humores C
crassescere incipiunt, ità, vt eorum pars excrementis admixta eadem crassiora reddat. Ve-
rùm quia dum humores concoquuntur non modò crassitudinem acquirunt, sed alteratio-
nes varias à parte contrahunt, in qua fit concoctio; hinc est, vt ad concoctionem veram
desideretur, non crassitudo modò excretorum, sed etiam aliæ conditiones, de quibus Hipp.
proprijs in locis pertractauit, suntq. medicis omnibus manifestæ. Quandoquidem si vri-
na exemp. gr. fuerit crassa quidem, verùm aliæ conditiones desiderentur, quæ ad signum
coctionis requiruntur, eò casu vrina quamuis crassa, coctionis tamen non erit indicium, ve-
rum non propter hoc cruditatem (in Hipp. schola) indicabit, sed signum erit, aut humoris
per corpus agitati, aut putredinis intensæ, quæ succos colliquet, & corrumpat, aut denique
humoris non fixi, & naturæ imperio obedientis. Quarè vt crudus morbus, siuè humor di-
catur, excrementa tenuia esse necesse est, nec Hipp. cruditatem vigere existimauit, quæ pro- D
prijs signis non indicaretur, quæ quidem ipsi nulla alia sunt, quam excretorum tenuitas, è
contrà verò, vt morbus concoctus dici debeat, signa coctionis in ijsdem excretis apparere
necesse est. Quapropter vbicunquè præfata signa coctionis, aut cruditatis non apparent,
morbus ille, nec concoctus, nec crudus in Hipp. doctrina dici debet. Idquè sæpiùs à nobis
repetitur: quia ad veram aphorismi intelligentiam maximum, præcipuumquè fundamen-
tum est hoc, cum igitur triplex sit humorum dispositio, quo ad coctionem, & cruditatem,
eorum scilicet, qui sunt concocti: eorum, qui crudi dicuntur, & eorum deniquè, qui nec
crudi nec cocti verè, & propriè dici possunt. De prioribus duobus determinauit in præ-
senti sententia, statuitq. concocta, & forti, & leui pharmaco, aut sorbitione subducenda esse,
cruda verò nequè hoc, nequè illo mouenda esse. De tertio enim humorum statu hic non
fit mentio: quia de his, qui nec crudi sunt, nec concocti, quidquam perpetuum determina- E
Mar. n. 44. ri non potest. Aliquando enim purgandi sunt, aliquando non. Quam quidem incertitudi-
nem respiciens Hipp. lib. Acutorum com. 4. vers. vbi hæc materia manifestioribus verbis
tractatur de purgatione loquens à principio facienda in febribus eorum humorum, qui nec
concocti, nec crudi dici possunt, postquam determinauit eos purgandos esse, subiungit, si
alia cõtulerint. Hæc sunt illius verba, quibus in febribus à principio vrinæ fuerint nebulosæ,
aut etiam crassæ hos purgare oportet, si etiam alia contulerint. Indicans multa concurrere
posse, quæ purgationem prohibeant, etiam si non adsit cruditas. Propter hanc igitur ratio-
nem de hac tertia humorũ conditione non determinauit quidquam in præsenti aphorismo,

-orum sed de

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 440 sur 636

A ſed de crudis tantum,& concoctis, verùm quiſpiam à me quæret,qua ratione purgatio à principio fieri poſſit, quotieſcunquè vrinæ fuerint craſſæ, aut nebuloſæ; etiam ſi humorum non adſit concoctio, quæ tamen cum vrinarum tenuitate adeò ſuſpecta eſt? Ratio quæſiti adeſt pulcherrima, & ni fallor, veriſſima etiam. Quotieſcunquè enim vrinæ ſunt tenues,ſignum eſt, nihil materiæ morbificæ cum vrina excerni, vel quia in aliqua parte conculcata eſt, & adeò tenaciter fixa, vt nulla eiuſdem portio indè ſegregari poſſit, quæ vrinæ permixta eam craſſiorem reddat, vel, quia illius coctioni intenta natura eam adeò arctè continet, vt nihil ab eo excidere permittat. Quia igitur humoris noxij nihil ſpontè excernitur, ſignum eſt euidens, eum adeò rebellem eſſe, & pertinacem, vt purganti pharmaco cedere nullo modo debeat. Quo quidem argumento vtebatur Hipp. lib. Acutorum citato, vbi rationem reddens,cur in principio inflammationum purgandum non ſit. Non enim cedit
B affectio (inquit) quæ adhùc cruda eſt, &c. è contrà verò quando vrina craſſa mingitur, ſignum eſt materiæ morbificæ portionem cum ea excerni, quæ indicat eius reſiduum etiam ſi minimè concoctum,ità tamen diſpoſitum eſſe, vt purganti pharmaco obedire debeat. Aduertendum tamen eſt non ſemper quotieſcunquè vrina craſſa eſt, purgationem conuenire, quia dum craſſitudo hæc ab inchoata coctione prouenit,nullo modo purgare licet, nè concoctio incepta deturbetur, hancq. cognoſcimus, quia hæc à principio morbi non apparet, ſed poſterius, & ex tenui craſſior paulatim fit. In hac enim humorum diſpoſitione à purgatione abſtinendum eſſe, ex ipſomet Hipp. didicimus, qui libro de Humor. à principio ità inquit. Impetus humorum ducendus eſt,quà repit,per conuenientes regiones,exceptis ijs,quorum concoctio fit ex tempore. Quo in loco adnotare oportet, non dixiſſe Hipp. exceptis ijs, qui adhùc crudi ſunt,quemadmodum hoc in loco,quia dum inquit, humorum impetus ducendus
C eſt, quà repit,ſupponit eos ad aliquam partem concitatos eſſe, quod turgentiæ ſpecies quædam exiſtit. At verò,cum viget turgentia,cruditas purgationem non prohibet,ob rationes inferius explicandas, quemadmodum incœpta concoctio facit, & ideò cum à principio vrina tenuis fuit, deindè verò paulatim craſſior fit, tùm coctionem inchoari ſignificat, vndè à purgatione abſtinendum eſt, donec ſigna perfectæ coctionis appareant. Similiter quando vrinarum craſſities in febribus ſuperuenit, vel ab humorum colliquatione, aut maligna putreſcentia, vel à ſimili præter naturali cauſa, nequè eo caſu purgatio conuenit, quos caſus omnes,vt excluderet à purgatione,in gratiam craſſitudinis vrinarum in precitata ſententia quarti Acutor.dixit, quibus à principio,eò quod vrinæ craſſæ à præfatis cauſis ortum habentes in principio morbi apparere non ſolent,quo tẽpore nec coctio ex præcedenti cruditate inchoari,nec colliquatio,aut maligna putredo vigere poſſunt. De humoribus ergò,qui nec crudi,nec
D concocti ex proprijs ſignis dici poſſunt,nihil determinauit in hac ſententia Hipp. ſed tantummodo de illis,qui aut concocti ſunt;& hos purgandos eſſe docuit,non hoc tantum in loco,ſed etiam lib.5.Epid.& ſeptimo,vbi inquit, ſubpurgare ventres in morbis oportet,vbi purganda matura fuerint,aut crudi,hosq. nec forti, nec leui pharmaco cõmouendos eſſe nos admonet, dum in hoc aphoriſmo ſubiungit. Non cruda, quod præceptum confirmauit euidentius lib. Acut.4.verſ.124.vbi ait. Quibus à principio vrinæ ſunt tenues,tales nè purgato, ſed ſi viſum fuerit infuſum per clyſterem adhibeto,ex qua ſententia colligitur idem eſſe Hipp. dicere,crudum,& vrinas tenues. Quarè in hoc decepti ſunt expoſitores (pace tot magnorum virorum hoc dictum ſit)quia cũ Galeno exiſtimarunt,morbos omnes à principio crudos eſſe,eorumq. ſtatum,& diſpoſitionem non ex proprijs ſignis, ſed ratiocinatione venantur. Quod Hipp. penitus aduerſatur,qui vt ſuperius adnotauimus,eos morbos tantummodo crudos dicit, in qui-
E bus ſigna apparent cruditatis. Quæ in febribus ſunt vrinæ tenues, quibus ſignis deficientibus, crudus nõ debet dici morbus, ſicuti nec concoctus appellatur,niſi coctionis appareant ſigna. Quod ſi Hipp.4.Acut.in principio inflammationum crudam affectionem dixit nulla vrinarum mentione facta,id ab eo factũ eſt, quia ſupponebat à principio inflammationum vrinas tenues eſſe, idq. rationi conſentaneum eſt, cum enim in inflammationibus humores inflammatæ parti infixi ſint, nihilq. indè excernatur, quod vrinis craſſitudinẽ præſtet,meritò ſtatui poterat in illis vrinas perpetuò tenues eſſe,quæ cruditatis affectionis ſenſibilia ſigna fiant. Quod ſi fortè contingeret in principio alicuius internæ inflãmationis,vrinas craſſas,aut nebuloſas apparere, eo caſu à purgatione non eſſet abſtinendũ,eò quod nõ cõſtaret,affectionẽ illã tunc crudã eſſe.

Mar.n.44.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 441 sur 636

©BIUM

Nec incõmoda,quę à purgatione cum affectionis cruditate euenire in ea sententia testatur eo casu essent timenda,quorũ gratia prohibetur purgatio . Dicebat quippè, non enim cedit affectio, quæ adhùc cruda est: quæ verò morbo resistunt, ac sana sunt,colliquefaciunt, Supposita enim vrinarum craſſities,siquidẽ à portione humoris ab inflammata parte decidentis oriatur, signum erit,materiam morbificã non adeò parti infixã esse, quin medicamẽto cedere debeat, & hæc fuit ratio,cur ipsemet Hipp.lib.3.de Morbis vers.298.in pleuritide pharmacum à principio exhibendum iusserit,si æger bilioſus fuerit: quia bilis,vt tenuissima non adeò infigitur,vt purganti medicamento resistere valeat . Quod si vrinarum crassities ab humoribus per venosum genus discurrentibus originem habeat, etiam si quæ in inflammata parte consistunt,minimè cedant medicamento; non tamen sequitur incommodũ ab Hipp.propositũ per illa verba: Quæ verò morbo resistunt, & sana existunt,colliquefaciunt,quia quotiescunque medicamentum assumptum humorem inuenit, quem attrahat, sanas partes non attingit, quas eius defectu colliquat,vndè 4.aphor.16. legimus, Sanas carnes habentibus helleborum dare noxiũ est,quotiescunquè igitur ea non adueniunt incommoda, quæ in sententiæ confirmationẽ adducuntur,tunc scimus purgationem in proposito casu per illam sententiã non prohiberi. Fuit enim mos Hipp. (vt aliàs indicauimus) dum alicuius vniuersalis præcepti rationem adducit; eadem ratione pro exceptione quadam vti,tacitè nos admonens,sententiam,siuè præceptum illud quamuis vniuersaliter prolatum,ad ea tantũmodo extendi,in quibus adducta ratio militat, ad alios verò nequaquam, in quorũ numero esset casus noster,si à principio inflammationis vrina crassa,aut nebulosa appareret. Concludamus ergò Hipp. in hoc aphorismo per concocta,siuè humores ipsos , siuè morbos respiciamus,intelligere eum affectionis modũ, in quo signa coctionis apparent, cruda verò appellare ea, quæ à signis cruditatis indicantur,quæ pro maiori parte est vrinarum tenuitas. Quarè sicuti in illis purgandum est, ità in his à purgatione abstinendum,cæterum antequã vlterius procidamus adnotare oportet hoc verbo φαρμακεύειν, hoc est, vt Galenus interpretatur,medicamento purgare,quamuis cõmuniter cõprehendatur omnis purgatio,siuè sursum fiat,siuè deorsum,hoc tamen in loco,& vbiquè etiã,quando simpliciter profertur ab Hipp.vsurpari pro ea tantũmodo, quæ fit deiectione. Hæc enim euacuatio per excellentiam hoc commune nomen sibi abrogauit,non apud Græcos modò , sed etiã apud Italos nostros, qui cõmuniter potionem purgatoriam per inferiora Medicinã appellãt; certũ est enim sub hoc præcepto comprehendi non posse purgationẽ illã, quæ fit per vomitũ, quia cum è diametro inuicem opponantur hæ duæ euacuationes, quæ vni conuenit,alteri accõmodari non potest.Nã quæ concocta sunt,cũ naturali grauitate deorsum tendant,quod vrinarũ contenta etiã manifestũ faciunt,ea sursum trahere non licet,idq.consiliũ fuit Hipp.lib.de Humoribus vers.23.quo in loco (vt ibidẽ adnotauimus)vomitũ damnauit,& crudorũ simpliciter,& concoctorum,vt hæc euacuatio conueniat tantummodo ijs humoribus,qui nec crudi sunt,nec concocti: vndè obseruare licet Hipp. pro purgatione eorũ,qui nondũ in ægritudinẽ inciderunt,vt ab imminenti morbo eos præcaueret,vomitionibus semper vsum fuisse;nunquã verò alui subductione, vt ex lib.3.de Diæta, & ex lib.de Insomnijs cõstat, quibus in locis huiusmodi materia pertractatur,quod ab eo factum est,quia humores eorũ, qui nondum à morbo correpti sunt (vt superius indicauimus)nec crudi sunt,nec concocti. Hanc verò interpretationem ipsemet Hipp.nobis indicauit in sententia sæpiùs citata lib.5 & 7. Epid.vndè fortasse præsens aphorismus desumptus est.Nam quod hoc in loco dicitur φαρμάσσειν, ibi ὑποκαθαίρει τὰς κοιλίας, hoc est,subpurgare ventres legimus,quæ quidem deorsum purgare absquè dubio significant. Hancq.expositionem propter subsequentia,quæ aliquid difficultatis facere alicui possent,firmissimis rationibus in explicatione eiusdem sententiæ confirmauimus. Post hæc subiungit statim Hipp.atquè mouere, quo quidem verbo,etiam si propriè denotentur ea omnia præsidia,quibus humores quouis modo commouentur:hoc tamen in loco tàm latè non assumitur, idquè ipsiusmet Hipp. auctoritate confirmatur, qui dum subiungit non cruda,indicat cruda, nec purgari; nec moueri debere, quarè si hoc verbum mouere quamlibet motionem comprehenderet, sequeretur stante humorum cruditate, nec venam secari, nec clysterem inijci posse, quod Hipp.doctrinæ repugnat, quandoquidem in sententia superius citata 4.Acut.vers.32.etiam si in principio inflammationum purgationem prohibuit, eò quod affectio cruda esset; venæ tamen sectionem admittit, similiter in febribus cum vrinæ tenuitate à princi-

A principio purgationem vituperauit lib.cit. Acutorũ,& tamen eius loco clyſteris infuſum ſubſtituit. Per mouere igitur hoc in loco attenta materia,de qua agitur,quæ eſt humorum purgatio, eam commotionem ſignificare voluit, quæ à purganti medicamentorum facultate in humores inducitur, dum placidè è corpore educuntur; quaſi propter ſubductionis lenitatem talis euacuatio,purgationis nomen non mereatur, nec nouũ eſt hoc verbum κινεῖν, ideſt,mouere reſtringi ad ſolã purgationẽ, quando in hoc eodem ſignificato vſus eſt Ariſt.lib.3.Polit. cap.11.vbi inquit,& in Aegypto poſt tertium diem mouere licet Medicis,quod ſi prius,periculo id agunt ſuo,& fortaſsè hoc verbo potius vſus eſt,quam alio, eò quod ijs mos fuerit circà initia leuiter purgare, quod noſtris temporibus receptũ eſt, vndè Medici recentiores medicamenta huiuſmodi leues purgationes efficientia à fortioribus diſtinguentes,modò leniẽtia, modò minorantia,ſeù minoratiua vulgari ſermone appellarunt. Hipp.verò hæc eadẽ aliquando leuia pharmaca,modò ſubducentia, modò humores laxantia nominauit, quemadmodũ ex ipſius libris praxeos licet colligere,quos ſi diligenter perlegiſſent recentiorũ pleriquè,huiuſmodi medicamenta Hipp. ignota fuiſſe non iactaſſent, quo prætextu totã purgationis doctrinam peruertentes,rem eò perduxerunt,vt circà purgationis materiam nullum præceptũ,nullaq. diſtinctio obſeruetur. Nam omnibus indiſtinctè ſuum minoratiuum ſtatim,ac ægrotantem viderint,exhibent,& quod peius eſt,eos reprehendere audent,qui conuenienti diſtinctione ab his aliquando abſtinent. Cũ igitur determinauerit Hipp.concocta,& pharmaco fortiori, & leuiori purganda eſſe,ſubiungit,non cruda, quod quia non magis ad verbũ purgare,quã ad mouere refertur,indicat nobis cruditate vigente,humores,nec forti,nec leui medicamento commouendos eſſe,quod præceptum apertius confirmatur per ſententiã 4.Acutorũ ſæpiùs citatã, quo in loco poſtquã determinauit eos non eſſe purgãdos,quibus in febribus vrinæ à principio ſunt tenues,rationem ſtatim ſubnectit, ſi quid enim(inquit)circà ventrẽ cõmoueris,vrina non concoquitur,& morbus abſquè criſi in longum tempus protrahitur. Niſi enim purgationẽ leuioribus medicamentis factã hoc præcepto includere voluiſſet,dixiſſet potius,ſi enim violenter,aut fortiter humores in corpore cõmoueris, &c. non ſi quid circà ventrẽ cõmoueris,quibus vniuerſaliter omnẽ,quamuis leuiſſimã cõmotionem, etiam circà ventriculũ ſolũ,comprehendit,ſubterfugiumq. intercludit ijs,qui aſſerunt,præcepta Hipp.circà purgationẽ non comprehendere eas euacuationes,quæ leuioribus medicamẽtis fiunt,quorũ vires vltrà primas (vt ipſi aiunt)regiones non tranſcendunt.Hoc igitur firmũ,ratumq.ſit,cruda nullo modo eſſe purganda,nequè in principijs(ſubiungit Hipp.)quæ in eũ ſenſum prolata ſunt,nõ equidẽ,vt morborũ principiũ excluderet, tanquã cæterorũ temporũ ineptiſſimũ purgationi, vt eſt cõmunis opinio,quia tantũ abeſt,vt hæc fuerit Hipp ſententia,vt totum oppoſitũ docuerit,& doctrina, & exemplis. Illuſtris eſt,& vulgatiſſima ſententia illa aphoriſtica, inchoantibus morbis,ſi quid videtur mouendũ,moue.Nã ijſdẽ vigentibus melius eſt quieſcere,rationẽq.aſſignat,circà initia enim, & fines omnia imbecilliora,in vigoribus verò fortiora.Et magis peculiariter de purgatione loquens lib.de Affect.verſ.29.circà ægrotos inquit cõſiderare oportet ſtatim in conſtitutionis principio,qua re opus habeant, & quales ſint,vt pharmaco purgentur,aut vt aliud quid tandem exhibeas,quodcũquè volueris,ſi verò omiſſo principio ad finẽ iã vergente morbo exhibueris in delaſſato iã corpore,forte quiddã præbere veritus,periculũ eſt,nè magis delinquas,quã ſucceſſum conſequaris, ex quibus colligere licet, nõ ſolũ in principio non prohiberi purgationẽ,ſed ex duobus tẽporibus,in quibus tãtummodo permittitur, principio inquã, & declinatione;principiũ maximè præferendũ eſſe,& hoc documentũ de purgando in principio ipſemet Hipp.adeò obſeruauit,vt vix purgationẽ in morbis acutis ab eo factam tranſacto principio inuenias, & vt exempla non nulla in mediũ afferã,lib.Acut.4.v.84.in febre ardente die quarta purgandũ eſſe iubet,quod præceptũ repetens inferius verſ 202.id antè quintã diẽ faciendũ ait. Purgationẽ pariter inſtituit die quarta pro curatione pleuritidis verſ. 236. & de peripneumonia tractãs lib.3.de Morb.v.227.aluũ primis quatuor,aut quinque diebus ſubducendã dixit.A qua ſententia non receſſit lib.de Affect.ver.267.vbi de febris bilioſæ curatione tractans,tertiam, aut quartam diem pro purgatione elegit,quo tempore pariter purgationem inſtituerat parum antè v. 228. in curatione febris continuæ, & lib. 3. de Morbis v. 295. dum pleuritico purgationem inſtituit,priuſquam ſaliuam craſſam expuere incipiat. Sed in his immorari amplius non licet, cum nihil euidentius ſit in Hipp. doctrina,quam purgatio circà

Mar.n.11.
Mar.n.42.
Mar.n.50.
Mar.n.52.
Mar.n.17.
Mar.n.18.
Mar.n.13.
Mar.n.22.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 443 sur 636

initia morborum administrata, nomine autẽ principij nõ intelligimus primũ morbi insultũ, A
sed totum illud tempus, quod à vigore distinguitur, & à declinatione. Hæc enim fuit tem-
porũ morborũ diuisio Hipp. vsitata, quam quidẽ ex pluribus locis licet colligere, apertissimè
tamen eam nobis significauit in aphorismo nuper citato. Inchoantibus morbis si quid vide-
tur mouendũ, moue, dum verò consistunt, melius est quiescere, circà initia enim, & fines om-
nia imbecilliora, circà vigores fortiora. Quarè principium in acutis morbis, quiq. nõ admo-
dum celeriter mouentur vsquè ad septimam diem aliquando extenditur, ità, vt sexta etiam
pharmacum dari possit, hocq. adnotare volui, nè quis ex eo, quod Hipp. purgationẽ in prin-
cipio morbi adeò celebrauit, statim medicamentum exhibendum esse à principio existima-
ret, quod multos facere video, qui statim in prima visitatione medicamentũ ægrotanti præ-
scribũt, prius quã sæpe de natura morbi vllã cognitionem habere potuerint, ex qua impor-
tuna curatione plura mala euenire solent, quæ posteà errorem Medici manifestãt, dum mor- B
bus se prodit de genere eorũ, qui purgationem antè sectionem venæ non admittũt, quorum
catalogũ facit Hipp. 4. Acutor. vers. 28. quos si Aegyptiorũ superius citata lex adstringeret,
Mar. n. 36. frequentissimè ob præproperam purgationem in iudicium traherentur, quod quidem peri-
culum, vt euitaret ipsemet Hipp. medicamentũ nunquã (exceptis repentinis, & grauissimis
morbis) exhibere ausus est prius, quam dies tertia morbi saltem elapsa esset, vt ex locis supe-
rius citatis satis constat. Imò lib. Acut. com. 4. vers. 90. de febris ardentis curatione tractans
Mar. n. 42. hæc habet, si tibi purgandũ commodũ videatur, nõ intrà tres dies purgat, sed quarto. Cum
igitur purgatio circà morborũ initia adeò familiaris fuerit Hipp. non possumus dicere, eũ in
hoc aphorismo morborũ principium maximè à purgatione excludere voluisse, dũ dixit, ne-
què in principio, sed hæc protulisse, vt hoc etiã tempus purgationi alioqui omniũ aptissimũ
incongruũ demonstraret, vbicunquè cruditatis signa apparent. Cæterũ contrà hanc exposi- C
tionẽ audio aliquem mihi obijcere aph. 24. huius sectionis, in quo ait Hipp. in acutis pas-
sionibus rarò, etiam in principijs medicamentis purgantibus vti, insinuans rarò in principijs
purgandum esse, cui respondeo, citatũ aphorismum nostræ expositioni nihil aduersari, imò
illam non leuiter confirmare, statuimus enim, si purgatio facienda est, in principio maximè
conuenire, quarè si in citato aphorismo, rarò in acutis purgandum esse ait, nõ ob id tollitur,
quin in principio purgandum sit: quia illud rarò, faciendum est in principio, quod ab apho-
rismo non prohibetur, imò huic sententiæ consentiens subiungit, nequè in principio, quasi
diceret, etiamsi principium purgationi aptissimũ sit, quia eo tempore leuiora sunt pleraquè
eorum, quæ purgationi aduersantur, cuiusmodi est febris vehementia, virtũ debilitas, & alia
huiusmodi, tamen, neq. eo tempore semper purgandũ est in acutis, sed admodũ rarò, & ma-
xima cum præmeditatione, & ratio est, quia cũ non statim prima, aut secunda die liceat me- D
dicamentum purgans dare, ob rationes superius assignatas morbiq. acuti citò vehementiam
contrahant, rarò euenit, vt quo die purgatio conueniens esset, febris talem magnitudinẽ nõ
acquisierit, quæ purgationẽ suspectã nõ reddat, scimus enim vehemẽtia febris vrgente pur-
gationes admodum periculosas esse, vndè Hipp. lib. de Medicam. Purg. v. 36. hæc habet, qui-
Mar. n. 4. cunquè igitur à febribus fortibus corripiuntur, his medicamenta purgatoria dare nõ opor-
tet, donec remiserit febris, sin minus, saltẽ non intrà quatuordecim dies, carnes enim ipsorũ,
& ventres cum calidi sint, medicamentũ assumũt, & nihil depurgantur, & febris maior fit, &
color euertitur, & morbi regij speciem præ se fert, &c. Quotiescunquè igitur in acutis mor-
bis febris à principio caloris est vehemẽtis, hoc enim intelligit Hipp. per febres fortes, eo ca-
su à purgatione penitus abstinendũ est, etiam à principio. Quũ verò leniter inuadit morbus, E
antequam febris fortis, & vehemẽtis caloris fiat, purgatio instituí potest, quod quia rarò in
acutis morbis euenit, qui statim vehementes fiunt, & eorum, qui nõ adeò citò magnitudinẽ
contrahunt, multi eas non habent conditiones, quę purgationẽ admittũt, hinc fit, vt occasio
purgãdi rarò in acutis morbis cõtingat. Scio li. 7. Epid. n. 32. sect. 2. v. 167. hęc legi. Pro-
pterea verò in principijs purgandũ non est, quoniã sua sponte in his tẽporibus expurgãtur.
Quibus manifestè apparet, purgationem in principio dãnari, hęc enim in aliũ sensum prolata
sunt, vt in eius loci explicatione demonstrauimus, eandem è Græco contextu hoc modo ad
verbum transferentes, idcircò autem in principijs purgandum non est, quia in his tempo-
ribus per se purgantur. An in hæc tempora coincidentia periculosa? Principium enim

hoc in

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 444 sur 636

A hoc in loco non intelligitur morbi, ſed temporum, in quibus purgatio facienda eſt, iuxtà doctrinam paulò antè nobis traditam, ſtatuit enim ſurſum purgandum in exacerbationibus, deorſum verò acceſſione remittente. Admonet ergò per hanc ſententiam, in principijs prædictorum temporum minimè purgandum, quia in illis temporibus natura ſpontè euacuare ſolet. Sed hæc omnia ſufficienter explicata ſunt loco iam indicato, quarè eadem hic repetere, ſuperfluum eſt. A principio igitur purgandum, ſi reliqua conſentiant, quia illud tempus purgationi omnium aptiſſimum, & accommodatiſſimum eſt, non adeò tamen, vt cum ſignis cruditatis id facere liceat, & ideò ſubiunxit Hipp. nequè in principijs, exceptionem tamen addidit niſi turgeat. Quo quidem verbo, ſiuè ad corpus, ſiuè ad humores referas, humorum diſpoſitio indicatur, per quam cum in nulla corporis parte ſint firmati, modò in vnam, modò in aliam de ſe ſignificationem præbent, quod quidem nomen
B deductum eſſe exiſtimo, non vt Galenus cenſet, eò quod humor frequenter hùc, & illùc per corpus moueatur, inſtar animalium ad coium concitatorum, quia etiam ſi concedatur, hoc verbo ὀργᾶν, ab animalibus ad coium concitatis deſumptum eſſe, non tamen quatenus hùc, & illùc mouentur, ſed quia eorum pudenda turgent, illis conuenit, quod lib. 6. de Hiſt. Anim. cap. 18. adnotauit Ariſtoteles. Nam eadem voce vſus eſt Theophraſtus lib. 1. de cauſis Plantarum, vt indicaret tempus, quo plantæ germinare incipiunt, quia ipſis gemmæ turgent, & tamen plantæ hùc, & illùc non mouentur. In eandem ſignificationem eam vſurpaſſe Hipp. conſtat ex lib. de fracturis com. 3. text. 18. & lib. de Nat. Pueri num. 20. Imò *Mar. n. 30.*
minimè tutum videtur, humores in corpore perturbatos, & modò ſurſum modò deorſum: nunc ad hanc, nunc ad illam partem concitatos: medicamento irritare (ſi ſæpiùs, & frequenter id fieri intellexit Gal.) Nam Hipp. lib. 4. de Morb. verſ. 347. mortis culpam reijciens in *Mar. n. 21.*
C medicos, qui medicamenta exhibebant in diebus imparibus, rationem adducebat, quia eo die humor turbetur in corpore, ſi quis enim (aiebat) iam turbatum adhùc magis perturbet medicamento immiſſo, nihil miri eſt, ex talibus hominem perire. Quod quidem periculum, etiam ſi tandem remoueatur, purgatio tamen eò caſu admodum anceps redditur, quotieſcunquè enim humores præfato modò ſunt conturbati, cum Medico conſtare non poſſit, ad quam partem impetum facturi ſint eo tempore, quo aſſumptum medicamentum purgare incipit: nec viam eligere poterit, per quam iuxtà præceptum, quò natura vergit, euacuatio fieri debeat, nec medicamenti quantitatem conuenientem præſcribere. Quia maior virtus in medicamento requiritur, quando humores reuelluntur in contrarium: quam dum eorum inclinationi conceditur, quarè tale nomen turgentiæ ipſis conuenire potius exiſtimo, quia quotieſcunquè humores in parte minime fixi ſunt (vt proximè adnotatum
D eſt) alicubi de ſe ſignificationem præbent, vndè ægrotantibus ipſis turgentiæ ſenſum quendam in illa parte inferunt, ac ſi verè tumida eſſet, idq. ſæpè obſeruatur in praxi, nam ſenſum illum percipientes ægri ſpontè medicamentum purgans à Medico expoſcunt. Propter hanc igitur ægrotantium turgentiæ opinionem hoc nomen tranſlatũ eſt ad eos omnes, in quibus humores minimè fixi ſunt, ità vt facilè à medicamẽto educi poſſint, & in hoc cũ Galeni interpretatione conuenimus, ſtante hac enim purgationis facilitate, etiam ſi cruditatis adſint indicia, purgatio tamen non prohibetur: quin, ſi alioqui neceſſaria videatur, eam moliri expediat, vndè adnotare oportet, Hipp. non exiſtimaſſe, quotieſcunquè adeſt turgentia, ſtatim purgandum eſſe ob periculũ, nè materia in aliqua parte nobili firmetur, quia dum 4. Aphor. 10. inquit, in valdè acutis eadem die medicari oportet, ſi turgeat, differre enim in his malũ, ſi vbicunquè turget, ob præfatum periculum purgandum vellet, quia in omnibus morbis
E turgentia apparente idem vigeret periculum, cuius gratia ſtatim ad purgationẽ deueniendũ eſſet, fruſtrà dixiſſet, in valdè acutis, addidiſſet, differre in his malum, quæ quidem adſcripſit, vt indicaret in valdè acutis tantummodo huiuſmodi celeritatem adhibendã eſſe. Quapropter in valdè acutis eadẽ die purgandũ eſt, nõ eò quod materia turgẽs prædictũ periculũ minetur, ſed quia morbus adeò celeriter mouetur, vt ſi prima dies præterlabi permittatur, purgandi occaſio auferatur. Appoſuit verò conditionẽ, ſi turgeat, tanquã ſignũ humoris minimè fixi, & qui medicamẽto facilè cedat. Cur verò in valdè acutis deſideretur turgẽtia, nequaquã verò in reliquis morbis, dũmodo nõ adſit cruditas, ratio eſt, quia propter morbi acutiẽ adeò periculoſũ eſt pharmacũ, vt niſi magna adſit purgationis facilitas ex parte humoris

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 445 sur 636

purgandi,quam turgentia indicat,ab eo abstinere satius est; quam ægrotantē in discrimen adducere. Eandem purgationis facilitatem necessariam existimauit Hipp. in vtero gerentibus, nè difficultas purgationis, aut puero, aut matri, aut vtriquè pernitiosa redderetur, & ideò 4. aphoris. 1. legimus. Vtero gerentes sunt medicandæ à quinto ad septimum, si turgeat, quæ quidem turgentia si præfatum periculum minaretur, non illis mensibus tantum ad purgationem deueniendum esset, sed in alijs etiam: quia maximo imminente malo melius est anceps experiri remedium, quam nullum. Purgationis tandem facilitas necessaria est; quando morbi magnitudo eam exposcit, verum ægrotantis vires non omninò sunt firmæ, & ideò Hipp. lib. 1. de Morbis Mulierum vers. 232. in curatione cuiusdam morbi ex puerperij suppressione ortum habentis, purgationem absquè turgentia præscribere non est ausus. Ibi enim hæc leguntur, si verò ex partu non fuerit purgata, venter intumescit, & splen, & crura, & febris habet: pulsus debiles sunt, & aliquando acuti: & aliàs attolluntur, aliàs deficiunt, & hæc patitur incipiente morbo, & sic habet, remporis autem progressu cauæ faciei partes rubescunt. Quum sic habuerit, leues cibos exhibeto, & si turgeat pharmacum infrà purgans bibendum dato, &c. Quotiescunquè igitur purgationis difficultas magnū aliquod incommodum afferre potest, turgentia requiritur, quæ purgationem faciliorem reddat, aliter verò nequaquam, & ideò nullibi turgentiæ mentionem in Hipp. doctrina pro purgatione inuenies, præterquam in præfatis casibus, videlicet in valdè acutis, in vtero gerentibus, in grauioribus morbis cum virium imbecillitate, & cruditate vigente. Subiungit tandem, plurimum verò non turget, quod dictum non est simpliciter intelligendum, ità vt nos admonitos velit Hipp. rarò in morbis humores ità dispositos esse, vt turgere dici possint, quasi (quod Galenus censet) sæpius in parte quapiam firmati tandiù maneant, donec toto morbi tractu cocti tandem expellantur. Id enim nec ratione persuadetur, nec percipitur sensu. Quotiescunquè enim febres mineram habent venas, quod frequentissimè euenit, quomodo dicere possumus, tunc materiam in parte firmatam? & quando apertissimè videmus humores ipsos varias corporis partes inuadere, quod symptomatum varietas attestatur; quæ quidem, quum humores in aliqua particula sunt fixi, stabilia sunt, & vniformia, præterea si rarò humores turgent, cur Hipp. regulam nobis tradidit in purgationibus vtero gerentium, & eorum, de quibus facta est mentio, vt turgentiam attendamus, regulæ enim, & præcepta constitui debent in ijs, quæ frequenter, non quæ rarò eueniunt. Quarè dicendum est Hipp. ad præcedentia respicientem hæc protulisse. Dixerat enim, cruditate vigente non esse purgandum nisi turgeat, indè verò subiungit, plurimum verò non turget, hoc est, dum signa adsunt cruditatis, & ratio est in promptu, si enim vt suprà demonstratum est, cruditatis signa in excrementorum tenuitate consistunt, quæ tenuitas à materia in aliqua parte firmata dependet, vix fieri potest cum signis cruditatis turgentiam adesse, quæ in contraria humorum dispositione consistit: vt superius explicauimus. Concludamus ergò sententiam Hipp. in præsenti aphorismo esse, humores, & forti, & leui pharmaco, aut sorbitione purgandos esse, vbi concocti fuerint, crudos verò nullo modo, nequè in principio, alioqui purgationi aptissimo, nisi turgeant, & ad euacuationem parati fuerint, quod rarò cum signis cruditatis euenire solet.

Mar. n. 63.

Aphor. 23. Quæ prodeunt, non multitudine æstimare oportet, &c.

Mar. n. 3.

Hæc doctrina clarior, & perfectior habetur lib. de Humoribus vers. 70. ex quo loco huius sententiæ expositio nostra petenda est.

Aphor. 25. Si qualia oportet purgari purgentur confert, & facilè ferunt, &c.

Prælens sententia pluribus in locis registrata est. Nam & inferius sect. 4. aphor. 3. lib. 6. Epidem. sect. 4 vers. 28. & 21. epist. vers. 8. ijsdem ferè verbis legitur, quæ quidem eius præstantiam attestantur, quamuis à recentioribus omninò negligatur.

Sectio II.

Aphor. 1. In quo morbus somnus laborem facit læthale, si verò iuuerit, non lethale.

Non si semel æger à somno laborē pertulerit, ac delassatum se sentiat, statim pronuntiandū est, læthaliter habere, sed si semper, aut saltem pro maiori parte id contingat, id enim humorum

A morum prauitatẽ, qui capiti minantur, ſignificat, è contrà verò, ex morbo interire vix poteſt, qui ſomnos per totum morbum placidos, & naturam ſubleuantes, qui humorum benignitatem, cum naturæ dominio, & partium principalium optima diſpoſitione atteſtantur. Hancq. noſtram expoſitionem præter experientiam confirmat dicendi modus, quo vtitur Hipp. Quia non inquit, ſomnus, qui laborem facit, lethalis, vt communis expoſitio inferre videtur, ſed in quo morbo ſomnus laborem facit, læthale.

Aphor. 12. *Quæ relinquuntur in morbis poſt iudicationem, recidiuas, &c.*

Quamuis neutrum genus, quo vtitur Hipp. ea omnia comprehendere poſſit, quæ morbo iudicato adhuc perſiſtunt, vndè, & ſymptomata, & morborum cauſas ſignificare poteſt. De humoribus tamen hæc tantummodo veniunt intelligenda, qui recidiuas faciunt, quas ea indicant. Dixit autem facere conſueuerunt, vt neceſſitatem recidiuæ tolleret, nam aliquando euenit, vt abſque recidiua huiuſmodi reliquiæ à natura ſuperentur. Hic aphoriſ-
B mus ex lib. 2. epidem. ſect. 3. verſ. 78. deſumptus videtur, etiam ſi eadem ſententia pluribus in locis inueniatur.

Aphor. 14. *In alui fluxionibus mutationes excrementorum iuuant, ſi non ad prauas mutentur.*

Non fuit adeò ſolicitus circa ſermonis proprietatem Hipp. vt eius gratia violentas interpretationes indagare ſit neceſſe, quod aliquos in huius ſententiæ explicatione feciſſe inuenio. Qui vt iuxtà exactam nominum ſignificationem oſtendant in alui fluxionibus mutationes excrementorum ſalutares eſſe, non ſigno, ſed cauſa, ſententiam dilatare coguntur ad quamlibet alui deiectionem, ſiuè ſpontè contingat, ſiuè arte procuretur, & quia, hoc ſenſu non exactè verificatur ſententia, quia ſæpè excretorum à pharmaco mutationes malæ ſunt etiam ſi ad prauas non fiant, quod in principijs ſuperpurgationum euenit, ideò coguntur vl-
C terius aphoriſmo addere (non ſine Auctoris iniuria) niſi mutatio excrementorum ſit ſuperpurgationis initium. Satius eſt ergò ſententiam ſimpliciter exponere, ſuperſtitioſa nominum proprietate poſthabita. Admonet ergò Hipp. excretorum mutationes in fluxibus alui vtiles eſſe, dũmodo mutatio hæc in deteriora, aut colore, aut ſubſtantia, aut exeundi modo non fiat. Talis enim mutatio indicat euacuationem, ſi fuit cirtica, abſolutã eſſe noxio humore in totum excreto. Huiuſmodiq. mutatio excretorum peculiaris videtur earum euacuationum, quæ à pharmacis fiunt. Vndè lib. de Hum. verſ. 73. legimus ſic, ea quidem calida erunt, humida verò frigida, & quæ aluum mouent plerumq. contraria, in cuius loci explicatione indicauimus, hæc eſſe ſignum abſolutæ euacuationis purgari contraria. Si verò fluxus ſymptomaticus fuerit, excretorum mutatio, quæ ad malum non ſit, cauſas ſymptomaticæ excretionis iam ceſſare demonſtrat. Vtróque igitur modo huiuſmodi excrementorum mutatio iuuare dici-
D tur, quatenus cauſas morbificas remoueri nobis oſtendit.

Aphoriſ. 18. *Eorum quæ aceruatim & velociter nutriunt, veloces etiam egeſtiones ſunt.*

An alimentum facilis coctionis, neceſſario citius diſſipetur, & ex conſequenti exiguum nutrimentum preſtet, vt hoc aphoriſmo inferre videtur Hipp. diſputatum eſt in expoſitione libri de Veteri Medicina verſ. 228. Hæc autem doctrina, ex libro de Alimento verſ. 100. deſumpta videtur.

Aphor. 19. *Acutorum morborum non omnino, certæ ſunt prædictiones ſalutis, aut mortis.*

Salutis, aut mortis prædictiones à duobus potiſſimum deſumuntur à morbi eſſentia, & à ſuperuenientibus accidentibus. Prædictiones verò quæ ex idea morbi deſumuntur, tutiores ſunt in cronicis, quam in acutis. Nam ſcimus, v. g. Tabem ex vlcere pulmonis lethalem omninò eſſe, hydropemquè confirmatum, & alios morbos ſimilis naturæ. Quartanam pari-
E ter omninò tutam eſſe. In acutis verò res non ità ſe habet, quia ſalutis, aut mortis certitudo haberi non poteſt, ſola morbi natura inſpecta, experientia enim demonſtrat nullum eſſe inter acutos morbos, adeò lethalem, quin aliquos euadere contingat, nec quorundam benignitati omninò fidendum eſt, quia mors inſpectata, haud rarò ſuccedit. Prædictiones verò quæ ex ſuperuenientibus accidentibus deſumuntur tutiores ſunt in acutis quam in cronicis, huius cauſam afferebat pulchetrimam lib. Prænot. Hipp. verſ. 319. Hunc in modum, qui porrò morbi in breuiſſimo tempore iudicabuntur faciliores cognitu ſunt, maximè enim differentiæ ab initio ipſis ſunt, qui enim ſuperſtites ab ipſis euaſuri ſint, facilè ſpirantes, & doloris exor-

tes

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 447 sur 636

©BIUM

tes sunt, & noctu dormiunt, aliaque signa securissima habent, qui verò morituri, ægrè spirantes fiunt, delirantes, vigilantes, aliaque signa pessima habent, cum igitur non ignoraret Hipp. ex huiusmodi signis superuenientibus tutiores esse prædictiones in acutis, quam in diuturnis ideò in præsenti aphorismo, non dixit Hipp. in acutis non omnino rectæ sunt prædictiones salutis, aut mortis, id enim prædictioni omnino repugnat, sed dixit acutorũ morbórum, vt indicaret prænotiones quæ sunt ipsorum morborum, & ab eorum euentu desumuntur nullam exactam habere certitudinem, ex his igitur patet, qua diligentia in Hipp. lectione procedendum sit, quando sola varietas casus vnius dictionis tantummodo sententiam penitus contrariam reddit. A

Aphor. 21. *Famem vini potio soluit.*

Fames siuè naturalis sit, siuè à morbifica causa dependens à vini potu tolli, experientia satis constat, nam voracibus nihil est, quod famem compescat citius, quam vinum alijs cibis præpotatum, & eò magis id præstat, quò generosius fuit, & ratio est in promptu. Quia si fames ab inanitione dependet, & ventriculi, & potissimum partium totius corporis, cuius inanitionis sensum (hunc naturalem appetitum vocant) ori ventriculi inferentes appetitum naturalem excitant, quæ communiter fames appellatur: vinum quia nutriendo replet, & velocissimè per vniuersum corpus diffunditur, primo naturalem appetitum sedat, indè verò ex consequenti etiam animalem, quæ est ipsa fames. Quia verò simul etiam calefacit, siccatque alteri causæ occurrit, quæ famem inducit, siuè naturalis sit, siuè præter naturam, hæc autem est frigida, & humida intemperies, famem namque describens Philosophus appetitum esse calidi, & sicci, quæ dispositionem huic contrariam tollere intendit, sicuti viceuersa aqua famem excitat, quia non nutrit, intemperiemq. frigidam inducit, quæ calidi, & sicci appetitum mouet. Vndè Hipp. aquam voracem dixit 6. Epidem. sect. 4. vers. 36. Quod si ab immodica dissolutione alimẽti fames immodica oriatur, quę Bulimos dicitur, eam haud minus tollere vinum poterit, quia dum huiusmodi affectio vehementem appetentiam inducit, id inanitione mediante fit, quam ventriculi frigiditas necessariò concomitatur. Inanitio enim absque frigiditate non famem, sed sitim potius inducit, vt experientia docet, quia inanitioni succedit siccitas, quæ sitim mouet. Quarè vinum huic pariter occurrere potest, & replendo, & calefaciendo, necnon imbecillitatem corrigendo. Hæc quamuis notissima adducere necessarium fuit propter Interpretes, qui dum inanibus exceptionibus Hipp. dicta exponunt Auctorem tacitè redarguere non animaduertunt. B C

Aphor. 22. *Quicunq. morbi ex repletione fiunt, euacuatio sanat, & quicunque ex euacuatione repletio, & eorum contrarietas.*

Mar. n. 17. Hic aphorismus ex lib. de Nat. Hum. vers. 163. desumptus est, vbi ad verbum legitur D
Mar. n. 2. quamuis eadem sententia adnotetur lib. de Flat. vers. 25.

Aphor. 23. *Acuti morbi quatuordecim diebus iudicatur.*

Hanc sententiam explicauimus in historia Hipp. lib. 3. epidem. sect. 1. Aegrot. 2. quam
Mar. n. 4. tamen repetitam legimus lib. de Iudicat. vers. 49. & in Coacis vers. 205.

Aphor. 26. *Febrem in conuulsione fieri melius est, quam conuulsionem in febre.*

Quamuis satius, sit febrem in conuulsione accedere, eo quod 4. sect. aphor. 57. legimus. A conuulsione, aut tetano vexato febris superueniens morbum soluit, sententia & lib. 1. de Morbis vers. 129. & de Iudicationibus ad finem regiſtrata. Non tamen tollitur, quin aliquando conuulsio febrem sedet, id enim affirmauit loc. cit. de Iudicationibus Hipp. quo in loco causam, & modum solutionis indicauimus. Qua ratione verò febris superueniens conuulsionem tollat, satis demonstratum est ab Interpretibus.
Mar. n. 6. *Mar. n. 13.* E

Aphor. 29. *Incipientibus morbis, si quid mouendum videtur, moue: vigentibus verò, quietem agere melius est.*

Hoc verbo mouere non comprehẽdi omnia præsidia medica, vt exponũt nonnulli, ex præsenti aphorismo apparet manifestè, sed eam tantummodo euacuationem, quæ fit per infernã aluum, per ea, quæ ore assumuntur, quandoquidem cætera omnia præsidiorum genera in morbi vigore etiam administrari possunt, imò sunt nonnulla, quorum idoneum tempus est circà vigorem. Verum hoc idem adnotauimus 1. aphor. 22.

Aphor. 31. *Ex ægritudine benè cibum capienti nihil augescere corpus, malum.*

Hic

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 448 sur 636

A Hic aphoriſmus parum differre videtur ab octauo, qui loquitur hunc in modum, ſi ex morbo cibum capiens quis non corroboratur, corpus plurimo alimento vti ſignificat. Si verò cibum non aſſumenti, hoc contingat, noſſe oportet, quod euacuatione eget. Verum inter ſe multum differunt: quod ex eo patet, quia hic malum dicit, ibi autem euacuatione tantummodo egere, huiuſque ſenſus longè diuerſus eſt ab eo, quem verba primo aſpecta ſonant. Inquit enim, ſi quis benè, hoc eſt ſine errore iuxtà, & quantitatem, & qualitatem, & aſſumendi modum, cibum aſſumat, & corpus non augeatur, priſtinam carnis molem, cutiſque colorem recuperando, malum, quia id ſignificat interius latitare cauſam, quæ alimentum etiam rite aſſumptum concoqui, & apponi non permittat, vndè caro deperdita non ſolum, vt par eſſet, non recuperatur, ſed deperditur continuò. Hanc cauſam ipſemet Hipp. ad imbecillitatem reduxit 2. aphor. 28. viſcerum ſcilicet, & calidi innati à quibus omnis actio dependet, B vt iure merito, malum dixerit. At vires animales non recuperari, non omninò malum eſt ſimpliciter, quia id euenire poteſt ab humorum copia, qui naturam opprimant, & imbecillam reddant, & ideò de his loquens malum non dixit, ſed euacuatione indigere. Ex quibus colligere licet, grauius malum eſſe corpus ab alimento conuenienti non augeri, ſed extenuari potius: quam vires animales non recuperari. Huic expoſitioni ſatis conuenit ratio citati aphoriſmi: febricitantium non omninò leuiter permanere, neque minui corpus, aut etiam magis, quam pro ratione colliquari, malum eſt: illud enim morbi longitudinem, hoc verò debilitatem ſignificat.

Aphor. 32. Plerunque omnes malè habentes ab initio cibum benè capientes, & nihil proficientes, ad finem rurſus cibos faſtidiunt. At ab initio quidem valdè cibum auerſantes, poſtea verò benè cibum capientes melius liberantur.

C Galenus & hunc pariter aphoriſmum ad conualeſcentes refert; quemadmodum etiam cæteri eius temporis expoſitores fecere, ea ducti ratione, quia inquit Hipp. neque quidquam proficientes, cum certum ſit ægrotantibus non dari alimentum ad reficiendum corpus, ſed ad vires tantummodo conſeruandas. Ex altera parte verba contextus de ægrotantibus hæc eſſe intelligenda clarè oſtendunt, & hæc maximè, malè habentes, quibus ab initio, &c. in fine liberantur, quæ non facilè conualeſcentibus accommodantur. Sed & ipſemet Galenus à rei veritate compulſus, quaſi ſui ipſius immemor hanc expoſitionem amplexus eſt, quando in fine comentarij hæc protulit. Qui verò per initia tam fortiter cibum aſpernabantur, vt parum omninò ſumerent: poſtea verò in contrarium acti appetunt, eos facilius morbo defungi affirmat, quod quidem de conualeſcentibus, & morbo defunctis iam dici nequaquam poteſt. Sed & experientia demonſtrat, hunc aphoriſmum verificari in ægrotantibus, quorum aliqui à D principio morbi vehementer appetunt, alij è contrà, à principio cibos auerſantur, & vtriq. tandem in contrariam diſpoſitionem permutantur, & ratio adeſt manifeſta, qui enim à principio appetunt, vix detineri poſſunt, quin plurimo vtantur alimento, à quo diſtracta natura morbo minus reſiſtere poteſt, vndè neceſſe eſt, cauſis morbificis ſuperantibus hominem interire, vel ſaltem morbum protrahi in longum tempus, præſertim quia ex copioſo alimento cruditates generantur, quæ non ſolum morbum fouentes diuturnum faciunt, ſed appetentiã tandem tollunt. Contrà verò, qui à principio morbi cibos faſtidiunt parum comedentes, humores inappetentiam facientes abſumunt, & hoc pacto benè appetentes fiunt. Et quia diæta tenuis à principio morbi, & per totum vigorem ſeruata morbum abbreuiat, & illius contraria producit, ideò ſubiungit Hipp. & melius euadunt, qui à principio cibum auerſantur, quam contrarij. Verùm cur addidit. Et non proficientes? quia facilè cibum accipere per morE bos, non ſemper malum eſt, ſed aliquando etiam bonum, & cauſa, & ſigno. Signo quidem, quia ſimpliciter loquendo, vt ait ipſe inferius. Benè ſeſe offerre ad oblata, bonum eſt in omni morbo. Vt cauſa verò, quando aſſumptum cum facilitate alimentum vires reficit. Quarè ſi facilè cibum aſſumere in morbis, tunc malum eſt, quando ab aſſumpto alimento non corroboratur, aut reficitur æger, ſed grauatur potius, meritò inquit Hipp. nec proficientes, hoc eſt eam refectionem à cibis acquirere, quam par eſſet.

Aphor. 33. In omni morbo valere mente, & benè ſeſe habere ad ea quæ offeruntur bonum: contrarium verò malum.

Præſens aphoriſmus duo ſigna comprehendit, quæ in omni morbo ſalutaria ſunt, mentis conſtan-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 449 sur 636

constantiam, & promptitudinem circa ea, quæ offeruntur. Quarè duabus sententijs inter se diuersis constare videtur. Veruntamen si per oblata cũ Galeno intelligimus cibos tantummodo, & potiones, in quorum assumptione facilitas, & promptitudo, naturalis facultatis robur attestatur, vtrunque signum per se assumptum infidum erit. Quoties enim ægrotantes summa facilitate cibos, & potus, imò etiam medicamenta insuauia assumunt, qui tamen læthaliter laborant? Similiter & mente constare plurimos per totum morbũ videmus, vsque ad extremas horas. Quarè vt hæc signa bona sint, necesse est ambo simul concurrere, ità enim vtriusque facultatis, naturalis inquam, & animalis robur vigere cognoscemus, quæ morbum salutarem plerunque constituunt. Quarè sententia clarior erit, si dicamus, cum mentis constantia, benè se habere ad ea quæ offeruntur bonum. Si verò per oblata intelligimus etiam medicamenta, quæ offeruntur, vt vox ipsa sonat, verba illa εὖ ἔχειν, ideſt, benè habere, alio sensu accipienda erunt, ità vt intelligamus ea, quæ offeruntur, non solum cum facilitate accipi, sed etiam cum conferentia, id enim totum significat bene se habere. Quod quidem respiciens Hippocrates lib. 3. Epidem. sect. 3. inter mala signa, quæ in constitutione illa adnotauit, illud fuit maximum, quod ægri ijs, quæ offerebantur difficulter obedirent, eodemque verbo προσφέρειν, vsus est, quo in præsenti aphorismo, quid verò difficulter obedire importet indicauit per illa verba, quæ subiunxit. Nam purgationes plurimos amplius lædebant. Quotiescunq. igitur præsidia circà ægrotum administrata intentum finem habent, quia æger facilè assumit, & ei conferunt, id benigni, & salutaris morbi signum est, contrarium verò malum. Verum si signum hoc ità acceptum per se solum bonum est, cur aliud addidit, mente constare? quia sæpè euenit, vt æger omnia promptissimè assumat, etiam quæ sunt insuauia, idque non robore naturalis facultatis, quæ sicuti suauia alimenta accipit libenter, ità insuauia abhorret, & auersatur, sed animalis facultatis vitio, cuius gratia sapores bonos à malis non distinguit æger, iuxtà rationem illius sententiæ. Qui aliqua parte dolentes dolorem non sentiunt, mens ægrotat. Pari ratione quoque euenit aliquando, vt medicamento aliquo assumpto, æger melius habere videatur, cum tamen id verum non sit, eò quod propter deliriũ, quod molestias ægrotantibus obscurat, non adeò conqueritur, quemadmodum antè. Vt ergò hæc duo signa firma sint, & semper bona, necesse est vtraque simul concurrere, vt explicatum est suprà.

Aphor. 35. *In omni morbo partes circa vmbilicum, & pectten crassitudinem habere melius est. At vehemens tenuitas, & eliquatio praua est. Periculosa verò talis etiam ad infernas purgationes.*

Abdominis extenuatio mala est semper, quia naturalem facultatem, quæ ibi maximè viget malè habere significat, à cuius robore, quod illius indicat crassitudo, morborum dependet solutio. Eadem verò extenuatio infernas prohibet purgationes. Quia indè alui fluxus timetur, qui talibus pernitiosus esse consueuit. Nam eadem ratione pharmaca deorsum purgantia cauet Hipp. in tabidis lib. 2. de Morb. sect. 2. vers. 320. imò per superiora helleboro purgaturos admonet, ità præparatum dari, nè infernam aluum moueat. Duplici autem ratione medicamenta deorsum purgantia alui fluxum extenuatis inducunt, tum quia humores ad partes inferiores, iam debilitatas ex morbo, deducunt, quæ cum motum illum ad inferiora propter imbecillitatem inposterum compescere non possint, eò vsque perseuerat, vt morbosa affectio constituatur, tum etiam quia medicamenta purgantia partes ad aluum spectantes humido substantifico priuatas impensè calefaciunt, vndè corruptio, colliquatioue succorum vi caliditatis introducitur, quæ alui fluxum excitat. Hac enim ratione ventris inferioris caliditas tabidis alui fluxum mouet, vt loco citato Hipp. adnotauit, quod si tabidis contingit, eadem ratione ventre inferiore extenuatis euenire, rationabile est.

Mar. n. 46.

Sectio III.

Maior pars aphorismorum præsentis sectionis, ad temporum mutationes spectantium, ex libro de Humor. & de Aere, Aquis, & locis desumpta est, quæ loca inuicem collata tantum lucis sibi inuicem afferunt, vt interpretationis vicem gerere possint.

Aphor. 1. *Mutationes temporum maximè pariunt morbos.*

Hæc

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 450 sur 636

A Hæc ſententia libro de humoribus deſcribitur hunc in modum, verſ. 158 Mutationes maximè pariunt morbos, & præſertim maximæ, & in temporibus magnæ mutationes, & in alijs. Quæ quidem lectio etiamſi breuior ſit, non tamen obſcurius, & imperfectius Auctoris mentem exprimit.

Verſ. 2. Naturæ aliæ quidem ad æſtatem, aliæ verò ad hyemem, &c. Mar. n. 6.

Hæc ſententia clarior deſcribitur lib. de Humor. verſ. 163. his verbis. Naturæ quantum ad tempora attinet, aliæ ad æſtatem, aliæ ad hyemem benè, aut malè diſpoſitæ ſunt. Quantum verò ad regiones, & ætates, & victus rationem, & alias morborum conſtitutiones, aliæ ad alias benè, aut malè ſeſe habent.

Aphor. 4. In temporibus, quum eodem die modo calor, modo frigus ſit, autumnales morbos expectare oportet. Mar. n. 4.

B Hic aphoriſmus pariter ex eodem libro deſumptus eſt verſ. 127. quo in loco eiuſdem vſus, & ratio ſufficienter exprimuntur.

Aphor. 5. Auſtri auditum grauantes, caliginoſi, caput grauantes, &c. Mar. n. 6.

Huius aphoriſmi proprius eſt locus liber de Humor. verſ. 148. Qui tamen in aphoriſmos ſententiam tranſtulit, hæc omiſit, quæ ibi leguntur. Vlcera glabra, maximè oris, pudendorum, & aliarum partium, non abſque vtilis doctrinæ iactura: hæc enim non minus rationabilia ſunt antè dictis.

Aphor. 6. Quum æſtas ſit veri ſimilis, ſudores in febribus multos expectare, &c.

Et hic pariter aphoriſmus longè fructuoſior legitur proprio in loco hunc in modū. Quum verò æſtas fiat veri ſimilis, ſudores in febribus, & febres faciles, & non peracutæ, neque linguis obaridæ fient, & quæ indè ſequuntur aureo ſtilo adnotanda.

C *Aphor. 8. In conſtantibus temporibus, ſi tempeſtiuè tempeſtiua reddantur morbi conſtantes, & iudicatu facillimi fiunt.*

Hæc ſententia ad verbum legitur lib. 2. epidem. ſect. 1. ver. 15. eiuſdemq. breuiarium de humoribus verſ. 131. adnotatur. Mar. n. 5.

Aphor. 9. In autumno morbi acutiſſimi, & omninò mortiferi: ver autem, &c.

Huius aphoriſmi doctrina longè perfectior habetur lib. cit. epidem. verſ. 14.

Aphor. 10. Autumnus tabidis malus.

Præſens aphoriſmus deſumptus eſt ex lib. 6. Epidem. ſect. 7. verſ. 73. vbi hæc habentur. Tabeſcentibus autūnus malus: malū item ver, quū fici folia cornicis pedibus ſimilia fuerint.

Aphor. 11. De temporibus ſiquidem hyems ſicca, & aquilonaris fuerit, &c. Mar. n. 25.

Huius aphoriſmi interpretatio aliundè non eſt petenda, præterquam ex proprio fonte:

D ex libro ſcilicet de Aere, Aquis, &c. verſ. 166. vbi exactiſſimè deſcripta eſt.

Aphor. 12. Si verò hyems auſtralis, & pluuioſa, ac clemens fiat, ver autem, &c.

Hæc ſententia, quemadmodum, & eā, quæ in ſequenti aphoriſmo regiſtrata eſt, longè perfectior legitur libro citato de Aere, Aquis, &c. quo in loco dictorum ratio quoque adſcribitur, contextus verba non tranſcribam, ne in molem creſcat opus: cum vnuſquiſque in proprio fonte ea inſpicere poſſit. Quod ſi circa verba ipſius contextus aliqua difficultas legenti occurrat, Septalij præ cæteris comentarium adeat, quod in huius libri explicationem edidit. Eiuſdem breuitatis gratia præcedentium aphoriſmorum explicationem omiſimus, quando eam apud illius libri expoſitores inſpicere vnicuiq. licet. Mar. n. 26.

Sectio IV.

E *Aphor. 1. Vtero gerentes ſunt medicandæ, ſi turgeat quarto menſe, &c.*

Quid ſit turgere, & qua ratione in purgatione prægnantium turgentia requiratur, demonſtrauimus ſuperius, in explicatione 22. aphor. ſect. 1. quæ quidem ſi ijs addantur, quæ hoc in loco, ab interpretibus adducta ſunt, nihil pro exacta huius aphoriſmi interpretatione deſiderari poterit.

Aphor. 3. Si qualia oportet purgari purgentur, confert, & facilè ferunt, &c.

Hæc ſententia pluribus in locis repetita eſt, quod quidem illius præſtantiam indicat. Nam & 1. ſectione aphor. vltimo, & 6. Epidem. ſect. 4. verſ. 28. necnon epiſt. 21. verſ. 8. ijſdem

ferè

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 451 sur 636

ferè verbis legitur, quamuis à recentioribus negligatur omninò, qui in quolibet morbo quouis humore peccante, eadem ferè medicamenta præscribunt. A

Aphor. 4. Medicamentis purgare oportet, æstate quidem superiora.

Regionem purgationi conuenientem plurimum attendisse Hipp. non modo ex hoc, & sequentibus aphorismis constat: sed ex tota ipsius doctrina, cum rarò admodum purgationis mentionem faciat, quin sursum nè, an deorsum purgandum sit, exactè distinguat, contrà recentiores Medicos, qui absque distinctione, omnem purgationem deorsum faciunt. Ratio autem distinctionis à pluribus desumitur, sed à morbo potissimum, vndè vulgaris extat sententia inferius aphorismo 18. registrata. Dolores suprà septum transuersum, qui purgatione opus habent, sursum versus purgatione indigere significant: qui verò infrà, deorsum, & hæc indicatio tantum potest, vt alias omnes præcedat. Verum quotiescunq. via purgationis ab affecta parte non indicatur, alia succedunt, ex quibus huiusmodi distinctio petenda est, v.g. anni tempus, de quo in præsenti aphorismo agitur, qui purgationem æstate per superiora, hyeme per inferiora faciendam præcipit. Idque non esse inuiolabiliter obseruandum, nos admonet per particulam maximè, cum aliquando multa occurrant, quæ contrario modo procedere nos cogunt. Huius aphorismi rationem satis sufficientem adduxit Galenus. B

Aphor. 8. Tabescentes autem cauentes superiores.

Mar. n. 46. Nihil apertius est in Hipp. doctrina, quam tabe laborantes deorsum non esse purgandos, libro enim 2. de Morb. sect. 2. vers. 320. Tabis ex pulmonis affectu curationem pertractans non solum expresè infernam purgationem prohibet per illa verba, pharmacum autem nullum deorsum purgans dato, sed veratrum album præscribens, ità temperatum dari iubet, nè aluum infernam moueat. Imò radicem dracontij, & veratri delingendam probat, sed non ex melle, sic enim (inquit) minimè aluum mouebit, eandem sententiam secutus est in cura- C
Mar. n. 48. tione alterius tabis, quæ ab aphtis pulmonis ortum ducit, libro eodem sect. 3. vers. 20. curatur, inquit, vomitu ex lenticulæ decocto, quod si tempestiuum videatur veratrum bibat, si quidem potens fuerit per se: sin minus dimidium potionis ad lenticulæ decoctum ammisceto, ità vt quinta, aut sexta potione desinat. At ventrem infernam nè moueas medicamento, nisi febres fortes, hoc est putridæ (vt nos loquimur) corripuerint. Cum igitur Hipp. pro tabis curatione solis vomitibus ad purgationem vtatur, & infernas purgationes, adeò caueat; non est rationabile in præsenti aphorismo totum oppositum statuere, & ideò asserendum est, hoc nomine φθινάδεας, intelligere Hipp. non tabe laborantes; sed ad eam naturali constitutione dispositos, in his enim superiores purgationes sunt suspectæ, ob periculum, nè aliquod vas in thorace rumpatur: quod in huiusmodi naturis angustum est, & debile. At laborantibus tabe purgationes infernæ duplici ratione incommodæ sunt, primò quia sputum, indè supprimitur: quo nocètius in huiusmodi affectibus excogitari non potest. Secundò quia, vt præcedenti sect. num. 35. adnotauimus alui fluorem inducere plerunque solent, qui tabidos tandem ad interitum perducit. Quarè his minus incommoda erit superna purgatio, à cuius violentia etiamsi pulmo commoueatur, quia tamen huiusmodi commotionibus assuetus est, propter tussim, quæ tabidos ferè omnes vehementer exagitat, ideò non admodum lædere apta est. Aegrotanti q. maximo adiumento esse potest, non solum, quia materiam antecedentem educit, sed etiam quia coniunctæ excretionem, quæ fit per tussim, non mediocriter adiuuat. Nec in his vasis ruptio præ vomitus violentia timeri potest, quia venæ ab extenuatione in his suprà modum inanitæ, non adeò rumpuntur: quemadmodum ijs, qui in tabem nondum inciderunt, ex dictis igitur patet, quam malè cum præceptore consenserit Galenus in com. aphor. 35. secundæ, dum censet, purgationem per superiora in extenuatis suspectam haud minus esse, quam quæ fit per inferiora. D E

Aphor. 13. Ad veratrum his, qui non facilè sursum purgantur, &c.

Huius aphorismi, & duorum sequentium doctrinam citauimus, & explicauimus in enarratione illius sententiæ: Eum qui veratrum bibit si citius purgare volueris lauare oportet, aut comedere, ex lib. 6. epidem. sect. 5. vers. 34. communem errorem expositorum indicantes, qui dum hæc ad quamlibet purgationem extendunt sententiam falsam reddunt, quia hæc in euacuationibus illis tantummodo verificantur, quæ per superiora fiunt, & potissimum ex veratro. Nam experientia docet, ad vomitum propensos, quum mouentur statim euomere, &

quibus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 452 sur 636

A quibus immodicus eſt vomitus, nihil vtilius eſſe, quam ſomnum inducere, quem tamen infernas non prohibere euacuationes demonſtrant illi, qui medicamenta purgantia hora ſomni aſſumunt, cuius diuerſitatis ea eſt ratio: quia vomitus animalis facultatis potiſſimum actio eſt, quæ ociatur per ſomnum, ad excretionem verò alui, naturalis præcipuè concurrit, quæ in ſomno potius corroboratur.

Aphor. 16. Veratrum periculoſum eſt ſanas carnes habentibus, conuulſionem, &c.

Hic aphoriſmus confirmat id, quod proximè adnotauimus, hoc nomine helleboro purgare, Hipp. non quamlibet intelligere purgationem, ſed eam tantummodò, quam helleborus facit, videlicet per ſuperiora. Nam exolutionem potius faciunt infernæ purgationes, cum corpus lædunt, vt ex 36. aphoriſmo ſecundæ ſectionis conſtat, ità vt conuulſio peculiare ſit ſymptoma earum, quæ fiunt per vomitum; idque propter ventriculum, qui tunc maximè laborat: vndè neruoſo genere ei compatiente conuulſiones fiunt.

B *Aphor. 17. Sine febre exiſtenti cibi fatidium, oris ventriculi morſus, & vertigo, &c.*

Non appoſita eſt hæc particula ſine febre exiſtenti, vt febricitantes omnes ab huiuſmodi purgatione excluderet, quando hæc adſunt ſymptomata. Sed vt ſignificaret febre carentibus ſupernam purgationem eo caſu ſemper conuenire, cum nihil concurrere poſſit, quod eam prohibeat, quod in febribus non contingit. Prædicta enim accidentia duplicem cauſam habere poſſunt, vel copiam humoris bilioſi, ventris ſuperiores partes petentis, vel inflammationem aliquam, ventriculi partes occupantem, & ſicuti in primo caſu vomitus ſemper conuenit, tum ratione materiæ, quæ ſurſum facilè mouetur, tum propter locum, in quo reſidet, ità inflammatione ventris partes tenente nihil magis lædere poteſt, quam vomitus: per quem partem affectam plurimum laborare contingit, quia verò talis inflammatio non poteſt adeſſe ſine febre, ideò vt hunc caſum excluderet dixit: non febrienti. Si quis tamen
C cum dictis accidentibus abſque inflammatione febricitaret, tutò per ſuperiora purgari poſſet, quarè vt propoſitionem vniuerſaliter veram conſtitueret, conditionem appoſuit, niſi febris adſit.

Aphor. 21. Egeſtiones alui nigræ, velut ſanguis niger ſua ſponte prodeuntes, &c.

Vſus eſt hac voce ὑποχωρήματα, vt cæteras nigri ſanguinis excretiones excluderet, cuiuſmodi ſunt, quæ per hæmorrhoidas, ſæpè ſalubriter contingunt. Appoſuitq. notam illam, Sanguini atro ſimilia, qualis nempè vena ſecta extrahitur: talemque obſeruatum fuiſſe à Galeno legimus com. 3. in 6. epid. in muliere quadam, illumque liquidæ pici aſſimilauit: vt exciperet deiectiones humoris melancolici, qui cum naturaliter multo ſero diluatur, excretiones facit non craſſas, qualis eſt ſanguis niger; ſed tenues, & aquoſas. Has enim ſalubriter excerni teſtatur Hipp. ſect. 3. Coac. Præn. verſ. 394. vbi hæc habet. Tenues nigrorum egeſtiones hor-
D ridæ, dictis ſunt meliores. Tales maximè proſunt in ætate antè vigorem, cuius ſententiæ explicatio ad huius aphoriſmi interpretationē plurimum conducit. Quæ igitur ſanguini atro ſunt ſimiles, omnes malæ ſunt, quia neceſſe eſt cauſam habere, vel præcedentem exuſtionem, vel proprij ſeri conſumptionē, vel denique calidi innati extinctionē: quæ ſingula caſum læthalem cōſtituunt: vt loco citato fuſius à nobis explicatū eſt. His de vocis ſignificatione, & de prima aphoriſmi parte explicatis, circà ea, quæ ſubiūgit Hipp. & quò plures fuerint deteriores colores, tantò magis malū eſt, adnotare oportet, non comparari deiectiones nigras cum variegatis, quaſi dicat Hipp. Nigras eſſe peſſimas, ſed variegatas adhuc peiores, vt aphoriſmi verba primo aſpectu ſignificare videntur. Malitia enim æquales cenſentur libro Prænot. verſ. 153. nec eſt rationabile, grauius ſe habere eum, qui modo nigra, modò viridia, aut flaua excernat; quam qui perpetuò nigra, quia ſi hæc ab intēſiori, & fortiori cauſa procedunt; ſatius eſt
E eam aliquando remitti, & excrementa colorem nigro mitiorem contrahere, quam continuò in ſua vehementia perſiſtentem perpetuò nigra producere. Quarè docet tantūmodo, quæ ſint in vtroque genere peſſimæ, quaſi dicat inter ſimplices deiectiones omnium peſſimæ ſunt nigræ, inter varias autē illæ ſunt deteriores, quæ pluribus coloribus intenſioribus diuerſificantur. Quam quidem ſententiam clarius expreſſam legimus 3. Coacar. Prænot. verſ. 349. hunc in modum. Egeſtio alui nigra, velut ſanguis, & cum febre, & ſine febre mala eſt. Malæ item omnes variæ abundè coloratæ. Quarè ſi Aphoriſmus ex coaca corrigeretur ſententia longè clarior, & rationabilior redderetur. Subiungit verò poſt hæc: cum medica-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 453 sur 636

mento verò, meliores, & quantò plures fuerint colores non malum, quæ etiam si de variegatis prolata videantur, in nigris tamen etiam verificatur, in ambobus enim par ratio viget, quia cum huiusmodi excretiones sponte excernuntur ab ipsis, naturam stimulari necesse est, quod maiorem à naturali statu recessum in ijs indicat: quam vbi in corpore quiescentes medicamento eos educente indigent, imò his à medicamento euacuatis, illud commodi accedit, quia humor peccans è corpore educitur, quam vtilitatem respiciens Hipp. non dixit à medicamento minus malum, sed melius. Quod verò sequitur. Et quantò plures fuerint colores, non malum, difficultatem facit, quia à medicamento varia educi, semper malum esse videtur, id enim, aut superpurgationis est effectus, aut plures humores noxios in corpore abundare significat. Rectè tamen hoc dictum est, his enim significare vult Hippocrates varietatem in excretionibus à medicamento eductis, non esse malam, quemadmodum ea, quæ sponte procedit, propter eandem rationem, quam de nigris, & sinceris nuper adduximus. Et quamuis varios succos in corpore peccare non sit bonum; minus malum tamen est, plures, & inter se diuersos peccare, quam vnum tantum, & illum pessimum, quotiescunq. enim quod in corpore est præter naturam, vnius est naturæ, & facultatis; facilius cæteros humores ad propriam naturam trahens corrumpet, quam vbi plures, & inter se contrarij dominantur, nam contrarietas, quæ inter hos versatur, dum vnum alteri resistit, est causa, vt cæterorum humorum corruptio difficilius contingat. Quod si rem hanc ex causis humores ipsos producentibus perpendamus, siue hæ sint errores in cibis, & potibus; siue in anni temporum permutationibus (hæ enim potissimæ causæ ab Hippocrate censentur, cur humores præter naturam in corpore generentur) sicuti magis lædit mala victus ratio, quando vniformis prauitatis est, quam vbi in edulijs malis fit mutatio, & in anni temporibus grauior est excessus, qui diutius perseuerat, quam vbi inter contrarios fit permutatio, ità peius erit in corpore, vnum tantummodo humorem prauum generari, quam plures, varioſque, & inter se diuersos. Concludamus ergò: Atram bilem sponte excerni per aluum, pessimum signum esse, minus malum, si à medicamento. Similiter deiectiones variegatas, sponte feri, malum esse, & eò peius, quò plures erunt colores, minimè malum si à medicamento id fiat, & quò plures erunt colores, eò meliores, idquè & in febribus, & sine febribus perpetuò verum esse, adnotauit.

Aphor. 23. Quibuscunq. ex morbis acutis, aut ex diuturnis, aut ex vulneribus, &c.

Infœlix prognosis, quæ certam mortem, tam proximè antecedit, sed adeò firma, vt prædicentem nunquam decipiat. Huius verò rationem elicies ex ijs, quæ in expositione libri Coac. Præn. sect. 3. vers. 394. à nobis adducta sunt.

Aphor. 24. Dysenteria si ab atra bile incæperit, læthalis.

Si in dysenteria vlcera fierent erumpente ab intestinorum tunicis humore: non autem eodem in transitu abradente, certè dysenteria ab atra bile à cancro vlcerato non differret, vt Galenus sensit, quem cæteri omnes secuti sunt. Verum res non ità se habet, & ideò non est necesse, vlcus ab atra bile eo modo inductum, cancrosum fieri, videlicet, circum circà durum, & saniem fœtidam producentem, alijsque signatum notis, quæ cancro vlcerato conueniunt. Quarè non ratione vlceris casus hic læthalis est, sed ratione causæ, à qua excitatur. Nam si atræbilis excretio à principio cuiuscunque morbi, omninò mortifera est, eò quod tunc per coctionem mitificata esse non potest. Quantò magis læthale erit, atram bilem excerni, quæ non solum non sit mitigata pepasmo, sed tantam habeat acrimoniam, vt intestina in transitu vlcerare possit? Quapropter hic casus duplo læthalior est præcedenti, & quia atrabilis à principio excernitur: quod insinuatur per verbum incæperit, & quia extremè acris est, non quia in dysenteria atra bilis excernitur. Nam si ea in corpore dominante dysenteria corripiat, in cuius progressu atrabilis, vnà cum mucis sanguinolentis excernatur, non solum huiusmodi dysenteria non erit læthalis necessariò, sed etiam quandoque salutifera. Vndè septima Aphorism. 5. legimus. A furore dysenteria, vel hydrops, vel ecstasis bonum.

Aphor. 27. Quibus in febribus sanguinis multitudo eruperit vndèquaq. &c.

Præsens aphorismus sub vniuersaliori sententia continetur, quæ lib. 1. Prorret. vers. 221. registrata est hunc in modũ. Quibus sanguinis eruptio multa fuerit, procedente tempore aluus

malè

A malè afficitur, niſi vrina concocta fuerit, ex quibus docemur cauſam, propter quam aluus humectatur illis in mala ventris affectione conſiſtere, vndè nec ventriculi concoctio perfecta, nec exacta alimenti diſtributio perficitur, quæ cum ab hepatis facultate potiſſimũ depẽdeat, eo per hæmorrhagiam debilitato, diminuta fit diſtributio: vndè alui excrementa humidiora redduntur, per largas verò ſanguinis fluxiones hepar debilitari, omnibus eſt notum. Hanc verò hepatis, & ventriculi affectionem indicabit vrina tenuis, & aquoſa, quæ ſi concocta appareat, fortaſſe aluos humectari, non erit neceſſe. Naturale enim robur viſcerum naturali facultati inſeruientium tale eſſe poteſt, vt ex longa, etiam ſanguinis fluxione nihil incommodi eis euenire permittat. Quarè præſentem aphoriſmũ fortaſsè veriorem cõſtituiſſet illius auctor ſi ex Prorretic. hunc in modũ eum conflaſſet. Quibus in febribus ſanguinis multitudo eruperit vndequaq. his in refectionibus alui plerunq. humectantur, & vrina tenuis apparet.

B *Aphor.* 28. *Quibus bilioſæ ſunt egeſtiones, ſurditate fiente ceſſant, & quibus ſurditas, &c.*

Bilis admodũ exigua in cerebro naturaliter generatur, quia frigidiſſimũ eſt membrũ, & quę ibi generatur, per aures naturæ inſtituto expurgatur, cuius rei illud certiſſimũ argumentũ eſt: quia aurium ſordes perpetuò in ſanis amareſcunt, cum igitur aures ſint bilioſi excrementi receptaculum, rationi conſonũ eſt eas à bile potius, quam à pituita obſurdeſcere, quo ſtãte non eſt mirũ ſi bilioſę deiectiones ſurditatẽ tollãt, materia morbifica deorsũ fluente, è contrà verò ſurditas ſuperueniens diarrhęam biliosam ſedet, non quidem eò quod bilis, quæ per aluũ fertur, tota ad meatus auditorios feratur, ſed quia ſurditas eſt ſignum, bilem ad ſupernas partes ferri, vndè reuulſione quadam ab infernis ad ſuperna facta, bilioſæ deiectiones ceſſant. Hæc eadem ſententia 3. Coac. Prænot. legitur verſ. 378.

Aphor. 29. *Quibus in febribus ſexta die rigores fiunt, &c.*

C Cum inferius aphor. 58. dicat ſimpliciter Hipp. Cauſone occupato rigore accedente ſolutio, nec excludat rigorem ſextæ diei, dicendum eſt, cauſonem inter febres ſimpliciter dictas ab Hipp. non connumerari, quo ſtante præſens aphoriſmus ad cauſonem non extenditur, aut difficultatem iudicij, quem rigor ſextæ dici prẽmonſtrat, non excludit febris ſolutionem, ità vt fieri poſſit, vt febris ardens à rigore ſextæ diei tollatur, vt citatus aphoriſmus decernit, recidiua tamen vigore ſextæ diei contingat, quæ hac voce δύσκριτα, comprehenditur, prout in citati aphoriſmi explicatione demonſtrabitur. Reliqua ad aphoriſmũ ſpectantia partim per ſe nota ſunt, partim ab interpretibus explicantur. Vidè expoſitionẽ noſtrã lib. Coac. Præn. v. 19.

Aphor. 30. *Quibus exacerbationes fiunt, quacumq. hora febris dimiſerit, ſi poſtridie, &c.*

In febribus quotidiè obſeruatur, & maximè in tertianis: acceſſiones eadem penitus hora accedere, quæ tamen facilè iudicantur, & ſi aliqua earum paulò ſit longior ſolito, non tamen D difficilè iudicium habere affirmari poteſt, & certè ſi febres tali ordine procedunt, difficilè iudicium habere non poſſunt, quod inconſtantium morborum proprium eſſe videtur, plurimum enim inter ſe conueniunt ἀκατάστατος, καὶ δύσκριτος, hoc eſt inſtabilis, & difficilis iudicij, quemadmodum eorum contraria εὐστάθεις καὶ εὐκρίτους, eique ſimul copulauit Hipp. aphor. 8. ſect. 3. In conſtantibus temporibus (inquit) ſi tempeſtiuè tempeſtiua reddantur, morbi conſtantes, & iudicatu faciles fiunt, in inconſtantibus autem inconſtantes, & qui difficile iudiciũ habent. Quarè Hipp. ſententia temerè ad omnes febres transfertur, quæ acceſſiones habent: cum de ijs tantummodo intelligat, quæ quotidiè inuadunt, quod verba contextus palàm faciunt, inquit enim, ſi die ſequenti corripiat, quod febrium quotidianarum eſt proprium (quotidianas appello ad morem Hipp. eas omnes, quæ quotidiè inuadunt) de his enim aphoriſmus verificatur. Febres enim hac, vel illa hora exacerbationes facere, à natura humoris contingit, quæ E in febre prædominium habet, nam cum quilibet humor habeat peculiare diei tempus, quo mouetur, qui maius prædominium in materia febrili habuerit, id horam præſtabit in qua exacerbatio contingat. Quum ergò febris quotidiè inuadit, & eadem hora, quatenus ſingulo die accedit, humoris bilioſi copiam indicat: ſi Hipp. credimus, qui libro de Nat. hum. verſ. 280. teſtatur, quotidianã febrem à copioſiori bile dependere, quam tertianam, quatenus verò eadem hora repetit, indicat materiam, quæ priorem acceſſionem facit, à materia ſequentis, nec loco differre, nec natura, quod cauſæ firmitudinem, & robur ſignificat, ſtante igitur materiæ morbificæ copia, eaque forti, impoſſibile eſt, vt à natura citò ſuperari poſſit, vndè neceſſe eſt, morbum, aut malè iudicari, aut longo tempore, & per multas recidiuas, quæ difficultatem

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 455 sur 636

iudicij constituunt, quod quidem non euenit, quando febris diuersis horis exacerbatur, quod ob materiæ diuersitatem, diuersosq. febris focos contingit, quæ causæ debilitatem constituũt, & quæ naturæ facilè cedit. Quæ verò longiori periodo accedunt, quia bilis copia non adeò viget, paroxismorum constantia non erit difficilis: quia à naturæ robore, & materiæ obedientia euenire id potest. A

Aphor. 32. Quibuscunq. ex morbis conualescentibus quid doluerit, isthic abscessus fiunt.

Iudicato morbo, particulæ coctionibus destinatæ, sæpè adeò infirmæ remanent, innatusque calor adeò debilis, vt nisi conualescentes, quos immodica appetentia plerumq. tenet, magna custodia regantur, varias congerunt cruditates, quæ temporis progressu, recidiuæ materiam præstant, quæ tamen, si interim ad partes ignobiliores detrudatur, in illis abscessus faciunt, qui hominẽ à recidiua præcauent. Differuntq. huiusmodi abscessus ab illis, qui in morbis antè iudicationem contingunt, materiæ efficientis ratione, quæ in his eadem est, quæ morbũ effecit illorum verò, de quibus hic mentio fit, sunt cruditates in ipsa refectione congestæ, idque ex ipsomet Hipp. colligitur, qui inferius aphor. 45. de ijsdẽ abscessibus loquens. Quibus tubercula (inquit) ad articulos, vel dolores post longas febres fiunt; hi pluribus cibis vtuntur, Hipp. ergò vt hos abscessus ab illis distingueret dixit: quibus ex morbis conualescentibus. In hoc igitur aphorismo docemur, non solum futuros abscessus prædicere in conualescentibus, sed etiam in qua corporis parte futuri sint. Si enim soluto iam morbo, pars aliqua dolere, aut lassitudinis sensum habere contingat, in ea abscessum futurum prædicemus. B

Aphor. 40. Et vbi in toto corpore mutationes, & si corpus perfrigeretur, &c.

Mutatio frequens frigoris, & caloris in toto corpore, humorum redundantiã significat, qui modò à centro ad circumferentiã, modò à circumferentia ad centrũ, inordinato motu mouentur, quarum motionũ vicissitudo, naturæ, & morbificæ causæ conatus cõsequitur, quorũ nullo in totum suum aduersariũ superante, viribus æqualibus inuicẽ pugnare significatur, quo stãte pugnam diù perdurare necesse est, vndè meritò, morbi longitudo expectatur, & eò magis, quia humores dum hùc, & illùc mouentur, coctionem acquirere non possunt, per quam morbus iudicetur, quando, quæ concoquuntur quietem habere necesse est. Quia verò quælibet mutatio in toto corpore contingens humorum copiam indicat, ideò primum sententiam protulit vniuersalem, & vbi in toto corpore mutationes, deindè ad particulares descendens mutationes subiungit, & si corpus refrigeretur, aut rursus calefiat, aut calor alius ex alio fiat, &c. hæc enim absque humorum diuersitate, & multitudine euenire non possunt, quandoquidem talis humor in corpore abundat, qualis color in cute efflorescit, vt à principio lib. de Hum. Hæc sententia desumpta est, ex libro de Iud. vers. 83. C

Aphoris. 43. Febres quæcunq. non intermittentes per tertium fortiores fiunt magis, &c.

Febres, de quibus hoc aphorismo tractatur, sunt illæ, quas Hipp. alibi tertianarum naturam referentes appellauit: quæ continuæ sunt, & tertio quoquè die grauiores fiunt. Hæque periculo non vacant, quia de genere continuarum sunt, quatenus verò tertio die ingrauescũt periculosiores sunt illis, quæ singulo die, sine intermissione pariter inuadunt, & ratio est: quia quò totius paroxismi pars deterior, quam vigorem dicimus, diutius perdurauerit, eò magis naturam affligi necesse est, cum igitur hæc febris per longiora interualla exacerbetur, quam quotidiana continua, & omnia tempora longiora habeat, vigorem etiam longiorem habere necesse est, & ex consequenti etiam periculosiorem esse, & hac ratione (ni fallor) adhuc periculosior est quartana, si continua sit: vt experientia demonstrat, quamuis hæc eadem ad intermissionem deueniens, omnium securissima sit. Sed duò pro vera huius sententiæ explicatione veniunt adnotanda, & primò, non asserere Hipp. febres omnes intermittentes carere periculo, quia id falsum esse, in dies obseruatur, quoties enim febres à principio sunt intermittentes, quæ temporis progressu continuæ factæ ægrotantes interimunt? quod etiam Hipp. adnotauit lib. 7. epidem. sect. 2. vers. 270. dum inquit: Aestate cholericæ affectiones, & febres intermittentes fiunt, & quibus horrores accedunt, hæ quandoquè malignæ fiunt, & ad morbos acutos perueniunt. Si quis verò exponat, quamdiù febres intermittunt periculo carere, is prædicendi ridiculum, & Hipp. indignum modum proponet, similem ei, quem à nostris frequenter audio, ægrotantem scilicet non moriturum, nisi aliquid aliud mali accedat, certum est enim, si mori debet, aliquid mali vlterius superuenire ei oportere. Quarè hoc modo intel- D E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 456 sur 636

A do intelligendus eſt in hac ſententia Hipp. Si febris, quæ continua fuit, & tertio quoque die exacerbari ſolita ad intermiſſionem deuenerit, nullum amplius periculum afferre poteſt. Secundò adnotare oportet, Hipp. non aſſerere, febre quoquo modo deſinente omne periculum abeſſe, nam ſæpè ægrotantes in huiuſmodi febribus ad infebricitationem deueniunt: qui febre redeunte tandem moriuntur: quod quamplurimis ægrotantibus epidemiorum accidiſſe legimus (vt proprias obſeruationes taceamus) ex quorum numero fuit Hermocrates 3. epid. com. 1. verſ. 14. qui bis ſine febre factus tandem interijt. Sed intelligerē, febrem intermittere eo modo, quo febres periodicæ intermittere ſolent, quod vt ſignificaret, vſus eſt voce διαλειψις, quæ propriè prædictam intermiſſionem ſignificat: ad differentiā vocis ἀπυρετος, quæ ſimpliciter febris carentiam denotat. Quarè ſenſus eſt febres continuas tertio quoque die ingraueſcentes periculoſas eſſe, quæ quidem, quoquo modo intermiſerint, hoc eſt, quocunq.
B typo, ſiuè quotidiano, ſiuè tertiano, aut quartano, ſiuè etiam erratico ad eam intermiſſionem deuenerint, qua febres periodicæ intermittentes fiunt, periculum abeſſe ſignificatur, & ratio eſt, quia huiuſmodi tranſmutatio indicat mineram febris tranſlatam eſſe à venis, ad extrà venas, quarè ſi natura talem motum potuit perficere, dum à febre cōtinua affligebatur, multò facilius prohibere poterit, nè rurſus intrà venas firmetur, & periculoſum morbum denuò conſtituat, dum in febris interuallo recreari poteſt. Et ſi Parius lib. 3. epid. ſect. 3. verſ. 128. ex febre continua in intermittentem erraticam conuerſa, tandem mortuus eſt, id non naturæ morbi tribuendum eſt, ſed erroribus in victu: quod, vt nos admoneret diligentiſſimus Hipp. in fine narrationis ſubiungit. Edulijs quoque multis, & vitioſis vtebatur.

Aphor. 45. Quibus tubercula ad articulos, & dolores poſt febres fiunt, &c.

Iudicato morbo, finitaq. febre, non amplius expectari abſceſſus ratione morbi debent: ità
C vt ſi alicui contingant, id erroribus in victu tribuendum ſit, meritò igitur Hipp. ait: Quibus tubercula fiunt poſt febres, ij cibarijs plurimis vtuntur, ex his enim cruditates in corpore generantur, quæ recidiuam facere poſſent, niſi à ſuperueniente abſceſſu anteuerteretur. Verum quia quotieſcunq. tubercula fiunt ad articulos non ſemper id erroribus in victu imputandum eſt, ideò Hipp. particulam appoſuit, poſt febres longas, nam per has magis, quam per acutas partes naturali facultati inſeruientes debilitantur, vndè facilius cruditates ex erroribus generantur, quæ abſceſſibus materiam ſubminiſtrant, non eſt igitur compungenda particula, ex febribus longis, quam nonnulli ſuperfluam exiſtimarunt.

Aphor. 47. Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, &c.

Hunc aphoriſmū citauimus 1. Coac. Prēn. v. 377. ex quo loco vera interpretatio petēda eſt.

Aphor. 48. In febribus non intermittentibus ſi partes externæ, &c.

D Et hunc pariter explicauimus lib. 2. de Affect. verſ. 104.

Aphor. 59. In febre non intermittente. Si labrum, aut ſupercilium, aut, &c.

Huius aphoriſmi expoſitores Galenum ſecuti, dictarum particularum peruerſiones ad conuulſionem referunt, quæ ad reſolutionem potius pertinere, mihi videntur, tum quia conuulſio in motu conſiſtit, vt ſuo loco demonſtrauimus, in his verò immobilitas viget, tum quia conuulſionis cauſa in tam anguſto coarctari non ſolet, vt vna pars tantum, eaque admodum exigua conuulſione tentetur. A reſolutione igitur dependent, quæ quidem duplici ratione euenire ſolet; vel ſpirituum animalium influxu intercepto: quibus mediantibus partes omnes in naturali diſpoſitione conſeruantur, vel ijſdem deficientibus, quæ quidem cauſæ per alia ſigna diſtinguntur, quia ſi ſigna concurrant exolutæ facultatis, ità vt æger non videat, aut non audiat, quæ emorientis naturæ certa ſunt indicia: ex defectu ſpirituum id euenire certi erimus,
E vndè mortem in foribus digito indicabimus tutò.

Aphor. 50. Vbi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium fit, lethale.

Delirium cum ſpirandi difficultate, & febre continua non fit, niſi, aut ſepto tranſuerſo inflammato, aut aliqua alia parte, quæ conſenſum cum partibus illis habet, quæ difficultatem ſpirandi inducere ſolent, huius naturæ ſunt hepar, pulmo, & quæ ſunt, in thorace partes, nec non, & ventriculi pars ſuperior. Verum quia non quælibet dictarum partium inflammatio, delirium facit, ſed ea tantummodo, quæ magna eſt, & vehemens: ideò hæc duo ſymptomata læthalia ſunt, quia magnam inflammationem neceſſariò ſupponunt. Nam impoſſibile videtur, ægrum à magna viſcerum inflammatione liberari poſſe.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 457 sur 636

Aphor. 54. *Quibus ſiccæ tuſſes parum irritantes in febribus ardentibus, &c.*

Præſentis aphoriſmi mentio facta eſt in expoſitione eiuſdem ſententiæ, melius tamen expreſſæ lib. 6. Epidem. ſect. 2. verſ. 40.

Aphor. 58. *A febre ardente occupato rigore accedente ſolutio fit.*

Per rigorem febres continuæ ferè omnes ſolui poſſunt, quia à bile copioſiſſima proueniũt, vt ſæpius ex præceptore adnotauimus, & rigor à bile commota excitatur. Omnes tamen non æqualiter per rigorem iudicantur, ſed illę frequentius, in quibus bilis meracior eſt, & cæteris humoribus permixta minus. Cauſon igitur, quia à copioſiſſima, & meraciſſima bile prouenit, facillimè per rigorem iudicatur, & quia bilis in toto venoſo genere peccat, ideò in hac febre, ſemper ſolutio à rigore contingit: quod id cæteris febribus non euenit, in quibus niſi in die legitima, & cum ſignis concoctionis ſuperueniat, criticus eſſe non poteſt, & de his intelligebat Hipp. ſuperius aphor. 29. dum dixit. Quibus rigores ſexta die contingunt difficile iudicium habent, & aph. 46. ſi rigor ſuperueniat febre non deficiente læthale. Ratioque huius diuerſitatis eſt; quia in cauſone, in quo bilis in toto corpore abundat non fit rigor, qui bilis motum ad ſuperficiem non conſequatur, vndè neceſſario febris ſolutio contingit, in cæteris verò febribus duplici modo rigor non iudicatorius cõſequi poteſt, primo quia cũ materia à bile diuerſa in maiori copia peccet, poteſt portio quædam tenuior humoris moueri ad cutim, & ità rigorem facere, & quæ in foco remanet accenſa febrem fouere, & ſic febris ſolutionem non conſequi. Altero modo poteſt humor in aliqua parte exiſtens ad interiora conuerti, & dum alicui parti internæ inſinuatur rigorem excitare, qualis in principio inflammationis internæ excitari ſolet; à quo tantum abeſt, vt febris ſoluatur, vt longè maior, & acutior euadat, quod quidem in cauſone euenire non poſſet, quia dato etiam, quod materia febris à venoſo genere ad internam aliquam partem decumberet (quod apud me maximè ambiguum eſt) non tamen rigor excitaretur, quia cum eadem materia in toto corpore ferueat non poteſt in aliqua parte inæqualitatem illam caloris, & frigoris introducere, in qua eſſentia rigoris conſiſtit. Quoniam igitur in cauſone rigor, neceſſariò humoris motum ad ſuperficiem corporis præſupponit, ideò per rigorem in cauſone quocunq. die fiat, febris ſolutio cõſequitur, nequaquam verò in alijs febribus ob rationem aſſignatam, vndè niſi ſigna præcedant coctionis, & in die legitima rigor ſuperueniat, quæ naturæ dominium ſuper materiam morbificam oſtendunt, febris iudicatio nullo modo ſperari poteſt. Sed tanquam ſymptoma maioris mali accipiendus eſt. Ex his igitur colligimus præſentem ſententiam verificari tantummodo in febribus ardentibus, quæ à bilè in toto corpore ferueſcente ortũ ducunt, & quæ propriè cauſones dicuntur, non autem in illis, quæ ab interna inflammatione dependent, & quæ febres cauſodes potius, quam cauſones dicuntur.

Aphor. 59. *Tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus ad ſummum iudicatur.*

Huius aphoriſmi explicationem inuenies, libro 6. epidem. ſect. 3. verſ. 36. quo in loco eadem ſententia regiſtrata eſt.

Aphor. 62. *Quibus in febribus morbus regius ſit antè ſeptimum diem malum.*

Præſentis aphoriſmi veram lectionem, & expoſitionem indicauimus in enarratione tex. 81 lib. Acut. com. 4. verſ. 279. *Mar. n. 54.*

Aphor. 63. *Quibus in febribus quotidiè rigores fiunt quotidiè febres ſoluuntur.*

Si iuxtà verborum propriam ſignificationem accipiatur præſens aphorismus vniuerſaliter verus eſt, tot exceptionibus poſt habitis, ad quas confugere coacti ſunt expoſitores, inquit enim. Quibus quotidiè rigores fiunt, vt excludat alios typos per tertium, aut quartũ diem procedentes, rigoreſque intellexit propriè dictos, ad differentiam horroris, & refrigerationis, quæ febres præcedunt periodicas. Nam etiam tritęophiæ febres, hoc eſt, tertianarum naturam referentes, quas recentiores tertianas continuas vocant, & hæmitritei, qui ex tertiana intermittente conſtant, & quotidiana continua, cum rigore inuadunt, & tamen ad intermiſſionem non deueniunt, quæ ideò ſub hac ſententia non comprehenduntur, quia non quotidiè rigores habent, ſed tertio quoque die. Excluduntur pariter ex hoc aphoriſmo febres quotidianæ continuæ, & duplices tertianæ continuæ recentiorum, illæ quidem, quia etiamſi quotidiè habent exacerbationes, cum horrore tamen, non cum rigore inuadunt. Hæ verò, ſi cum annotationibus accedunt, modò cum horrore, modò cum rigore alternatim inuadunt,

pro

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 458 sur 636

A pro ratione humoris in acceſſione prædominantis: quo quidem periodo procedunt hæmitritei, qui ex quotidiana intermittente, & tertiana continua conſtant, nam aut cum quotidiano horrore inuadunt, aut cum alternatis rigoribus, & horroribus. Quarè præſens ſententia verificatur tantummodo in febribus intermittentibus, quæ ſingulo die cũ rigore inuadunt, hasq. duas tertianas recentiores dicunt, cuius quidem ſententiæ hanc eſſe rationẽ exiſtimo. Quando quotidiè fit rigor in febribus, ſignum eſt acceſſionem, tàm paris, quàm imparis diei ab eadem materia, bilioſa ſcilicet, & vniformiter mota dependere, ſi enim diuerſa eſſet, ambo cum rigore non accederent, & quia eodẽ modo mouetur in ſingula acceſſione, non poteſt alteram acceſſionem intermittentem parere, & alteram continuam, nam rigor eodem modo in vtraque acceſſione accedens, in vtraquè materiam à venis per ſentientes partes ferri indicat, ex quo febrem ad intermiſſionem deuenire, neceſſe eſt, continuitatis cauſa ſuppoſita, quæ ab omnibus recepta eſt, nec dici poteſt vtranque febrem ab eodem humore bilioſo in venis eodem
B modo agitato, cuius agitationis principium rigorem faciat, originẽ habere, quia etiam ſi concedatur per eum motum rigorem excitari, qui febris continuæ principium exiſtat, nihilominus duas febres continuas ex bile excitari, eſt impoſſibile; quia fieri non poteſt, vt materia eiuſdem naturæ in venis duplicem focum faciat, quin ſimul miſceatur, quo caſu vnica tantum acceſſio de tertio in tertium accedens; fit, non duæ ſingulo die inuadentes. Vndè firmum remanet Hipp. decretum. Quibus in febribus quotidiè rigores fuerint, quotidiè febres ſoluuntur.

Aphor. 65. In febribus circà ventrem æſtus fortis, & cordis morſus, malum.

Bilẽ ad os ventriculi confluere, vndè cardiogmos fiat, nullo affectu ventriculum infeſtante, non eſt admodum malum, taleq. ſymptoma in tertianis ſalutaribus quotidiè obſeruatur, cum hæc facili negotio expelli poſſit. At ſi eadem bilis in ipſius ventriculi tunicis inhærens putreſcat, aut affectũ inflammatorium conſtituat, indèq. cardiogmos excitetur, materia acri à loco
C affectionis ad os ventriculi confluente, vtroquè caſu id malum eſt. Hæc igitur diſtinguuntur, tùm ex febre, tùm ex vehementi calore circà ventrem percepto. Nam bilis quando ad ventriculum confluit nullo affectu laborantem, magnum æſtum inducere non poteſt; quia etiam ſi ſummè acris ſit, actualis tamen eius caliditas non eſt tanta, vt æſtum magnum in ventre inducat, potiſſimum quando febrili calore incaleſcit. Nam Hipp. ſanguinẽ bile calidiorẽ facit, cuius gratia rigorem à bile per ſanguinẽ commota generari lib. 1. de Morb. ſect. 2. v. 170. exiſtimauit, quia igitur dum in febribus calor totum corpus occupat, ventriculus etiam maximè calet: ideò bilis calorem actualem non perſentit æger, niſi ventriculus ipſe, aut vicinæ partes impenſius incaleſcant, quod abſquè affectu inflammatorio euenire non poteſt. Meritò igitur addita eſt particula, in febribus. *Mar. n. 22.*

Aphor. 68. In febribus ſpiritus offendens malum, conuulſionem enim, &c.

D Spiritum offendentem vocat Hipp. eum, qui in inſpiratione intercipitur, eò quod pectus dum dilatatur, in medio motu quieſcit, vt nouum inſultum efficere natura cogatur, reſpirationis genus pueris lugentibus admodum familiare, quippèqui inſtrumenta reſpirationi deſeruientia, ſicuti, & alia omnia ad animalem facultatem pertinentia imbecillima habent, & quia pectoris dilatatio à muſculis huic operationi deſtinatis potiſſimum dependet, qui dum ſeſe habent ſecundum naturam, pectus æqualiter quantum opus eſt, voluntatis, & naturæ imperio attollunt, ideò ſi motus iſte interrumpatur inuito, huius cauſa referenda eſt in principium quoddam conuulſionis, ſiuè motus conuulſorij, vndè paulò poſt perfecta conuulſio ſubſequitur. Hoc quippè ſymptoma affine eſt ſingultui, ità vt pectoris ſingultus hic dici poſſit, quemadmodum illi ventriculi.

Aphor. 69. Quibus vrinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſinè febribus, vbi copia ex his, &c.

E Cum à principio vrinæ tenues ſunt, vbi natura morbi coctionem aggreditur, paulatim craſſeſcere incipiunt, quia ſicuti tenuitas cruditatis, ità craſſities coctionis eſt argumentum. Veruntamen etiam ſi vrinarum tenuitas ſemper cruditatem atteſtetur, non tamen quælibet craſſities coctionem denotat, quia aliquando vrina craſſa peior eſt tenui, & à coctione remotior, quamuis hæc cruda ab Hipp. non dicatur, ſed ea tantummodo, quæ tenuis eſt: vt in expoſitione Aphor. 22. primæ ſectionis à nobis demonſtratum eſt. Huius naturæ eſt ea, de qua in præſenti aphoriſmo fit mentio, craſſamq. & grumoſam vocat Hipp. hæc enim humorum perturbationem cum ingenti feruore denotat, quem grumeſcentia atteſtatur. Per grumoſam enim

enim vrinam intelligo eam, in qua corpuscula quædam crassiora continentur, furfuraceis maiora, à pelliculosis differentia,& planitie,siuè tenuitate,& densitate,quæ longè minor est in grumosa,quam in pelliculosa, quæ quidem corpuscula,sunt portiones materiæ morbificæ per caloris vehementiam incrassatæ,& in vnum coactæ. Additum est verò,& paucæ,vt omnem salutaris excretionis spem tolleret, cum nihil paucum criticum esse possit. Quapropter huiusmodi vrina crassa,ab ea, quæ per coctionem talis facta est penès tria distinguitur, primò,quia à morbi principio apparet, nec tenuis præcessit, secundò,quia sedimentum habet inæquale, & grumosum, concocta verò,æquale,& læue. Distinguitur tandem, quia vrina concocta,aut copiosa mingitur, aut saltem in quantitate mediocri, hæc verò pauca supponitur. Si ergò vrinæ hæ sunt malæ,quia crassæ sunt,& paucæ,vt ad bonas accedãt,tenuiores, & copiosiores fieri necesse est, nam feruorem internum,& humorum perturbationem remitti indicabunt, solo earum vitio ad simplicem cruditatem redacto. Dummodò copiosæ prodeant, sæpè enim vrinæ crassæ in tenues mutantur, morbo in peius tendente, dum scilicet humores in venis conturbati,in aliquod viscus impinguntur, tunc enim vrinæ attenuantur, quia nihil materiæ morbificæ cum ijs excernitur, quod crassitudinem faciat, idq. ex eo potissimum cognoscitur, quia & tenues simul, & paucæ minguntur,nam si copiosæ sint,tenuitas à copia contingere potest, quatenus humores cum vrina excreti, qui mediocrem crassitudinem præstitissent ei,quæ in moderata quantitate mingeretur, copiosam crassefacere nõ possunt. Hac enim ratione copia,tantum malitiei detrahit crudæ, quantum bonitatis aufert tenuitas,copiosæ,& hoc pacto tenuis copiosa,media quodammodo est inter exactè crudam, quæ aut acrisias, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidiuam indicare legimus 1. Epidem.sect.2.vers.92. & optimam, quæ celeritatem iudicationis, & securitatem significat. Quæ quidem attendens Hipp.in Aphorismo inquit,huiusmodi vrinarum mutationem, non morbi solutionem afferre, sed tantummodo prodesse, idq. summa cum ratione,quia sicuti perseuerante humorum agitatione, & interno feruore impossibile est aliquam coctionem fieri,quæ in temperatura consistit mutua, & quiete perficitur, ità his sedatis coctio tandem sperari potest, quæ morbo finem imponat. Hæc verò sedari debere,indicabit sedimentum, quod non longè posteà in vrina appareat, idq. significare voluit Hipp.dum in fine Aphorismi subiungit: Tales maximè prodeunt his,quibus ab initio,aut breui subsidentiam habent, sedimentum enim naturæ dominium plerunquè significat.

Aphor.70. Quibus in febribus, &c.

Hunc Aphorismum explicauimus 3.Coac.Præn.vers.276.

Aphor.74. Quibus spes est abscessum forè ad articulos,eos liberat,&c.

Mar.n.10. Hæc sententia satis vulgaris est,nam, & 6.Epidem.sect.4. & lib.de Iudicat.vers.122. registrata est,de cuius intelligentia si quis sententiam nostram cognoscere cupit, explicationem illius sentẽtiæ adeat.Quartanæ sanguinis eruptiones difficiles lib.6.Epid.sect.3. v.35.

Aphor.75. Si quis sanguinem, aut pus mingat,renum, aut vesicæ vlcerationem significat.

Non idem est sanguinem,aut pus mingere, & vrinam sanguinolentam,aut purulentam reddere. Cum enim quis sanguinem,aut pus mingit, pus,aut sanguis in vrinæ fundo ab eadem penitus segregata apparent, quæ quidem separatio celerior fit, si à vesicæ partibus proueniat,diuturnior verò si á renibus,at vrina sanguinolenta, aut purulenta tota sibi æqualis est,etiam si sanguinem,aut pus admixta habeat, cur autem hæc ab vrina aliquando separentur,aliqando non,id euenit à loco,in quo mixtio celebratur. Quæcunquè enim vrinæ admiscentur, dum iam exactam formam vrinæ adepta est, si sint diuersæ substantiæ,cuiusmodi est sanguis, & pus, non ità simul admisceri possunt, quin temporis progressu separentur adinuicem, è contrà verò,si antè vrinæ generationem quidpiam seroſæ materiæ admisceatur, simulq. permanent, dum per coctionem in renibus vltimam vrinæ formam acquirit, vigore coctionis ad minima adeò miscentur, vt vna res tantum fiat, nec inuicem amplius separentur. Hæc est enim coctionis facultas in naturalibus, cui respondet elixatio in artificialibus vt lib.de Vet.Med.vers.312. nos docet Hipp. Hac igitur ratione quæcunquè siuè sanguis sit,siuè pus vrinæ admiscentur, antèquam ad renes perueniat,exactè simul permixta remanent, vndè nec sanguis,nec pus in vrina apparet, sitq. tantummodo vrina sanguinolenta, aut purulenta, quod cognoscens Hipp. lib.de Nat.Hum.vers.268. dixit: Quibus

Mar.n.32.

Mar.n.26.

A bus vrinæ cruentæ ſunt, ijs venæ laborant. vtranquè vrinam, dum hæc ſcriberem conſpexi: Priorem quidem in excellentiſs. Duce Soræ, qui per plures dies ſanguinem copioſum à renibus minxit, non longè enim à mictione, in parte inferiori matulæ, ſanguis purus apparebat, in ſuperiori verò vrina proprio colore, nedum ſanguine confecta conſpiciebatur, quamuis ſtatim excreta tota ſanguis videretur, eodem ferè tempore vrinas ſanguinolentas conſpexi in D. Fuluio Foſſano, qui ex liænis tumore in cachexiam incurrerat: vrinas enim mingebat rubeo colore adeò infectas, vt à ſanguine diluto parum differrent, talesq. perpetuò perſeuerabant, hasq. à vitio ſanguificatricis vænarum originem habere, eſt rationabile, quatenus non exacta fit per coctionem ſeroſitatis ſegregatio, vt pura mingatur, ſed ſanguineo colore infecta, vndè iure meritò vrina ſanguinolenta dicitur, nõ ſanguinis mictus, quia reuera, ſanguis cum vrina non excernitur, quemadmodum in præcedenti. Hac igitur diſtinctione habita, quæ veriſſima eſt, & ſenſus teſtimonio confirmata, Hipp. ſententia, non minus aperta, quam rationabilis apparet, nullisq. exceptionibus eget, earũ, quas Interpretes, vt veritatem ſententiæ tuerentur, apponere ſunt coacti: quia quotieſcunquè pus verè, aut ſanguis mingitur, ità vt in vrinæ fundo appareat, renum, aut veſicæ exulcerationem perpetuò denotant. Harum verò duarum partium nomine, cæteræ quoquè particulæ comprehenduntur, quæ ad prædictas ſpectant, etiam ſi hæ ſanguinem in ea copia vix effundere poſſint, quę ſenſui conſpicua fiat. Similiter nomine exulcerationis, ſolutionem quamlibet cõtinui intelligimus, & à qualibet cauſa inductam; ſi verò vrina mingatur purulenta, aut ſanguinolenta, à partibus ſuprà renes excerni dicendũ eſt. Scio quidem aliquando abſquè vlla affectione ſanguinem mingi, de qua re decretum habemus Hipp. lib. 2. Præd. veſ. 138. dicentis. At ſanguinem mingere, rarò quidẽ, & ſine febre, ac dolore, nihil mali ſignificat, ſed laſſitudinũ ſolutio fit, cuius auctoritate Aphoriſmorum auctor reprehendi poſſet, quippèqui palàm hanc omiſerit: non ſine febre, aut dolore, de qua ibi, & hic ſanguinis mictus euenit, quando natura copiã ſibi infenſam deponit ad veſicam, quæ excretio, quia critica eſt, ſanguis ab vrina ſegregatus apparet, nec ei ad minima admiſcetur, quia in renibus tamdiù non retinetur, quòuſquè concoctio, & miſtio vera contingat. Mar. n. 26.

Aphor. 76. Quibus cum vrina craſſa paruæ caruncułæ velut pili exeant, &c.

Cum in omnibus Græcis exemplaribus hæc verba legantur, paruæ caruncułæ, velut pili, ſinè particula diſiunctiua, aut, temerarium eſt eam addere, quod Galenum imitantes feciſſe expoſitores inuenio, & eò magis, quando libro de Natura Humana, vndè abſquè dubio aphoriſmus deſumptus eſt, non ſolum hæc particula non eſt appoſita, ſed etiam penitus excluditur. Nam quæ in Aphoriſmo leguntur, σαρκία μικρὰ οὑτωσὶ θριχώδεα, ideſt, caruncułæ paruæ, velut pili, lib. de Nat. Hum. σαρκία μικρὰ τριχοειδέα, hoc caruncułæ paruæ capilli formes adnotantur. Verborum igitur ſenſus eſt: cum quis paruas caruncułas mingit, inſtar capillorum, eas à renibus excernit. Caruncularum enim nomine appellare ſolet Hipp. non modò particulas partium ſanguinearum, quæ carne propriè dicta conſtant, cuiuſmodi ſunt muſculi, & parenchimata, ſed etiam partium ſpermaticarum, quales ſunt membranæ, tunicæ, & aliæ huiuſmodi naturæ, quandoquidem inteſtinorum, particulas per dyſenteriam excretas σαρκία vocat 26. Aphoriſ. præſentis ſectionis. Hoc igitur in loco caruncularum nomine, quæcunquè corpuſcula intelligit, quæ carnis propriæ dictæ, aut membranarum portiunculas æmulantur, craſſeſcente igitur in renibus pituita viſcida, & tenaci, conſiſtentiam acquirit, & figuram caruncułis membranoſis non diſſimilem, quæ cum tenuitatem ſortiantur cum longitudine quadam, pilis aſſimilari poſſunt, vndè Hipp. caruncułas piliformes appellauit. Huiuſmodi verò caruncułas à renibus excerni ratio dictat: cum nullibi hæc materia conſiſtentiam, & tenuitatem cum longitudine acquirere poſſit, præterquam in vaſis, quæ quidem vaſa in aliqua parte earum, quæ vrinæ dicatæ ſunt, collocata eſſe, præterquam in renibus non conſpiciuntur. Non prætereundum verò eſt libro citato de Nat. Hum. in fine ſententiæ addi, & ab arthriticis, hoc eſt ab articulis affectis, quaſi huiuſmodi caruncułæ in renibus affectis, & ab articulis læſis ortum ducant, quod quidem non omninò ratione caret, cum enim, vt diximus, huiuſmodi caruncułæ in renibus generentur, ex pituitã in eorum vaſis à calore ſuperaſſata, duò ad earum generationem concurrere colligimus, calorem excedentem, qui ad renes ipſos pertinet, & materiam craſſam viſcidam, quæ in arthri-

Mar. n. 26.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 461 sur 636

arthriticis plurimum abundat, eò quod articuli naturæ instituto, pituitoso succo irrigantur continuò, qui si in ipsis accumuletur, crassescatq. apta caruncularum materia euadit: vndè si eam per renes, & vesicam expurgari contingat, erit enim via hæc, & humori, & parti affectæ satis accommodata, vndè in præcedenti Aphorismo dictum est. Quibus spes est abscessum forè ad articulos, eos liberat ab abscessu vrina multa, & crassa, & alba prodiens;

Mar.n.10. & lib. 2. Prædict. vers. 142. legimus. Vrina crassa albam subsidentiam habens, aut circà articulos dolorem aliquem, aut tumorem significat. Stante hac igitur partium familiaritate non est inconueniens, dum huius materiæ expulsio fit ab articulis ad vesicam, si fortè contingat renes calida intemperie affectos esse, cum expultricis infirmitate, materiam illam crassam in renibus diutius retentam crassescere, & formam harum caruncularum contrahere, sicuti videmus podagricorum plerosquè, nephriticis doloribus subiectos esse, eadem materia in calculos in ipsis renibus concrescente, cur verò in arthriticis materia in caruncu-

Mar.n.31. las efformetur, in podagricis verò in lapillos, potius à materiæ diuersitate id euenire dicerem, quæ in his crassior sit, in illis verò viscidior, vt in longitudinem cum tenuitate produci hæc possit, illa verò in tophos cõcrescere. In arthritide verò humores visciditate potius, quá crassitudine peccare, illud maximum argumentum est, quia hæc iuuenum propria est, podagra verò senibus magis conuenit, vt duce experientia nobis significauit Hipp. lib. de Affect. sect. 2. vers. 45. Quia igitur pituita à calore fit viscida, qui in iuuenibus viget magis, sequitur pituitam in arthriticis visciditate potius, quam crassitudine peccare. Ex his igitur manifestum est, haud frustrà additam fuisse particulam, & ab arthriticis, quam superfluam ratus ille, qui aphorismos in vnum collegit, sententiam imperfectam reddidit.

Aphor. 77. Quibus in vrina crassa existente furfuracea quædam minguntur his vesica, &c.

Galenus in expositione præsentis aphorismi, quemadmodum, & superioris, per vrinas crassas intelligit, non tenues, hoc est in quadam mediocritate consistentes, subiungitq. tenuem vrinam venis laborantibus apparere, crassam verò vesica tantummodo affecta. Quæ quidem opinio ab Hipp. & ratione plurimum recedit. Solet enim Hipp. proprijs vti nominibus, vt non sit verisimile adeò impropriè locutum esse, vt mediocrem vrinam crassam appellaret. Ratioquè potius contrarium dicat, cum rationabilius esse videatur, venis humorum copia laborantibus, vrinas reddi crassiores, quam ijsdem nihil mali habentibus vesicaq. tantummodo affecta. Quid enim crassitudinis vrinæ impartiri potest sola affectio vesicæ? Vt ergò huius sententiæ verus sensus eliciatur, corrigendus est aphorismus, per le-

Mar.n.36. ctionem proprij loci, vndè fortassè desumptus est, libro enim de Nat. Hum. vers. 270. legimus hunc in modum. Quibuscunquè autem in vrina crassa existente caruncula paruæ pili formes simul exeunt, eas à renibus prodire, nosse oportet, & ab arthriticis. Quibus verò pura vrina est, & aliàs, atquè aliàs veluti furfures in vrina innatant, horum vesica scabiosa existit. Hoc enim modò vterquè aphorismus rationabilia continet. Quæ enim in renibus generantur à copia humorum crassorum à toto corpore, aut ab articulis per venas transmissa, simul cum vrina crassa excerni, est rationabile, sicq. caruncula capilli formes à renibus excretæ cum crassa vrina exeunt, quum verò toto rectè sese habente sola vesica affecta est, vrina pura, idest tenuis minigitur, cum innatantibus furfuribus, quæ tunicæ interioris vesicę, velut squammæ existunt, quales ab externa cute scalptu decidunt ijs, qui psora laborant. Adnotat tamen Hipp. huiusmodi furfures non semper apparere; sed aliàs, atquè aliàs, quia si continuò hoc fieret, tota vesica breui dissiparetur. Quarè ex his patet hanc sententiam longè perfectiorem esse in proprio fonte, quam hoc in loco, quod non paucis aphorismis commune esse, aliàs indicauimus; ex his verò, quæ de scabiosa vesica, his in locis traduntur, satis patet, plurimum differre scabiem, quam psoram Græci vocant, à lepra eorundem. Nam

Mar.n.8. lib. 5. Epidem. vers. 121. narrat Hipp. Theophorbi filium vesicam leprosam habuisse, qui tamen furfuracea cum vrina non excernebat, sed potius vrinam mingebat viscosam. Quapropter malè eo loci Interpres vocem λεπρα scabiosam vertit, psoram cum lepra confundendo, quæ plurimum inter se differunt.

Aphor. 79. Quibus in vrina subsident arenosa, his vesica calculo laborat.

Aphorismus præsens videtur desumptus ex libro aliquo eorum Medicorum, quos vulga-

Mar.n.9. res vocat Hipp. lib. de Inter. Affect. vers. 340. qui vbi viderent aliquem arenulas mingen-

tem

A rem veſicam calculo laborare exiſtimabant, quia non veſica (ſubiungit eo in loco Hipp.) ſed ren calculo laborat, ſi ergò Hipp. exiſtimat ob renum calculoſam affectionem, nullo modo affecta veſica arenulas mingi, quomodò nunc dicere potuiſſet, vbi in vrina ſubſident arenoſa, veſicam calculo laborare? Reijciatur ergò aphoriſmus iſte tanquam Hippocratico nomine indignus, nam, & ipſamet experientia vitioſum eſſe indicat, cum quotidiè obſeruetur, abſquè vllo veſicæ vitio arenulas mingi. Quod ſi quis aphoriſmi dignitatem tueri cupiens dixerit, longè diuerſum eſſe, mingere arenoſa, & mingere arenas, probabilia ſatis afferet. Arenoſa enim mingi dicuntur, quando non ſola arena, ſed ſedimenta craſſiora, quæ admixta habent corpuſcula quædam arenoſa cum vrina excernuntur. Arena verò ſimpliciter mingi dicitur, quando ſola arena in fundo matulæ conſpicitur, & ſicuti hæc à renibus perpetuò ortũ ducit, ità arenoſa iam dicta frequenter obſeruantur in ijs, qui Lythia-
B ſi laborant, in quibus veſica pituitoſo muco rarò non ſcatet, vnà cum arenulis præfatis, quæ nihil aliud ſunt, quam particulæ lapidis ex attritu decerptæ, cum igitur ſola arena mingitur, renes calculo laborant, at cum vrinæ ſedimentum habent craſſum, & viſcoſum corpuſculis dictis refertum, veſicam calculo laborare coniectandum eſt, verumtamen, nequè id perpetuum eſt, quando ex tuberculis circà venam cauam diſruptis arenoſa ægrotantes mingere loco citato de Nat Hum. teſtatur Hipp. ijſdemquè vtitur dictionibus, quibus in aphoriſmo, quarè niſi indefinitè præſens ſententia accipiatur, nullo modo defendi meo iudicio poteſt.

Aphor. 82. *Quibus in vrinaria fiſtula tuberculum naſcitur, his ſuppurationes, &c.*

Veſica, aut aliqua ex vicinis partibus laborante, ſi in meatu vrinario tuberculum naſcatur, & ſuppuretur, morbum ſolui, ait Hipp. quo dicendi modo, morbum anteà adfuiſſe infert, qui ſuppurato tuberculo ſoluatur. Hucuſquè aphoriſmi exemplum nuper vidi in familiari
C Illuſtriſſimi Cardinalis ſancti Georgij, qui cum per multos annos varijs veſicæ affectibus conflictatus fuiſſet, orto in cole tuberculo, eodemq. ſuppurato, ab omnibus malis liberatus eſt, & ratio eſt, quia humores ad ſuppurationis locum demandantur, qui facta ſuppuratione exactè expurgantur, ità vt inpoſterum morbus redire non valeat, eò quod, vt dicebat Hipp. lib. 6. Epidem. ſect. 4. verſ. 13. Quidquid ſuppuratur, non reuertitur, ipſa enim ſuppurato concoctio eſt, & iudicatio ſimul, & abſceſſus, cur verò id ſolum eueniat in tuberculis vrinarij meatus, nõ autem cæterarum partium veſicæ adiacentium, id ex natura partis euenire exiſtimo, quippèquæ venis conſtat magnis, & arterijs: quarum virtute, cæterarum partium affectiones huic facilè communicantur, hancq. veram eſſe huius aphoriſmi, tùm lectionem, tùm expoſitionem exiſtimo; ità vt hic præferendus ſit ei, qui in 7. aphoriſ. 58. regiſtratus eſt, in cuius fine legimus, ſoluitur dolor. Nam ſuppurato, & rupto tuberculo dolo-
D rem ſolui, omnibus commune eſt, non proprium eorum, qui in fiſtula vrinaria naſcuntur.

Sectio V. Aphoriſmorum.

Aphor. 1. *Conuulſio ex helleboro læthalis.*

In huius aphoriſmi expoſitione plurimi interpretum errare mihi videntur, quia hoc ratum habentes, conuulſionem quamlibet ab inanitione, aut repletione neruorum fieri, concludunt, helleborum ea ratione læthalem parere conuulſionem, quatenus immodicè euacuando totum corpus, & potiſſimum neruoſum genus exiccat, & ideò aphoriſmum ad quamlibet purgationem extendunt, quaſi neſciret dicere Hipp. conuulſio ex medicamento
E læthalis. Quarè ſententia eo modo accipienda eſt, quo verba ſonant, intelligentes eam conuulſionem læthalem eſſe, quæ veratro potato ſuperuenit. Nam de ea, quæ ex alijs medicamentis prouenit, particularem aphoriſmum conſtruxit ſect. 7. num. 25. & alium ei affinem appoſuit paulò infrà num. 4. præſentis ſectionis, qui talis eſt, ex ſuperflua purgatione conuulſio, & ſingultus accedens, malum. De quorum aphoriſmorum diuerſitate noſtram iam modo aperuimus ſententiam, qua ratione autem immodicas euacuationes conuulſio ſequatur, patebit infrà in expoſitione aphoriſmi 39. ſect. 6.

Aphor. 4. *Ex ſuperflua purgatione conuulſio, aut ſingultus accedes malum.*

Cum in priori aphoriſmo ſtatuerit Hipp. conuulſionem ex helleboro læthalem eſſe, hic eandem ſententiam ad quamlibet immodicam purgationem extendendo inquit, ſimpliciter ma-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 463 sur 636

ter malum. Quarè in duobus distinguitur præsens aphorismus à præcedenti. Primò, quia ibi immodicam euacuationem non supponit necessariò, quemadmodum in præsenti. Secundò, quia in priori casu læthalem facit, in hoc verò periculum tantum modò agnoscere videtur, hac voce malum, cuius diuersitatis ea est ratio, quia si conuulsio ab assumpto helleboro prouenit absquè euacuatione immodica, signum est medicamentum malignæ qualitatis particeps fuisse, aut humores vice purgationis, euexisse in caput. Si verò ab immodica purgatione conuulsio orta sit, nõ adeò pernicioſa est, quia non à maligna qualitate, aut humorum translatione ad caput, sed potius ab acri euaporatione originem habere indicabit, quæ si ad malum tendat, naturæ imbecillitati potius, quàm sæuitiei conuulsionis, tribuendum erit.

Aphor. 5. Si quis ex ebrietate voce priuetur conuulsus moritur: nisi febris corripuerit, &c.

Cum mihi contigerit videre mulierem quandam, ex vini potu apoplecticam factã, superueniente febre, die sequenti à febris inuasione mortuam esse, præsens aphorismus mihi suspectus redditus est. Mar.n.22. Verùm posteà locum libri secnndi de Morbis vers. 283. contemplatus, qui habet, si quis ex ebrietate voce priuetur, & statim etiam sanè ipsum, & febris corripiat, sanus fit, si verò non corripiat, die tertia moritur, vera interpretatio aphorismi statim mihi occurrit. Intendit enim, vt statim, ac voce priuatur, febris ipsum corripiat, quod vt significaret loco citato Hipp. non contentus dixisse αωτιν, ideſt statim, vocem vlterius addidit παραχρημα, quæ, & ipsa temporis celeritatem significat, eadem phrasi, Latina vtentes dicunt statim, nulla interposita mora, quum igitur aphoniæ ex ebrietate statim febris superuenit, æger liberatur, quum verò posteà, moritur. Quæ quidem interpretatio ex libro Coac. Prænot. sect. 3. vers. 55. confirmari vlterius potest, quo in loco hæc leguntur: Apoplecticæ affectiones repentinæ exolutorio modo fientes, febre, temporis progressu accedente, pernitiosæ. Nam vt apoplexiæ ex ebrietate inter apoplectica adnumerantur, & derepentè inuadunt. Quotiescunquè igitur apoplexiæ statim febris superuenit, soluitur; nequaquam verò vbi posterius, & iam confirmato morbo, cuius quidem diuersitatis hanc causam afferrem, quam etiam attulimus in expositione sententiæ lib. 2. de Morbis vers. 67. Quia febris statim superueniens, est de genere ephimerarum, quæ ab agitatione spirituum prouenit, quos quidem à principio inuasionis apoplexiæ vehementer commoueri, est rationabile, idq. ex ipsomet Hipp. colligimus, qui lib. Acut. 4. vers. 45. de apoplexia sub nomine aphoniæ tractans hæc habet. Quarè talibus fomentis prius adhibitis venam secare oportet, statim ab initio, dum adhùc eleuati sunt omnes affligentes spiritus, cum igitur à principio spiritus vehementer agitentur, febrem tunc superuenientem ephimerã esse rationabile est, à cuius calore, causa apoplexiæ citò dissipari potest. Si verò temporis progressu, & spiritibus quiescentibus febris accedat, de genere putridarum eam esse, necesse est, quæ tantũ abest, vt humores, seu vapores crassos dissipare possit, vt potius eos adaugeat, & deteriores reddat. Differunt etiam inter se huiusmodi febres calore, quæ enim statim inuadit, semper vehementem præsefert calorem, qualem præseferunt ephimeræ ferè omnes, quæ verò temporis progressu superuenit, prout plurimum lenta est, quales sunt febres omnes putridæ, quæ focum, siue mineram ipsum cerebrum habent, idq. ob cerebri naturalem temperiem, pituitosumq. humorem, quo semper scatet.

Aphor 6. Quicunquè tetano corripiuntur in quatuor diebus pereunt, si verò has effugerint, sani fiunt.

Mar.n.13. In tertia, aut quinta, aut septima, aut decimaquarta tetano correptos mori, quod tempus si effugiant, seruari, testatum reliquit Hipp. 3. de Morb. vers. 146. cui lectioni potius, quam aphorismo assentiri me cogit, tùm antiqua libri auctoritas, tùm ingenuitas Auctoris, quem absquè certa experientia hæc dixisse, non est rationabile, vndè fateri cogimur, præsentem aphorismum, quemadmodum superiorem defectuosum esse, eius defectu, qui has sententias in vnum redegit. Vel fortasse ipsemet, vt præfatos omnes dies breuitate sermonis comprehenderet in quatuordecim diebus dicere voluit, sed calami vitio in quatuor scripsit.

Aphor. 8. Quicunquè pleuritici facti intrà quatuordecim dies non purgantur his &c.

Quamuis Anaxion lib. 3. Epidem. absquè suppuratione non antè trigesimumquartum diem per anacatharsim fuerit liberatus, non ob id aphorismo veritas tollitur, quemadmodum in eius explicatione Fuxius demonstrat, qui exponit intrà quatuordecim dies intelligere Hipp. ab eo inchoando, in quo æger expuere incœpit.

Aphor.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 464 sur 636

A *Aphor.* 10. *Quicunquè anginam effugiunt, his ad pulmonem vertitur, & in ſeptem &c.* Mar. n. 27.
De hac anginæ tranſmutatione ità legimus lib. 2 de Morb. ſect. 2. ver. 50. ſi verò faucibus, ac tumoribus ſedatis, morbus ad pulmonem cõuerſus fuerit, febris ſtatim corripit, ac lateris dolor, & vt plurimũ moritur, ſi verò quinquè dies effugerit, ſuppuratus ſit, niſi ſtatim tuſſis inuaſerit, ſi verò inuaſerit, facta excretione, depurgatus ſanus ſit, quæ quidem ſententiæ in eo tantũmodo differunt, quia in aphoriſmo terminus aſſignatur ſeptem dierũ, lib. autem cit. quinq; tantũmodo adſcripſit, quæ loca inuicem cõciliabuntur, ſi dicamus, in aphoriſmo ſeptem dies enumerari, à die inuaſionis anginæ, lib. autem de morbis quinque aſſignaſſe à die tranſmutationis anginæ in peripneumoniã, quaſi angina, vt morbus acutiſſimus intrà primũ quaternarium neceſſariò tranſmuterur, cur autem tàm citò ad ſuppurationem conuertatur hæc peripneumonia, cui terminus quatuordecim dierum in pleuritide aſſignatur, nõ ex na-
B tura læſæ partis id euenire affirmarem (quod plurimi faciunt) quia in peripneumonia etiam ipſa à principio inuadente, expurgationis terminus vigeſimaprima dies preſcriptus eſt, vt ex lib. 3. de Morb. ver. 118. manifeſtè conſtat. Quarè potius crediderim id euenire propter hu- Mar. n. 16.
moris peccantis diſpoſitionem, qui enim pleuritidẽ, aut peripneumoniã à principio produ-cit, longè benignior eſt, eo, qui peripneumoniam ex tranſmutatione parit, hic enim antèquã ad pulmonem perueniat, putridus eſt, quia ab inflammata parte deceſſit, quarè nouam alte-rationem, & putredinem in ipſis pulmonibus adeptus, ad ſuppurationem adeò diſponitur, vt in quinq; diebus ſuppuretur, quod in alijs humoribus antè diẽ vigeſimã euenire nõ ſolet.

Aphor. 11. *Qui tabe infeſtantur, ſi ſputum quodcunquè tuſſiendo reiecerint, grauè olet &c.*

Aphor. 12. *Quibuſcunquè tabe laborãtibus capilli de capite defluxerint, hi alui profluuio, &c.*

Horum duorum aphoriſmorum rationem breuiter aſſignauit Hipp. lib. 2. de Morb. ſect. 2. Mar. n. 46.
C verſ. 327. dum inquit. Huic ſi pili de capite defluant, & nudum ſit caput, velut ex morbo & ſi ſputum carbonibus iniectum malè oleat, ipſum moriturum pronuncia, idq. per alui fluorẽ, vbi enim iam pus circà cor putruerit, nidoroſum ὀδορεμ prunis iniectum præſefert, & ce-rebrũ concaleſcens ſalſuginoſum humorem effundit, qui aluum mouet, cuius ſignum eſt ca-pillorũ defluxus. Hæc Hipp. ex quibus conſtat, ea, quæ in ſecundo aphoriſmo dicuntur. Qui-bus phthiſicis capilli de capite defluunt, diarrhœa ſuperueniente moriũtur, nõ ità eſſe acci-pienda, vt inferatur, poſſe defluuium capillorum fieri, cui diarrhœa non ſuccedat: vt verba ipſa aphoriſmi ſonant, ſed vt quid neceſſarium ſequi. Quarè clarius fortaſsè dixiſſet apho-riſmorum compilator hunc in modum. Quibus tabe laborantibus capilli de capite de-fluunt, hi per ſuperuenientem alui fluorem moriuntur, aut quemadmodũ in coacis legitur, quibus tabidis capilli ex capite defluunt, à profluuio alui moriuntur, atquè hoc modo non
D ſolam mortem prædicere docemur, ſed eius modum, quod Medico non parum gloriæ parit.

Aphor. 12. *Quicunquè ſanguinem ſpumoſum ſpuunt, his ex pulmonibus eductio fit.*

Sicuti propr ijs nominibus dixit à pulmonibus eductio fit, ità malè interpretantur illi, qui in ſanguinis ſpumoſi excretione pulmones ſemper affectos eſſe, exponunt. Hoc enim apho-riſmo docemur tantummodo cognoſcere in vniuerſum, per quam regionem ſanguis excer-natur, non quæ pars afficiatur, quando ſanguinis ſpumoſi fit excretio. Particulatim verò id explicauit ſecunda ſect. lib. Coac. Præn. v. 360. vbi ità legitur: qui ſpumoſum ſanguinem vo-munt, dolore infrà ſeptũm tranſuerſũ non exiſtente, de pulmonibus vomũt, & quibus quidẽ magna vena in eo rumpitur multũ vomũt, & in periculo verſantur, &c. & paulò inferius: Qui ſanguinem ſpumoſum ſpuunt, præcordium dextrũ dolentes, de hepate ſpuunt, & moriuntur. Caſus quidem à me bis obſeruatus in praxi, alter in baiulo ad radices Mõtis Quirinalis, qui
E hepate affecto multũ ſanguinem ſpumoſum ter excreuit: & quarto ab impetu ſanguinis in pulmones irruentis ſuffocatus eſt. Alter verò in R. P. Hieronymo Griffio Ord. Prædic. iuuene optimo habitu prædito, hic enim in ſanguinis ſputum copioſum incidit, ſpumoſum valdè ſe-cundũ totã ſubſtantiam, ità vt poſt concretionem totus cauernoſus inſtar ſpõgiæ appareret, ad differentiã ſanguinis cum ſpuma, quã in ſuperficie tantũmodo conſeruat, vnà cũ hypo-cõdrij dextri dolore, & dum ſputi ſanguinis curationi incumberetur, idem fluxus repetijt ſæ-pius, concomitabatur etiam tuſſis vehemens, cum ſputi pituitoſi copia non mediocri, ità vt dum alij Medici huic curationi adhibiti, timentes tabem, humectare corpus, iã sãguinis flu-xu ſedato, tentarent, à ſputi copia ſuffocaretur. Quapropter ego prædictæ coacæ auctoritate permotus, ad hepatis curationẽ me contuli remedijs cõmunibus, quæ hepatica medicamẽta

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 465 sur 636

dicuntur, & inter ea Trocis Epheos, ideſt ſingulo mane exhibui, à qua curatione adeò ſubleuatus eſt, vt ſibi ſanus videretur. Quia tamen antè perfectam ſanitatem frigidiori vento ſe exponens à febre magna correptus eſt, eaq. continua cum ſiti, ſpirandi difficultate, tuſſi, aliisq. ſymptomatibus grauioribus: à qua viginti quinque dierū ſpatio extinctus eſt. Cumq. aperto cadauere partes læſas inſpicere procurarem, vnū primo occurrit mirabile, quia ventriculus omninò vacuus inuentus eſt, etiam ſi antèquam moreretur, ſpatio nō vltra quatuor horarum, plurimum comediſſet, videlicet, ferculū ex pane cōtrito, tria oua, panem, & carnes (erat enim per totum morbū vorax multi cibi, nec ab eo ſe cōtinere poterat) ſed & inteſtina, ferè penitus inanita erant. Hepar ſatis magnū erat, alioqui ſanum. Pulmo totus ſanguine repletus miruminmodum tumidus apparuit, ità vt non vaſa tantummodo turgerent, ſed per totam ſubſtantiā ſanguis cōglobatus ſcyrrhi duritiem æmularetur; nulla alia tamen læſio in eo apparebat, cor, & circumſitæ venæ ſanguine miruminmodū repletæ inuentæ ſunt, & in latitudinē immodicā diſtentæ, imò & ſiniſter cordis ventriculus ſanguine repletus erat. Turgebant pariter venæ omnes, quæ per coſtas diſſeminantur, & in ſumma totū malum in ſanguinis plenitudine conſiſtere videbatur, ex quo in eam coniecturā deueni, hepar attractricē omninò validā habuiſſe, cum ſanguificatricis robore, cuius gratia ſanguinis copiā maiorem producebat, quam ei conueniret, quem cū natura per pulmones, vt anteà excernere fruſtrà tentauerit, in ipſis pulmonibus conglobatus, & conſtipatus putredinem, ſiue feruorē contraxit, & febrem illam ingentem induxit; ex qua fortaſsè ſeruari potuiſſet, ſi ſanguinem denuò expuiſſet, aut ſanguis in largā copia ei miſſus fuiſſet, verum morbi cauſa ignorata, nemo ſanguinem mittere copioſum in emaciato corpore auſus fuiſſet. Hæc adnotare volui, vt conſtet ab hepate per medios pulmones ſanguinem educi poſſe, cuius inditium erit, & ſpuma, & dolor in dextro hypocondrio, nec ob id falſum erit dicere, eductionem à pulmonibus fieri, vt à præſenti aphoriſmo docemur.

Aphor. 14. A tabe occupato alui profluuium accedens lethale eſt.

Diarrhea rabidis tunc ſolū læthalis cenſenda eſt, cum iiſdē iā cōſumptis ſuperuenit, quod inſinuauit nobis, dum inquit, à tabe habito, phraſis Hipp. admodum familiaris, quod nō ſemel adnotauit Gal. quaſi à principio morbi non læthaliter aliquando ſuperuenire poſſit.

Aphor. 16. Calida frequenter ea vtentibus has noxas inducit &c.

Mar. n. 11. Præſens aphoriſmus vnà cum proximè ſequentibus abſquè dubio ex lib. de Humid. vſu deſumptus eſt, cuius libri intentio eſt de vſu liquidorum tractare, quæ exterius admouentur, ex quo conſtat, quæ de calidæ, & frigidæ facultatibus hoc in loco traduntur, perperam extendi ad ea, quæ interius aſſumuntur.

Aphor. 21. Quandoquè verò in diſtentione ſine vlcere iuueni carnoſa, &c.

Mar. n. 14. Hæc ſententia pariter præcitato lib. de Humid. vſu regiſtrata eſt v. 132. iiſdē ferè verbis quāuis hoc remediū frigidæ inſperſionis propoſuerit lib. 3. de Morb. v. 163. indiſtinctè omnibus, nihilq. ſeruato eorū, quæ hic, & lib. de Humid. vſu adnotātur. De curatione enim opiſtotonos tractās in fine ait, quod ſi voles etiā ſic facies, aquā plurimā frigidā ſuperfundito, & poſteà veſtimenta tenuia, ac pura ſuperintegito, ignem autem tunc non adhibeto.

Aphor. 22. Calida ſuppuratoria eſt non in omni vlcere.

Præſens, & conſequens aphoriſmi lib. de Humid. vſu ad finem deſcripti ſunt.

Aphor. 25. Tumores in articulis, & dolores abſquè vlcere &c.

Hęc ex lib. cit. de Humid. vſu deſumpta ſunt verſ. 106. circà quorū explicationem non eſt immorandū cū per ſe ſatis manifeſta ſint: Illud tamen prætereundū non eſt, quod de ſtupore ait, quia ſtupor dolorem non modò ſedat, ſtupore perdurāte, ſed etiā eodem ſedato, imò aliquando dolor ex toto tollitur, argumentū euidens, hunc non quia indolentiam facit, doloris ſenſum auferre, ſed ab eo fluxionem ſiſti, & humoris actiuitatem, & acrimoniā cōpeſci. Quarè hoc præſidij genus non eſt aſpernendū, quando non ſub vniuerſaliori præcepto tantū ab Mar. n. 32. Hipp. celebratur, ſed etiā peculiariter vtitur lib. de Affect. in curatione podagræ, & arthritidis, nā cæteris auxilijs iam propoſitis, ſubiunxit tandem: ad dolentes verò locos frigefactoria appone, quibus verbis medicamēta actu frigida intelligēda eſſe, nullus eorū, qui in Hipp. doctrina ſit verſatus, negabit, calida enim, aut frigida ſimpliciter prolata, actu talia intelligit, niſi ad potentiā addatur, ex quo adnotandū eſt, etiamſi & calida, & frigida podagricos dolores ſedare poſſint, frigida tamen ab Hipp. præferri, nam calida laxando partem rariorem faciunt,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 466 sur 636

A faciunt,& ad fluxiones inpoſterum recipiendas paratiorem, frigida è cõtrà eam roborant, & adſtringunt, vt fluxioni viæ minus pateant. Quapropter hæc regula circa localia obſeruanda eſt in podagricis doloribus, alijsq. qui à fluxionibus, cum partis recipientis imbecillitate per interualla inuadere,ſolent frigida actu præferenda eſſe,in alijs verò calida, & vbi dolores intimiores occupant partes.

Aphor. 28. *Menſes ducit aromatum ſuffitus, ſæpè verò ad alia etiam vtilis eſſet, niſi &c.*

Duplici ratione ſuffitus aromatũ menſes mouet,primò quia os vteri aperit,non tenuitate modo,qua facilè penetrat,& aperiendi facultate: ſed etiam quia cum eius odore delectetur vterus,oſculũ ad illum ſuſcipiendum aperit,non minus,quã ad ſeminis receptionẽ in coitu, dum illud affectat.Secundò confert ad menſtruorum prouocationem aromatũ ſuffitus,quatenus impedimenta remouet, per quæ non procedunt, vterũ enim dirigit,& ad ſanã naturã

B reducit,& in his omnibus caſibus ſuffitu aromatũ vſum fuiſſe Hipp. conſtat. Nã ad aperiendos vteros vſus eſt lib.2.Morb.Mul.ſect.2.verſ. 269.vt in locũ ſuum reducantur, poſtquam ad hepar aſcẽderint lib.de Nat.Mul.v.39.ijſdẽ aglutinatis,& incumbẽtibus ad coxã,lib.cit. v.85.Aglutinatis lib.2.Morb.Mul.ſect.2.v.177. Verũ nõ ad hæc tantũmodo conducit aromatũ ſuffitus,ſed etiã ad alia quãplurima: idq.propter tenuitatẽ,& propter locũ,cui adhibetur, qui quidẽ conſortiũ maximũ habet cum toto corpore, cuius ratione quolibet membro affecto ſubuenire poteſt,eius tamen vſus prætermittitur ſæpiſſimè,quia cap.grauitatẽ facit.

Mar.n.46. *Mar.n.3.* *Mar.n.6.* *Mar.n.36.*

Aphor. 30. *Mulierem vtero gerentem ab aliquo acuto morbo corripi,læthale.*

Cũ vtero gerentes à morbis acutis quotidiè euadere obſeruentur, nõ videtur rectè dictũ in preſẽti aphoriſmo,vtero gerentẽ ab aliquo morbo acuto corripi,lęthale.Quarè pro aphoriſmi tutela, & ad intelligentiã huius vocis lęthale,adnotare oportet.Aliud eſſe dicere,mor-

C bũ aliquẽ in ſuo genere læthalem eſſe.Aliud dicere hunc morbũ læthalẽ,quia ſigna lęthalia ſuperuenere.Nã in hoc ſecundo caſu,quia ſymptomata ſuperueniẽtia læthalia ſtatũ indicãt ægrotantis,nõ ratione morbi eſſentiæ tantummodo,ſed etiã vehementiæ, & moris eiuſdem, necnon viriũ ipſiuſmet ægrotantis ad morbũ ipsũ(ab his enim,& alijs quãplurimis ſigna lęthalia dependent) ideò cũ res eò deuenit, vt ſigna læthalia ſuperueniant,vix fieri poteſt,tot malis ſimul concurrentibus, vt æger euadat. At cũ morbus ex ſua natura læthalis eſt in cõmuni,quotieſcunquè ſigna læthalia nõ concomitantur, plurimi ſeruari poſſunt,cuius rationẽ aſſignabat Hipp.lib.2.Prædict.v.200.vbi hæc legũtur.Vulnera magis læthalia ſunt,quæ in venas craſſas,in collo,ac inguinibus infligũtur,deindè quę in cerebrũ,& in hepar. Poſteà quę in inteſtinũ,& veſicã,ſunt autẽ hæc pernitioſa valdè,non tamen ità vt nemo ex his euadat,velut putatur.Nã,& loci,qui hæc nomina habent,multũ inter ſe differunt, & ijdẽ modi,

Mar.n.19.

D Multum etiã differt corporis ipſius hominis ſtructura,aliquando enim nequè febricitat,nequè inflãmatur ſauciatus, aliquando etiã citrà causã febricitat,& aliqua corporis pars omninò inflãmatur,ex quibus apparet,ex vulneribus, ex ſui natura læthaliſſimis,homines euadere,ſi vt inferius lib.cit. ſubiungit,nequè febris ſuperueniat, neq; ſanguinis fluxus ad vulnus fiat,neq; inflãmatio, nequè dolor, è contrà verò nulla ſpes ſalutis remanet,vbi læthalia ſigna ſuperueniunt,nõ præfatis læthalibus vulneribus modò,ſed etiã ijs,quæ ſecuriſſima videbantur.Pari ratione igitur ſi contingat,vtero gerentem morbo acuto laborare, quæ ex ſui natura fortis,& robuſta,& morbum benè ferat,nec ſymptomata læthalia ſuperueniant,non eſt à ratione alienum,morbum illum etiam ex ſui natura læthalem ſuperare.

Aphor. 34. *Mulieri vtero gerenti ſi aluus multum fluxerit,periculum eſt, vt abortiat.*

Plurimæ vtero gerentes quotidianis vomitibus adeò ſollicitantur,vt cibũ aſſumptũ rarò

E continẽant, vndè corpus ſufficienti alimento priuari neceſſe eſt,& nihilominus abortũ indè ſequutũ eſſe,nondũ obſeruatũ eſt.At verò diarrhęa abortum ſæpè facit, etiam ſi corpus nutrimento priuetur minus, quando cibus in his longiori tempore retinetur, quã in illis,quod quidem euidens argumentũ eſt, diarrhœã non ea ratione abortum facere, quia alimentum fœtui ſubtrahat,ſed potius, quia dum humores ad inferiora mouentur,fœtus, & ipſe deorſum trahitur, vndè ligamentis eum continentibus violentia infertur,ob quã rumpuntur, & ſic abortus ſequitur,eadem ratione pharmaca deorſum purgantia abortum faciunt, non quæ per vomitũ purgant, vt Hipp. auctoritate ſuperius demõſtrauimus in expoſitione primi aphoriſmi ſect.quartæ.Præſens aphoriſmus videtur deſumptus ex lib.1.Morb.Mul. v.127.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 467 sur 636

©BIUM

Aphor. 37. Mulieri vterum gestanti si mammæ repentè graciles fiant, abortit.

Si modum, & causas, quæ ad lactis generationem, iuxtà Hipp. sententiam concurrunt, antè oculos habuerimus, præsentis aphorismi veram rationem reddere, non erit difficilè, lib. enim de Nat. Puer. vers. 250. lac generari testatur ex tenuissimo, & dulcissimo succo à ventre expresso, expressionemq. fieri ait ab vteri magnitudine, à fœtus præsentia adaucta. Hanc verò materiam à ventriculo expressam suscipiunt vicinæ partes, à quibus indè mammæ ad se trahunt, quam quidem mammarum attractricem, à principio excitat quidam calor ipsis ab vtero impartitus, sanguinis portione mediante, quam vterus ad mammas consortij vigore transmittit. Quæ quidem sanguinis transmissio duplicem habet causam: calorem scilicet in vtero ob fœtus præsentiam auctũ, & motũ ipsius fœtus, & ideò tunc primũ lac iudicationẽ sui, matri præbet, quum fœtus moueri incipit, & hic est modus generationis lactis, quem verissimũ esse demonstrauimus in expositione cit. loci de Nat. Puer. & 1. lib. Morb. Mul. sect. 3. vers. 341. Hoc igitur supposito deficit lac in mammis, vel ex defectu materiæ lactis ob inediam, aut aliquam euacuationem: vel quia non attrahitur à mammis, idq. vel propter partium densitatẽ, eodem Auctore lib. 1. Morb. Mul. sect. 3. vers. 346. vel quia calor mammis deficit, vndè earũ attractio cessat. Deficit autẽ mammis calor, quia sanguis ab vtero ad mammas non transmittitur, idq. deficiente motu, vel vtero ipso refrigerato. Cæterum à quacunque causa lac deficiat, id paulatim fieri necesse est, sola vteri refrigeratio, & cessatio motus in vtero statim, & derepentè lactis defectũ inducere potest, hæc verò nisi mortuo fœtu, aut iam iã morituro euenire nõ possunt. Quia si calore participant mammæ ob fœtus præsentiam, eiusdem motu, & calore, eo mortuo, & vterum, & indè mammas refrigerari, est necesse, & ex consequenti lac euanescere, cuius defectu mammæ graciles fiunt, ità vt mammarum gracilitas repentina futuri abortus certissimum fiat indiciũ. Hic aphorismus desumptus videtur ex lib. 1. Morb. Mul. sect. 2. v. 81.

Aphor. 40. Mulieribus quibuscunquè ad mammas sanguis colligitur insaniam significat.

Sanguinis portionem exiguam ab vtero ad mammas deferri ex Hipp. nuper adnotauimus, cuius finis præcipuus erat, vt eo mediante incalescentes mammæ succum alimentalem, præcipuam lactis materiam attrahere, & in lac transmutare possent, & in eadem transmutatione ipsemet sanguis in lac mutabatur. Quotiescunquè igitur sanguis iste delegatus ad mammas in lactis substantiam non transmutatur, ibi paulatim colligitur, oriturq. casus, qui in hoc aphorismo proponitur; colligitur ergò sanguis in mãmis, quia in lac non transmutatur, nõ transmutatur autẽ ob eius naturam lacti penitus contrariam, talis est sanguis atrabilarius, qui cum calidus sit, & exustus, in lac frigidum, & humidũ verti nõ potest, quarè huius sanguinis collectio in mammis, atrã bilẽ in corpore abundare significat, ex quo de futuro furore suspicandum est, eodẽ sanguine ad cerebrũ translato, ad quod facilis est anadromes, cuius virtute pituitæ fluxiones à mammis oculos attrahere testatus est Hipp. lib. 2. de Morb. vulgaribus sect. 5. vers. 19. eandem sententiam inuenies ad calcem lib. 2. Epid. quamuis, quod hic peculiare facere videtur mulierum, ibi tanquam omnibus commune proferatur.

Aphor. 46. Quæcunque præter naturam crassæ existentes non concipiunt in vtero, his &c.

Galenus illius vocis præter naturam duplicem antiquorum expositionem adducit, eamq. probat, vt præter modũ communẽ, & immodicè significet, Hipp. tamen præter habitum naturalẽ ipsius patiẽtis, id esse intelligendũ apertè indicauit lib. de superfœtatione vers. 99. vbi eadẽ sententia registrata est his verbis. Mulier, quæ præter naturã crassa est, ac pinguis, & pituita repleta, non concipit hoc tempore: quæ verò ex natura talis est, horum gratia concipit, nisi aliud quidpiam ipsam impediat, & ratio est euidentissima, nã quæ ex natura pinguis est, illius omentũ propriã sedem retinet, nec ad osculũ vteri comprimendũ descendit, vt euenit illi, quæ cũ naturali tẽperamẽto tenuis esset, pinguior effecta eius omentũ grauius redditũ est, adeò, vt grauitate distẽtũ ad os vteri cõprimẽdũ descẽdere possit, & ex cõsequẽti sterilitatẽ inducere.

Aphor. 47. Si vterus in coxam incumbens suppuratus fuerit, necesse est, emmotum fieri.

Hunc casum descripsit Hipp. lib. de Nat. Mul. vers. 72. & lib. 2. Morb. Mul. à principio sect. 2. hunc in modum, si vteri agglutinati fuerint, & incumbant, & si contigeris, videbis locum durum sub lateris mollitudine, & dolor corripit imum ventrem, &c. & indè subiungit. Sæpè verò etiam suppurantur, & emmoti fiunt, & fluentes moriũtur, nisi (antèquam per se rumpantur, vsseris, & secueris, emmotũ verò intelligit Hipp. non quodcunque vlcus cauum, cuius cu-

ratio

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 468 sur 636

A ratio per mota, hoc eſt, per penicilla facienda ſit, ſed vlcus tantummodo, quod ad internas cauitates penetrat, quod quidem manifeſtum vnicuiquè patebit conſideranti loca omnia, in quibus de emmoto fit mentio, huiuſmodi autem nomen vlceribus ad internas cauitates penetrantibus inditum eſſe, eſt veriſimile, quia hæc præcipuè moto, ideſt, penicillo indigent. His ſtantibus, dum inquit Hipp. ſi vterus incumbens coxæ, ſuppuratus fiat neceſſe eſt, emmotum fieri, non intendit docere curationem ſuppurationis per emmotum faciendã eſſe, ſed admonere, quid ex hac ſuppuratione eueniat, vlcus ſcilicet, ad interiorem cauitatem penetrans.

Aphor. 52. Mulieri vterum geſtanti, ſi lac multum ex mammis fluat, debilem fœtum &c.

Multum lac ſponte effluere contingit, non ex ſola multitudine, nam quoties mammæ lacte turgent, quod tamen ſponte non exit, ſed tunc ſolũ, quando tenue eſt, & ſeroſum: quæ quidem tenuitas, niſi ex natura fuerit, à debilitate concoctricis mammarum prouenire, dicendum eſt,

B quæ aliundè, præterquam ex vtero malè ſe habente, prouenire non poteſt. Nam ſicuti mammarũ robur, ex quo lactis perfecta concoctio dependet, ab vtero, à fœtus præſentia excalefacto prouenit, ità mammarũ coctionis debilitas ab ipſo fœtu vterum non calefaciente ortũ habere neceſſe eſt, quod quidẽ euenit, quando malè habet, & ægrotat, cũ ergò lactis tenuitas in vterum gerentibus, ſit ſignum malè habentis fœtus, exeatq. propter tenuitatẽ, meritò ſi ſponte lac multũ effluat, fœtum in vtero malè ſeſe habere atteſtabitur, & vice verſa, quia ſolidæ fiunt mammæ, quando probi ſanguinis, & ſpirituũ copia turgent, quæ à fœtu ſano dependent, ideò mammarũ ſoliditas ſanioris fœtus eſt inditiũ, eadẽ ſententia legitur lib. 2. Epid. ſect. 6. verſ. 33.

Aphor. 53. Quæcunque corrupturæ ſunt fœtus, his mammæ graciles fiunt, ſi verò rurſus &c.

Hic dicendi modus indicat Hipp. de eo abortu intelligere, qui non à cauſa procathartica, &

C violenta prouenit, ſed de eo, qui cauſam habet internã, & quæ paulatim creſcit. Vanũ eſt enim credere, abortum violentia factũ, mammarum gracilitatem præcedere, niſi fœtũ ex ea lædi, & ægrotare, aut mortuum diutius in vtero permanere contingat. Verùm Hipp. dixit: quæ corrupturæ ſunt fœtus, vt affectionem præcedentem indicaret, per quam abortus contingat. Nec Galeni ratio contrarium perſuadet, dum probat ex violentia læſo vtero ad ipſum humores concurrere, & ex eo mammas gracileſcere: quia contrarium euenire experientia demonſtrat. Nam etiam ſi vterus in partu admodum laboret, & humores ad illum confluant, qui lochia conſiſtunt, non ob id mãmæ extenuantur, imò turgent lacte vberiore. Hoc igitur pro rato habito, Hipp. intelligere de eo abortu, qui ab interna cauſa dependet, non eſt difficile, aphoriſmi rationem, iuxtà vera Hipp. dogmata, afferre, cum enim (vt ſuprà explicatum eſt) tota virtus mammis ab vtero proueniat, vtero autem ab incluſo fœtu: ſequitur, mammas, aut benè, aut malè ſuo munere fungi, iuxtà fœtus in vtero exiſtentis conditionem. Quapropter quotieſcun-

D què fœtus adeò in vtero ægrotat, vt abortus periculũ immineat, mammarũ vis elanguet, vndè graciles fiunt, quod ſi bona faueat fortuna, nequè abortus ſequatur, ſed fœtus conualeſcat, tunc rurſus mammæ ſolidæ fiunt, earum virtute atthractrice, & concoctrice vigorata; vndè, & ſucci, & ſpirituũ copia fruuntur; quã cum in totum abſumere, ob contractam tempote gracilitatis imbecillitatẽ, non poſſint, alterũ duorũ ſequi neceſſe eſt, vel vt repletæ duræ fiant, & dolentes; vel vt dicta materia ad varias corporis partes tranſmiſſa in illis dolores excitet, videlicet, aut in coxendices, ob articuli magnitudinem: aut in oculos, ob conſortium quoddam, de quo lib. 2. Epid. ſect. 5. verſ. 19. aut ad genua, ob decliuitatem loci: potiſſimum verò ſi matura paulò craſſior fuerit, quorum, quolibet ſuccedente, periculum abortus tollitur.

Aphor. 55. Quæcunquè in vtero habentes à febribus corripiuntur, & fortiter attenuãtur &c.

In febribus abſquè manifeſta cauſa extenuari intelligimus, quando nec dolor, nec vigiliæ,

E nequè inſignis euacuatio intercedit, aut aliud, quid eorũ, à quibus corpora extenuari magnopere ſolent: de quibus mentionẽ fecit Hipp. 1. Prognoſt. tex. 8. Idq. virium imbecillitatem ſignificare docuit ſuperius 2. aphor. 28. ſtante igitur imbecillitate vterũ gerentis, ſi tunc fœtum corrumpi contingat, mulierẽ periclitari, eſt rationabile. Verũ ſi fœtus vſquè ad exactum geſtationis tempus conſeruetur; difficulter tamen, propter virium imbecillitatem, parit, & periculosè: quia etiam ſi ab ægritudine ad tempus partus, interualium aliquod temporis intercedat, non poſſunt tamen, aut fœtus, aut mater priſtinum recuperaſſe robur, vt labores partus abſq; periculo ferre poſſint, difficilis ergò, & laborioſus partus expectandus eſt.

Aphor. 60. Si mulieri vterum geſtanti purgationes prodeunt, impoſſibile eſt, fœtum eſſe, &c.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 469 sur 636

Mar.n.40. Vidi quamplurimas vterum gestantes(quod etiam in expositione lib.1.Morb.Mul.sect.2. A
vers.24.admonuimus)quibus singulo mense menstrua prodiere absquè vlla,aut matris,aut infantis læsione. Obseruaui pariter sæpissimè,purgationes ex vtero copiosissimas semel tantum, aliquando bis etiam grauidis superuenisse, quæ tamen fœtum incolumẽ ad exactum tempus gestarunt. Quæ quidem præsentis aphorismi doctrinam admodum suspectam reddunt, quapropter corrigendam esse existimo per ea, quæ in præcitato lib.de Morb.Mul. leguntur hunc in modum. Pronuncio autem de muliere in ventre habente duos, aut tres menses,& vltrà; si menses statim prodeant singulis mensibus,necesse est,eam tenuem fieri, & debilem, &c.quæ sequuntur.Quarè tunc solum menstruorum eruptio, & matrem,& fœtum imbecilla reddunt, quando nõ à principio grauiditatis incœpit,sed tertio,aut quarto mẽse elapso,& indè singulo mense repetit, cuius quidẽ sententiæ rationẽ attulimus in expositione loc. cit. de Morb.Mul.

Aphor. 62. Quæcunquè frigidos,ac densos vteros habent non concipiunt,&c. B

Hoc aphorismo breuiter sterilitatis mulierum causæ comprehenduntur, quæ quidem ad tres vteri intemperantias reducuntur.Nam vterus vel frigidior est, quã par sit, vel humidior, vel deniquè cum caloris excessu siccior. Huiusmodi verò intemperantiæ non simpliciter accipiendæ sunt, sed totius corporis respectu. Quandoquidem plures mulieres concipere obseruantur, quarum vterus longè intemperantior erat,quam alterius cuiusdam, quæ sterilis ob eandem intemperantiam fuerit,exempl.gr.sit mulier toto temperamento biliosa,cuius singulæ partes totius temperamento respondeant. Altera verò naturali totius temperamento frigida sit, vterum verò cæteris partibus calidiorem habeat. Harum quidem prior concipiet, quia eius vterus à totius temperie non recedit. Posterior verò nequaquam ob calidam vteri intemperiem totius respectu consideratam. Et tamen quæ concipiet, calidiorem habebit vterum,quam quæ sterilis supponitur. In hunc igitur sensum præsens sententia recipienda C
est, alioqui in regionibus, & in temperaturis à mediocritate recedentibus mulieres pro maiori parte steriles essent, hæcq. recepta Hippocratici consilij ratio probabilis afferri potest,& quæ effectibus respondet. Circà eam tamen non versabitur nostra oratio, cum vnicuiquè satisfacere possint ea, quæ Galenus,& cæteri expositores de hac re scriptis mandarunt.

Aphor. 63. Similiter autem in masculis, aut enim propter corporis raritatem,&c.

Hanc sententiam ab Hippocratis doctrina reijcit Galenus pluribus capitibus,variisq.rationibus contrà eam adductis: quibus non obstantibus, sententiam verissimam, Hipp. dignam censeo, si recto sensu accipiatur, qui talis est. Sterilitatis mulierum causas ad tres in præcedenti aphorismo reduxerat. Ad frigiditatem vteri, ob quam densior effectus non concipit: Secundò ad humiditatem genituram suffocantem,& tertiò deniquè ad siccitatem vrentem, genituramquè corrumpentem. In hoc autem aphorismo easdem repetit causas, tanquam D
sterilitatem virorum producentes,non tamen eodem modo,verùm,vt indicaret easdem causas concurrere,dixit,similiter autem in masculis, quia tamen modus, & ratio diuersa est, eas subsequenter explicat, & certè si causas sterilitatis virorum diligenter considerauerimus, inueniemus omnes ad tria capita reduci. Eorum enim alij erigunt quidem,verùm coire volentes spiritus erectionem facientes statim euanescunt, subsidetquè, & concidit penis,ideòquè semen in vterum eiaculari non possunt,quod si aliqui emittunt in foribus pudendi muliebris illud perdunt, & de his intellexit Hipp. dum dixit, aut propter corporis raritatem spiritus extrà fertur, vt semen non educat. Namquè rationi consentaneum est,taliter affectos ob caliditatem, & siccitatem temperamenti: & potissimum genitalium, vndè spiritus tenuiores generantur, quam par sit, steriles esse. Hi respondent mulieribus, quas ob siccos,& exustos vteros non concipere, sed genituram corrumpere dixerat in præcedenti. Alij secundo E
loco sunt, qui & erigunt,& coeunt quidem,verum nunquam semen effundunt, & hos significauit Hipp. dum dixit, aut propter densitatem humor non procedat foras. Tales sunt, qui frigido,& sicco sunt temperamento: in quo cum spiritus sint frigidiores, non ità incalescunt, vt semen deducere,& impellere possint,Hipp.causam reduxit in habitus densitatem, eò quod genituram à toto corpore secedere existimauit, quã quidem opinionem facillimè tueri posse lib.de gen v.32.demonstrauimus.Verùm vtcunquè sit, certũ,est primariam causam esse frigiditatem,& siccitatem temperamenti totius corporis, & potissimum testium, aliarumq. partiũ generationi inseruientium. Respondetq. sterilitatis mulierum causæ, de qua in præcedenti

dixe-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 470 sur 636

dixerat: quæcunque frigidos, ac denſos vteros habent, non concipiunt. Tertio denique loco
A ſunt quidam, qui nec erigere, nec coire poſſunt, quos vulgus ligatos vocat: quandoquidē im-
potentiā à frigiditate humiditati adiuncta prouenire rationabile eſt: hoſque intellexit Hipp.
dum dixit: Aut propter frigiditatē non concaleſcit, vt ad hunc locum congregetur, nam cum
(vt ſuprà adnotauimus) opinio eſſet Hipp. ſemen, ſiuè genituram in actu coitus à toto corpore
excerni, dixit frigiditatem eſſe cauſam, cur ſemen ad genitalia membra, vnà cum ſpirituum
conuenienti copia (ex his enim genitura conſtat) non congregetur. Nam taliter affecti, non ſo-
lum non erigunt, ſed nequè titillationem illam percipiunt, quam ſpirituū facit affluxus, quod
ſi horum nonnulli aliquando ſemen emittunt, id ſine erectione efficiunt, & abſque ſpirituum
concurſu: vt genituræ nomen non mereatur, ſed inutilis excremēti, ex quo adnotare eſt, ſum-
mo artificio dixiſſe Hipp. non cōgregatur, quaſi illud, quod modo dicto excernitur non ſit ſe-
B men à toto ad pudenda congregatum, quale debet eſſe vera genitura. Subiungit indè: aut
propter caliditatem hoc idem contingit, eò quod cognouit multos calido, & humido tēpe-
ramento præditos, nec erigere, nec coire poſſe, quod experiētia ipſa ſæpius nobis ſignificauit.

Aphor. 64. Lac dare caput dolentibus malum. Malum etiam, &c.

Lactis vſus apud antiquos frequentiſſimus fuit. Sæpè enim ad leuiter purgandum: non
raro ad abluendum, & attemperandum poſt purgationem, ſæpiſſimè ad humorū acrimoniam
corrigendam: & denique ad craſſefaciendum, lacte vtebantur; & ſicuti ad purgationem
omnium tenuiſſimum eligebatur, qualè eſt aſininum, & in ſatis notabili quantitate exhiberi
conſuetum fuit; ità ad craſſefaciendum, craſſius præferebatur. In reliquis verò caſibus me-
diocritas ſubſtantiæ attendebatur, illud ſæpius coctione incraſſantes, aut varijs liquoribus è
C contrà, tenuitatem ei comparantes. Nam & bubulo, & ouillo, & caprillo pro rei exigentia
vtebantur. Hac tamen diſtinctione, vt cum intentio erat purgandi, aut ſubluendi aluum, in
maximā quantitate exhiberetur, nam aliquando ad congij menſuram dedit Hipp. in alijs verò
caſibus rarò duas cotylas exceſſit, vt in ventriculo detineri, & concoqui poſſet. Quandò igi-
tur in aphoriſmo ait Hipp. lac dare caput dolentibus, malum, &c. de eo non intelligit, quod
purgationis gratiā in notabili quantitate exhibetur, id namque propriè loquendo, non eſt lac
dare, ſed potius lacte purgare, & hic dicendi modus Hipp. vſitatus fuit, vt in eius doctrina
manifeſtè apparet. Nec lac hoc modo exhibitum ea incommoda affert, quæ lacti alio modo
exhibito imputantur, & ratio eſt, quia non diù moratur in ventriculo, vt in caput vapores di-
mittere, aut flatus inducere valeat, & quia copioſum aſſumitur, corruptionis periculo non
ſubijcitur (ab his enim lactis noxæ dependent) Hocque fuiſſe Hipp. conſiliū ex ipſiuſmet do-
ctrina demonſtrari poteſt, quando lacte aſinino, aut caprillo diluto ad purgandum vtitur in
D omnibus caſibus, in quibus à præſenti aphoriſmo prohibetur, eò enim in capitis vlceribus,
vtitur lib. 2. de Morb. verſ. 158. & in comitialibus 4. Acutorum verſ. 52. necnon in comitia- *Mar. n. 13.*
libus eodem in loco, in quibus cum caput afficiatur, inconueniens eſſet, quatenus lac dare ca- *Mar. n. 38.*
put dolentibus, prohibetur. Præterea in febribus lacte aſinino purgationem inſtituit ſæpiſſi- *Mar. n. 36.*
mè. Nam & in quotidiana ex bile, & in febre interficiente appellata lib. 2. de Morb. eo vti- *Mar. n. 65.*
tur, & in febre ardente lib. 4. Acutorum verſ. 10. lacte aſinino purgandum eſſe corpus iubet. *Mar. n. 34.*
Taceo alios morbos, qui febrem acutam coniunctam habent, in quibus eodem lacte purgari
iubet, v.g. in eriſipelate lib. 2. de Morbis, & alia quam plurima, quæ ſingula referre nimis tæ- *Mar. n. 53.*
dioſum eſſet. Quarè & in ſecundum caſum peccaſſet, quo lac dare febrientibus prohibet.
Similiter cōtrà tertium erraſſet, quod malū eſſe lac dare, inquit ijs, quibus eleuata murmurāt
hypocondria quando & in hæpaticis, & liænoſis etiam ad hydropem tendentibus, aſininum
E lac ad purgandum præbet, lib. de Intern. affect. verſ. 113. Vlterius lac improbat ijs, quibus
larga ſanguinis euacuatio facta eſt, & tamen lib. Acut. 4. lacte aſinino eos purgādos eſſe iubet
quibus ſanguinis copia effluxit. Cum igitur lacte purgationis gratia vtatur Hipp. in omnibus
caſibus, in quibus per præſentē aphoriſmū damnatur aſſerendū eſt lac dare, nō ſignificare pur-
gatoriū, ſed quod refectionis, aut alterationis gratia exhibetur: quod ex eò confirmatur, quia
referens caſus, in quibus vtiliter exhibetur, eos tantummodo meminit, qui refectione egent,
tabidos inquam, à febribus longis vexatos, & præter rationem extenuatos; quos lacte pur-
gare nullo modo licet, aut ſaltem rarò. Hæc ergò pro explicatione præſentis aphoriſmi erūt
ſatis, cum ſingula exponere non profiteamur; ſed ea tantummodo, quæ ad Auctoris mentem

perci-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 471 sur 636

©BIUM

percipiendam sunt necessaria. Vnum tamen non prætereundum est circà verba illa: Malum est, & quibus hypocondria suspensa murmurant. Hipp. hæc duo symptomata simul copulasse, vt indicaret lac dari posse etiam illis, quibus suspensa tantummodo sunt hypocondria, & quibus murmurant solũ. Nam si à bile intumescat hepar, lac conuenit, vndè ipsemet Hipp. lib. de Intern. affect. vers. 225. In hepatite secunda, à bile in hepar confluente, à qua durus, & doloros fit, non lac asininum modo, aut caprillum ad purgandum præbet. Sed etiam bubulum ad bilem attemperandam per plures continuos dies exhibet. Similiter murmurante absque tumore ventre, lac non prohibetur, quia si à bilioso succo per ventrem discurrente murmur fiat, lac datum vtile esse potest. Quarè lac dari vetat Hipp. quando elata hypocondria simul murmurant. Hæc enim à flatuum copia generationem in hypocondrijs habentium dependent, cui affectioni lac noxium est, non solum, quia flatuosum est, sed etiam quia, cum taliter affecti, acidæ corruptioni subijciantur, lac in ventriculo ob analogiam facillimè ijs acescit.

Mar. n. 31.

Sectio VI.

Aphor. 1. In diuturnis intestinorum læuitatibus ructus acidus accedens, qui prius, &c.

Libro secundo epidem. sect. 2 vers. 60. vndè absque dubio desumptus est aphorismus, hæc sententia legitur hoc modo. In diuturnis lyenterijs ructus acidus fiens, antea nunquam factus signum bonum, velut Demænetæ contigit. Fortassis autem licet etiam arte parare. Nam turbationes huiusmodi alterant, fortassis, & ructus acidi lyenteriam soluunt, sanatus est veratri potione, quo quidem dicendi modo dubitasse videtur Hipp. an huiusmodi ructus esset bonum signum tantummodo, an etiam, vt causa prodesse posset. In proprij autem loci explicatione defendimus vtroque modo bonum esse, & illum arte procurare, non esse inutile.

Mar. n. 3.

Aphor. 2. Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior morbosius, &c.

Quia plurimum genituræ à capite prouenit, vt ipsemet Hipp. lib. de Genitura vers. 32. testatur, hinc fit, vt genitura naturale cerebri temperamentum sequatur: ità vt quibus caput, siuè cerebrum natura humidum est (hoc indicant nares sæpè fluentes, quas humidiores appellat) ijs genitura humidior est, & hi (subiungit statim) morbosius sani degunt, hoc est, vitam ducunt, non solum morbis obnoxiam, sed etiam in tempore sanitatis valetudinariam, his verò contrarij, firmiori, & stabiliori valetudine fruuntur. Quod quidem indicat, quantum ad corporis valetudinem conferat capitis optima dispositio, quod summa cum ratione morborum radix appellatur. Et hic est germanus præsentis aphorismi sensus, alium tamen Hipp. habuisse indicant ea, quæ lib. 6. Epid. sect. 6. leguntur, vndè forsan aphorismus desumptus est, hunc in modum. Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, ac copiosior, hi morbosius sani sunt, plurimis autem, quibus ex morbo, vice versa. Quorum verborum sensus est. Eos, quibus multa è naribus ex natura erumpunt, & ex cõsequenti cerebrum humidius habent, & genituram pariter humidiorẽ, & copiosiorem emittunt, eos imbecilles esse, & valetudinarios. Qui verò tales sunt, non ex natura, sed ex morbo, eos saniores esse, indicant enim hæc expultricis facultatis robur, quæ humores noxios facilè à se excutit, addidit verò plurimis, quia hæc regula non omnibus fortassè competit.

Aphor. 5. Dolores in lateribus, & in pectoribus, & in alijs partibus, an multum, &c.

Hic aphorismus primo aspectu Hipp. dignitatis minimum retinere videtur. Quis enim Medicus adeò negligens est, qui dolorum vehementiam, aut maiorem, aut minorem non consideret, cum præsertim ægrotantium querelæ ad huiusmodi considerationem compellere etiam inuitum possint? Quarè dicendum est, præsentem aphorismum idem naufragium cum alijs multis incurrisse, ob negligentiam illius, qui eos collegit. Nam clariori, & veriori sensu, ità legitur lib. 6. Epidem sect. 7. vers. 79. Dolorum in lateribus, & pectore, & alijs partibus, tempora, an multum differant, considerandum est. Nam & cum melius habuerint, rursus deterius habent, non delinquentes. Sententia quidem aurea, qua admonemur repentinæ doloris subleuationi non esse fidendum, nam sæpè paulò post derepentè nullo errore accedente, sęuiores repetunt, quarè vt fida sit alleuiatio, paulatim, & per sua tempora fieri debet, & quamuis hæc sentẽtia in omnibus doloribus verificetur, magis tamen in doloribus laterũ,

& pectoris

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 472 sur 636

A & pectoris contingit,ab huiuſmodi enim partibus non citò,& facilè infixus humor diſcutitur, quemadmodum ſi in aluo, aut ventriculo peccet.

Aphor. 11. *Atrabilarys, & nephriticis hæmorrhoides accedentes bonum.*

Cum nullibi Hipp. phrenitidis nomine, melancholias, quas manias vocant,ſignificaſſe obſeruauerim,non poſſum eorum interpretationem ſequi, qui pro nephriticis,phreniticos legentes dicunt, hæmorrhoides ſuperuenientes, & melancholicos, & maniacos ſanare; quarè lectionem non eſſe alterandam exiſtimo. Qua ratione autem nephritica, ab hæmorrhoidibus, ſuperuenientibus ſanentur,inuenies in ſequenti aphoriſmo.

Aphor. 12. *Hæmorrhoidas diuturnas ſananti, niſi ona adſeruata fuerit periculum, &c.*

Quamuis importuna hæmorrhoidarum ſanatio poſſit quam plurima excitare patientibus incommoda, quorum plurima lib.6. Epidem. ſect.3. verſ.59. recenſentur, in præſenti tamen B aphoriſmo duorũ tantum meminit tanquam frequẽtiorum, hydropis inquã ſcirrho in hepate, à craſſo ſanguine ibi conculcato, & tabis,ſanguinis ſputo intercedente. Verum aliquis à me quæret,cur hæc duo mala frequentius eueniant, quam cætera alia? Nam ſi ſanguinis ſputum à copia in venis collecta prouenit, cur potius ſputum hæc copia facit, quam aliam ſanguinis excretionem? Cuius quæſiti ratio probabilis afferri,meo iudicio non poteſt,niſi ad venarum diſtributionem ex Hipp. mente confugiamus. Libro enim de oſſium natura,& de Nat.Hum. verſ.206.Quatuor paria venarum à capite deſcribens,tertium ordinẽ ex temporibus per ceruicem in ſcapulas procedere ait, indè verò in pulmonem deferri: Et perueniunt quidem (inquit) altera à dextris in ſiniſtras ſub mammam, & in ſplenem, & in renem. Altera à ſiniſtris in dextras ex pulmone ſub mammam in hepar,& in renem. Deſcendunt autem hæ ambæ,& in inteſtinum rectum, & in podicem. Stante igitur hac venarum diſtributione,quam ſenſibi- C lem eſſe in expoſitione libri citati de Nat.Hum. indicauimus, ratio euidens eſt,cur ſuppreſſis hæmorrhoidibus morbus hepati accedat, yndè hydrops inſurgat, & pulmoni tabes, ſimulq. ſe prodit ratio aphoriſmi præcedentis,in quo dicit hæmorrhoidarum fluxum nephriticis morbis ſolutionem afferre, nephritici enim nomine intelligit hoc in loco Hipp. non eum, qui renum calculo laborat,ſed qui à morbis renum quibuſcunq. afficitur. Quia igitur præfatæ omnes partes conſortium habent venarum cum hæmorrhoidibus, ideò fit, vt earum affectionum inuicem tranſmutatio fiat.

Verſ. 13. *A ſingultu detento ſternutationes accedentes ſoluunt ſingultum.*

Si ſingultum aliquando à ſiccitate immediatè prouenire credidiſſet Hipp. certè abſque diſtinctione non aſſeruiſſet in præſenti aphoriſmo,ſternutationes accedentes ſingultum tollere, qua ratione enim ſternutatio ſiccitatem tollet? verum nè ſomniauit quidem à ſola ſiccitate abſque materia excitari ſingultum. Fieri quidem ab inanitione dixit, ſed hæc à ſiccitate plurimum differt, eamque repletioni contraponit, intellexitq. ſingultum à repletione, aut inanitione fieri ciborum, & potionum, non aliter. Nam cum ſingultus proxima cauſa ſit res moleſtiam inferens, hæc in crapula erit cibi, & potus copia, in ieiunio verò, aut euacuatione,erit humoris acrimonia, quæ per euacuationes, & ieiunia in ventriculo maximè viget. Quarè Hipp. dum inferius ait: Conuulſio fit, aut à repletione, aut inanitione: ſic autẽ & ſingultus,non intendit omnes cauſas ſingultus ad illas duas reducere, nec immediatas referre in animo habuit. Sed eas adduxit,tanquã cauſas procatharticas,ſingultumq. ſæpiſſimè inferentes, nam ſi quis pipere deglutito vinum ſuperbibat, & ſingultus ſuperueniat, abſquè dubio ſingultus ille, nec à repletione erit, nec ab inanitione. Cum igitur ſola intemperies ſingultum efficere non poſſit,aſſerendum eſt,proximã illius cauſam eſſe materiam lædentem, E à qua irritata ventriculi facultas,vt noxiũ expellat, motũ illum facit, quæ quidẽ materia ſternutatione ſuperueniente ventriculũ concutiẽte,ab eius fibris diſcutitur, quibus inhærens ſingultũ faciebat:ſicque ceſſat ſingultus,quæ quidẽ ratio omnibus ſingultus ſpeciebus cõuenit. Nam & qui ab hepatis, aut ventriculi inflammatione dependet,proximam cauſam habet materiæ præſentiam, à qua facultas ventriculi irritatur: qua quidem per ſternutationem diſcuſſa ceſſat. Singultus etiam ſi non in totum auferatur, remanet enim affectio, à qua noua materia genita ſingultum denuò mouet. Quarè ſummo artificio dixit Hipp. ſingultum ſoluit,cum poſſet maiori breuitate dicere ſolutio, vt indicaret, ſternutationem quidem ſingultum quemlibet ſedare, morbum autem,& cauſam illius non ſemper in totum auferre.

Aphor.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 473 sur 636

©BIUM

Aphor. 14. *Ab hydrope detento, vbi aqua à venis in ventrem confluxerit solutio.* A

Hæc sententia lib. de Iudicat. vers. 142. legitur, huic ferè consentiēs, quam ex græco contextu interpretor hunc in modum. Hydrope secundum venas detento, aqua in ventrem, aut vesicam fluente solutio. Quarè cum dictio illa secundum venas, superflua non sit, asserendum est, hanc distingui ab illa, quæ hydrops secundum ventrem dici posset. Nam etiam si in omni hydrope, & venæ, & abdomen aqua repleantur, quando venæ sanguinem serosiorem, & aquosum semper continent, aliquando tamen prius, & euidentius in vna, quam in altera dictarum partium colligitur, & id pariter diuerso ordine. Quandoquè enim venæ aquam in se ipsas trahunt, quam indè ventri communicant, idque euenit in ea hydropis specie, quam
Mar. n. 18. à destillatione à capite ortum habere nos docuit Hipp. lib. de locis in homin. vers. 175. cuius generationis modum in eius loci expositione aperuimus. E contrà verò aliquando prius abdomen aqua repletur, indèque venoso generi communicatur: vndè sanguis aquosus redditur, B quod in eo hydrope euenire rationabile est, qui ab hepate, aut à copioso aquæ potu, aliaq. simili causa ortū ducit. Aliquando tandem simul, & eodem tempore, & in venis, & vētre cōgregatur, quemadmodum in hydrope ex lienis affectu euenire significauit Hipp. lib. 1. de Morb. Mul. sect. 3. vers. 50. Dum igitur Hipp. ait: In hydrope secundum venas, si aqua ad ventrem
Mar. n. 7. fluxerit, solutio; priori loco recensitum intelligit, in quo, quia venæ primum ex humore aquoso laborare cæperunt, hæque in abdominis cauitatem aquam effundunt, vndè hydrops. Si hæ aquosum humorem ad ventrem, & ad aluum excernant, euacuatis venis hydropem sedari est rationabile, quemadmodum in præsenti oratione testatur Hipp. Quæ quidem affinis est illius sententiæ lib. 1. de Morb. vers. 124. registratæ: Subaquoso, ac lienoso alba pituita
Mar. n. 6. detento aluus fortiter turbata bonum, differunt enim in eo tantummodo, quia in subaquoso, & pituita alba laborante, venæ, aut carnes tantum aquoso humore sunt repletæ: in hydropè C autem secundum venas, non modo venæ aquam continent, sed etiam abdomen ipsum, alioqui hydrops non diceretur. Perperam igitur vox illa κατα φλεβας, ideſt, per venas, ad eas venas refertur communiter, per quas aqua in abdomine collecta, si ad aluum feratur quod nullo modo est necessarium, cum per intestinorum porositates, eorum cauitatem peruadere possit. Sed dato aquam à ventre ad aluum per venas necessario transire, absque dubio vox illa per venas omninò ociosa esset, & eò magis, quia nulla alia adest via, per quam aqua in abdomine contenta per vesicam expurgetur, hanc enim regionē etiam appositi l. cit. de Iudicat. Nec expositio eorum rationabilior est, qui hanc vocem κατα φλεβας, subsequenti orationi copulantes, Græcam lectionem pænitus confundunt. Sententiamq. vniuersalem accipientes eam falsam apertè reddūt, quando in cōmuni hydrope iam perfecto, aquæ excretio per aluum non liberat, sed in incipienti tantummodo: id attestante coaca illa sect. 3. vers. 20. D In aqua intercutem incipiente alui profluuium aquosum fiens citrà cruditatem morbū soluit.

Aphor. 16. *A pleuritide, & Peripneumonia occupato alui profluuium accedens malum.*

Malum inquit, non læthale, vt significaret aliquos seruari eorum, qui non admodum grauiter laborent, hæc est enim proprietas huius vocis malum, vt indicet, ægrotantis conditionem deteriorem reddi, quod quidem in diarrhæa superueniente duplici ratione contingit, primo quia sputum supprimit, quæ sola tuta via his morbis rectè terminandis censetur. Qua quidem ratione omnis inferna purgatio in huiusmodi affectibus à præceptore damnatur lib. 3. de Morbis, quando morbus iam firmatus est, & sputum procedere incæpit, ex quo fit, etiamsi diarrhæa his morbis superueniens semper suspecta sit, eo tempore tamen, quo sputum nondū apparuit, non adeò malam censendam esse, imò aliquando obseruatum est, prædictis morbis per sputum sufficienter expurgatis, adhuc febrem perseuerare, quæ tandem per superuenien- E tem alui subductionem in totum ablata sit. Nocet secundo diarrhea superueniens, antèquam concoctus sit morbus, communi illa regula: Nullam euacuationem à principio factam salutarem esse posse, quia talis euacuatio non à natura rectè operante: sed à vi morbi naturam exagitante ortum ducit, vndè cum per eam, nec tollatur, nec minuatur morbus, de hoc casu dici poterit. Critica non iudicantia, partim læthalia sunt, partim difficilis iudicij. Non prætereundum est lib. 1. de Morb. vers. 122. vbi eadem sententia legitur, additum esse: Et tabidis, & iure merito: quia præter causas relatas, quibus hæc euacuatio mala est, pessima est tabidis, qui à superuenienti alui fluore frequenter è medio tolluntur.

Aphor.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 474 sur 636

A *Aphor.* 18. *Veſicam diſſectam habenti, aut cerebrum, aut ſeptum tranſuerſum, &c.*

Vſus eſt hac voce Hipp. διαιρεθεντι, ideſt, diſſectum eſſe, vt ſignificaret non quamlibet continui ſolutionem omnibus his partibus læthalem eſſe, ſed eam tantummodo, quæ à violentia extrinſecus vulnerante facta ſit, nam plurimæ continui ſolutiones in aliquibus partibus ex recenſitis, non ſunt læthales. Ego vidi R. Patrem Ordinis Prædicatorum, cui vrina per tres dies retenta eſt, quæ tandem veſica diſrupta, ruptoque tribus in locis peritoneo exit, indèque æger incolumis euaſit, & alterum Cauponem ad quatuor fontes, qui cum mingendi negligès diutius vrinam continuiſſet, indè poſtea mingere non potuit, ſed vrina, rupta veſica in ventrem profluens, inter peritonæum, & inteſtina collecta, eum hydropicum reddidit, à qua tandem ob medicorum timiditatem, qui illum ſecare, & vrinam extrahere debuerant, longo tempore obijt. Quarè continuitatis ſolutiones abſque vulnere, & ſanguinis effuſione in quacunq. corporis parte fiant, etiam ſi ob magnitudinē non conſolidentur, non tamen neceſſariò mortem inferunt. E contrà verò vulnera à re diſſecante inflicta, quantumuis exigua in locis quibuſdam læthalia ſunt, tum ratione inflammationis ſuperuenientis, tum ob ſanguinis effuſionem, quæ nulla arte à Medico vitari poſſunt.

B *Aphor.* 20. *Si in ventrem ſanguis effuſus fuerit præter naturam neceſſe eſt ſuppurari.* *Mar.n.3.*

Et hæc pariter ſententia lib. 1. de Morb. verſ. 68. regiſtrata eſt hunc in modum: Si ſanguis ex vulnere, aut ex vena effluxerit in ſupernum ventriculum, neceſſe eſt in pus verti, quæ quidem indicant, quid per ventrem intellexerit aphoriſmus, & quid hoc verbum ſuppurari ſignificet: contrà expoſitionem eorum, qui ſententiam ampliantes, Hipp. aliena loqui faciūt. Non nego tamen eum, qui aphoriſmum collegit, longè clariorem, & fideliorem trāsferre ſententiam potuiſſe. Cur verò ſanguis in ſupernum ventrem effuſus, ſuppuretur: non autem in inferiorem, & in reliquas caauitates, in quibus putreſcit potius, quam ſuppuretur, id ex loci

C caliditate euenire affirmarem.

Aphor. 21. *Inſanis ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperueniant, inſaniæ ſoluitur.*

Non eſt vt Galenus præceptori imponat nominum, & vocum confuſionem aſſerendo, hāc voce μανιης, in præſenti aphoriſmo melancoliam intelligere, quaſi ab humore etiam frigido, & craſſo non producatur inſania, ſiuè mania, quod ipſe Galenus affirmauit etiam inferius in com. aphor. 56. non conſiderans maniam Hipp. appellare quamlibet inſipientiam, per quam homo ſine febre vehementer alienatur, ſiue cum furore, & tumultu: ſiuè ſecus, vt aperte manifeſtauit lib. de Morbo ſacro, his verbis. Qui à pituita inſaniunt (vtiturq. verbo μαίνεσθαι) *Mar.n.16.* quieti ſunt, & non vociferantur, neque tumultuantur. Qui verò à bile, vociferatores ſunt, & malefici: ſiuè malum inferentes, & non quieti ſemper aliquid intempeſtiuum facientes. Si-

D quidem igitur aſſiduè inſaniunt, hæ ipſis ſunt cauſæ. Hanc verò à melancolia diſtinguens, ſubiungit, ſi verò terrores, ac timores accedant à cerebri tranſmutatione contingit, &c. Quę quidem manifeſtant veram differentiam inter maniam, & melancholiam, & quam fideliter Hipp. doctrinam, nobis tradiderit Galenus, dum inquit, maniam ſemper fieri ab humore acri, & calido: melancholiam à frigido, & craſſo. Hipp. verò ſententiam veriſſimam eſſe patebit vnicuique conſideranti maniacos in hoſpitalibus illis dicatis, quorum maior pars ſunt fœminæ, & homines pituitoſo temperamento præditi. Dum verò ait in Aphoriſmo Hipp. maniacos fieri à pituita, non intelligas à pituitā ſola id fieri: ſed humori melancholico exuſto, & naturæ limites egreſſo, permixta, ex quo fit, vt morbus iſte ſit familiaris in hyeme iuuenibus *Mar.n.12.*

E aquis paluſtribus vtentibus, ex lib. de Aer. Aquis, & locis verſ. 136. vnde ſumma cum ratione dictum eſt maniacos omnes à ſuperuenientibus varicibus, aut hæmorrhoidibus liberari, facta reuulſione humoris maniam facientis ad inferiores partes.

Aphor. 22. *Ruptiones ex dorſo ad cubitum venæ ſectio ſoluit.*

Ruptiones a loco ad locum, quomodo tranſmutari dicantur ab eodem Hipp. docemur lib. 1. de Morbis ſect. 2. verſ. 68. quæ Galeni interpretationem probabilem reddunt, abſque *Mar.n.16.* tranſmutatione vocis, ῥήγματα, in αλγηματα, de qua Galenus in comento aphoriſmi.

Aphor. 28. *Eunuchi non laborant podagra, nec calui fiunt.*

Eadem cauſa, quæ Eunuchos à caluitie tuetur, eadem à podagra eos præſeruat, hanc aſſignauit Ariſt. lib. 5. de Generatione Anim. cap. 3. quia in fœminam mutantur, eadem igitur cenſenda eſt cauſa, cur podagra non laborent, quia nec mulier (vt in ſequenti aphoriſmo dicetur)

cetur) podagra laborat, nisi menstrua defecerint: Sed adhuc dubitari potest, cur mulier podagra non laboret? non quidem (vt multi crediderè) quia in illis materia deficiat, quæ singulo mense per menstruas purgationes educitur, si enim hoc verum esset, sequeretur, mulieres non à podagra modo, sed ab alijs etiam morbis præcaueri, qui à materia dependent, quod experientiæ aduersatur. Prætera etiam pueri non laborant podagra, & tamen humoribus ob ingluuiem abundant. Quarè cum nec pueri, nec mulieres, nec Eunuchi podagra laborent, causa indaganda est, his omnibus communis, hancque esse dicerem humorem quendam tenuem, & acrem, qui sanguini permixtus ad articulos confluit, in quibus sensim accumulatus corruptionem à bile, & pituita contrahit, sanguinemq. simul corrumpit. Podagræ enim generationem describens Hipp. lib. de affectionibus sect. 2. vers. 46. Et est quidem (inquit) hic morbus sanguinis in venulis à bile, & pituita corrupti. In cuius loci expositione, differentiam inter hunc morbum, & arthritidem ex Hipp. mente indicauimus, cum igitur hic humor potissima sit causa generationis podagræ, ideò euenit, vt nullum efficacius remedium excogitari possit pro præseruatione ab hoc morbo, quam vini abstinentia, & eorum omnium, quæ acrimoniam in humoribus inducere possunt. Sed vini loco, simplicis aquæ potu, cibisque omni acrimonia expertibus vti, quo quidem præsidio nonnullos in totum à podagra liberatos esse noui, in quorum numero fuit Illustris. & Reuerendis. Dominus meus, D. Hyeronimus Bernerius Cardinalis Asculanus nuncupatus, qui solo aquæ potu, quo per plures annos est vsus, à podagra perfectè sanatus est. Prædictus ergo humor in pueris, & eunuchis non generatur, propter humiditatem temperamenti. In mulieribus verò quibusdam etiamsi generari contingat, ob intemperamenti peculiaris conditionem, quia tamen per menstruas purgationes singulo mense educitur, podagram in illis inducere non potest, nisi menstua deficiant. Hac igitur ratione stante, perperam ex hoc aphorismo colligunt multi, coitum maximè ad podagricas affectiones disponere, præterquam quod experientia hanc opinionem euidenter damnat, cum videamus maximam partem eorum, qui in monasterijs degunt à podagra vexari, cum tamen castitatem obseruent. Hanc igitur præsentis aphorismi veram rationem esse existimo, cuius veritati non statim detrahendum est, si mulier, aut eunuchus articulorum doloribus vexari conspiciatur. Nam dolor ille non erit podagra, sed arthritis: quorum affectuum non leuis est inter eos differentia. Nam vt lib. cit. de Affect. testatur Hipp. præter alias differentias à nobis in eius loci expositione explicatas. Arthritis iuuenum peculiaris est, & tam mulieribus, quam viris communis, vt experientia demonstrat. Podagra verò potius senibus conuenit. Quę non animaduertens Galenus, in hac materia sibi parum constans, Arthritidem podagræ consectariam facit: vidè in comento ait: Arthriticos ferè omnes prius podagricos fieri, cum tamen in subsequenti comentario à rei veritate compulsus, arthritidis naturam à podagra distinctam olfecerit.

Aphor. 32. Balbi ab alui profluuio longo maximè corripiuntur.

Hoc aphorismo docemur, balbos non solum frequenter corripi diarrhœa, sed his fieri diuturniorem, & ratio est, quia cum diarrhœa à variis oriatur causis, ea tamen longior est, quæ à destillatione à capite ortum habet, non enim facilè est ventrem adstringentibus confirmare, quando à materia à capite continuò destillante subducitur, nec facilè est, destillationem remouere, quando infernus venter humidior existens, humiditates in caput dimittit, & (vt aliquando dicebat Hipp.) ipsum ægrotare facit. Quarè cum omnium malorum causa sit destillatio à capite, quæ ab humida cerebri intemperie dependet, non est mirum si balbi ab alui profluuio, eoque diuturno, corripiantur, cum cerebrum humidissimum habeant, quod innata balbuties significat.

Aphor. 35. Hydropicis tussis accedens malum.

De tussi hydropicorum loquitur Hipp. lib. 2. epid. sect. 3. vers. 27. hunc in modum: Hydropicus si tumorem in cruribus habens tussiat, malum, in cuius loci expositione quid circà præsentem aphorismum sint dicendum adnotauimus.

Mar. n. 12. *Aphor. 36. Vrinæ difficultatem venæ sectio soluit, secare verò oportet interiores.*

Quid per internas venas intelligendum sit, declaratur lib. de ossium natura vers. 116. quo in loco venarum distributionem describens Hipp. secundum par à capite iuxtà aures per ceruicem ferri, intrinsecus iuxtà spinam ab vtraque parte procedens, iuxtà lumbos in testes, & in femora,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 476 sur 636

A fœmora, & per poplites ab interna parte, & de ijs agens ſubiungit. Oportet igitur venæ ſe-
ctiones facere ad dolores lumborum, ac teſtium à poplitibus, & malleolis intrinſecus.
Quarè cum vrinæ difficultas veſicæ ſit morbus, quæ teſtium affinis eſt, meritò eligenda eſt,
vena interna, in malleolis, aut poplitibus. Quapropter non poſſum ſatis mirari Galenum, &
pleroſq. expoſitorũ, qui in tanta claritate caligantes, auctoritatẽ aphoriſmo partim detrahũt,
partim, vt eius veritatem tueantur, nouas, & improprias vocum ſignificationes ſibi ipſis
fingunt, cum Hippocrates apertè loquatur, & doctrinam proponat rationabilem, proprijſq.
principijs omninò conuenientem. Nec audiendus eſt idem Galenus, dum contrà præcep-
toris mentem, experientiamque ipſam aſſerit, nihil referre, an interior vena, an exterior
ſecetur in cruribus: quia omnes ab eadem vena ortum ducunt, hoc enim prætextu, venarum
nullus habendus eſſet in phlebotomia delectus, quando omnes ab eadem vena magna or-
B tum ducunt. Qua ratione autem peculiaris vena eligatur, nec omnes indiſtinctè ſecare
oporteat, indicauimus in expoſitione lib. de Natura Humana verſ. 206. Propoſitio autem,
hæc vniuerſaliter vera eſt, eò quod nullus, cui competit venæ ſectio, eam dyſuriam incurret,
quæ à phlebotomia non ſoluatur.

Aphor. 38. Quibuſcunq. occulti cancri fiunt, eos non curare melius eſt, ſi enim, &c.

Quid per occultos cancros intelligat Hippocrates in præſenti aphoriſmo contendunt ex-
poſitores, quorum nullum Auctoris mentem aſſecutum eſſe, exiſtimo. Hippocrates verò li-
bro ſecundo prædictionum verſ. 254. Quid ſignificet hæc vox occulti cancri nobis manife- *Mar.n.18.*
ſtauit, enumerans enim quoſdam morbos ſingulis ætatibus familiares dicebat: viris autem
talia quidem tubercula non valdè fiunt, verum cæria horrenda, & cancri occulti, ſubmerſi,
quaſi vnum, & idem ſit occultum eſſe, & intimius in carne ſubmerſum, quam quidem ſigni-
C ficationem clarius confirmauit, paulò infrà verſ. 255. dum inquit. Verum cancri tum oc-
culti, tum ſummas corporis partes occupantes oriuntur, duas cancrorum differentias pro-
ponens. Cum alij ſint, qui ad corporis ſuperficiem extimam magis vergunt, & hos ἀκροπα-
θεῖς, hoc eſt eleuatos vocat, alij intimius latitant, quos vt ὑποσχόους, ideſt, ſubmerſos, &
κρυπτοὺς, ideſt occultos vocat. Quarè vanum eſt, vocis ethimologiam reſpicientes credere,
per occultos cancros Hippocratem ittelligere eos, qui interna viſcera occupantes, nec ocu-
lis, nec tactui ſubijciuntur. Nam in partibus exterioribus fieri cancros occultos ipſemet te-
ſtatur libro ſecundo de Morbis Mulierum verſ. 420. de quorum generatione, ità ad verbum *Mar.n.23.*
loquitur: Et in mammis tubercula fiunt dura, partim maiora, partim minora: hæc autem
non fiunt ſuppurata, ſed ſemper duriora; deindè ex ipſis naſcuntur cancri occulti. Quarè
cum mammæ ſint partes exteriores, & in ijs cancri occulti naſcantur, argumentum eſt eui-
D dentiſſimum occultos non dici illos, qui intimas corporis partes occupant. Dum verò can-
crorum occultorum curationem prohibet, intelligendus eſt de propria, & vera cancrorum
curatione, quæ & igne, & amputatione fieri conſueuit. Nam libro ſeptimo Epidemiorum
verſ. 451. ſect. ſecundæ, ipſemet cancrum in faucibus curaſſe profitetur per inuſtionem.
Cur verò cancros ſubmerſos, & ad ſuperficiem parum eleuatos curare non expediat, ratio
eſt, quia cum eius curatio in amputatione conſiſtat, hæc in ſubmerſis fieri non poteſt, &
ideò ſatius eſt eos non attingere, quam aut igne, aut ferro exacerbare. Verum ſi præfata
curatione eos attingere non licet, licebit nè alijs curationum modis ipſos tractare? Certè
quando caſus eſt deſperatus melius eſt, eos derelinquere, nè impoſſibilitas curationis, arti
imputetur, & ideò loco citato de curatione ne verbum quidem fecit. Quod ſi prouinciam
dimittere omninò non liceat. Chyrurgica curatione dimiſſa, pharmacia curationem tentare
E poterit, qua ſi æger ſanari non poſſit, vitam tamen minus moleſtam protrahere poſſit. Nam
& ipſe Hippocrates, cancroſum vteri affectum pharmacis mulcere tentauit lib. 2. Morb. mul. *Mar.n.48.*
ſectione 2. verſ. 293.

Aphor. 29. Conuulſio fit à repletione, aut ab inanitione, ſic autem & ſingultus.

Quid ſit conuulſio, & quomodo, & à quibus cauſis fiat ſufficienter explicauimus in ex-
poſitione libri ſeptimi Epidemiorum verſ. 378. Quibus ſuppoſitis, dum inquit modo Hip-
pocrates, conuulſionem à repletione, aut ab inanitione fieri, intelligit corporis, non neruo-
rum, vt eſt ferè communis opinio. Nam ſi hos repleri contingat, paralyſim potius excitari,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 477 sur 636

quam conuulsionem, est rationabile, quia si concedatur, adeò repleri neruorum corpus, siuè A
id secundum porositates contingat, siuè secundum substantiam, vt breuior solito fiat, impossibile est, spirituum transitum non impediri, aut compressis, aut obstructis neruorum porositatibus. Repletio autem corporis, aut eiusdem inanitio conuulsionem facere dicitur: quatenus indè materia producitur, quæ spiritus per neruorum porositates, ad motum naturaliter efficiendum concurrentes, ad eundem præter naturam excitandum irritat. Cum enim in conuulsione membra continuò moueantur, necesse est causam motus immediatam concurrere, quæ sunt animales spiritus, & instrumenta motus, quæ non sunt alia, quam musculi. Non enim differunt motus hi conuulsionis, à motibus voluntarijs, & naturalibus, nisi quatenus in his spiritus animales voluntatis imperio mouentur: in conuulsione autem à re quappiam irritati concitantur ad motum. Quæ quidem causa irritans duplex esse potest, copia scilicet humorum, & eorundem acrimonia, hasque comprehendit ferè in præsenti B
aphorismo, dum inquit. Conuulsio fit ab inanitione, aut à repletione, repletio enim humorum copiam inducit, inanitio autem eosdem acriores reddit. Dixi ferè, quia non omnis causa irritans neruorum facultatem à repletione, aut ab inanitione dependet. Nam si neruo sauciato, aut aliqua alia particula, quæ cum neruoso genere consortium habeat, conuulsio fiat, hæc neque ad inanitionem, neque ad repletionem reduci potest, fit enim eo casu conuulsio, quia in vulnerata parte, acris quidam humor producitur, à quo irritata nerui facultas, conuulsiuum motum facit. Frustrà igitur laborant expositores, dum quamlibet conuulsionem ad alteram prædictarum causarum reducere student, quia hoc non fuit Hippocratis consilium, qui tantummodo causas referre voluit, à quibus frequentissimè excitatur conuulsio, ex quo non vniuersaliter, sed indefinitè sententiam protulit, quæ hoc in loco æquipollet particulari. Hæc est ergò (ni fallor) vera præsentis aphorismi explicatio, con- C
uulsionisque natura est, quam modo tetigimus, explicauimusquè exactius loco suprà allegato. Dicat quidquid vult Galenus, & eius assectæ, qui inanitionem, & repletionem ad neruos transferentes, inexplicabiles labyrinthos incurrunt. Puerileque est, & falsum exemplum illud de chordis lyræ, vt vnicuique, experimento constare poterit. Chordæ enim ex animalium intestinis conflatæ, per siccitates si crassæ fuerint elongantur, si tenues, abbreuiantur, & rumpuntur, è contrà verò propter humiditatem crassiores vehementius tenduntur, quia abbreuiantur: tenuiores autem remittuntur, quia elongantur. Verum etiam si concedatur, neruos à siccitate, & ab humiditate, siuè repletione abbreuiari; non tamen indè sequetur membrorum tractus ille, qui conuulsio dicitur, quando ipsomet Galeno teste libro de formatione fœtus capitulo vltimo, nerui tracti non trahunt musculos, si in mortuo animali nostris manibus trahantur, quarè neque membra, quæ mediantibus musculis tan- D
tummodo, & non aliter moueri datum est, ad neruorum contractionem contrahi poterunt. Quo etiam concesso, non tamen conuulsio excitabitur, quæ in motu contractionis, & extensionis consistit, necesse enim esset neruos statim repletos inaniri, & inanitos repleri: si repletio, aut inanitio contractionem efficeret. Ab ijsdem verò causis inanitione inquam, & repletione, ea significatione, qua à nobis expositum est: singultum fieri demonstrauimus superius in explicatione 13. Aphorismi præsentis sectionis.

Aphor. 41. Quibuscunq. suppuratum quid in corpore existens, significationem, &c.

Puris crassitudinem, & loci coarctationem, quæ à repletione prouenit, eius præsentia obscurare, ait Hippocrates, idque verificatur non modo in suppurationibus exterioribus, & quæ tactu iudicantur, sed etiam in illis, quæ interius latitant, & potissimum, quæ in thorace consistunt, quarum cognitio per concussionem habetur. Fluctuat enim in cauitate pus, E
vt auribus manifestè persentiatur, cuius concussionis modum nos docuit Hippocrates libro
Mar. n. 45. secundo de Morbis sect. secunda vers. 304. Admonet tamen ibi Hippocrates in confirmationem præsentis doctrinæ, aliquando ob puris crassitudinem, aut multitudinem, quæ loci crassitudinem, coarctationem facit, non posse persentiri, an in thorace pus existat, nec nè.

Vers. 44. Quibuscunq. ex vrinæ stillicidio voluulus accedit, hi in septem diebus pereunt, nisi febre accedente vrina satis fluxerit.

Ad veritatem præsentis aphorismi demonstrandam, non est, cur eos voluulos excipiamus, easque

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 478 sur 636

A easque ſtrangurias, quæ ab inflammatione dependent, quando in ipſomet contextu ſatis artificiosè excipiuntur, per illa verba, niſi febre accedente. Cum enim hi morbi ab inflammatione dependere non poſſint, quin febris concomitetur, eamque excludat, dum inquit: non accedente febre, ſignum eſt, eos morbos intellexiſſe, qui ſine febre, & inflammatione fiunt. Quarè & ſtranguria, & voluulus, de quibus agitur in aphoriſmo, neceſſario à crudis ſuccis dependent, qui in aluo conſtipati, vtrumque ſymptoma excitare poſſunt, & mortem etiam tandem inducere ſuppreſſa aluo, niſi à calore febrili attenuati ad vrinæ vias deriuentur. Cæterum caue, nè præſentis aphoriſmi doctrina febris voluulo ſuccedens te decipiat lib. enim 3. de Morbis verſ. 185. adnotauit Hippocrates, ſi voluulo amoto febris ægrum corripiat deſperatus eſt, quia vt febris morbum tollat, neceſſe eſt, antequam voluulus remoueatur eam accedere, & vrinæ copioſam excretionem ſubſequi, vt in hoc aphoriſmo ſpe-
B cialiter adnotatur. Hæc eadem ſententia ſect. tertia Coacarum Prænotion. verſ. 46. regiſtrata eſt.

Aphor. 50. *Quibus cerebrum diſſectum fuerit, his neceſſe eſt, febrem, & bilis vomitũ &c.*

Vulnerato cerebro & febrem, & bilis vomitum ſuperuenire plerunque ſolet. Verum quia aliquando accedit febris, quæ non ex vulnere dependet, cognoſcere expedit, quando hæc vulneris accidens ſit, & quando non. Hoc autem nos docuit Hippocrates libro de Locis in homine verſ. 188. ſectio 2. his verbis. A ruptura febris non corripit amplius, *Mar. n. 48.* quam tribus, aut quatuor diebus, ſi verò corripiat, & quis putat ſe à ruptura habere, ab alia ſanè quapiam cauſa corripitur, & non oportet ipſam, velut à ruptura curare. Hæc Hippocrates, ex quibus videtur colligi poſſe, febrem ex vulnere die tertia, aut quarta, non citius inuadere, & ratio eſt, quia febris excitatur, quando in vulnere oritur inflammatio: de qua *Mar. n. 22.*
C re libro 4. de Morbis verſ. 353. vlcera die impari inflammari ait, & dierum imparium primus eſt, tertia dies. Vndè apparet rectè dictum fuiſſe, non antè tertium diem febrem vulneri- *Mar. n. 19.* bus ſuperuenire. Ex aduerſo idem Hippocrates ſeptimo epidemiorum verſ. 384. inquit: Quibus oſſa fracta ſunt, his ſeptima die febris, ſi verò etiam calidius tempus fuerit etiam citius, at ſi magna fracta fuerint, etiam è veſtigio. Hæc loca inuicem conciliantur, ſi dicamus libro de Locis in homine Auctorem intelligere de ruptionibus, quæ in carne fiunt, quæ citius inflammantur ob ſanguinis præſentiam, & loci caliditatem, quam quæ in oſſe fiunt. Quod ſi aliquando in oſſium ruptione febris ſtatim ſuperueniat, id non ex inflammatione prouenit, ſed ob læſionis vehementiam, cuius gratia maxima fit in corpore perturbatio, & agitatio in humoribus, ex quibus febris oritur, & ideò in oſſium fracturis, & ruptionibus minus malum eſt ſtatim, aut paulò poſt febrem ſuperuenire, quam die quarta, aut ſeptima,
D vndè Hippocrates de capitis vulneribus tractans libro ſecundo Prædict. ſect. ſecunda *Mar. n. 23.* verſ. 18. habet: Optimum quidem igitur eſt, neque febrire eum, qui vulnus in capite habeat, neque ſanguinem inſuper ipſi erupiſſe, neque inflammationem, neque ſimul vllum aliquem dolorem acceſſiſſe, ſi verò quid horum apparuerit, ſecuriſſimum eſt, vt in principio fiat, & modico tempore permaneat. Et paulò inferius ſubiungit: At incipere febrem in capitis vulnere quarta die, aut ſeptima, aut vndecima, valdè læthale eſt. Hic aphoriſmus ex libro primo de Morbis abſque dubio deſumptus eſt, quo in loco legitur, hoc modo, num. 3. Si verò ſauciatum fuerit (cerebrum ſcilicet) febrem neceſſe eſt ſuperuenire, & bilis vomitum, & aliquam corporis partem apoplecticam fieri, ac perire, quæ quidem poſtrema verba omiſit aphoriſmorum Auctor, ea ſuperflua ratus, vel etiam fortaſsè ſuſpecta, ea tamen veriſſima, & rationabilia defendimus in expoſitione libri ſeptimi epidemiorum verſ.
E 378. Neceſſitatem tamen euentus non videtur recepiſſe Auctor Coacarum Prænotionum, nam ſect. 3. verſ. 109. hanc referens ſententiam, quod hoc in loco legitur neceſſe eſt, febrem, ac bilis vomitum ſuperuenire, ibi inquit febris plerunque, & bilis vomitus accedit, de qua quidem ſententiarum diuerſitate noſtram aperuimus ſententiam in explicatione præcitati libri primi de Morbis.

Aphor. 53. *Deſipientiæ cum riſu quidem fientes ſecuriores ſunt, cum ſtudio verò, &c.*

Παραφροσυναι, meritò dixit non phrenitides, in quibus fortaſſe hæc ſententia non verificatur, propter phrenitides ex ſepto inflammato contingentes, quæ plerunque cum riſu fiunt, & tamen omnium ſunt pernitioſiſſimæ. Hoc expertus eſt Silenus, qui lib. 1. epidem. ſect. 3. v. 68.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 479 sur 636

cum risu, & cantu delirans mortuus est, & Tychon, qui in obsidione circà Datum à catapulta percussus in pectus, paulò post risus erat circà ipsum tumultuosus, cuius rationem assignauit Hipp. quia Medicus eximens lignum aliquod, de spiculo reliquerit in septo transuerso: vt in illius historia videre est lib. 5. epid. vers. 476. Deliria autem in huiusmodi affectibus cum risu fiunt, non ex benignitate humoris, sed partis affectæ natura, quæ est septum transuersum, quod præcipuum risus instrumentum censetur. A

Mar. n. 34.

Aphor. 56. Atrabiliarijs morbis, periculosi humorum à loco ad locum decubitus, &c.

Per apoplexiam corporis nè credas Hipp. intelligere apoplexiam propriè dictam, in qua corpus vniuersum & sensu, & motu priuatur, quia frustræ appositæ fuissent illa particula, corporis, quod Hipp. stylo, & aphoristicæ phrasi penitus repugnat. Verum intellige affectionem illam, quam alibi paraplegiam vocat, nosque paralysim communiter dicimus. Cum enim eadem sit affectio paraplegia cuiusdam partis corporis, quæ est apoplexia totius, non impropriè paraplegia, siuè paralysis, apoplexia particularis dicitur, quod in præsenti sententia Hipp. B

Mar. n. 3.

feciſſe, ex eò persuaderi potest: quia lib. 1. de Morb. vers. 50. vbi eadem sententia registrata est, quod in aphorismo habetur, aut apoplexiam corporis, ibi paraplegia legitur, cuius vocis interpretatio adhuc confirmatur, ex lib. Coac. Prænot. sect. 3. vers. 102. vbi hæc legimus. Quibus cerebrum vulneratur, febris plerunq. ac bilis vomitus accedit, & corporis apoplexia, ac tales pernitiosè habent. Nam eandem referens sententiam, quod in Coacis habet, & corporis apoplexia, lib. 1. de Morbis vers. 64. ait, & aliquid corporis apoplecticum fieri necesse est, ac perire. Quapropter nulli dubium esse debet, quin hoc in loco per apoplexiam corporis, paraplegiam propriè dictam intelligat. Ex quo percipere licet, quantum ab Hipp. mente, & à veritate ipsa recedant illi, qui paralysim, quam dicunt, ab humore melancholico fieri posse negant, aut saltem rarò, ea permoti ratione, quia ipsis non videtur fieri posse, C vt humor qualis est melancholicus crassus, & tenax, angustissimos neruorum poros peruadat. Quod si tandem contingeret non paralysis, quæ mollities quædam, & laxitas neruorum existit, sed conuulsio potius excitaretur. Hi enim dum hæc asserunt non considerant neruos nutriri sanguine crasso, & pituitoso: qui si eorum porositates, & substantiam ingreditur, longè facilius humor melancholicus, qui multo fero semper diluitur, penetrare neruorum cauitates poterit. Vndè quia hic humor proprietate quadam neruosas partes lædere solet, aceti instar, à cuius facultate (eius sapore id attestante) non multum recedit: ideò fit, vt neruorum affectiones, pro vt plurimum à melancholico succo oriantur, quod plurimæ Coacarum Prænotionum sententiæ palàm faciunt, in quorum expositione sæpius adnotauimus, omnia ferè symptomata, quæ futuras conuulsiones in morbis ostendunt, humoris melancholici præsentiam indicare. Quarè cum Hippocrates experientia edoctus asserat, atrabiliarios D morbos in paralysim, & conuulsionem transmutari frequenter, ratioque euidens id confirmet, temerarium est ab Hippocrate recedentes, nouas opiniones inani ratiocinatione venari, nec est necesse in paralysi neruos humectari, dummodo spirituum transitus impediatur, & quia in eodem errore versantur etiam plurimi eorum, qui Hippocratis doctrinam profitentur, vt imposterum excusari non possint, nonnulla loca adnotare volui, ex quibus constat, apoplecticos affectus, siuè totius, siuè partis alicuius, ab humore melancholico, non à pituitoso, & frigido ortum habere. Primò autem libro de Gland. vers. 105. Apoplexiam ab aeri fluxione in caput firmata generari testatur, quæ certè à pituita esse non potest, nisi hæc falsa esset, quarè nec frigida, & humida erit. Præterea libro secundo de Morbis vers. 66. apoplexiæ speciem describit, quam ab atræ bilis affluxu, sanguine refrigerato fieri testatur, & libro Acutor. com. 4. vers. 41. ex atræ bilis, & acrium humorum influxu apoplecticos, & E paraplecticos fieri testatur. Vndè septima aphorismorum 40. si lingua inquit derepentè impotens fiat, aut aliqua corporis pars apoplectica, melancholicum tale existit. Qua huius morbi causa supposita, mirum non est, si (quod sect. 3. Coacarum Prænotionum vers. 52. legimus) Apoplecticis hæmorrhoides superuenire sit vtile, humore melancholico per eas expurgato.

Mar. n. 9.

Mar. n. 6.

Mar. n. 37.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 480 sur 636

Sectio VII.

A

Aphor. 1. *In morbis acutis frigiditas extremarum partium, malum.*

Tantum differt extremorum refrigeratio, de qua in præſenri aphoriſmo agitur, ab exteriorum refrigeratione, de qua ſect. 4. aphor. 48. quantum differt ſignum malum à læthali, vt in citati aphoriſmi explicatione indicauimus.

Aphor. 4. *Ex ſudore horror, non bonum.*

Horror ſudorem ſubſequens indicat, partes humorum tenuiores, & calidiores ſudore mediante excretas eſſe, craſſioribus relictis, quæ morbum ſaltem diuturnum faciunt, vndè hoc reſpiciens Hipp. dixit non bonum, quia ſaluo homine diuturnum fieri morbum, nec bonum ſimpliciter, nec malum dici poteſt.

B *Aphor.* 5. *A furore dyſenteria, aut hydrops, aut extaſis bonum.*

Furor ab atrabile exuſta, & in cerebro commota generatur: & ideò ſoluitur, quotieſcunq. materia peccans, aut educitur, aut miteſcit, aut quieſcit, educitur ergò ſuperueniente dyſenteria, in qua à principio atra bilis non appareat, quia dyſenteria ab atra bile ſi inceperit, læthalis eſt, 4. aphor. Sed ad finem, & iam concocto morbo, imò etiamſi per dyſenteriam non euacuetur atra bilis, vtilis tamen erit facta humorum, & vaporum reuulſione, quæ morbum mitiorem ſaltem facere ſolent, & ideò Hipp. vt vniuerſaliorem faceret ſententiam, non dixit, dyſenteria ex atrabile ſoluit morbum, vt reuera eueniret, ſed dixit, dyſenteria ſimpliciter, bonum, vt comprehenderet tam eam, quæ morbum ſoluit, quam, quæ illum mitiorem reddit. Hydrops pariter huic morbo ſuperueniens bonus dicitur, quia humectato per hydropem corpore humor atrabiliarius miteſcit, indèque furoris ſolutio, aut remiſſio ſaltem ſubſequitur.

C Extaſis tandem ſuperueniens furori eſt vtilis, quia in extaſi motus, & agitatio vehemens ſpirituum naturalium compeſcitur, in quo furoris eſſentia conſiſtere videtur. Per extaſim enim delirij genus quoddam intelligimus, in quo ægrotantes mente penitus alienati, & ferè ſtupidi iacent, eos interroganti non reſpondentes nec quidquam curantes, ſymptoma furori penitus contrarium, vt non immeritò illum ſedare poſſit. Quarè adnotandum eſt, extaſim quandoq. grauiorem eſſe delirio, etiam vehementiſſimo, aliquando leuiorem: leuior eſt, ſi maniæ, quæ ſit abſque febre ſuperueniat; grauior quando phrenitidis eſt conſectaria, indicat enim in priori caſu humorem, qui furorem faciebat, mitiorem factum eſſe, in poſteriori autem inflammationem, quæ phrenitidem facit, ad ſphacelum tendere; vel vt Galeno placuit, intemperiem cerebri ad hæcticam diſpoſitionem peruenisſe. De hac poſtrema extaſi meminit Hipp. lib. Coac. Præn, verſ. 61. dum inquit. In febribus extaſes taciturnæ, voce non priuato pernitioſæ

D ſunt, cuius coacæ ratio in illius expoſitione referenda ad præſentis aphoriſmi interpretationem plurimum confert.

Aphor. 12. *Ex peripneumonia phrenitis, malum.*

Quid hoc nomine phrenitidis in Hipp. doctrina intelligendum ſit, explicauimus ſufficienter in expoſitione lib. 3. de Morbis verſ. 99. cuius cum plures ſint differentiæ pro diuerſitate, & varietate partium, ex quarum inflammatione phrenitis excitatur, grauiſſima omnium ea eſt, quæ ex ſepto inflammato ortum ducit. Talem verò eſſe eam, quæ peripneumoniæ ſuccedit, eſt rationabile, inflammatione ipſa à pulmonibus ad ſeptum tranſuerſum ſe extendente, quamuis ſciam pulmone ſolo vehementer inflammato phrenitidem excitari poſſe, quæ ratione magnitudinis caſum læthalem facit, ſicque ſuperueniens phrenitis ſignum erit, inflammationem ad ſummum gradum magnitudinis peruenisſe.

E *Aphor.* 16. *Ex puris ſputo tabes, & fluxus malum. Poſtquam verò ſputum, &c.*

Non omnibus phthiſicis, cum morituri ſunt, ſputū ſupprimitur, ità vt à ſputo in pulmonibus retento ſuffocentur, ſed ijs tantummodo, quos diarrhœa ſuperueniens è medio tollit, vt in præſenti aphoriſmo docemur. Nam hos tamdiù cum diarrhœa viuere obſeruamus, quamdiù notabile quid expuunt, cum verò ſputum ſupprimitur, tunc moriuntur, quarè per fluxum intelligimus alui fluorem cum Galeno, dicant alij quidquid velint.

Aphor. 19. *Ab oſſis denudatione eryſipelas.*

Aphor. 20. *Ab eriſypelate putredo, aut ſuppuratio.*

Cum in nullo Græco exemplari legatur hæc vox κακόν. temerarium eſt illam addendo à

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 481 sur 636

communi lectione recedere, & eò minus id fieri licet, quando hæc sensum idoneum admittit. A
Nam osse denudato plerunq. erysipelas superuenire, vt prior sententia dicit, mihi admodum
rationabile videtur. Quia si magna vulnera labiorum, vulnerum tumor consequitur quia,
absque magnitudine vulneris, os denudari non potest, sequitur ossis denudationẽ subsequi in-
flammationem, quod erysypelas appellat, quia humoris tenuioris adest prædominium. Indu-
cto autem in vlcere erisypelate, necesse est, aut calore naturali vincente suppurationem fieri
optimo, & laudabili pure, aut eodem succumbente, putredinem excitari, quod postremum
sicuti malum est, ità vlcus suppurare bono pure, optimum erit, ideò de ambabus sententijs
malum dici non potest. Quarè horum duorum aphorismorum sensus erit. Ab ossis denu-
datione erisypelas plerunq. consequitur, & ab erisypelate putredo, aut suppuratio.

Aphor. 21. *Ex forti pulsu in vlceribus sanguinis eruptio.*

Pulsus fortis in vlceribus, copiam sanguinis ad vlcus confluere indicat, quatenus caro, & B
venæ eo repletæ, motum arteriarum ægrotanti sensibilem faciunt, qua stante, non est mirum,
si indè fluxus sanguinis ab ipsomet vlcere expectari debeat, venulis in vlcus desinentibus
viam ipsi præbentibus.

Aphor. 24. *Ex ossis sectione delirium si ad vacuum vsque processerit.*

Marinum damnat Galenus, qui ità aphorismum legebat. Ab ossis vulnere desipientia, re-
liqua principium alterius aphorismi subsequentis initium constituens, hoc modo. Si vacuum
attigerit, à medicamenti potione conuulsio, mortifera. Damnat inquam, quia hac lectione
recepta aphorismo veritas detrahitur, eo quod per solam ossis diuisionem delirium sequi, est
manifestè falsum, nisi ad cerebri membranas sectio peruenerit. Verum neque hoc perpetuum
est, quia sæpè os caluariæ confractum conspicimus vsque ad meninges, cum nec delirium,
neque aliquod aliud symptoma appareat. Quod etiam pluribus in locis adnotauit Hipp. po- C
tissimum verò librò de vulneribus capitis vers. 280. quo in loco minus periculosa esse testa-
Mar. n. 25. tur ossa, quæ introcõtusa cedũt, aut rupta, aut dissecta valdè ampla, & quæ pluribus scissuris,
& amplioribus introrupta sunt. Quarè si huiusmodi ossium fracturæ, quæ interius maximè
penetrant, leuium scissurarum respectu non sunt periculosæ; malè dixisset Hipp. in omnibus
ossium dissectionibus, & fracturis introprocedentibus delirium superuenire necessariò, quod
inter signa læthalia adnumeratur. Quarè siuè iuxtà Marini lectionem, siuè vt Galenus ex-
ponit, hæc sententia accipiatur, vera est, etiamsi non semper delirium sequatur, nec id asserit
Hipp. Sed referens mala, malis superuenientia, hoc illud sequi, ait tantummodo, quemadmo-
dum præcedentes aphorismi testantur. Et sicuti ex ossis denudatione ignis sacer: & ex igne
sacro putrefactio, & suppuratio contingere solet: quamuis non semper, & necessariò, ità ex
sectione ossis delirium superuenit frequenter, non tamen necessariò, & semper. D

Aphor. 25. *Ex medicamenti potione conuulsio læthale.*

Quod particulatim de superna per helleborum purgatione protulit 1. aphorismo 5. sectio-
nis, nunc vniuersaliter de omni purgatione repetit. Aduertendum est autem (quod in citati
aphorismi expositione adnotauimus) grauius esse conuulsionem à medicamento absque im-
modica euacuatione superuenire, quam vbi simul immodica euacuatio concurrit.

Aphor. 29. *Si à pituita alba detento vehemens alui profluuium, &c.*

Vide expositionem 3. Coacarum Prænot. 62.

Aphor. 32. *Quibus verò bilioſæ sunt subsidentiæ, supernè autem tenues, acutum, &c.*

Galenus, quem cæteri expositores secuti sunt, aduerbium illud ἄνωθεν cum antiquis qui-
busdam interpretibus, ad tempus, non ad locum referens exponit. Quibus bilioſæ sunt sub-
sidentiæ à principio tenues, &c. Verum non mihi adeò mõstruosum videtur, vrinæ sedimentũ E
matulæ fundum attingens, & aliquantisper eleuatũ, partem habere superiorẽ tenuem, inferio-
rem verò crassiorẽ, vt sententiæ per se claræ, alienos sensus cum verborũ improprietate men-
dicare cogamur, quia etiam si de vrina loquentes aquosam tenuẽ dicimus, non tamen id de
sedimento asserere licet, sed illud tenue appellatur, quod contraponitur crasso. Quarè apho-
rismi sensus est. Quibus bilioſæ sunt subsidentiæ, colore scilicet cloro, aut flauo infectæ, quę
in parte superiori tenues sint, acutum morbũ significant, indicant enim bilem peccare, quæ
nondum à natura sit deuicta, nam eo casu subsidentia esset æqualis, non tenuis in superiori
parte, quæ humoris concitati est signum, vt non immeritò morbus acutus indicetur.

Aphor.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 482 sur 636

A *Aphor. 37. Quicunquè ſanguinem vomunt, ſine febre quidem ſalutare eſt: verum &c.*

Hunc aphoriſmum ab Hipp. bibliotheca reijcerem libenter, propter ea, quæ leguntur, tùm lib. Coac. Præn. ſect. 2. verſ. 36. hunc in modum: Qui ſpumoſum ſanguinem vomunt, dolore infrà ſeptum tranſuerſum non exiſtente, de pulmonibus vomunt, & quibus quidem magna in ipſo vena rumpitur, multum vomunt, & in periculo verſantur, tùm 4. aphor. 25. ſanguis ſurſum quidem qualiſcunquè fuerit, malus eſt, deorſum verò bona ſunt nigra ſubeuntia: niſi expoſitio obſtaret antiquorum, quam innuit Gal. in com. ità enim ſententiam interpretebantur, ſanguinis excretiones per os omnes ſanabiles eſſe, ſi ſine febre fiant, cum febre verò malas, quæ ſatis conueniunt ijs, quæ lib. Coac. Præn. ſect. 2. verſ. 348. leguntur hunc in modum: ſanguinem ſpuentibus confert, vt ſine febre ſint, & tuſſiant, ac doleant leuiter, &c. febrire verò, & tuſſire, ac dolere pertinaciter, &c. incommodum eſt. Quam tamen expoſitionem reiecit Ga-

B lenus, omnem excretionem à pulmonibus, ſummo diſcrimine plenam ratus, quantumuis ſine febre fiat, quæ quidem Galeni opinio reijcitur, non modò per citatam coacam, ſed etiam per ea, quæ leguntur lib. 1. de Morb. verſ. 209. in hunc modum, de pulmone ſuppuratis tractans. Hic ſi anticipetur incipiente morbo, priuſquam vena ſanguinem fundat, ac fortiter laxetur, & priuſquam in lecto decumbat, & caput rumpi incipiat, & reliquum corpus colliquari, ſuperſtes ab hoc morbo euadit, &c. Dum verbi euomere, prædictorum interpretationem reſpuit, ſe doctrinæ Hipp. immemorem præſtat, innumera enim adſunt loca, ex quibus clarè patet Hipp. hoc verbum ad omnem copioſam excretionem ab ore vſurpare, ad diſtinctionem ſpuitionis, quæ fit in pauca quantitate, illud accommodando tàm excretioni, quæ fit per gulam, quam, quæ fit per aſperam arteriã. Apertiſſima ſunt teſtimonia lib. 1. de Morb. verſ. 210. 216. 227. & 78. aphor. 7. nec non 2. Coac Præn. 60. in quibus excretionem à pulmonibus

C vomitionem appellat. Quarè ſenſus aphoriſmi talis erit, qui ſanguinem largiter fundunt ex ore, ſanari poſſunt ſi ſine febre fuerint, cum febre verò euomere, malum, & læthale.

Aphor. 40. Si lingua derepentè incontinens fiat, aut pars aliqua corporis apoplectica &c.

Hæc eſt vera huius aphoriſmi tranſlatio, ex quo vlterius confirmamur in ſententiam illam à nobis ſuperius comprobatam. Affectus ſcilicet apoplecticos (nos paralyſes dicimus) ab humore melancolico ortum plerunquè habere, videturq. deſumptus eſſe ex lib. 1. de Morbis verſ. 50. vbi ità legitur. Multi autem ab his frequenter mutilati fiunt, ſideranturq. manibus, & *Mar. n. 3.* pedibus, & vocis inconſtantes fiunt, & ab atrabile paraplegiæ, claudi verò à coxendico morbo. Nam quod in aphoriſmo ait, lingua incontinens, ibi legitur, vocis inconſtantia, ex quo docemur, quid per linguam incontinentem intelligere debeamus, locutionem ſcilicet interruptam, per quam patientes, dùm loquuntur, dictiones exactè proferrè non poſſunt, ſymptoma,

D quod vulgari ſermone *tartagliare* dicitur, idquè prouenit (ni fallor) à reſolutione quorundam muſculorum mouentium linguam, quorum defectu lingua inæqualiter, & non ad voluntatis imperium exactè mouetur, ità vt dum recta exemp. gr. moueri intendit, alicuius muſculi defectu in obliquum fertur, & ſic vocis articulatio defectuoſa redditur, quod quidem ſymptoma vocis, & linguæ inconſtantiam appellat Hipp. Quomodo autem humor iſte maximè neruoſas partes inuadat, explicauimus ſuperius in expoſitione quinquageſimiſexti aphoriſmi præcedentis ſectionis.

Aphor. 41. Si ſenioribus nimium purgatis ſingultus accedat, non bonum.

Ab aſſumpto pharmaco duplici ratione ſuperuenire ſingultus poteſt, vel ob immodicam purgationem, vel ob naturalem medicamenti facultatem. Primo modo in præſenti aphoriſmo non bonum eſſe, docemur, eò quod cum ſenes ob purgationis violentiam in ſingultum inci-

E dunt, ſignum eſt, humores à nimia purgatione acrimoniam contraxiſſe, ſtomacoq. à pharmaco debilitato, bellum indicere, idquè in ſenibus maximè malum eſt, quia ſiccitas ab ætate contingens, humorum correctionem non facilè admittit, cum in ſenibus humores acres, temperamenti ipſius ratione facilè abundent. A facultate verò medicamenti ſingultum excitari, non eſt malum, quia experientia docet, multa ſingultum frequenter mouere, qui quidem ſponte paulò poſt ſedatur, quod cognoſcens Hipp. quamuis vbicunquè de conuulſione ab immodica purgatione contingente mentionem facit, par ſignum malum etiam ſingultum faciat, quod conſtat ex 4. & 5. aphor. ſect. 5. cum tamen conuulſionem à facultate medicamenti ortum habentem recenſet, de ſingultu nullam mentionem facit. Nam primo, & ſe-

cundo

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 483 sur 636

cundo aphorismo citatæ sectionis simpliciter dixit, conuulsio ex veratro læthalis; ex vulnere A
conuulsio læthalis, quarè non est idem, quid consequi purgationes immodicas, & violentas,
& à purganti medicamento. Nam etiam si ab assumpto pharmaco, vt dictum est suprà, con-
uulsio semper læthalis sit, singultus tamen non ità, sed tunc solum, quando immodicam pur-
gationem subsequitur, ratioq. diuersitatis est, quia conuulsio mala est ratione dignitatis af-
fectæ partis, singultus verò ratione efficientis causæ.

Aphor. 42. Si febris non ex bile habeat, aqua multa calida in caput affusa, febris solutio fit.

Si Galenus suo super hanc sententiam commentario, doctrinam Hipp. ex libro de Nat.
Hum. inseruisset, qua plurimas febres ex bile ortum habere, nobis significauit, earumq. spe-
cies enumerauit, continentem, quotidianam, tertianam, quartanam, & eas, quæ ab occultis
doloribus fiunt, videlicet ab inflammationibus internis, quas omnes vniuersaliori nomine
putridas vocarunt posteriores; nihil pro præsentis aphorismi expositione in eius commen- B
tario desiderari posset. Docet enim Hipp. febres, quæ non ex bile dependent, tales sunt ephi-
meræ omnes, nec non & hæcticæ (si has absquè putredine humorum, aut partium solidarum
dari concedimus) capitis lotione tolli, quod rationi satis consonum est, vt Galenus adnota-
uit, etiam si Hippocratici dogmatis immemor, doctrinæ consonantiam, & veritatem non co-
gnouit; & ideò eam de more damnauit: quod eò minus ab eo faciendum erat, quando ean-
dem sententiam legere potuerat lib. 2. Epidem sect. 3. vbi hunc in modum loquitur, si homi-
nem calor corripiat, nō à bile, nequè à pituita, sed aut à lassitudine, aut aliàs febriat, aquā mul-
tam calefacito, deindè ea superinfusa caput rigato, donec pedes sudauerint, & farinā crassissi-
mam coquito, postquam autem pedes sudarint, farinam plurimam, & calidissimam edens, ac
vinum meracum insuper bibens, vestimentis contectus facilè quiescat. Hæc Hipp. quibus do-
cemur, quomodo lotiones capitis, de quibus in aphorismo tractatur, pro ephimerarū curatio- C
ne sint administrandæ, nec diuersitas in eis adnotanda est ex eo, quod lib. cit. additum sit, ne-
què à pituita, quia dum inquit Hipp. febres ex bile oriri, non ità excludit pituitam, vt nullo
modo ad febrem concurrat, imò, vt in expositione lib. cit. de Nat. Hum. demonstrauimus, à so-
la bile febrem excitari posse, non existimauit Hipp. sed febres ex bile appellauit, quia absquè
ea præfatas febres accendi, est impossibile, quod si humoris prædominium attendatur, febris
à bile dicitur, in qua hæc dominabitur, à pituita verò, eadem pituita dominante, vtranquè re-
spexit in citata sententia Epidem. Alterum verò tantummodo, bilis scilicet prædominium,
citato libro de Nat. Hum. cuius loci expositio ad præsentis aphorismi veram intelligentiam
conferre poterit plurimum.

Aphor. 46. In doloribus oculorum, vbi merum bibendum dedisti, & multa calida lauasti, etc.

Antiqui Hipp. expositores præsentis aphorismi interpretationem haud ineptam meo iudi- D
cio adducunt, videlicet. Dolores oculorum à copiosa materia, eaq. compacta procedentes
venæ sectione curari, verum eos prius attenuandos esse, & meri potu, & calido balneo. Hanc
tamen expositionem reijcit Galenus, eò quod periculosum sit, & vini potu, & balneo in cor-
poribus repletis vti, nulla euacuatione prægressa, verùm hæc Galeni ratio aliquid roboris ha-
beret, si iuberet Hipp. pluribus diebus antè venæ sectionem prædictis vtendum esse, sed quia
supponit, ea tantummodo esse administranda eo ipso die, quo fit phlebotomia, vt dicendi mo-
dus, quo vtitur, satis manifestat: etiam si humores indè fundantur, & ampliorem locum expo-
scentes, venas distendant; nullum tamen periculum impendet, cum statim euacuatio subse-
quatur. Nam etiam libro Acutorum 4. vers. 38. pro aphoniæ curatione venæ sectioni præmit-
tit fomentum toti corpori, quod non minoris periculi esset, nisi statim euacuatio subseque- E
retur. verùm dicet aliquis hanc curationem non omnibus oculorum doloribus conuenire,
sed ijs tantummodo, qui ab enarrata causa dependent, vndè impropriè Hipp. vniuersaliter lo-
cutus est. Huic respondeo, indefinitè propositionem hanc protulisse, non vniuersaliter, idquè
ab Hipp. fieri frequenter aliàs indicauimus, quando non necessariò semper id contingere ab
eo obseruatum est. Quamuis etiam vniuersaliter vera, & rationabilis defendi posset hæc cura-
tio in omnibus oculorum doloribus, quia cum oculorum dolor fieri possit, & à sanguinis ple-
nitudine, & ab humorum crassitie, nec non à nimia tenuitate; in omnibus his tribus casibus
curatio hoc in loco ab Auctore proposita rationabilis est. Nam de plenitudine doloris causa
nemo dubitabit, quin pro ea tollenda conueniat venæ sectio, nec ex præcedenti vini potione,

& bal-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 484 sur 636

A & balneo incommodum aliquod adueniet, ſi, vt ſuprà indicauimus, ſtatim euacuatio ſuccedat, ſimiliter quando humores craſſi,& frigidi dolorem faciunt,probanda eſt venæ ſectio,quę humores omnes euacuare poteſt, quæ cum venoſo genere communicantur, nam cum morbus, non ab intemperie ſola, ſed ab humoribus ipſis dependeat, maius eſt commodum, quod à venæ ſectione prouenit, euacuatis humoribus,qui ipſum fouent, quam noxa, quæ ab eadem,refrigerato corpore timeri poſſit, qua quidem ratione Hipp. in frigidis morbis minus timuit venæ ſectionem, quam vbi bilis dominatur, vndè, & in apoplexia, atquè etiam in hydrope à phlebotomia non abſtinuit, vt ex lib. Acut. 4. manifeſtè conſtat, quarè in doloribus oculorum à frigidis,& craſſis humoribus conuenit venæ ſectio,præſertim cum antè,& vini potione,& calidis lotionibus frigida intemperies corrigatur,humorquè attenuetur, vt per venæ ſectionem euacuari poſſit. Quarè difficultas tantummodo verſatur in ijs doloribus, qui à te-
B nuibus, & acribus humoribus dependent, in quibus etiam ſi vini potio conuenire poſſe concedat Galenus in coment. aphoriſmi 56. quatenus vinum humiditate eorum acrimoniam retundit, & potiſſimum ſubſequente balneo, venæ tamen ſectio in affectibus biliioſis Hipp. ſemper ſuſpecta fuit,quod quidem intelligendum eſt,quando bilis peccat in toto, non quando in particula tantum vt euenit in hoc caſu; in quo bilem non abundare in toto ex eo conijcimus, quia febrem non adeſſe ſupponitur,quando de ea non fit mentio, quæ neceſſariò in doloribus oculorum accenditur,quotieſcunquè bilis in corpore viget. Hac enim ratione in morbis, qui febrem adiunctam habent,magis timuit Hipp. venæ ſectionem, quam vbi nulla adeſt febris,vt in expoſitione 3.ſect.Coac.Præn.verſ.79.demonſtrauimus.

Aphor. 48. *Vrinæ ſtillicidium,& difficultatem vini potio,& venæ ſectio ſoluit: ſecare &c.*

Stranguriæ,& dyſuriæ,quamuis multæ cauſæ eſſe poſſint,omnes tamen ad tres reducuntur,
C ad inflammationem veſicę,aut partium adiacentium,ad materiæ acris,& pituitoſæ defluxum, & ad facultatis imbecillitatem, cuius gratia hi affectus ſenibus ſunt familiares, & in ijs difficulter curantur. Ratione inflammationis conuenit venæ ſectio, quæ etiam non erit inutilis, quando ab aliorum humorum affluxu dependet, ob rationes in præcedenti aphoriſmo adnotatas, quamuis huius peculiaris curatio ſit vini potio,& illius maximè,quæ à facultatis imbecillitate ortum ducit, vinum enim partim concoquendo, partim roborando, partim humectando: & quod ſummum eſt, vrinam ciendo prædictis malis auxilio eſſe poteſt. Quid verò per venas interiores intelligendum ſit,indicauimus in expoſitione 36.aph.ſect.6.

Aphor. 50. *Quibuſcunquè corruptum fuerit cerebrum,in tribus diebus pereunt, ſi verò &c.* Mar.n. 5.20.

Præſentis affectionis naturam, & curationem deſcripſit Hipp. lib.2. de Morb. verſ.54. &
263. ex quibus locis patet adiecta eſſe aphoriſmo illa poſtrema verba, ſi has effugerint,ſani
D fiunt, quando hæc in nullo prædictorum locorum adſcripta ſunt, niſi intelligamus,aliquos eo tempore tranſacto ſeruari, quod ex citatis locis colligi poſſe videtur, nam cum dicat Hipp. in poſteriori loco, paucos hunc morbum effugere, non omnes interire inſinuatur, & dum in priori loco ait, hic tertia, aut quinta die plerunquè moritur, inferre videtur, qui cunquè ſeruantur,eo tempore tranſacto ſanari. Quarè patet, non omninò fideliter hunc aphoriſmum à proprio loco tranſlatum eſſe.

Mar.n.26.

Aphor. 55. *Quibus hepar aqua repletum ad omentum eruperit,his venter aqua repletur &c.*

De hydrope ex hepate tractauit Hipp.lib.de Inter.Affect.ſect.2.verſ.109.quo in loco ſub- Mar.n.87.
ſequenter agit de eo,qui à liene ortum ducit. Quomodo autem aqua à liene,aut ab hepate in ventrem prorumpat,non explicauit ibi, ſed libro 1. de Morb.Mul. ſect.3. verſ.43. hydropem ex lienis affectu deſcribens, concluditq. ſplen aquoſum fieri ab humiditate in proximo
E ventriculo attracta, qua poſtquam repletus eſt, diſtribuit per venas corpori, & maximè in omentum,& locos circà ventrem,& crura,vndè hydrops. Quem caſum nuper vidi in Perillustri D.Iulia vxore D. Nicolai de Farfa, quæ cum omnibus ſymptomatibus in præcitatis locis ab Hipp.relatis, nulla affectione in hepate exiſtente,ex ſolo lienis tumore doloroſo,hydropica facta,breui tempore interijt,vt indè pateat,in quanto errore verſentur illi, qui hydropem fieri non poſſe contendunt, non compatiente hepate, quam quidem opinionem ſufficienter confutauimus in explicatione loci cit. de Morb. Mul. Sicuti ergò aqua ex liene per omentum in ventrem diffunditur, ità hepar aqua repletum eam diſtribuere in omentum, & indè in ventrem eſt rationabile, vndè hydrops conſurgat, de quo præſens aphoriſmus loquitur.

Subiun-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 485 sur 636

Subiungit verò, & moriuntur, vt inferret, cum eò deuentum est, vt aqua repletus sit venter, casum omninò desperatum esse. Nam si lib. cit. de Morb. aliquos seruari supponit, dum inquit, pauci hunc morbum effugiunt, id intelligendum est antèquam venter aqua repleatur, quo tempore curatio ab Hipp. proposita administranda est, nam si indè non sanetur, temporis progressu corrumpitur, & moritur, vt ibi ait Hipp.

Aphor. 57. Quibus in vrinaria fistula tubercula fiunt, his suppuratione facta, &c.

Hunc aphorismum explicauimus sectione quarta, vbi ijsdem ferè verbis descriptus est, demonstrauimusq. malè hic dici, soluitur dolor, quod ibi habetur, soluitur morbus.

Aphor. 58. Quibus cerebrum concussum fuerit ex aliqua causa, eos statim voce priuari &c.

Ex hoc aphorismo colligitur id, quod à Galeno sæpiùs adnotatum est, Hipp. per vocis priuationem intelligere apoplecticos affectus, in quibus ægrotantes, non voce tantum, sed sensu,
Mar. n. 3. & motu priuantur. Nam lib. 1. de Morb. vers. 64. eandem referens sententiam, quod in aphorismo ait, eos statim voce priuari, necesse est, ibi inquit, eum, qui percussus est, necesse est è vestigio mutum fieri, & nequè videre. Cur verò ad cerebri concussionem hoc symptoma sequatur, ratio est, quia cerebro concusso spiritus animales in eius sinibus contenti ex concussione agitantur, commouenturq. ità, vt voluntatis imperio obedire non possint, vndè eorum actione cessante, sensibus, & motu ægrotantem priuari, necesse est: in quo statu persistunt, quòusquè spiritus pristinam quietem consequantur: quod non longè posteà euenit, nisi à concussione ventriculorum cerebri compressio fiat, aut sanguine venula aliqua abrupta repleantur, vndè vera apoplexia sequatur, quæ hominem è medio tollat.

Aphor. 65. Si quis febricitanti cibum det, quem sano exhibet, sano quidem robur, &c.

Per cibum non intelligit Hipp. omne genus alimenti, quod consistit in cibo, in sorbitionibus, & in potu: quasi alimentum febrienti dare prohibeat, quia tantum abest, vt hoc Hippocraticæ doctrinæ conueniat, vt ei penitus aduersetur, & ideò inediam, tanquam febri inimicam damnauit lib. 6. Epidem. sect. 3. vers. 50. in hoc Prodicum reprehendens, sed de solidis tantummodo cibarijs intelligit, & quæ propriè cibi dicuntur, quos febricitantibus vbiquè
Mar. n. 39. damnauit, potissimum verò lib. de locis in homine sect. 2. vers. 89. per hæc verba, febrienti ci-
Mar. n. 14. bum nè offeras, quos tamen in febris intermissione permittit, vndè lib. de Affect. vers. 140. legimus, si verò febrilis calor apprehenderit, & dimiserit, grauitas autem corporis ipsum detinuerit. Huic quidem donec calor tenuerit, sorbitionibus, & potibus curato, quum autem non tenuerit, etiam cibos dato. Quarè & in hoc aphorismo cibos tantummodo solidos prohibet febricitantibus, cuius quidem rationem satis longo sermone attulit lib. de veteri medicina concludens, ægrotantes plus lædi à diæta sanorum, quam sanos à cibis, quibus bruta vescuntur. Cum igitur contextus verba in proprium sensum recepta, sententiam reddant veram, & penitus rationabilem, non est, vt eam ob locutionis modum ab Hippocraticis sententijs excludamus, quod expositores Galenum secuti communiter faciunt, quandoquidem exactam locutionis proprietatem non affectasse Hipp. nouimus à communi vulgarium regionis vsu compulsus, cuius causa solœcismos in dictis Hipp. etiam Galenus concessit. Aphorismi igitur sensus erit, si quis febrienti cibum solidum exhibeat, is sciat ægroto tantum augumenti morbi præstare, quantum roboris cibus sano afferre solet.

Aphor. 67. Et quibus alui egestiones stare permiseris, & non moueris &c.

Mar. n. 8. Hippocratem non vrinarum modo contenta inspicere consueuisse, sed etiã excrementorũ alui, constat, non ex hac sententia tantum, quæ etiam libro de Iudic. vers. 93. registrata est, verùm ex multis alijs, & maximè ex lib. 2. Epidem. sect. 3. vers. 6. vbi inquit, & alui turbatæ ex tenuibus, aquosis, non biliosis, spumosis, multis; quæ aliquando deposita subsidebant, & lib. 4.
Mar. n. 25. vers. 341. legimus. Quum secessus aquosi sub diù expositi essent, supernè leues, tenues, isatidi similes valdè fuerunt, infernè verò subsidentiam habebant. Quæ verò specialiter hic referuntur excrementa, duò nobis indicant: tenuitate quidem magnam cruditatem, subsidentia verò humorum exustionem, propter quam excrementa acrimoniam cum crassitudine contrahunt, vndè intestinis adhærentia, eorum mucositates abradunt, quæ vnà cum humore exusto fundum petens, sedimentum strigmatibus simile facit, sunt autem strigmata, sordes ex præunctis corporibus strigilo detersæ, quę quoniam duplici substantia constant, sordibus nempè, & vnguentis, ideò prædictum sedimentum ex humore exusto, & mucore conflatum, eis assimi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 486 sur 636

A assimilatur. Quarè huiuſmodi excrementa indicabunt, inteſtina acribus humoribus eſſe referta, quæ ſtatim ſubluere oportet, nè vlcerationem inducant, vndè morbus deterior fiat: quod eò magis timendum erit, ſi interim alimentum liquidum, ſorbitiones inquam, æger aſſumat, hæ etenim duplici ratione obeſſe poſſunt, & quia facilius corrumpuntur, quam ſolidum alimentum, & quia alui fluorem non mediocriter augent, cuius timore, alui fluoris inquam, lib. 2. de Morb. ſect. 3. verſ. 346. in tabe ex pulmonis affectu, iuſcula, & intinctus prohibet, cibosq. exhibet ſolidiores, etiam ſi febris adſit, quos alioqui febrientibus nunquam concedit. Admonet ergò Hippocrates, vt quam primum aluum infernam ſubducamus, non quidem pharmaco fortiori, ſed vel leuiſſimo, vel potius clyſmate: quod expreſsè ſignificauit libro citato de Iudicat: vbi quod hoc in loco ait, confert ſubpurgare aluum, ibi legitur, his infuſum per clyſterem adhibere conducit, ex quo docemur, quid per ſubpurgare aluum in Hipp. doctrina intelligendum ſit. *Mar. n. 46.*

B *Aphor. 68. Quibuſcunquè cruda deorſum ſecedunt, ex atra bile ſunt, ſi plura, copioſiore &c.* *Mar. n. 8.*

Hanc ſententiam ità legimus libro de Iudicat. verſ. 97. quibus verò in egeſtione deorſum bilis atra ſubſidet, ſi copioſior, maior eſt morbus, ſi paucior minor, quæ quidem lectio ſicuti ſenſum, & verum, & rationabilem admittit, ità aphoriſmi vitium apertum faciat, & eò magis, quia à ratione penitus alienum exiſtit, id, quod ſignificatur aphoriſmo. Deiectiones crudas ab atrabile dependere. Quarè præſens aphoriſmus in numero eorum reponendus erit, qui cum ab auctore malè decerpti ſint, Hippocraticæ dignitati non leuiter detrahunt.

Ad librum Prænotionum.

C

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Liber Prænotionum, ſiuè Prognoſticorum omnium Medicorum pleno conſenſu magni Hipp. legitimum opus eſt, quod & doctrinæ maieſtas, & præſtantia palàm faciunt. Præclariora enim præcepta continet, quæ ad futuros acutorum morborum euentus præcognoſcendos ſunt neceſſaria. Quod quidem opus, quia præ cæteris Hipp. libris diligentiſſimè elaboratum eſt, & perpolitum; ideò legentibus non admodum obſcurum redditur: verum tamen ob doctrinæ vbertatem, & excellentiam plurimos habuit expoſitores, qui pulcherrima in Hippocraticis dictis adnotarunt, quorum veſtigia etiam nos ſecuti, nonnulla haud omninò contemnenda indicabimus.

verſ. 13. Simul verò, & ſi quid diuini in morbis ineſt, etiam huius prænotionem ediſcere.

D Per diuinum in morbis, nihil aliud ſignificari, quam quid ex aeris conſtitutione dependens, aut deniquè à cælo ipſo, docuit nos idem Hipp. libro de Morbo ſacro verſ. 355. vbi inquit: hic morbus ab iiſdem cauſis oritur, à quibus etiam alij morbi, ab accedentibus nimirum, & decedentibus, veluti frigore, ſole, ventis, & quæ tranſmutantur, & nunquam quieſcunt. Hæc autem ſunt diuina, quapropter hac ſententia nos admonet Hipp. vt diligenter attendamus, an morbi tunc vigentes, aliquid peculiare habeant, cuius gratia à conſueta, naturaliq. conſtitutione recedant, diuerſosq. exitus ſortiantur. Multoties enim ex peculiari aeris, & tempeſtatis diſpoſitione, monſtruoſi effectus in arte contingunt, quorum probabilis ratio afferri non poteſt, nec ad certam doctrinam reduci queunt, & ideò horum cognitio per ſolam experientiam haberi poteſt. Huius rei exemplum erit, quod Hipp. 4. Epidem. verſ. 45. adnotauit, inquit enim (de morbis in quadam tempeſtate vigentibus tractans) omnia ſexta, & octaua iudicabantur, quod quidem conſuetæ morborum naturæ plurimum aduerſatur. Nam cum tales morbi per dies pares mouerentur, quod iudicatio in diebus paribus indicat, iuxtà illud, qui paribus mouentur, paribus iudicantur, horumq. morborum natura ſatis difficilis ſit, vndè aut citò interimunt, aut in longum tempus producuntur, quarè citò iudicari, ſexta ſcilicet, & octaua, perfectèque, enorme erat, idq. peculiari aeris conſtitutioni eſt referendū, quod quidē verum eſſe pluries obſeruaui, cum viderim morbos communiter vagātes, cum ſignis omninò læthalibus, qui ramen ob conſtitutionis clementiam omnes ad ſalutem breui terminabantur, è contrà verò aliquando nulli ſalutari ſigno, propter cōſtitutionis vigentis prauitatē fidendum eſſe deprehendi, cum omnes morbi derepentè maligni fierent, quod peſtilentis ſtatus proprium *Mar. n. 18.* *Mar. n. 3.* E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 487 sur 636

Mar.n.4. prium exiſtit. Hoc idem admonebat nos libro de Aere,aq. & loc.verſ.58. vbi differens de Morbis, qui certis regionibus,ratione ſitus, & poſitionis ſunt peculiares,excipiebat ſemper: niſi quid commune ex temporum mutationibus ingruat, nam horum ratione morbi fiunt regioni,& ætati penitus contrarij.Hoc eſt igitur,quod diuinum in morbis hic appellat Hipp. & medico conſiderandum proponit,quippè,quod theoremata prognoſtica in hoc libro tradita minus firma,falſaq. plerunquè reddat.

Mar.n.2. *Verſ.30. At ſi vetuſtiore exiſtente morbo, aut triduano, aut quatriduano talis facies &c.*

Animaduerſione dignum eſt, Hippocratem tantum tribuiſſe præſcriptis ſignis ex facie deſumptis, quandò à morbi principio apparent, vt ea ſola ad mortem prædicendam ſufficiant,dummodò à cauſa aliqua ex relatis ortum non habuerint. At morbo vlterius progreſſo, etiam ad tertium, aut quartum diem, dictorum ſignorum prauitas adeò remittitur, vt per ſe læthalia non ſint, niſi aliquod aliud ſignum ex læthalibus accedat, cuius diuerſitatis ratio eſt, quia cum præfata ſigna à facultatis imbecillitate dependeant, à morbi principio tanta virium iactura fieri non poteſt,abſquè ſumma morbi prauitate. At morbo vlterius progreſſo, vires debilitari, non eſt adeò malum ſignum, nec tantæ malignitatis argumentum,cum morbus ex ſui natura vires deſtruere ſoleat, & ideò ad mortem tutò prædicendam, aliquod aliud ſignum prædictis aſſociari neceſſe eſt, quod prauitatis morbi nos certiores faciat.

Mar.n.3. *Verſ.38. Conſiderare verò etiam conuenit oculorum ſubapparitiones in ſomnis,&c.*

Oculorum albæ partes in dormientibus apparent, non quidem,eò quod ſuperior palpebra non demittatur, quod conuulſioni eorum muſculorum tribuitur,qui eam,imperante voluntate attollunt, ſed potius, quia palpebra inferior propter animalis facultatis imbecillitatem,inferius concidit. Nam præterquam quod id ſenſu patet, quia albus oculorum color in eius parte inferiori,non in ſuperiori perſpicitur: vndè Hipp.voce ὑποφαύσεις, ideſt ſubapparitiones,vſus eſt, quæ,quid in parte inferiori apparens ſignificat; ſi id conuulſiorium eſſet,nō minus læthale id eſſet à medicamento,aut alia euacuatione fieri,quam ſpontè,cum certum ſit,conuulſionem à medicamento, & ab immodicis euacuationibus non minus grauem eſſe,quam ſi ſpontè oriatur, iuxtà doctrinam primi, & quarti aphor. ſect. 5. nec non 25.ſeptimæ ſect.Hoc igitur ſignum,quemadmodum, & præcedentia omnia, prauum cenſetur, quia ſummam naturalis facultatis imbecillitatem ſignificat. Vide expoſitionem 49. aphor. ſectionis quartæ.

Verſ.53. Læthale eſt etiam hyantem ſemper dormire.

Mar.n.3. Hiantes ægri dormiunt, & ob animalis facultatis imbecillitatem, cuius gratia muſculi maxillas deducentes,proprio munere non funguntur, & ob internum incendium, dum plus aeris ad refrigerandum eſt opus,quam per nares attrahi poſſit, vndè illum per os attrahere coguntur, ſicquè hiantes dormiunt, verum ſicuti ſymptoma hoc,ab hac poſtrema cauſa dependeus,non omninò læthale eſt, ità excluditur in præſenti ſententia per aduerbium illud,ſemper, qui enim ab interno æſtu hiantes dormiunt,non ſemper eodem modo dormire ſolent, quia nulla febris etiam ardentiſſima,remiſſionibus quibuſdam caret, quo tempore ore aperto dormire non coguntur, quarè tunc ſolum ità dormiunt perpetuò,cum cauſa eſt imbecillitas dicta.

Mar.n.4. *Verſ.58. Dentibus ſtridere in febribus,quibus non familiare,ideſt, à pueris,furioſum,&c.*

Stridor dentium ob conuulſiuum motum prouenit muſculorum, quos maſticatorios vocant anatomici, idq. euenit,dum vapores aeres in caput per ſomnum eleuati eos irritant, & pungunt, quibuſdam hoc ſymptoma familiare eſt à pueritia, qua ætate neruoſum genus propter naturalem humiditatem imbecille exiſtit, conſuetudoq. ad cæteras ætates extenditur: in hisq. hoc ſymptoma nihil habet timoris, ſi verò in morbis fiat ei, qui non ſit adſuetus, furioſum eſt, & læthale, vt ait Hipp. furioſum quidem tantummodo, ſi ſuperueueniente furore ſtridor dentium ceſſauerit, mortale autem, ſi vtrunquè perſeueret, idquè ſignificare voluit Hipp. dum dixit, ſi verò etiam delirus hoc faciat, pernicioſum iam valdè exiſtit.Ratioq. eſt,quia quotieſcunquè ſtridor dentium morbis acutis ſuperuenit, ſignum eſt,humorem atrabiliarium eſſe, qui partes cerebri anteriores inuadit, cuius inditium eſt prædictorum muſculorum conuulſio, qui ad anteriores potius partes,quam ad poſteriores ſpectant.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 488 sur 636

A ſpectant. Quarè ſicuti læſis poſterioribus cerebri partibus, conuulſio magis ſuperuenit, anterioribus verò, delirium ſuccedit, potius in hoc caſu delirium expectare oportet, quod in atrabile aliud eſſe non poteſt, quã mania, ſeù furor. Atrambilẽ verò peccare cognoſcimus ex conuulſorio affectu, qui rarò in morbis acutis apparet, quin atræbilis ſymptomata ſubſequantur, quod quidem ex quamplurimis Coacar. Præn. ſententijs colligere licet: quemadmodum in earum explicatione demonſtrabitur, qua ratione euenit, vt lib. 6. Epid. ſect. 2. verſ. 74. ſcriptum ſit. Atrabiliarij etiam morbo comitiali corripi ſolent, & viciſſim epileptici fieri ſolent atrabiliarij, &c. Nam ſicuti ſeſe habet epilepſia ad conuulſionem, ità melancolia morbus ad maniam quodam modo. Si igitur à ſtridore dentium mania ſuccedit, & ſtridor dentium ceſſet, ſignum erit factam eſſe tantummodo methaſtaſim humoris à neruoſis partibus ad cerebri corpus, vel vt dicebat Hipp. lib. nuper citato, à corpore in mentem, & hoc pacto minus malum erit, at ſi vtrunquè ſymptoma perſeueret, læthale eſt ſignum, eò quod malorum epigeneſim,
B ſiuè propagationem indicat, ità vt cerebrum, & neruoſum genus ſimul afficiatur.

Verſ. 53. At de manuum latione ità ſentio. Mar. n. 40.

Floccos carpunt ægri, & feſtucas venantur per enarratos morbos, quia cum non conſtent mente, à ſuffuſionibus, quæ prædictorum ſpecies præſeferunt, decipiuntur: quod non euenit ijs, qui abſquè febre oculorum ſuffuſionibus tantummodo laborant: eò quod, cũ mente conſtent, illas imagines, & non eſſe reales cognoſcunt, & ideò eas carpere non tentant. Quapropter in ægrotantibus, de quibus hoc in loco tractatur, duo ſymptomata concurrunt, ſuffuſionis, & delirij, veruntamen neutrum eorum videtur adeò malum, vt inter læthalia ſigna recenſeri debeant, nam in dictis morbis delirare, malum quidem eſt, non autem læthale, cur ergò ait Hipp. hoc ſymptoma læthale eſſe? Imagines prædictæ oculis obuerſantur, dum vapores craſſi, & nigri ad caput eleuati humores albuginei perſpicuitatẽ tollunt, qui quidem vapores hu-
C moris exuſti, & atrabiliarij præſentiam atteſtantur, ex quo fit, vt præfatæ imagines non ſimplicis delirij, ſed atrabiliarij ſint prænunciæ, vndè Hipp. 4. Acut. verſ. 123. hoc ſymptoma inter ſigna atrabiliaria repoſuit. Quia ergò deliria atrabiliaria præfatis morbis ſuperuenientia, læthalia ſunt; meritò dixit ea omnia mala, & læthalia eſſe, addidit autem mala, propter ſimplicem apparitionem dictarum imaginum, de quibus inquit: quæ antè faciem feruntur, quia enim eas carpere non tentat æger, ſignum eſt, ab illis non decipi, quod minoris delirij inditiũ eſt, quam vbi eas carpere ſtudet, & ex conſequenti minus læthaliter laborat. Quarè hæc duo verba malum, & læthale per pleonaſmon non fuere appoſita, vt credidit Valeſ. ſed quia partim mala ſunt ſimpliciter, partim læthalia, vt explicatum eſt. Mar. n. 43.

Verſ. 59. Bonam autem ſpirationem valdè magnam vim habere ad ſalutem, in omnibus acutis morbis putare conuenit, qui cum febribus ſunt, & in quadraginta diebus iudicantur. Mar. n. 44.

D Morbi acuti, qui febrem adiunctam habent, de quibus præſens ſermo habetur, dependent, aut ab aliqua interna inflammatione, aut à ſola humorum putredine in venoſo genere conſiſtente, vt cunquè eueniat caſus, nunquam periculo vacat, quamuis longè grauiores ſint morbi, qui ab interna inflammatione dependent, quam qui ex ſimplici humorum putredine oriuntur, & ſicuti horum, hi ſunt periculoſiores, quò putredo cordi fuerit proximior, & venas maiores occupauerit, ità illi grauiores erunt, quò inflammatio, obiliores occupauerit partes, quia igitur per morbos in vtroquè genere grauiores, neceſſe eſt alterari reſpirationem, ideò optima reſpiratio maximam vim habet ad ſalutem in morbis acutis, indicat enim neq; adeſſe in viſceribus inflammationem, nec febris mineram partes nobiles occupare, quibus in acutis morbis deficientibus, res ægrotanti ſemper optimè ſuccedunt.

E *Verſ. 85. Si verò etiam pulſus inerit in hypocondrio, turbationem ſignificat, aut &c.* Mar. n. 5.

Si præter dolorem, aut tenſionem pulſus etiam adſit in hypocondrio dextro, turbationem ſignificat, aut deliriũ, quia, vt 2. Coac. Præn. verſ. 55. demonſtrabimus, ſignũ eſt, affectionis hepatis cum repletione humorũ calidorum diſtendentiũ, tùm venas, tùm arterias per illud diſſeminatas vnà cũ flatuoſo ſpiritu, qui leuitate humores ipſos non attenuet modo, atquè diffundat, ſed etiam eleuet in ſublime: qui peruenientes ad cerebrum, delirium conſtituunt, turbatione plerunquè præcedente, quæ prædictorum motum ſimpliciter conſequitur, quo quidem motu ſi antèquam in capite morbus conſtituatur, Deo fauẽte aliqua ſalutaris euacuatio contingat, à delirio æger præſeruari poterit, idq. reſpiciens Hipp. in præcitata Coaca, pulſum hunc

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 489 sur 636

mentis emotorium dixit ; quasi delirium adferre plerunquè soleat. Et quia aliquando euenire A
potest,vt hic idem pulsus turbationem criticam præcedat,nec indè delirium subsequatur:ideò
in præsenti sententia dixit,significare turbationem,aut delirium . Pro exacta intelligentia præ-
sentis prognostici percurrenda sunt ea , quæ in explicationem præcitatæ Coacæ adduximus
suo loco .

Mar.n.6. *Vers.* 87. *Tumor in præcordio durus existens,& doloroſus,peſſimus, &c.*

Quamuis nomine hypocondrij non significetur viscus peculiare in eo situm, sed locus im-
mediatè sub costis collocatus ad latera,non ob id damnanda est sententia tanquã confusa,eò
quod partem verè affectam non distinguat , vt Galenus censet , quia vt in expositione lib. 4.
Epidem. demonstrauimus , hypocondria in morbis acutis eleuantur , aut dolent , quan-
do viscera in eis contenta afficiuntur,quarè cum hæc in gratiam acutorũ morborũ sint prola-
ta,cæterarum partium affectiones excluduntur,& ex consequenti exteriorum musculorum,& B
quia supponit duritiem tactui manifestam esse, & maximè doloroſam, quæ magnis inflamma-
tionibus viscerum conueniunt , excludit pariter eas inflammationes , quæ sicuti propter exi-
guitatem minoris sunt periculi,ità nec doloroſæ admodum,nec duræ esse consueuerunt.

Mar.n.6. *Vers.*89. *Significant autem huiusmodi tumores,in principio quidẽ,mortem breui affuturam.*

In acutis morbis huiusmodi tumores duri,& dolentes apparent,non quia sint symptomata
superuenientia.Nam hę viscerum inflammationes sunt ipsi morbi,febres verò earum sympto-
mata potius,non minus quam febres pleuriticorum , & peripneumonicorum aliorũ huiusmo-
di,sed superuenire in febribus dicuntur,quia à principio raro conspicuæ fiunt, sed tunc solum
quando ad vigorem peruenerunt . Si igitur tumor , & dolor statim à principio se prodant, si-
gnum est rmorbum acutissimum esse , & vehementissimum, vt illius impetum natura sustinere
non possit,vndè mors necessariò expectanda est,& citò,eò quod morbus celerrimè moueatur, C
cum à principio ea præseferat,quæ vigoris sunt propria.Quod si vlterius progresso morbo tu-
mor,& dolor conspicui fiant,morbus,& mitior,& tardior erit .

Mar.n.6. *Vers.* 90. *Si verò viginti dies transgrediatur,tùm febris detinens, tùm tumor non &c.*

Hic terminus viginti dierum statuendus est in ijs inflammationibus,de quibus sermo habe-
tur,in quibus scilicet tumor,& dolor à principio se produnt,& quæ acutissimæ sunt,& celerri-
mè mouentur, quia ijs circà septimum, aut nonum diem apparentibus longiori tempore ex-
pectanda esset suppuratio v.g. circà quadragesimum,cum huiusmodi tumores medij sint quo-
dammodo inter acutissimos,& à principio doloroſos,& eos,qui molles sunt,& doloris exper-
tes, quorum limitem sexagesimum diem inferius constituet .

Mar.n.6. *Vers.* 95. *At verò molles tumores,& doloris exortes,& qui digito cedunt, diuturniores, etc.*

Quamuis hæc de omnibus tumoribus in ventre inferiori consistentibus sint prolata, vt D
sequentia verba manifestant,non tamen excluduntur illi, qui in ipsis visceribus fiũt,de quibus
superius institutus est sermo,imò hos potissimum respiciens differentiam subiungit,quæ inter
duros,& dolentes versatur,de quibus superius actum est,& molles,& doloris expertes, hosq.
supradictis comparatos diuturniores esse ait, & minus periculoſos,eorumq. signa proponens
ideam eorum tumorum describit,qui proprio vocabulo à posterioribus medicis appellantur.
Quæ si vera sint,nescio quo consilio dixerit Gal.lib.4. Præsag. expuls. 4. nec thoraci, nec io-
cinori œdema pituitoſum enasci , nec quispiam dubitet hoc in loco de vero œdemate tra-
ctari, eò quod hoc ad suppurationem deuenire non solet ob materiæ frigiditatem, id enim
partis affectæ conditioni imputandum, est enim viscus calidissimum, cuius virtute suppuratio
in humore etiam frigido fieri potest.

Mar.n.9. *Vers.* 137. *Egestio alui optima est mollis , & cohærens, & secundum horam, in qua &c.* E

Galenus,& ceteri expositores omnes optimę deiectionis cõditionibus, quę in textu appo-
sitæ sunt,duas alias addendas esse existimarunt,lib.Coac.Præn.consentientes. Nam sect.3.v.
320.hæc legũtur. Alui egestio optima est,mollis,cohærẽs,ac cõpacta,subfulua,nõ graue olẽs,
prodiens hora consueta,copia pro ratione ingestorũ,ex quo loco apparet,optimã egestionem
subfuluam, ac non graueolentẽ esse oportere. Quas quidẽ duas conditiones tanquã minimè
necessarias hoc in loco Hipp. subticuisse existimo, in quo optimã egestionẽ constituit habito
respectu egestionis sanorũ,nõ illius,quæ ægrotantibus optima censetur,quã fortasse respiciẽs
in coacis illas addidit, quippè quæ sæpè in ægrotantibus obseruãtur ob causas in eius loci ex-

positio-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 490 sur 636

A positione adductas. Constat enim in sanis, & benè valentibus nõ semper subfuluã egestionem alui apparere, quæ pro ratione ingestorũ, modò vno, modò altero colore inficitur, & aliquãdò inodora, aliquandò grauè olens persentitur, & ratio est, quia cum sani varijs cibarijs vtantur, quorũ colores intensi existunt, tanta in illis bilis copia ad intestina nõ demandatur, quę fœces subflauo colore inficiat, quod si aliquãdò contingat, tantũ bilis per aluũ expurgari, vt eius colore tingantur, eas liquidiores, & minimè cohærẽtes reddi necesse est, quia natura ex copia bilis stimulata excretionẽ facit, priusquã fœces consistentiã in intestinis acquirant. Quarè Hipp. summo cõsilio has duas conditiones tacuit in optima, & cohærente (nã de odore eadẽ est ratio, quæ de colore, apposuit autẽ in ea, quæ mollis est, & fluida, & in suo genere optima. Nam cũ mollis deiectio bona, & mala esse possit, ad bonitatẽ requiritur, vt sit subruffa, & nõ grauè olens, quia sic indicatur fluidã reddi à copia bilis ad intestina influẽtis, cuius excretio semper
B salutaris est, nõ à cruditate, quã alienus indicat color, neq; à putredine, aut corruptione, quarũ fœtor est index. Optima igitur egestio has cõditiones habere debet, vt sit mollis, & cohærẽs, excreta tempore consueto, & in quantitate pro ingestorum ratione. Quæ verò liquidior est, vt malitia careat, debet esse subfulua, ac minimè graueolens, nequè stridere, nequè frequens esse, & paulatim secedere, ità vt bis, aut ter in die, & noctu semel egeratur, plurimũq. in mane, vt cõsuetudo fert omniũ ferè hominũ, quæ est à somno egerere. Quæ tamen in vniuersũ proportionem quandã cũ ingestis seruet, & hæc dicta sunt de ijs maximè, qui ex natura aluũ fluidã habent. Hic est ergò verus huius sententiæ sensus, quẽ cum Gal. (vt res ipsa palã facit) minimè fuerit assequutus, postremas duas conditiones superfluas ratus, sententiam auream, & medico vtilissimam damnare est ausus. Nè scilicet hic liber omnium ipsomet attestante Hipp. operum perfectissimus, Galeni censura caruisse dici posset.

C *Vers. 163. Optima verò est vrina, quum fuerit alba subsidentia, & læuis, & æqualis, &c.* Mar. n. 11.
Vrinarũ inspectione in aliũ finem vsus est Hipp. ac fecere Gal. & cæteri medici illius sectatores. Hi enim vrinã inspiciunt tantummodò, quatenus statũ ostendit humorum in venis existentium iuxtà coctionem, & cruditatem, Hipp. verò non hoc signo tantum, sed etiam quatenus morbi conditionem significant, vndè cognoscimus, an morbus salutaris sit, an læthalis, an breuis, an diuturnus, varias pariter morborum permutationes nobis præmonstrat, quapropter ex vrinis non mortem modò, & salutem, eiusq. tempus præcognoscimus; sed & futuram conuulsionem, delirium, capitis dolorem, colliquationem, abscessus, & quæcunquè in morbis ferè superuenire solent, quemadmodum Hipp. scripta ostendunt, quæ hac doctrina plena sunt, quam quidem cognitionem ampliorem reddere conati sunt nonnulli Arabum medicorũ, qui eò progressi sunt, vt hanc materiam diuinatricem potius, quam medicam reddiderint, nam &
D sexus distinguere: partes affectas cognoscere; grauiditates, erratag. ægrotantiũ, & quæcunq; in morbis contingunt prædicere profitebantur, vrina tantummodo inspecta. Cum igitur Hipp. vrinæ inspectione morborum conditionem cognoscere profiteretur, ideò dum in præsenti sententia optimam describit vrinã, hanc non morbi coctionem attestari, sed optimam conditionẽ significare, asserendum est, quam quidẽ describens ait: significat enim, & securitatẽ, & morbũ forè breuem, nã si morbi coctionẽ tantummodò respexisset non dixisset morbũ forè breuẽ, sed statim iudicandũ fore. Prætereà modus dicendi, quo vtitur Hipp. idem manifestat, dũ inquit; & æqualis per totũ morbum, donec iudicetur morbus, ex his enim colligimus, aliud vrinam à principio, & per totum morbũ esse talẽ, aliud ex crũda, aut inconcocta optimã reddi, quando enim vrina ex tenui, aut confusa, vel cũ enęoremate disparato, vel deniquè ex non bona, optima paulatim fit, qualis nunc describitur tunc signum est concoctionis; vndè morbi iudicatio,
E statim succedit, aut saltem notabilis remissio, quapropter si de hac intellexisset nunc Hipp. frustrà apposita fuisset conditio illa, & æqualis per totum tempus, donec iudicatus fuerit morbus. At si talis in principio appareat, & per totum morbum perseueret, non coctionis signum erit (quæ nequè in principio fieri potest, nec in illos humores introduci, qui nunquam crudi fuere) sed materiæ benignitatis inditium, & quæ naturæ imperio penitus subiecta sit, quo stante impossibile est huiusmodi morbum, aut in longum tempus protrahi, aut sinistrum habere exitum. Et hæc distinctio memoriæ tenenda est, hac enim neglecta Hippocr. mentem assequi est impossibile, non solum in præsenti sententia; sed vbicunquè de vrinarum materia tractatur. Nam celeriorẽ iudicationem affert vrina, quæ ex

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 491 sur 636

tenui,aut inconcocta,crassior cum laudabili sedimento fiat,quam ea,quæ à principio talis fuerit,etiamsi vtraquè æquè salutaris existat. Quæcunquè igitur in hoc opere de vrinis ab Hipp. referuntur,eo modo accipienda sunt,quatenus morbi statũ, & conditionem ostendunt,eiusq. varios exitus, & permutationes indicare possunt, non quatenus coctionis tantummodo, aut cruditatis signa existunt, quamuis non ignorem eorum quamplurima ex hoc, cruditate inquam,aut coctione dependere. A

Mar.n.11. *Vers.* 167. *Si verò fuerit, & vrina subrubra, & subsidentia ipsius similis,& lævis,&c.*

Hæc sententia adeò aperta mihi videtur,vt enarratione non egeat: verum ob varias interpretum expositiones,eius claritatem deturbantes,satis erit adnotasse: hæc de subrubra vrina non simpliciter esse prolata, sed comparatione ad præcedentem, quod satis apertum faciunt verba illa contextus, diuturniorem quidem hæc morbum,quam prior significat, quo autem sensu hæc verificentur,indicauimus in expositione eiusdem sententiæ 3.lib.Coac.Prænot.ver. 246.registratæ. B

Mar.n.11. *Vers.* 169. *At subsidentiæ in vrinis crassiorem farinam referentes praue sunt. His &c.*

In vrinarum sedimento duo potissimum considerantur ab Hipp.color,& substantiæ modus. De coloribusq. agens,album statuit omnium optimũ, & post eum,subrubrum,cæteros autem colores non meminit tanquã malos,modum verò substantiæ in sedimento considerans, lævitatem probat, lævę autem dicitur,quod sibi continuum est, & cohærens, æquabilemq. habet superficiem,minimè asperam, & nulla ex parte diuulsam, huius lævitatis ptisanam statuit lib.

Mar.n.5. Acutorum sect.1.ver.64. dum illius viscositatem lævem appellat.Huic cõtraria est asperitas, quæ substantiæ modum inæqualem, & minimè cohærentem importat, huius ergò inæqualitatis in sedimentõ quatuor enumerat differentias, pro ratione magnitudinis partiũ ipsiusmet sedimenti. Quia si sedimentum ex partibus tenuissimis constat,tenue dicitur, cuius malitiam C describens inquit: Albæ verò, & tenues subsidentiæ valdè malæ sunt.Quod si partibus paulò crassioribus constat: sedimentum χριμωδης dicitur,hoc est farinæ crassioris partes referens, & si adhùc crassiores fuerint eius partes, & aliquantisper cõpressæ πεταμωδης appellatur,hoc est lamineum: hocq.prædictis deteriorem facit, πιτυρωδης tandem,idest furfuraceum dicitur sedimentũ,quod partibus adhùc crassioribus constat: hocq.omniũ pessimum statuit. Quarè iuxtà modũ substantiæ duplex est sedimentum, alterum æquale secundũ totam substantiã, vt suprà explicatum est: & hoc bonũ est,quia fit à calore succos exactè superante,quorũ pars est ipsum sedimentũ. Alterum asperũ,& inæquale,quod malum censetur,ità vt sicuti lævę,& æquale indicat calorẽ innatum humores ipsos superare,ità inæquale,& asperũ indicabit humores peccantes à præternaturali calore exuri,aut magis, aut minus pro ratione inæqualitatis ipsius sedimenti eo ordine, quo explicatũ est.Non enim consentaneũ est rationi,prædicta sedimenta à D substantia partiũ solidarũ *decedere,vt tota ferè medicorũ schola tenet,quia nequè per febres* colliquatiuas,nequè per hecticas,in quibus manifestè partes solidæ marcescunt, talia conspiciuntur sedimenta. Quarè rationabilius est dicere, sicuti sedimentũ laudabile est pars succi à natura deuicti,ità,& mala sedimenta esse portionẽ humoris à febrili calore exusti,ità vt, quo maior viget exustio,partes in sedimento maiores conspiciantur,quo verò minor,minores. Nã agente calore illo adurente in succos ipsos,eos primũ assat,deindè exarit,& quò calor est vehementior,eò citius partes humorũ tenuiores, & humidiores consumuntur,& sic partes exustæ maiores permanent,vndè nõ est mirũ,si,quò partes in sedimento fuerint crassiores, eò pejus ipsum sedimentũ reddunt. Horum sedimentorũ materiã à nobis explicatam in eo tantum, quod farinæ crassioris partes æmulatur admittere videtur Gal.in com.reliqua verò ad partiũ solidarũ colliquationẽ,siuè exustionẽ refert,indèq. colligit,hæc illo peiora esse, quãuis suiip- E sius imm mor 4.aph.67.furfuraceũ sedimentũ à sãguine superassato generari apertè affirmauerit, si hæc vera sunt, cur statuit Hipp. sedimentum album, & tenue esse peius farinam crassiorem referente? quod partibus constat crassioribus? Respondetur Hippocratem non dixisse simpliciter tenue sedimentum crimnodeo esse peius,sed tenue simul,& album. Nam albedo sedimenti, quando non prouenit à coctione, peior est alijs multis coloribus, indicat enim materiam esse pituitosam, quarè sicuti grauior est febris exurens in corpore pituitoso, quam in bilioso, iuxtà illud aphoristicum: In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, & ætati, & habitui, & tempori morbus affinis fuerit, &c. ità pari ratione pes-

simum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 492 sur 636

A simum est pituitam humorem frigidissimum tantam pati exustionem, vt in partes tenuissimas reducatur, tunc enim non longè diuersa erit à calcis facultate, quæ ex lapidibus, ignis vehementia generatur. Hac eadem ratione statuit vrinam grandinosam, & genituræ similem pari malitia cum nigra lib. Coac. Prænot. sect. 3. vers. 268. vt in eius explicatione indicabitur, vide expositionem nostram lib. Coac. Prænot. sect. 1. vers. 109.

Vers. 176. Læthaliores etiam sunt, vrinæ, & fætidæ, & aquosæ, & nigræ, & crassæ. At &c. Mar. n. 11.

Huius sententiæ expositionem inuenies lib. Coac. Prænot. sect. 1. vers. 109.

Vers. 183. Et quæ quidem deorsum feruntur cum coloribus relatis, eas bonas esse putare, etc. Mar. n. 12.

Vt præsens sententia duritie careat, non sunt copulandæ simul propositæ conditiones; ità vt velit Hipp. nubeculas pro loci, quem occupant, & coloris conditione, bonas, & malas esse, sed seiunctim, intelligentes, & ex loci, & ex colore de earum bonitate, aut malitia iudi-
B cium ferendum esse. Quasi epilogando, quod superius dictum est de loco, & colore asserat, consideranda ergò sunt vrinarum contenta, videlicet, quæ locum occupent, & quo colore sint prædita, quæ enim fundum petunt, & cum coloribus relatis apparent, albo scilicet, aut sub rubro bonæ sunt: quæ vero sursum feruntur, & quæ pariter malis coloribus sunt infecta ea omnia mala sunt, & pernitiosa.

Vers. 251. Simul autem, & si aliquantò difficilius spirauerit homo. Mar. n. 17.

Ex spirandi difficultate celeritas suppurationis dignoscitur, quatenus hæc morbi acuti index esse solet, & qui magnum in internis partibus incendium facit. At certum est, quò morbus acutior fuerit, eò citius ad suppurationem deuenturum fore.

Vers. 270. Quibuscunquè ex inflammati pulmonis morbis abscessus circà aures fiunt, &c. Mar. n. 18.

Quæstione dignũ est, cur Hipp. mentionẽ fecerit abscessus, qui ex peripneumonia contin-
C gunt, quando pulmo nõ exactè expurgatur, non autem de his, qui ex pleuritide, cum amborum par ratio vigere videatur. An quia rarò pleuritis ad abscessum terminatur, cuius ratio in materiæ diuersitatem referri potest; pleuritis enim cum lateris affectio sit, quod densum est, humorem frigidum simplicem non admittit, qui à bilioso succo non attenuetur, quod in peripneumonia ob visceris raritatem non contingit? At sicuti pituitosi morbi facillimè ad abscessus transmutantur, ità bilis præsentia eosdem fieri plerunquè prohibet.

Vers. 301. Si verò nequè ab vrina quidquam remiserit dolor, nequè vesica molliatur, &c. Mar. n. 19.

Hunc morbum læthalem esse dicebat à principio Hipp. quia & dolores, & suppressio alui satis sunt ad perdendum hominem, verum quia aliqui citius, alij serius moriuntur; in hac particula demonstrat, quando morbus citò, & vt ipse ait, in primis circuitibus sit enecaturus ægrum, & inquit, id euenire, quando non modo aluus supprimatur, sed etiam intercipiatur
D vrina. Hoc enim significant verba illa ην δὲ μητε τῶ ουρω μηδεν ενδιδωη, hoc est, si verò nequè vrina etiam quidquam concedat. Quasi dicat, si non modo vrina copiosa non exernatur cũ copioso, alboq. ac læui sedimento, in cuius excretione salus reponebatur, sed etiam vlterius supprimatur, in primis circuitibus æger morietur. Quia si in vesicæ inflammatione tantum obest alui suppressio, quantò magis timendum, si vrinæ etiam adsit suppressio, quæ sola etiã absquè inflammatione interimit? Hancquè interpretationem secutus est Christophorus Auega, alium tamen sensum habet hæc sententia sect. 3. Coacar. Prænot. vers. 39. vbi hunc in modũ legitur. His verò non solutis (hoc est ab vrina prædicta) nequè vesica mollescente in primis circuitibus ægrum moriturum timor est, ità vt non dixerit Hipp. ægrotantem in primis circuitibus moriturum esse, vt est ferè communis interpretatio) sed nisi in primis circuitibus mollescat, ægrotantem indè moriturum esse, & ratio est, ni fallor, quia si vesicæ in-
E flammatio vltrà primum septenarium producatur, confirmatur adeò morbus, vt vix curationem indè admittat, tùm ob partis affectæ naturam, tùm quia facultas nimis à doloris vehementia debilitatur, ex quo nihil boni imposterum perficere valeat.

Vers. 315. Simillima enim sunt ipsorum principia. Verum à primo die &c. Mar. n. 20.

Statim circà initia, de futuro morbi euentu præsagiri non posse in cronicis, quemadmodum in acutis, cum dixerit Hipp. nunc reddit rationem; quia simillima sunt eorum principia, hoc est, in illis primis diebus non apparet mutatio notabilis, nequè ex parte morbi, nequè accidentium superuenientiũ, ex quibus euentus præsagia desumuntur, cum omnia sint leuia, & ità sensim augeantur, vt eorum diuersitas vix percipiatur, omnia tamen conside-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 493 sur 636

randa esse nos admonet, quia temporis progressu paulatim crescunt, & in dies se produnt magis: ità vt omnibus simul indè copulatis, quæ superueniunt, facilius de morbi euentu certiores nos facere poterunt, quam illis à principio neglectis. Dixit autem habendam esse considerationem singulorum quaternionum, quia quæcunquè in illis superueniunt, firmiora sunt, quam, quæ in alijs diebus contingunt, per quaternarios enim procedunt dies contemplabiles, quemadmodum lib. de Septimest. Partu vers. 205. nos docuit ipsemet Hipp. vbi ità legimus: contemplari autē sic oportet per ternarios, & quaternarios, ternarijs quidem omnibus copulatis, quaternarijs verò duobus ad duo connexis. Præsens igitur sententia vtilissimum, in arte prognostica, documentum continet, quamuis communiter à medicis negligatur, vt mirum non sit, si in hac materia minimum polleant.

Mar. n. 8.

Mar. n. 21.

Vers. 315. *Iuxtà eandem rationem mulieribus quoquè iudicationes fiunt à partu.*

Sicuti absurdū esset enumerationem dierum in morbis à die causæ procatharticæ incipere, non ab eo, in quo primū inuasit morbus, ità inconueniens est in morbis à partu ortum ducentibus, dierum computationem inchoare à die partus, non à die inuasionis morbi, hoc tamen faciendum ex hac sententia colligit Gal. quem subindè Medici omnes secuti, Hipp. sibiipsi manifestè contrarium, & omninò inconstantem faciunt, quandoquidem totum oppositum obseruasse constat in recensendis puerperarum morbis, in quibus nunquam à die partus, verum à die inuasionis febris, dierum enumerationem semper inchoauit. Id patet in historijs Epicratis vxoris, 1. Epid. sect. 3. Philini vxoris lib. cit. registrata vers. 99. & vxoris Dromedæ vers. 199. & certè nulla ratio persuadet, vt computatio à die partus fiat, à quo sæpè mulieres nihil mali per plures dies patiuntur, indè verò transactis aliquando viginti diebus, febris superuenit acuta, cuius computatio si à die partus fieret, quaternariorum ratio habenda non esset: qui vigesima die transacta, iuxtà Hipp. doctrinā considerari non solent, nam primus quaternarius in vigesimumquartum diem incideret. Ab Hipp. doctrina igitur adeò absurda computandi ratio reijciatur, præsentisq. sententiæ veram explicationem inuenire procuremus. Quæ ni fallor est huiusmodi, constitutiones morborum, vt nos doceret Hipp. ordine enumerauit dies, in quibus eorum iudicationes contingere solent: hosq. duplicis naturæ esse adnotauit: quando alij ad acutos morbos, alij ad cronicos pertinent. Verum quia de quartana febre aliquis dubitare potuisset, quippè quæ peculiari quodam typo mouetur; subiunxit, eodem dierum ordine, & enumeratione quartanarū etiam febrium constitutionis procedere, vt suprà diffinitum est. Nunc pariter, quia morbi ex partu contingentes aliquo modo ab alijs differre videtur, nè quis existimaret, eos diuerso modo procedere, subiungit, luxtà eandem rationem (computandi scilicet dies per quaternarios, septenarios, & quadragenarios superius explicatos) fiunt etiam mulieribus iudicationes morborum scilicet ex partu contingentium. Quo sensu adeò aperta, & vera sese offert sententia, vt summa admiratione digni sint tot viri insignes, qui à Galeni auctoritate obcœcati in tanta claritate caligauerunt.

Mar. n. 22.

Vers. 327. *Capitis dolores fortes, & continui cum febre, siquidem læthalium signorū &c.*

Cur præsentis sententiæ verborum series peruertenda sit, non video, quod plerique interpretum Galenum secuti existimarunt, quandoquidem eum ordinem seruant, eamq. dicendi proprietatem, quæ germano sensui conueniunt, qui est huiusmodi, capitis dolores fortes, & vehementes, continuò affligentes, si quid læthalium signorum accesserit, læthales esse. At sinè his etiam, non carere periculo, cum eadem signa læthalia semper accedere possint, & hominem intrà terminum viginti dierum tollere, si verò intrà illud spacium nullum pranum signum superueniat, de morte non est timendum amplius, sed sperandum morbum ad salutem terminaturum esse, aut per sanguinis fluxum è naribus, aut per abscessum ad infernas partes. Quamuis etiam antè hoc tempus per sanguinis fluxum, aut puris eruptionem solutio contingere soleat, idquè significare voluit, dum dixit: Quandiù dolor recens fuerit, quasi vigesima die transacta dolor non amplius recens dici debeat. Sanguinis verò fluorem tunc maximè expectabimus, cum dolor circà tempora, & frontem infestauerit. Hæc est ergo verborum series, eorumq. sensus verus, & legitimus: ità vt permutari non posse credam, nisi corrumpantur omninò. Quorum ratio meo iudicio hæc est, cum huiusmodi dolores vehementes, & continui cum febre inflammationem in aliqua capitis parte consequantur,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 494 sur 636

A quantur, si hæc in cerebro fuerit, frigidi, & glutinosi fonte, ad vigorem serius perueniet, quàm si in alia corporis parte calidiori consistat, & ideò morbi vigorem diem vigesimam statuit, quarè toto eo tempore periculum imminet semper, nè inflammatio in corruptionem, siuè sphacelum abeat, id verò absque aliquo signo læthali euenire non potest, & ideò Hipp. dixit. Si aliquod signum læthale accesserit, pernitiosi sunt valdè; eo autem tempore transacto non videtur amplius corruptionis periculum instare, quia cum morbus sit acutus, eius vigor vltrà diem decimumquartum extendi non solet. Quia verò ob affectæ partis frigiditatem materiæ morbificæ discussio insensibilis sperari non potest, necesse est, superante natura, eandem, aut per hæmorrhagiam educi, aut ad partes inferiores detrusam in illis abscessum excitare. Horum verò euentuum diuersitas à materiæ morbificæ varietate dependet, nam si pituitosior fuerit, abscessus expectandus erit, si verò calidior sit, & hæc ad sanguinis naturam

B potius accedat, hæmorrhagiam excitabit, & eò magis si multitudine vlterius peccet. Quod si eadem materia adhuc calidior fuerit, & benigna, etiam citius vigesima die solutio morbi sperari poterit: non quidem per abscessum, quia id calidæ materiæ non conuenit; sed aut per suppurationem, & puris excretionem: aut per sanguinis fluxum. His enim duobus modis inflammationes potissimum solui consueuerunt, dum à sanguine ortum ducunt. A sanguine autem dependere, locus doloris maximè indicabit, & ideò inquit Hipp. Hæc maximè expectanda esse, si dolor circà frontem, & tempora fuerit, his enim in locis sanguis facilè abundat, eò quod (vt ipsemet testatur lib. 2. de Morb. vers. 80.) venæ in anteriore capitis parte *Mar. n. 8.*
sunt ampliores, hæmorrhagia verò magis expectanda est, si dolor recens fuerit, & sanguis bilioſior, suppuratio autem si mitior, & minimè acris. Quarè huiusmodi capitis dolores pro humoris peccantis natura his modis ad salutem terminare possunt. Si quidem sanguis bi-

C lioſus maximè fuerit per sanguinis fluxum è naribus antè vigesimum diem terminabit, si paulò crassior, & mitior, antè vigesimum suppuratio expectanda est. Quod si adhuc pituitosior fuerit, ità vt suppurationem facere non possit, copia tamen peccet, diuturniorem iudicationem faciet, tandemque per hæmorrhagiam terminabit. Quod si tandem sanguinis copia non adeò vigeat, pituitaq. in eo præualeat, per abscessum in partibus inferioribus iudicabitur malum. In quibus omnibus casibus naturam morbificæ materiæ dominari supponitur, alioqui morbi solutio expectari non posset. Verum ex enarratis difficultas non leuis emergit. Quia Hipp. superius, vbi de Hypocondriorum inflammatione loquebatur, docuit sanguinis fluxum è naribus expectari debere in primo circuitu, suppurationem verò, si tumor, & febris vltrà vigesimum diem producatur. Hic verò totum oppositum asserit, quia dum morbus recens est, expectanda est suppuratio. Die verò vigesima transacta, non amplius suppuratio, sed

D hæmorrhagia. Huius diuersitatis ratio à natura partis affectæ dependet. Nam cum suppuratio in calido, & humido fiat, hæc in parte natura calida introduci potest in materiam frigidam. At in parte natura frigidiori, nisi materia ipsa tantum caliditatis in se habeat, quæ suppurationem adiuuet, ad suppurationem eam deuenire, est impossibile, & ideò materia sub frigidior, quæ morbum motu tardiorem facit, in hepate ob naturalem visceris caliditatem ad suppurationem deuenit, ad quam in cerebro frigido, & humido nullo modo potest. Similiter materia in hepate, aut liene contenta, vt per fluxum sanguinis expurgetur, copiam in ea vigere, non est satis, nisi tenuitas, & caliditas humoris adiuncta sit; quæ eam ad caput euehant, & ideò in hypocondriorum tumoribus hæmorrhagia salutaris vltrà primum circuitum fieri non solet, eò quod talis materia morbos celeris motus, & qui citò ad summum vigorem deueniunt, parit. At sanguis in cerebro abundans, etiamsi tenuitate, & caliditate non admo-

E dum participet, nihilominus ob vicinitatem, sola copia distendendo venas narium aperire potest, etiam vigesimo transacto; eo quod talis materia morbos producit, qui longo tempore ad statum perueniunt. In Coacis Prænot. vers. 230. vbi hæc eadem sententia registrata est, suppurationem posse fieri etiam vigesimo transacto, testatur, nec sententia ratione caret, quia humor suppurationi aptus, quamuis calidus sit, cuius caliditatis ratione ad suppurationem citò deuenire debet, ob partis frigiditatem aliquando suppurationem tardiorem suscipere potest.

Vers. 336. Proinde cum hic modus sit periculosus, mentem aduertere oportet, &c. *Mar. n. 22.*
Quum codices Græci omnes legant ὁς ἂν τεταιου του τρόπου σφαλερῶς κριθῇ, hoc est. Cum ergò hic

©BIUM

gò hic modus sit periculosus; & hæc lectio legitimum sensum recipiat, vanum est, diuinando alienas lectiones mendicare. His igitur significare vult Hipp. quia hic modus, auris, scilicet dolor acutus, cum febre continua, & vehementi, periculo plenus est; siuè fallax, cum sæpè incautos decipiat; ideò statim à primo die omnia signa attendere oportet, quippequæ euentus certitudinem prænonstrare possunt. Si enim aliquod malum signum accedat, mors tutò prædicenda erit, quæ tamen euitari poterit, si aliquid boni superueniat. Satis temerè igitur, πρωτου in τοτου commutantes plurimi interpretum falsam reddunt sententiam, quasi nullus aurium morbus reperiatur, qui fallax non sit, & periculosus. Cum constet plurimos esse aurium affectus, qui nihil periculi, aut timoris secum adducunt. Quarè affectionis præsens modus est, qui fallax est, & periculosus, quandò iuniores intrà primum septenarium interimit non locus ipse, qui non rarò sine periculo afficitur. A

Mat. n. 230. *Text. 19. Vers. 357. Si verò neque in diebus iudicatorijs dissipetur erisypelas, &c.* B

Hoc verbum αφανιζεται ideſt euanescere, non modo significat solutionem illam, quæ fit morbifica materia à parte affecta ad aliam recedente, quod propriè hoc verbo παλινδρομεω significatur, sed eam quoquè, quæ fit humore ipso naturæ legibus discusso. Dum igitur hoc in loco, ait, signum læthale esse, aut saltem recidiuam minari, si erisypelas dissipetur in die non iudicatorio; infert, si in die iudicatorio id contingat, salutare esse, eo quod humor à natura rectè discussus, & dissipatus fuerit, extrà verò hos dies, materiam ad nobiliorē partem recurrisse, & ideò hoc malum esse, tanti enim est dierum decretoriorum virtus, vt hi soli bonam iudicationem à mala distinguere possint, quasi in die decretorio malos abscessus fieri natura non permittat. Huncque esse verum sensum præsentis sententiæ confirmant ea, quæ lib. Coac. Prænot. sect. 2. vers. 192. leguntur hunc in modum. Si verò dissipetur, neque tuberculo foras conuerso, ac collecto; neque pure leniter, & sine dolore excreto: neque in diebus iudicatorijs, pernitiosæ sunt, ex quibus colligimus, huiusmodi erisypelas triplicem exitum habere posse. Nam vel euanescit materia morbi aliò conuersa: vel soluitur eadem discussa, & consumpta; vel tuberculum facit eadem in vnum collecta, & per suppurationem deuicta. Quotiescunq. igitur euanescit erisypelas, nec secundo, nec tertio solutionis modo, necesse est, materiam ipsam ad partes internas recurrisse, huncque recursum præ cæteris indicat subita doloris, & ruboris, cæterorumq. symptomatum cessatio, nam solutio vera non subitò, sed paulatim fit, quod respiciens Hipp. inquit: Facilè, & sine dolore degere videntur, & ratio est, quia dum materia morbifica partibus exterioribus derelictis ad interiores se conuertit, prior affectio ægrotantem non amplius vexat, nec posterior adhuc introducta est, vndè sibi melius habere videtur, quòusque nouus se prodat morbus, tunc enim & pectoris grauitas, & spirandi difficultas incipiunt, quæ à rubore dissipato recursus materiæ signum certissimum existunt, vt habetur in Coacis. Et quia quilibet recursus ad interiora maximè periculosus existit, ideò mors timenda est, nisi suppurata interius materia expuatur, aut rursus ad partes exteriores depulsa denuò ruborem excitet. Nam materia ad pulmones conuersa delirium excitare solet, & ad suppurationem plerunq. ægrotantem perducere. C D

Mat. n. 240. *Text. 21. Vers. 363. Si & tempus permittat, & homo non stranguletur.*

In gurgulionis sectione anni tempus inspiciendum nos admonet Hipp. indicans hoc esse opus maximi momenti. Quæ verò tempora sint euitanda nos docuit lib. de Aere Aquis, & locis vers. 305. hunc in modum. Maximè autem obseruare oportet magnas temporum mutationes, vt neque medicamenta in illis libenter exhibeamus, neque vramus, quæ circà ventrem, neque secemus, priusquam prætereant dies decem, aut plures, & non pauciores. Periculosissima etiam sunt ambo solstitia, maximè verò æstiuum, periculosum est etiam æquinoctium vtrumq. magis verò autumnale: oportet autem, & astrorum ortus considerare, præcipuè Canis, deindè Arcturi, & Pleiadum occasum. Hæc igitur tempora in gurgulionis sectione vitare oportet, & vlterius subiungit hoc in loco, nè æger suffocetur. Suffocatio enim partes ad fauces pertinentes læsas esse à materia in eas fluente indicat, vndè periculum imminet, nè sectione gurgulionis facta noua materia ad locum affectum tanto impetu feratur, vt suffocatione aucta hominē statim interimat. Quæ quidem omnia nos admonent, qua cautione in gurgulionis sectione procedendum sit. In cuius gratiam dicā, quod mihi in huiusmodi casu videre contigerit. Quidam famulus eorum, qui Populi Romani Consulibus E

Mat. n. 30. infer-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 496 sur 636

A inſeruiunt gurgulionis inflammatione correptus, angebatur, cui ſecta & in vtroque cubito vena, & ad radicem linguæ, morbus nihil remittebat. Adhibitus ergò Chirurgus gurgulionem temerè vulnerauit, quo tempore maximus erat, & inflammatio in ſummo vigore, qui quidem iuxtà præſentem doctrinam nullo modo ſecandus erat. Facta ſectione, non amputatione gurgulionis hæmorrhagia ſuperuenit, adeò magna, vt breui temporis interuallo vltra duodecim libras ſanguinis excreuerit. Sectioni tandem oleo de calchanto admoto, hæmorrhagia ceſſauit, ægerque, & à morbo, & à temeraria Chirurgia reſtitutus eſt. Erat autem iuuenis, & optimo habitu præditus.

Text. 26. verſ. 372. Senioribus autem minus fiunt, diuturniore etiam exiſtente febre. Mar. n. 24.

In ſenioribus triginta annis minus fiunt abſceſſus, quam in iunioribus, quia in his ſatis eſt, vt morbus vltrà vigeſimũ diem protrahatur, in ſenioribus autem morbo etiam diuturniore exi-
B ſtente, rarò abſceſſus fiunt, qui quidem ſenſus clarius exprimitur in Coacis verſ. 196. vbi hunc in modum regiſtrata eſt ſententia hæc: Expectare autem oportet abſceſſus, vbi viginti dies febris tranſmiſerit, ſenioribus verò minus fiunt etiam vbi multo tempore febres durant. Verum corrigendam eſſe Coacam per prognoſticum in eius expoſitione indicauimus, appoſita negatione illis verbis hunc in modum: expectare autem oportet abſceſſus his magis, qui trigeſimum annum nondum egreſſi ſunt. Huius prognoſtici rationem inuenies apud expoſitores, & ideo in eo amplius immorandum non eſt nobis.

Text. 32. verſ. 388. Et in ſinceris tertianis. Mar. n. 25.

Dierum enumerationem in febribus intermittentibus non eſſe faciẽdam, ſed acceſſionum communis opinio Medicorum recepit Galeno auctore: qui hanc fuiſſe Præceptoris mentem exiſtimauit, ex eo quod dixerit Hipp. Tertianam exactam ſeptem circuitibus iudicari. Ve-
C rum hoc non fuiſſe Hipp. conſilium alibi demonſtrauimus, ſed & idem 7. Epidem. ſect. 2. verſ. 220. ex hac particula confirmari poteſt. Si enim dierum nomine acceſſiones, hoc in loco intelligeret, hæc nullo modo ſinceris tertianis accommodari poſſent, quæ ſi ſeptem circuitus non excedunt, decimoquarto die iudicari non poſſunt. Non eſt ergò, vt adeò impropria loquendi ratio Hipp. imputetur, qui dierum nomine, dies naturales ſemper intellexit, nec vlla neceſſitas ipſum coegit, vt hæc nomina adeò inter ſe diuerſa in propriæ doctrinæ obſcuritatem, & confuſionem ſimul confunderet.

Verſ. 396. At pueris conuulſiones fiunt, ſi febris autem fuerit, & venter non, &c. Mar. n. 26.

Huiuſmodi conuulſiones quotidiè obſeruamus in pueris febre acuta laborantibus, quas à vera epilepſia non diſtinguentes medici vulgares, ijſdem remedijs eas curare tentant, inuſtione imprimis, cæphaliciſq. medicamentis, tum calefacientibus, tum exiccantibus, non animad-
D uertentes, ſicuti harum conuulſionum cauſa penitus contraria eſt cauſæ epilepſię, ità cõtrarijs omninò præſidijs inſiſtendum eſt, refrigerantibus inquam, & humectantibus, non interius modo aſſumptis, ſed etiam admotis, & infuſis, quæ aluos emolliant, & ſollicitent ad excretionem, nihilque ipſis nocentius eſſe, quam calida, & ſicca: quippè quæ ignem igni adijciant, excitantur enim à calidis vaporibus, ſiuè humoribus (quod ſymptomata in textu enarrata palam faciunt) qui neruorum principium in ea ætate imbecillimum irritando, motus illos conuulſionis inducunt, quemadmodum alibi à nobis demonſtratum eſt, cum conuulſionis vera eſſentia explicaretur.

Ad Libros Prædictionum.

E

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

Prædictionum inſcripti libri artis prognoſticæ doctrinam continent perfectiſſimam Aſclepiadæq. Sholæ adeò conuenientem, vt eam abſquè ſumma iniuria calumniari non liceat. In priori enim prognoſes deſcribuntur, quæ ad morbos acutos pertinent, conſentientes ſummopere illis, quæ in libris, & Prognoſticorum, & Coacarum Prænotionum ſunt tradita, quæ res nos admonet præfatos omnes libros ad eundem Auctorem nullo modo eſſe referendos, cum eadem pluries repetere antiquis non fuerit vſitatum. Veruntamen nihil auctoritatis hac de cauſa illis detrahere expedit, ità vt in obſcuris ad eorum calumniam cõfugiendum ſit;

quod

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 497 sur 636

quod adeò acriter Galenum feciſſe inuenio, vt quæ ſub titulo comentarij edidit, cenſuræ potius nomen mereantur. Ex quo factum eſſe exiſtimo, vt in quamplurimis ſententijs auctoris mentem aſſequi non potuerit; vndè ad calumnias conuerſus, libro vtiliſſimo, & doctiſſimo, & fidem, & auctoritatē omnem apud Medicos detraxit, quam nos vt pro viribus tueamur, multarum ſententiarum præſentis libri explicationem ſuſcipere coacti ſumus, quæ vt ſatis conſpicua præteriri commodè poterant. Secundi verò libri doctrinam nunquam ſatis celebrari poſſe exiſtimo. Prænotiones enim continet, quæ cronicis morbis inſeruiunt: quorum euentus ſicuti certiores ſunt, quam Acutorum, de quibus legimus. In morbis acutis non omninò certæ ſunt prænotiones ſalutis, aut mortis; ità Medico plurimum gloriæ, & exiſtimationis tribuere poſſunt, ex quo non poſſum ſatis mirari, cur hoc opus tam parui fecerit Galenus, & cæteri Hipp. interpretes: cum eorum nullus illius expoſitionem tentauerit, tanto igitur defectui ſupplere in hoc opere in animo erat, ſed id intētum noſtrum nimis excedere cognoui, pro maiori enim parte adeò aperta oratione liber deſcriptus eſt, vt nobis obſcura tantummodo dilucidare profitentibus, pauca offerantur dicenda. A B

Mar.n.1. *Verſ.* 1. *Soporoſi in principijs fientes cum capitis, lumborum, præcordij, colli, &c.*

Hanc eandem ſententiam regiſtrarunt Medici Coi in ſuo Prænotionum Coacarum libro verſ. 262. ab hac tamen differentem fecerunt, quia verbum ſunt omiſere, inſinuantes prædicta ſymptomata non præſentem phrenitidem atteſtari, ſed futuram potius, eandemq. lectionem in antiquis exemplaribus huius libri etiam obſeruauit Galenus: ità vt tanquam probabilior retinenda ſit. In huiuſmodi verò ſymptomatum concurſu timenda eſt phrænitis, quatenus infernarum partium affectionem indicant, quæ capiti bellum indicunt, per vapores primum, qui copia caput replentes, ſoporem inducunt (alibi enim demonſtrauimus, vapores etiam bilioſos replendo ſoporem inducere) indè verò per humores ipſos conſequēter aſcendentes, quod colli dolor potiſſimum atteſtatur. Hæc autem ab affecto hypocondrio eleuari eius dolor indicat, inflammationeq. laborare eſt ſatis probabile, ex quo duo potiſſimum emergunt mala: alterum eſt phrenitis, dum humores indè ad caput eleuati inflammationem in cerebro inducunt, idque ſtillicidium è naribus oſtendit. Alterum eſt hypocondrij, ſeu viſceris in hypocondrio exiſtentis exolutio, cuius ſymptoma eſt prærubra deiectio loturam ſcilicet carnis recenter mactatæ referens, quæ hepati inflammato cum imbecillitate ſuperuenit, vt omnes norunt, id Galeno etiam atteſtante lib. 1. de Loc. Affect. cap. 7. Quarè cum hoc ſymptoma proprium ſit primarij affectus, vndè phrenitis prima exordia trahit, hepatis inquam inflammati, non eſt reprehendendus Hipp. quippe qui ſigna diuerſæ naturæ inter ſe cōfundat: quod Galenum facere audio, & eò minus, quia non eſt nouum Hipp. phrenitidem ſolo hepate vehementer inflammato excitari: cuius modum, & rationem indicauimus in explicatione lib. 3. de Morbis verſ. 99. C D

Mar.n.1. *Verſ.* 5. *Denſæ linguæ, & reſiccatæ phreniticæ.*

Siccitas linguæ morbis quam plurimis eſt communis. Nam & in febribus ardentibus, in interniſq. inflammationibus lingua plerunq. reſiccatur. Denſitas verò quam his vocibus ſignificauit Auctor δασειαι γλωσσαι, eaſque ſatis impropriè linguæ aſperę tranſtulit Interpres; cum ſiccitate peculiaris eſt phreniticorum, quia lingua denſitatem abſque humorum affluxu non contrahit, quod in phreniticis facilè contingit, quorum caput exardens plurimum humiditatis colliquefacit, quæ inferius deſcendens linguæ poroſitates replet, ibique à calore febrili reſiccata, eius ſubſtantiam denſiorem facit. Quod quidem in alijs morbis non contingit, in quibus minera febris à capite remota eſt, quarè à vaporibus quidem reſiccari lingua, & colorari poteſt: non tamen ità repleri, vt denſitatem contrahat. Denſitas igitur cum ſiccitate propria eſt phreniticorum, aſperitas verò, & ſiccitas pluribus alijs affectibus communis eſt. Mar.n.23. Quod ſi Nicolai concubinæ lib. 7. Epid. ſect. 2. verſ. 9. febre ardente laboranti denſa lingua effecta eſt, cum tamen phrenitica non eſſet, id euenit, quia caput in ea valde repletum erat, quod abſceſſus magni ad aures facti indicarunt, à quo humores ad linguam delabentes eam denſam reddere eodem modo poterant, quo in phreniticis id fieri indicauimus. Dum igitur Galenus in libri Auctorem inuehit, propriam huius ſententiæ expoſitionem, non Hipp. ſententiam reprehendit. E

Mar.n.1. *Verſ.* 6. *In perturbatis, vigilibus, vrinæ decolores, nigræ, innatātes, in ſudoribus, phrenitica.*

Ob

A Ob Galeni comentarium, in quo omnes nixus in huius libri censuram adhibuit, manum admouere cogimur multis prædictionibus, quæ per se sunt manifestæ, qualis præsens est, in qua quomodo ex vrinis de futura phrenitide sit prædicendum, docemur. Quæ quidem vrinæ quamuis primo, & per se non sint signa propria phreniticorum; alijs tamen annexæ peculiaria signa euadunt. Tria verò sunt, quæ phrenitidem præcedere solent. Primum est agitatio calidorum humorum. Secundum est, eorum raptus in caput. Tertium & postremum est eorundem humorum malitia, propter quam naturæ imperio inobedientes existunt. His igitur tribus apparentibus necessariò phrenesis expectanda est, eorumque altero deficiente non necessariò sequitur, cum turbatio in humoribus etiam natura calidis cõtingere possit, qui tamen ad caput non ferantur, & ferri etiam in caput possunt, & phrenitidem non excitare, cum hæc eadem materia dominio naturæ subiecta per sanguinis fluxum è naribus expurgari possit, B cuius quidem rei typus est illa sententia inferius hoc eodem libro vers. 225. registrata: Vigilijs infestati derepentè cum inquieta iactatione sanguinem fundunt, tum aliàs, tum si quid antea profluxerit. Quotiescunq. igitur hæc tria simul concurrunt, certò phrenitis futura prædici potest, quæ omnia à symptomatibus propositis in textu præsignantur. Mentis enim perturbatio cum vigilijs, & sudore perturbationem calidorum humorum significat, quorum translationem in caput ostendit vrinarum contentum innatans, quod quidem rarò in ægrotantiũ vrinis inspicies, quin subindè caput lædi inuenias, idque ex historijs Epidemiorũ facilè confirmari potest. Humorum verò prauitatem, & inobedientiã attestantur ipsæmet vrinæ decolores, & nigræ, ità vt nec hæmorrhagia, nec aliqua alia critica excretio expectari possit. Vndè necesse est materiam illam in capite inflammationem inducere, quæ phrenitidem constituat, ex his igitur constat, hæc signa etiamsi considerata nullum eorum phrenitidẽ præsignare possint, C simul tamen copulata illius certissima pręsagia fieri. In reliquis pro integra huius sententiæ explicatione, vidè doctissimi Dureti Comentarium Tractatu 4. Coac. Prænot. num. 31. Mar. n. 1.

Vers. 9. Insomnia etiam in phreniticis manifesta sunt.

Insomnia esse ægro manifesta intelligimus, aperta, ordinata, non confusa, ità vt excitatus à somno ea memoretur. Hæc verò etiam phreniticis contingere adnotauit Hipp. etiamsi mirum videatur in tanta mentis perturbatione, quæ etiam per vigilias ad aliena fertur; ità ordinatè phantasmata procedere in somnis, vt eosdem reminisci possit. At verum est quidem hæc in phrenitide salutari tantummodo obseruari, & ideò de his loquens lib. Coac. Prænot. v. 118. Hipp. Insomnia inquit in phrenitide euidentia, bona sunt.

Vers. 8. Screatio frequens, si sanè, & aliud quoddam signum affuerit, phrenitica sunt. Mar. n. 1.

Huius prorhetici expositionem inuenies apud Duretum super coacam 99. lib. 1. Phrænitici D sputatores fanatici, &c.

Vers. 9. Qui relinquuntur in hypocondrio ardores, febre perfrigerata, mali sunt, &c. Mar. n. 1.

Longè differt præsens sententia ab ea, quæ 48. aphor. sect. 4. comprehenditur. In febre non intermittẽte si exteriora frigeant, interiora verò vrantur, & sitim habeat, lęthale. Nam aphorismus ideam quãdam febris continuæ describit, hoc autem in loco symptoma comprehenditur febris ex humorum translatione dependens, cuius malitiæ ratio dependet potius ab eo, quod legimus lib. Coac. Præn. vers. 62. Qui in malis signis leuantur, & in bonis non remittunt, difficiles sunt. Refrigerari enim febrem, eadem ad declinationem tendente, & ad infebri citationem, quod bonum esse deberet, ardore in hypocondrijs permanente, malum, imò pessimum signum euadit, quia significat, totam materiam morbificam ad partem internam, eamq. nobilem secessisse. Quod si id cum sudoribus contingat, longè peius, cum huius prauitati alterum accedat, læthale signum: iuxtà illud vulgatum: Critica non iudicantia, partim læthalia, E partim difficilis iudicij.

Vers. 11. Prædebilitatorum desipientiæ pessimæ. Mar. n. 1.

Extremè debilitatis symptomata omnia superueniẽtia mala sunt, & ideò nihil noui adferret Hipp. hoc prorretico, si, vt primo aspectu verba sonant, intelligeretur. Sensus ergò intimius penetrat, vult enim nobis significare Hipp. deliria in extremè debilitatis esse pessima, quia causam habent pessimam. Spirituum scilicet animalium imbecillitatem ab exhausto inductã, propter quam circà obiecta adeò nutant, vt à quacunque leui occasione perturbentur, indèq. euenit, vt actiones principes rectè obire non possint. Quarè vt signo potius, quam causa in his

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 499 sur 636

his deliria mala sunt. Huius naturæ erant deliria, quæ tabidis propè mortem superuenire solent, quæ frequentissima obseruauit in tempestate illa, quam lib. 3. epid. sect. 3. vers. 120. descripsit. Vtitur autem hac voce προεξαδωα τηκόντων, quæ iam antea summè debilitatos significat, nam sæpè euenit, vt extremè debilitati delirio superueniente fortiores euadant, quarè virium status non est considerandus tantummodo præsente delirio, sed etiam qualis fuerit antè delirium.

Mar. n. 1. *Vers.* 12. *Phreniticæ vehementer affectiones, tremulæ desinunt.*

Huius Prorretici & sequentis verum sensum Galenus assecutus, esse mihi videtur, vt alia explicatione non egeant.

Mar. n. 2. *Vers.* 14. *Loci circà fauces in acutis dolorosi, graciles, parui, suffocatorij, &c.*

Symptomata enarrata in textu summam exiccationem partium ad fauces pertinentium ostendunt, quæ quidem affectionem constituunt differentem ab ea anginæ specie, in qua nullo tumore in faucibus apparente ægri suffocantur; quia in angina dicta interiores faucium partes nullo modo à naturali magnitudine immutatæ apparent: in præsenti verò non solum tumor aliquis non conspicitur, quod voce graciles significatur, sed etiam vltrà naturalem dispositionem exiccantur, & extenuantur, idque denotatur additione alterius vocis parui. Quia igitur ob siccitatem vehementem partes omnes contrahuntur; ideò euenit, vt musculi proprio officio fungi non possint: vndè ægrotantes postquam hiarint, os claudere, illudque clausum aperire non facilè valeant, & quia propter contractionem dictam partes ad guttur spectantes angustiores fiunt, hinc euenit, vt præfatis symptomatibus suffocatio etiam accedat. Tanta igitur siccitate in dictis partibus existente, non est mirum, si delirium, & non rarò phrenitis etiam subsequatur, quia id absque magna bilioforum humorum, aut vaporum saltem copia fieri non potest, quæ cerebro propinqua illud facilè lædant.

Mar. n. 2. *Vers.* 16. *In phreniticis in principio mansuetudo, verum frequenter transmutari, &c.*

Huius prorretici expositionem inuenies lib. Coac. Prænot. vers. 119.

Mar. n. 2. *Vers.* 18. *In Phreniticis alba alui egestio malum: quemadmodum Archecrati, &c.*

Quantum malæ sint signo in phreniticis albæ alui egestiones demonstrauimus in explicatione præsentis sententiæ lib. Coac. Præn vers. 119. quo in loco etiam torporem vituperauit Hipp. Hoc autem in loco, an hic malus sit, nec nè, non asserit, dubitatque tantummodo, an in hoc casu semper torpor associetur, eo quod aliquando eum obseruauerit, aliquando non. Certum est autem, quotiescunq. superuenit, semper malum esse signum ob rationes, quas adduximus in Coacis.

Mar. n. 2. *Vers.* 19. *Quibus melancholico modo mente motis, &c.*

Hanc pariter sententiam explicauimus lib. Coac. Præn. vers. 121.

Mar. n. 2. *Vers.* 21. *Mente moti acutè, vbi insuper febrierint, cum sudore, &c.*

Et hanc similiter regiſtrarunt Medici Coi. lib. cit. vers. 123. Quo in loco nostram expositionem ei adaptauimus.

Mar. n. 2. *Vers.* 22. *Phrenitici paucibibi, strepitum edentes, tremuli.*

Duretus non ineptè hanc sententiam ex lib. Coac. Prænot. vers. 124. explicauit, cæterum non affert rationem, cur hæc duo symptomata, parum, & rarò bibere, & sonitum descendentis potus audiri, tremorem; aut conuulsionem significent. Ego autem dicerem, conuulsionem, & tremorem phrenitidi superuenire, quando affectio neruoso generi communicatur. Communicatur autem, quum materia morbifica atræbilis particeps fuerit. Nam de hac re paulò inferius vers. 20. legimus. Quibus melancholico modo mente motis tremores accedunt, malignum, quæ quidem indicant, tremores atrabiliarijs delirijs familiares esse, cuius causam alibi adduximus, ipsiusmet humoris conditionem, qui quoniam aciditate participat, per hanc neruos anologia quadam lædit aceti instar, cuius natura quantum neruosis partibus sit infensa, omnes norunt. Sed non hac ratione tantum tremores phreniticis superueniunt. Sed etiam quando inflammatio phrenitidem constituens magna est, vt vicinis partibus communicari possit, cuius magnitudinis inditium erit delirij vehementia potissimum, & ideò ità habetur in Coacis vers. 124. In vehementer phreniticis tremores læthales sunt. Et in Prorretico ver. 48. Mentis emotiones tremulæ, obscuræ valdè, phreniticæ sunt. Quæ quidem manifestè indicant, phrenitidis vehementiam neruorum affectiones consequi. His igitur duabus causis da

trem o-

A tremorē,aut conuulſionem ſignificandā, cōcurrentibus atrębilis pręſentia,& inflammationis vehemētia,potus paucitas priorē cauſam arguit,atrębilis ſcilicet præſentiam,phrenitici enim potū non poſtulant,cauſa ſitifera etiā vrgente,non quia ſimpliciter mens ægrotat,hac ratione enim delirantes omnes paucibibi eſſent, ſed quia mens adeò alienatur, vt obiecta etiam vehementiſſima non percipiat. Quæ quidem mentis alienatio abſque atrabile fieri non poteſt. Alterius verò cauſæ præſentiam arguit ſonitus deſcendentis potus, idque duplici ratione. Primò quia cum talis ſonitus fiat arefactis partibus deglutioni deſeruientibus,vt colligere eſt ab ipſomet Hipp. lib.Coac.Præn. verſ.72. dicente. Qui in potibus ſubſtrepunt, & ſubmurmurant in ſiccis, & difficulter deglutiunt,&c. in phrenitide, quæ communiter ægrotātes ſputatores facit, ex Prorret.4.ſect.1.tanta ſiccitas faucibus, & gulæ communicari abſente earum inflammatione non poteſt, quin materia exuſta, & atrabiliaria concurrat. Hæc enim vtpotè
B ſiccißima dictam ſiccitatem impartiri poteſt. Sonitus ergò deſcendentis potus, quando ab extrema facultatis imbecillitate non dependet, vt in iam iam morituris contingit, atrębilis præſentiam atteſtatur,& hac ratione ad tremorem,aut conuulſionem indicandam concurrit. Significat etiam affectionis magnitudinem, quæ cum in inflammatione conſiſtat, hanc intenſiorem eſſe, & late patentem neceſſe eſt, huiuſmodi enim ſymptomata leuiores, & paruas inflāmationes non conſequuntur. Quod ſi cum Galeno in exegeſi voces illas χόες καθα πτόμενοι, ſtrepitum facilè ſentientes interpretemur, ideſt, ad quemlibet ſtrepitum expaueſcentes, eadem ratio omninò vigebit, cum enim hoc ſit ſymptoma atrabiliarium, atrębilis præſentiam indicabit, & ex conſequenti tremorem, aut conuulſionem explicato modo.

Verſ. 25. In febre ardenti ſonitibus aurium accedentibus, cum viſus hebetudine, &c. Mar.n.3.

Per febres ardentes ſucci aduruntur, indèque naturam contrahunt atrabiliariam, quia me-
C lancholica deliria inducunt, ſi eos cerebrum petere contingat,quod quidem in præſenti ſententia arguunt, aurium ſonitus,viſus hebetudo, & grauitas ad nares accedens. His ergo ſanguine è naribus non erumpente, vt additum eſt in Coacis verſ.170.in exſtaſim melancholico modo feruntur, naturæ humoris conuenientem. Cætera ad præſentis ſententiæ explicationem neceſſaria citatam coacam exponentes adducemus ſuo loco.

Verſ. 27. Mentis percuſſiones cum voce clangoroſa, linguæ conuulſiones tremulæ, &c. Mar.n.3.

Mentis alienatio, quæ græcè ἔκστασις dicitur, vehementes phrenitides conſequitur, vt aliàs adnotauimus,& ideò quotieſcunq. magnæ phrenitidis ſigna conſpiciuntur ἔκστασιν, futurā prædicere poſſumus. Magnæ & confirmatæ phrenitidis ſigna ſunt tremor cum voce clangoroſa, & conuulſione ipſius linguæ. Hæc enim maximæ ſiccitatis ſigna exiſtunt earum partium,quę cerebro ſunt proximiores,quod quidē abſque magna cerebri inflāmatione euenire nō poteſt.
D Quibus ſymptomatibus ſi durities accedat,ad extremum ſiccitatis rem deueniſſe ſignificatur quod etiam Galenus adnotauit. Meritò igitur ſubiunxit Hipp. durities in his pernitioſa eſt.

Verſ. 29. Voces tremulæ ſignum ſunt mentis non firmæ. Mar.n.3.

Hoc ſignum,aut accipiendum eſt pro maiori parte verum, quo ſignificato acceptū veram conſtituit ſententiā. Voces tremulas mentē inconſtantē ſignificare ob rationes à Galeno adductas, aut hæc legenda ſunt interrogationis nota appoſita, prout legitur in Coac. verſ.368.

Verſ. 30. In biliosis meracis alui egestionibus ſpumoſa ſtrulentia mala, tum aliàs, &c. Mar.n.3.

Malæ ſunt bilioſæ ſinceræ deiectiones,cum floridū colorem præſeferunt, & maximè ſi vlterius ſpumoſæ fuerint. Summū enim in corpore incendiū vigere atteſtantur, à quo bilis,non modo ſincera fit,& ſplendens proprio conſūpto ſero,ſed quaſi feruens ſpumā emittat,quę nō ità facilè in ſinceris humoribus excitatur,quemadmodū in aquoſis,quorū ſeroſitas ſpumæ ge
E nerandæ plurimū conducit,ità vt in his non adeò fortē causā arguat ſpuma, quemadmodū in meracis.Huiuſmodi ergò deiectiones omnibus malę ſunt,maximè verò ijs,quibus lūbi dolēt, aut mente non conſtāt; quia affectionē vigere non circà particulas ad aluum ſpectantes tantūmodo ſignificant, ſed etiā in venis maioribus, in quibus feruens ſanguis lumborū dolorē facit, mentemquè perturbat. In Coac.Pr.vbi hæc eadē ſententia regiſtrata eſt.Subſequentia annectuntur. Num autē his dolores? nec id abſquè ratione,eſt enim ſatis probabile,huiuſmodi humoribus ſecedentibus inteſtina vehementer morderi,indèquè dolorē circa ventrē excitari.

Verſ. 31. Rari circà latus dolores in his deſipientiam ſignificant. Mar.n.3.

Deiectiones præfatas ab humoribus ſummo feruore exuſtis dependere iam diximus,ſi igi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 501 sur 636

tur hi ex aluo superiora petentes, latus dolore inuadant, capiti maximè timendum, nam ca- A
lidi succi, quum sursum ferri incipiunt, non prius quiescunt, quam ad cerebrum peruenerint. Huiusmodi motum ad superiora indicant dolores per longa interualla latus inuadentes. Humores enim calidi, & acres, dum partes ventriculi superiores mordẽt, doloris sensum ad latus inducunt, vt aliàs ex Hipp. auctoritate demonstrauimus. Dixit autem raros dolores, ideſt, per interualla affligentes, vt dolores laterum in ipsomet latere consistentes excluderet, in quibus, quia humores parti infixi sunt, ad caput ascendere non solent. Hos verò dolores circà latus tenuiter consistentes dixit 3. Coac. Præn. 79.

Mar.n.4. *Vers. 36. Molestè ferne morbum cum perfrigeratione, si non sine febre exudent, &c.*
Hanc sententiam explicauimus lib. Coac. Præn. vers. 88.

Mar.n.4. *Vers. 38. Frequentes in phrænitidis permutationes conuulsoriæ.*
Præsentis sententiæ explicationem indicauimus lib. Coac. Præn. vers. 128. B

Mar.n.4. *Vers. 41. Sputationes in phrenitidis cum perfrigeratione nigra reuomuntur.*
Doctissimo Galeni comentario super prorrheticum hoc nihil addi posset vtile, si qua ratione niger vomitus refrigerationem indicet, exposuisset nobis. Huius igitur causam reijcerem in passionis vehementiam, quam nigra vomituri incurrunt, quæ causa est, vt spiritus, & cum illis innatus calor interiora petant ad maligni humoris expulsionem, indèquè partes exteriores refrigerentur. His accedit ipsiusmet humoris actualis frigiditas, quam, cum in eo terrestris substantia maximè vigeat, nec à naturali calore incalescat, eò quod à succo alibili longè distat, facillimè concipit. Aliàs enim demonstrauimus, sanguinem omnium humorum actu calidissimum esse, quia spiritibus naturalibus plurimum participat, quarè opposita ratione frigidissima erit atrabilis, quia ijs omninò destituta est. His igitur duabus causis ad corporis refrigerationem concurrentibus, dum nigra vomituri sunt, ægrotantes refrigerantur, febris C
acutie non obstante.

Mar.n.4. *Vers. 42. Surditas, & vrinæ non considentes, valdè rubicundæ innatantes mentis, &c.*
Hanc sententiam explicauimus lib. Coac. Præn. vers. 297. vbi repetita est.

Mar.n.4. *Vers. 47. Mentis emotiones tremulæ obscuræ palpatoriæ valdè phreniticæ, &c.*
Pro huius prorretici explicatione vide, quæ adnotauimus l. Præn. v. 63. & Coac. Pr. v. 96.

Mar.n.4. *Vers. 34. Torpores ex rigore non valdè apud seipsos sunt.*
Νωθρότης, segnitiem quandam in se attollendo, & mouendo apud Hipp. significat; quam quidem frigidis, pituitosisq. succis in corpore vigentibus fieri, non est difficile. At bile, eaque commota dominante huiusmodi segnitiem apprehendere, absque summa animalis facultatis læsione, est impossibile, quam quidẽ primo vapores inducunt, ab his verò humores ipsi ascendentes, quos biliosos esse præcedens rigor attestatur, deliria pernitiosa inducunt. D

Mar.n.5. *Vers. 49. Dolores circa vmbilicum palpitantes habent quidem aliquid, &c.*
Pro intelligentia præsenti prorretici. vidè expositionem nostram l. Coac. Præn. vers. 86.

Mar.n.5. *Vers. 51. Et dolorès circa suram in his mentis emotionem faciunt.*
Suræ venas plurimas continent, quæ in melancholicis atri humoris sedes euadunt, hæque vbi dilatatæ fuerint, varices dicuntur, de quibus Hipp. 6. Aphor. 21. inquit. Insanientibus, si varices, aut hæmorrhoides superuenerint, insaniæ solutio. Quotiescunq. igitur in melancholico humore præditis suræ dolent, id fit quia hic humor in ea parte abundans commouetur, copiaque distendendo dolorem inducit. Quia igitur huiusmodi dolor in melancholicis nigram bilem abundare, eamque commoueri significat, cuius cum venæ surarum non sint capaces, ad caput ferri nẽcesse est, propter consortium, quod inter has particulas intercedit, ideò delirium sequi, necesse est. Dixit autem in his, quia non omnibus dolor surarum delirium E
portendit, sed melancholicis tantummodo. Quod etiam ex lib. Coac. Præn. vers. 96. confirmatur: quo in loco etiam si de phrenitide loquatur, atræbilis tamen participem esse manifestant tremores, vt suo loco demonstratum est. In cæteris enim, qui neque delirant, neque dementiæ sunt dispositi, surarum dolores delirium non significant, nisi euanescat dolor, materia morbifica ad caput raptum habente.

Mar.n.5. *Vers. 52. Si innatarit quid in vrina, dolore circa femur dissipato, mentis, &c.*
Natura morbo dominante, quod vrinarum concoctio indicat, dolorem femoris dissipari materia morbifica ad nobiliorem partem translata, est impossibile. Postquam enim natura sui

iuris

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 502 sur 636

A iuris compositos ad partem ignobilem abscessum effecit, eum euanescere non permittit, sed humorem in ea parte continet, quousque in totum aboleatur. Quarè casus, quem sibi finxit Galenus, vt præsens prorreticum damnaret, totus metaphisicus est, & omninò impossibilis. Quotiescunq. igitur dolores partium infernarum de repentè euanescunt, id symptomatis loco perpetuò habendum est, timendumq. nè materia recurrens partem nobilem inuadat. Hanc verò partem præcognoscimus peculiaribus signis, & coniecturis. Nam si dolor, aut affectio quæuis aliquam aliam partem antè abscessum factum occupauerat, timendum est, nè recurrente abscessu pars illa denuò à morbo corripiatur, sin minus illis partibus timendum, quæ inter se cognationem aliquam habent, aut ei, quam humor ex sui natura potissimum inuadere solet. Quarè si euanescente abscessu enæorema adsit in vrina, quod materiæ leuitatem attestatur, capiti timendum est, quia humor noxius cum leuitate participat, non prius B quiescit, quam ad summum caput peruenerit, & hæc est ratio (ni fallor) cur enæorema signũ adeò firmum sit translationis humorum ad caput. Perpetuum igitur erit hoc, quod ab Hipp. statutum est. Dolore circa femur dissipato delirium consequi, si vrina sublimamentum habeat: idque eò firmius, si aliquod aliud signum accesserit, quod caput læsum attestetur, quale est aurium sonitus, aut aliud quid simile, idquè significare voluit Hipp. dum subiunxit, & qualia circa aurium sonitus contingunt, talia existunt.

Vers. 54. *In aluo liquida, delassato, caput dolenti, siticuloso, vigilanti, &c.* Mar. n. 5.

Pro huius prorretici intelligentia, vide Dureti expositionem lib. 2. Coac. Præn. c. 1. n. 16.

Vers. 56. *Exudantes & maximè circà caput in morbis acutis, &c.* Mar. n. 5.

Quæ in præsenti prorretico dubitationem facere possunt, explicauimus l. Coac. Pr. v. 64.

Vers. 59. *Alui interceptæ, sed parua, nigra velut caprarum stercora ad necessitatem, &c.* Mar. n. 5.

C Cum adstringi aluus pluribus de causis soleat, ea omnium deterrima est, quæ ab interna inflammatione dependet. Harum autem causarum distinctio ex multis habetur: potissimum verò ab excrementis ipsis: quæ etiamsi frequenter indurantur: vndè eorum exitus difficilior fit, non tamen in paruas ferulas conglobantur: quod ptoprium est eorum, quibus intestina gracilia summo exuruntur, cum siccitate, incendio, in crassioribus enim intestinis si in ferulas indurentur excrementa, hæ crassiores euadunt intestini amplitudinem referentes. Quotiescunq. igitur in febribus acutis excrementa alui, velut caprarum stercora apparent, necesse est, aliquam in visceribus inflammationem consistere, quæ intestinorum gracilium humidum penitus absumpserit, quo casu omnis euacuatio suspecta est: quemadmodum in qualibet systrophica inflammatione, quę confirmata sit, cum per eam morbus tolli non possit, & per euacuationem viribus non leuiter detrahatur, quod quidem incommodum ab omni euacuatione D contingit: potissimum verò à sanguinis eruptione, qui calidi innati fomes est, & fundamentũ, & ab ea præcipuè, quæ fit per nares, quæ à parte affecta nimis distant, vndè parti affectæ euacuatio nihil iuuat, caput verò non mediocriter lædit, præterquamquod hæmorrhagia in hoc casu mala est ratione signi, quatenus cerebri malè affecti symptoma est, quod iam compati inferioribus partibus incipit.

Vers. 61. *Quibus lumborum dolor diutinus, cum ardore fastidioso, & nauseabundo, &c.* Mar. n. 6.

Lumborum dolores febribus acutis sunt familiarissimi: fiunt autem sanguine ebullientę in vena magna lumbis ipsis adiacente, verum hi dolores non sunt continui, nec diutius permanere solent, quia dum febris intensio remittitur, remittuntur etiam dolores. Quapropter cum dolores diutius perseuerant circà lumbos ab aliqua inflammatione earum partium dependere necesse est, quam etiam certius demonstrat ardor cum anxietate, & nausea; E ille quidem ob æstum, quem inflammatio parit, anxietas verò, & nausea communicata affectione ipsi ventriculo, tum vicinitatis, tum societatis ratione, quibus nephritide laborantibus vomitus accedere nouimus. Quod si insuper sudatiuncula accedat, non solum præfatæ inflammationis erimus certiores, sed etiam exolutæ facultatis hoc erit inditium. Quibus stantibus quid boni sperandum est. Subiungit postea. Num his tremores fiunt, & vox velut in rigore? quia sæpè euenit, vt inflammatione spinali medullæ communicata neruosum genus afficiatur, indèquè tremores, & vox tremula, qualis in rigentibus obseruatur, contingat, vt exponit Galenus. Verum quia id non est perpetuum, ideò interrogationis notam de more apposuit. An atrabile concurrente tremores superueniunt, aliàs verò nequaquam.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 503 sur 636

Mar.n.6. *Vers. 68. Faciei bonus color, & vehemens toruitas malum.*

Hanc sententiam, quemadmodum quamplures alias præsentis operis exposuit diligenter. Duretus lib. 2. Coacarum Prænot. cap. 5.

Mar.n.6. *Vers. 70. Pernitiosa citrà signa leuia facta fuerint, mortem significant.*

Nihil notius est, etiam vulgaribus, quam præsens prorrheticum. Nam æger læthaliter affectus, si derepentè melius habere videatur, quia non longè post moritur, plerunque id vulgari sermone *Miglioramento della morte*, appellant. Quod quidem euenit, cum natura cedit morbo, vndè accidentia cessant, quæ ex eorum pugna, & naturæ conatibus dependent, caloreque innato emoriente febrilis calor remittitur, ab his enim falsa illa morbi alleuiatio dependet, quæ proximæ mortis prænuntia existit. Huic ergò fidendum non est, quotiescunque alia salutis signa non concurrunt: & ideò dixit Hippocrates, citrà signa mortem significant.

Mar.n.7. *Vers. 71. In acutis biliosis, præalbæ egestiones, spumosæ, circumbiliosæ malæ.*

Horum verborum sensus est. In morbis acutis ex bile dependentibus egestiones alui admodum albæ malæ sunt, malæ etiam sunt spumosæ, vndè quaq. biliosæ, quæ scilicet spuma non obstante, quæ ad albedinem semper tendere videtur, in totum flauo colore suffusæ sunt. Quorum hanc rationem adducerem. Bile dominante albæ deiectiones indicant, non solum nihil humoris noxij è corpore excerni, ità vt necesse sit, alicui parti infixum esse, sed etiam quidquid humoris biliosi quotidiè generatur, qui ad aluum expulsus excrementa alui inficere solet, in totum ad affectam partem ferri. Quod verò ad spumosas pertinet, cum tales fieri possint, & à flatuum copia spumam eleuante, & ab ingenti internorum incendio, sicuti prior causa non est per se læthalis, ità ab hac sententia excluditur per vocem illam: circumbiliosæ. In morbo enim acuto ex bile tot flatus generari, qui spumam in excrementis inducant, videtur omninò impossibile. Spumam verò nihil albedinis contrahere, signum est humorem ipsum saturato admodum colore infectum esse, quod absque summo viscerum incendio euenire non potest. Hunc verò esse præsentis sententiæ legitimum sensum indicant ea, quæ 3. Coac. Prænot. vers. 323. referuntur hunc in modum. In acutis spumosa circumbiliosa alui egestio mala, item valdè alba.

Mar.n.7. *Vers. 72. Malæ item vrinæ eiusmodi. Nam his hepar dolorosum est?*

Quod de alui excrementis dictum est, idem vrinis conuenire asserit Hipp. si enim in morbo acuto ex bile, vrina alba fuerit, pernitiosum esse, nemo negabit, eademq. in hac ratio viget, quam in deiectionibus albis attulimus. Similiter si vrina fuerit spumosa, & admodum biliosa, hæc etiam mala erit, ob assignatam rationem. Subiungit verò: num his hepar dolorosum est? id enim sæpius contingere, rationabile est, quando scilicet hepatis inflammati signa aderunt, non tamen necessariò, cum eadem excreta in alijs internis inflammationibus apparere possint, & ideò Hipp. interrogationis notam apposuit. Consentiuntq. hæc satis cum illis, quæ in Coacis registrata sunt, de spumosa circumbiliosa alui egestione vers. 332. hunc in modum: Spumosa circumbiliosa alui egestio mala est, sed & morbum regium ex talibus incurrunt. Hepate enim inflammato morbum regium accedere, satis notum est, vt in illius sententiæ expositione adnotatur.

Mar.n.7. *Vers. 7[illegible]. Febres ex hipocondriorum doloribus malignæ.*

Quam iniustè hanc sententiam damnauerit Galenus, si quis proprio Marte non intelligat, legat Dureti expositionem lib. 1. Coac. Prænot. num. 32.

Mar.n.7. *Vers. 79. Et vrinæ concoctæ malæ.*

Ex hac sententia patet, quam facilè sit hominibus errare, quando in adeò leui obscuritate caligarunt antiqui, ità vt ad verborum immutationem confugere fuerint coacti οὖρα ἐπίπονα, pro οὖρα πέπονα, legentes, quos latinus interpres secutus transtulit. Et vrinæ dolorosæ malæ. Non enim obseruarunt Hipp. paulò superius dixisse. Sitis præter rationem soluta in acutis, malum: ità vt dum postea subiungit: Et vrinæ concoctæ malæ, subintelligendum velit, illud præter rationem in acutis, quod quidem copula, &, satis demonstrat. Hæc enim sententia plurimum conuenit cum ea, quam libro Coacarum Prænot. legimus hunc in modum. Vrinæ, quæ derepentè citrà rationem paulisper concoquuntur, malæ sunt, & in summa, quæ citrà rationem matura est in morbo acuto, mala est. Animaduertendum verò est per vrinam con-

coctam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 504 sur 636

A coctam non intelligere eā, quæ verè concocta est: nam hæc sēper bona est, sed eam intelligit, quę notas, & signa præsefert coctionis: quæ quotiescunq. derepētè talis apparet, nunquā veræ cōcoctionis nota esse potest. Sicuti enim cōcoctio fit sensim, ità vrinas ex cruditate in coctionē paulatim permutari necesse est, & totum id importat vox illa, præter rationē. Dixit autem in acutis: quia in leuioribus morbis, sæpè vrinæ à morbi principio vsque ad iudicationem indicia præseferunt coctionis, & de his intelligendum est prognosticum illud. Vrina optima est, in qua residet album, læue, & æquale per totum tempus, donec iudicetur morbus, quemadmodum in eius explicatione demonstrauimus. Mar.n.

Vers. 78. *Et rubicundæ ex his florulentiæ detentæ, itemque æruginosæ, malæ sunt, &c.*

Si attentè leges, quæ Duretus adduxit ad Coac. 12. Tract. 4. cap. 3. quæ mihi est v. 262. sect. 3. quæ hic ab Hipp. proponuntur tibi manifesta erunt satis.

B *Vers.* 80. *Quæcunq. in diebus iudicatorijs cum anxietudine, absque sudore, &c.* Mar.n.7.

Instante crisi, quæ vt plurimum diebus criticis contingere solet, ægri inquieti fiunt, & anxiosi adeò, vt de illis astantes admodum timeant: quamuis non longè post sequatur excretio, siuè per vomitum, siuè per aliam euacuationem, per quam ægrotantes à morbo liberantur. Sudorem quidem præcedit provt plurimum rigor, si bilioſa peccent, aut horror, & perfrigeratio, si pituitosa potius abundent. Quotiescunq. igitur præcedentia omnia apparent, sudorq. non consequitur; symptomata ingraueſcentis morbi euadunt, quæ tantò firmiora sunt ad malum præsignandum, quantò critica ad bonum significandū preualent, quando in diebus iudicatorijs contingunt. Nam tempore pugnæ, quæ in diebus iudicatorijs ferè excitatur, si naturam morbo cedere contingat, aut victa succumbat, humores omnes ad interiora statim conuertuntur, vitæ arcem oppugnaturi; vndè in aliquo viscere inflammatio excitatur, cuius

C incipientis signum potissimum rigor esse consueuit, & ideò subiunxit Hipp. etiam, quæ ex his insuper rigent mala sunt. In Coacis vbi eadem legitur sententia vers. 52. postremorum horum verborum loco hæc habentur: & omnes, qui sine sudore perfrigerantur citrà iudicationem malè habent, quibus vniuersalem facit propositionem, quam de solis anxiosis hic protulisse visum est. Vtraque lectio (ni fallor) verum sensum, & rationabilem admittit. Vidè nostram eius loci expositionem, si libet.

Vers. 82. *Vomitus meraci, anxiosi, mali.* Mar.n.8.

Quia anxietatis duplex est natura, altera viscerum inflammationi succedens, de qua quarto Acutorum vers. 144. ab Hippocrate tractatum est, altera, quæ ab acri humore os ventriculi mordente ortum habet, & hæc postrema in tantum prauitate supradictæ cedit, vt illa omninò lethalis sit, hæc verò salutaris. Distinguuntur verò hæ anxietudinis causæ, vomitio- Mar.n.45.

D ne, quæ oris ventriculi affectiones ab humore irritante prout plurimum concomitatur. Vndè inferius hoc eodem libro vers. 101. legimus: Qui anxiè se iactantes citrà vomitum exacerbantur, malè habent, quasi cum vomitu nihil mali portendat. In hoc igitur citatam limitat sententiam, admonens non omnes anxietudines cum vomitu salutares esse. Quia quotiescunq. ea, quæ vomitu educuntur, meraca fuerint, anxietudo semper mala est, indicat enim intus latere causam, quæ si vomitiones meracas facit, anxietudinem salutarem excitare non potest, quia mala causa per se malos effectus semper parit. Mar.n.10.

Vers. 86. *Æstuosi rigores aliquatenus pernitiosi, & flammea facies cum sudore in his mala est. In his posteriorum partium frigiditas conuulsionem accersit.* Mar.n.8.

Hanc sententiam explicauimus in Coacis Prænot. vers. 8. quo in loco legitur priori voce tantummodo immutata, nam quod hic legimus τὰ καυματώδεα, in Coacis scriptum est τὰ καυ-

E ματώδεα, quarum lectionum quænam præferenda sit, ibidem indicauimus.

Vers. 89. *Dolor in pectus firmatus cum sopore, malus. Hi ardentes super, &c.* Mar.n.8.

Pectoris dolores, cum à pluribus excitari causis possint, ij tantummodo periculum inferre solent, qui ab inflammatione ortum ducunt, & hi per febrem communiter distinguuntur, quæ sicuti hos nunquam derelinquit: ità ijs rarò admodum associatur. De his igitur tractat præsens prorreticum, quibus si torpor accedat, quo nomine animalis facultatis læsionem intelligimus, quatenus diminutè operatur, periculum augetur. Nam sicuti torpor à capite læso dependens via quædam est ad apoplecticos affectus à capite oriundos, ità torpor in pectoris dolore firmato via quædam existit ad illud apoplexiæ genus, quod ab aortarum pulmonis

inflammatione euenire 2. Coacarum Prænot. vers. 287. docuit Hipp. & nos in eius coacæ explicatione confirmauimus, quarè si totalis paralysis ab aorta vehementer inflammata dependet, torpor, qui leuior affectio est, à leuiori inflammatione dictarum partium excitabitur, inflammatione verò in aortis pulmonis existente, periculum est, nè eadem cordi ob vicinitatem communicata (id enim frequenter contingere lib. cit. dicebat Hipp.) mors derepentè superueniat. Hanc verò communicationem prænostrabit febris super exacerbata, à qua ægrotantes exardescere videantur. Si enim parte aliqua à corde remota, etiam leuiter inflammata, totum corpus febrili calore incalescit, quia calor ille cordi statim communicatur, quid mirum si vehementer exardescat æger, quando ipsamet inflammatio cordi communicatur? Tantæ verò feritatis morbi causa referenda est in recursum, quem materia doloris à lumbis in pectus effecit. Hanc enim sententiam superiori coniungendam esse existimo, idque ex eò colligitur, quia dum hanc transtulit inter Coacas, inter eas collocauit, quæ ad lumborum affectiones pertinent. Nam ad quid de pectoris dolore eo loci tractatur? Sed & idem attestatur vox illa firmatus: inferens antea motum fuisse à lumbis, & indè in pectus constitisse. Sicque ratio est euidens mortis tam celeris, præter conditionem dolorum pectoris. Nam materia morbifica quadruplo malignior est post recursum, quam antè, vt aliàs adnotauimus. vers. 35. Prioris prorretici rationem adduximus in coacis. A B

Mar. n. 9. Vers. 90. *Qui nigra reuomunt, cibos auersantur, &c.*

Horum rationem attulimus in expositione lib. Acut. com. 4. vers. 396.

Mar. n. 9. Vers. 95. *Oris ventriculi dolor cum præcordio distento, & capitis dolor, malignum, &c.*

Hepate vehementer, & ardenter inflammato, præscripta symptomata oriuntur, quæ, & ratione vehementiæ, & dignitatis malignum morbum constituunt. Febres enim ex hipocondrijs malignæ, dicebat paulò superius. At si inflammatio ad partes spirituales se extendat, C mirum non est, si taliter affecti derepentè moriantur, quod proprium est earum affectionum, quæ cor inuadunt, vt paulò superius adnotauimus, extensionem verò inflammationis ad partes spirituales indicat potissimum cordis dolor, quo nomine si os ventriculi intelligimus, quia hoc inter hepar, & cor ipsum medium est, affectionem in cor ferri indicat, quod quidem eò euidentius laborare intelligemus, si vocem Καρδιη, in propriam significationem accipientes, cordis dolorem interpretemur, & fortasse huius vocis ambiguitate sententiam dubitanter protulit, quia non semper mors repentina sequatur, sed tunc solum, quando dolor nobilissimum viscus occupet, oris enim ventriculi dolor per se improuisam mortem afferre non solet. Quæ verò de Dysode addita sunt, qui cum præfatis accidentibus derepentè mortuus est, opinionem reijciunt Galeni, qui existimauit huius libri prædictiones ex particularis morbi obseruatione tantum ab Auctore constructas fuisse, imò totum oppositum confirmatur, D quia si ex vnica tantum huius morbi obseruatione prorreticum instituisset, cæteris symptomatibus vrinas fermentatas, & admodum rubicundas addidisset, ex quo eas in Dysode obseruauerat. Non apposuit autem, quia eadem accidentia absque vrinis præfatis, aut ipse, aut eius prædecessores adnotauerant. Rationabile tamen est, mortem derepentè sequi cum huiusmodi vrinis, quæ feruoris interni vehementiam attestantur.

Mar. n. 10. Vers. 100. *Horrores frequentes ex dorso, celeriter transalentes, molesti, vrinæ, &c.*

Super præsens prorreticum nonnulla adnotauimus in Coacis vers. 10.

Mar. n. 10. Vers. 101. *Qui anxiè se iactantes, citrà vomitum exacerbantur, malè habent.*

Rectè dixit citrà vomitum, non citrà nauseam, cum possit anxietas cum nausea fieri læthaliter affectis, quamuis longè grauior sit ea, quæ & sine nausea, & sine vomitu contingit. Anxietas enim duplicem habet causam, altera est quando virtus à corporis mole grauata, E figurā absque molestia non sustinet; vndè modo hanc, modo illam arripit. Altera est, quando os ventriculi afficitur. Quæ quidem affectio, & ipsa à duplici causa dependet. Nam vel inflammatio aliqua circà ventrem consistens anxietatem parit, & de hac locutus est Hipp. 4. Acutorum ver. 144. sub nomine febris anxiosæ, in qua hypocondria distenduntur, vel humores acres os ventriculi mordentes. Quotiescunq. igitur ab huiusmodi humoribus anxietas dependet, fieri non potest, vt febris exacerbetur, quin vomitus contingat, principijs paroxismorum familiaris, quarè si hic non sequatur, ab hac causa anxietas non dependet, sed ab aliqua prædictarum: quarum vtraque semper mala est. Hipp. igitur vt has duas anxietatis differen-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 506 sur 636

A differentias à priori minimè periculosa distingueret, apposuit conditionem illam, vt dum febris exacerbatur, vomitus non sequatur, nam eo casu anxietatis causa erit, aut summa virium imbecillitas, & in hac, nec vomitus, nec nausea apparet, aut inflammatio viscerum, quã nausea plerunquè concomitatur, dum ventriculus, quod sibi molestiam infert, expellere conatur, frustrà tamen, quia non humor in eo redundans, sed inflammatio est, quæ eum infestat. Adnotanda est igitur vox illa, exacerbari: quia extrà exacerbationem potest fieri anxietas sine vomitu, quæ tamen ab humoribus os ventriculi mordentibus excitetur; dummodo nausea adsit, quos sæpè natura expellere non potest, nisi sponte moueantur, quod in exacerbationum principio contingit, quam distinctionem cum non agnouerit Galenus, auctoris dicta de more damnauit.

Vers. 102. *A ventre tenuia non sentienti ei, qui est apud se, perniciosum: velut hepatico.* Mar. n. 10.

B Differt prorreticum hoc à Coaca illa sect. 3. vers. 387. læthalis quoquè omnis est, quæ sensum ægri fugiens exit, quia sicuti prorreticum Coaca vniuersaliter verius est, ità Coacæ addenda erat conditio illa, ei qui apud seipsum est; quemadmodum & altera, tenuia. Non enim verum est, omnes alui egestiones inscio ægrotante excretas, læthales esse, quia si ob resolutionem musculi sphincteris vocati, & partium ad sedem pertinentium, id contingat, ex sui natura non est pernicioſum, quemadmodum, si cum mentis alienatione id fiat. Hoc enim symptoma tunc solum pernicioſum est, quando à summa virium imbecillitate dependet, quarè vt omnes alias causas excluderet, duas illas conditiones apposuit: Ei qui apud se est, quæ mentis alienationem excludit, & aliam tenuia, quia vbicunquè à resolutione partium ad sedem spectantium alui excrementa ægro inscio exeunt, non sunt tenuia, sed naturali cõsistentia prædita, eò quod torpescente ob resolutionem expultrice facultate, fœces tardè expelluntur, ità vt in transitu

C exiccari contingat, quod non euenit, quando à virium imbecillitate id euenit, eò enim casu naturalis facultas imbecilis existens alui excrementa reddit liquidiora, vt facillimè, & inscio ægro descendant. Addidit autem, velut hepatico, non vt inferret, id perpetuò hepatis vitio euenire, sed vt propria obseruatione prorreticum quodammodò confirmaret.

Vers. 104. *Vomitiones exiguæ, bilioſæ, malæ, tùm aliàs, tùm ſi inſuper vigilauerint &c.* Mar. n. 10.

Præsens prorreticum explicauit non ineptè Galenus in comento, quemadmodum hoc æmulans coacam Duretus tract. 4. cap. 1. coac. 8. Doctissimis quorum comentarijs adde. Id in bilioſis vomitibus verificari, non in pituitoſis, tùm signi, tùm causæ ratione, signi, quia pituita ventriculũ obsidente, etiam si in pauca quantitate excernatur, non ob id semper malum portendit, quia ob eius visciditatem, non expultricis imbecillitatem id fieri potest. Ratione causæ, quia materiæ pituitoſæ non est adeò facilis raptus in caput, aut ad aliam princi-

D pem partem, quemadmodum bilioſæ, vt ex eius commotione, nisi in totum educatur, aliquod huiusmodi malum timeri possit.

Vers. 105. *Quibus ex partu alba detinentur cum febre, ſurditasq. adeſt, & in latere &c.* Mar. n. 10.

Puerperij quelibet purgatio suppressa mulieribus semper infensa est, vt ait Galenus, verum pro diuersitate materiæ, diuersimodè etiam eas lædi est rationabile. In hoc igitur prorretico albam cum febre periculosam esse ait Hipp. quia hæc nihil aliud est, quam humor in vasis vteri corruptus, & in saniei naturam ex corruptionè transmutatus. Alba enim purgamenta pituitæ, nec febrem, nec surditatem, nec dolorem lateris acutum inducere solent. Quoniam verò alba prædicta purgamenta ex corruptione genita summa prauitate sunt prædita, si supprimantur, cæteros corrumpunt humores, qui ad caput anadrome facientes, cuius suspicionem surditas facit, non simplex delirium, sed læthale accedere, rationabile est. His si quæ

E Galenus in suo comentario, & Duretus tract. 3. coac. 15. tradiderunt, addideris, præsens prorreticum non egebit pluribus.

Vers. 109. *Sydérationes repentinæ ei, qui exolutè, ac diutinè inſuper febrijt, &c.* Mar. n. 10.

Huius prorretici expositionem inuenies sect. 3. Coac. Præn. vers. 55.

Vers. 116. *Quibus ſpiritus retrahitur, vox autem ſtrangulatoria eſt, &c.* Mar. n. 11.

Hanc sententiam explicauimus sect. 2. Coac. Præn. vers. 16.

Vers. 118. *Caput dolentes, & ſtupore detenti, delirantes, aluo intercepta &c.* Mar. n. 11.

Et hanc pariter exposuimus in Coacis sect. 1. vers. 236.

Vers. 123. *In febribus ad hypocondrium dolores, ſine voce, niſi ſudore ſoluantur, &c.* Mar. n. 11.

In hoc

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 507 sur 636

In hoc prorretico rationabiliter de vitio scriptoris dubitari potest, si affirmanter legimus illa verba, sudore si soluantur, maligni sunt, vt omnes Græci contextus habent. Non ratione tantum, quam Galenus adducit, eò quod solutiones sine euacuatione sunt infidæ, cum euacuatione autem tutiores, quandoquidem sæpè melius est, euacuationem nullam subsequi, quam euacuari ea, quæ morbo non conueniant, nec esset inconueniens in quibusdam affectibus, non bonum esse, morbum cum particulari quadam euacuatione leuari, quippè qui aliam exposcat. Nam & idem Hipp. similem sententiam dubitanter protulit inferius vers. 176. hunc in modum. Num & sudore leuari plurimis non malum est? quasi aliquando malum id esse possit, quemadmodum in eius sententiæ explicatione demonstrabitur. Sed potius, quia in Coacis Præn. vers. 83. sect. 2. vbi eadem sententia ad verbum registrata est, quod in prorretico legitur ἱδρῶτι λυόμενοι, id est sudore soluti ἀνιδρώτι λυόμενοι, id est sine sudore soluti, habetur. Ad alteram verò Galeni oppositionem dicerem, non esse præter rationem superueniente ardenti febre, indèq. aluo aceruatim, & multum deijciente, pernicioſum esse. Quia præterquam quod febres ardentes non solent tutò per alui fluorem iudicari, repentinam, copiosamquè euacuationem ferre impossibile videtur eum, qui ex priori morbo debilitatus in febrem ardentem inciderit. Vide ad finem expositionis Coacæ vers. 168. sect. 1. Commentaq. sunt, ea, quæ de signis coctionis, & de alijs ad optimam crisim conditionibus requisitis adducit Galenus, quia cum hæc naturæ dominium consequantur, ineptas, incongruasq. euacuationes præcedere, & concomitari est impossibile, quandoquidem dum natura præualet morbo, vias optimas semper arripit, euacuationesq. secundas facit.

Mar. n. 25.

Mar. n. 12. *Vers. 126. Quibus affectiones ardentes fatuitatem induentes &c.*

Quid pro tutela præsentis prorretici ab omnibus expositoribus reiecti, afferri posse videatur nobis, in expositione eiusdem lib. Coac. Prænot. vers. 275. sect. 1. inuenies.

Mar. n. 12. *Vers. 131. Ex capitis dolore vocis interceptiones si sint cum sudoribus &c.*

Hanc pariter sententiam explicauimus eodem in loco vers. 389.

Mar. n. 12. *Vers. 134. Manus tremulæ, caput dolentes, collum dolentes, surdastri, mingentes &c.*

Hoc in loco mentionem facit vrinæ densæ, vox quidem, cuius significatio, sicuti apud Hippocr. non satis perspicua est, ità quid hic per vrinas densas intelligat, apud interpretes ambigitur, has tamen vrinas adnotauit lib. 7. Epidem. sect. 2. vers. 454. vbi hæc leguntur. Poliphantes in Abderis caput dolebat in febre vehementi: vrinæ tenues multæ, subsidentiæ densæ, & conturbatæ, & paulò inferius, consimiliter etiam Eualidæ famulæ, quum multo tempore densæ vrinæ prodijssent, & capitis dolores adessent, phrenitica facta mortua est, eodem modo ex vehementibus doloribus. Nam vrinæ densæ, & conturbatæ (subiungit idem Hipp.) exactum signum sunt doloris capitis, conuulsionis, & mortis, ex quibus locis videtur colligi posse, per vrinas densas intelligi eas, quæ densam habent, aut substantiam ipsam, aut contentum solum, densaq. vrinæ substantia dicitur ea, quæ crassitudinem habet simul compactam, vt nihil diaphani in ea appareat. Densa pariter subsidentia erit, quæ non modo crassa est, sed in vnum coacta, & tota sibi cohærens: quam vt ab æquali distingueret, conturbatam addidit: quo nomine ea significatur subsidentia, quæ non in vrinæ fundo simul cohærens à tota vrinæ substantia sibi superstante distinguitur, sed per ipsammet inferiorem vrinæ partem dispergitur, subsidentiamq. copiosiorem, & satis confusam facit cum densitate, propter ipsius materiæ crassitudinem, quod quidem interni feruoris opus existit, vt non sit mirum, si hoc in loco asserat Hipp. vrinas nigras cum sedimento denso, & conturbato capitis dolorem, manuum tremorem indicare. Manuum enim tremores hoc in loco vocat Hipp. motus quosdam exiguos manuum, quos recentiores iestigationes, seu motus conuulsorios appellant: suntq. principium conuulsionis, quam à sedimento denso, & conturbato præsignari, iam diximus. Quemadmodum igitur hoc sedimentum capitis dolorem, & conuulsionem significat, ità niger vrinæ color excretiones nigras portendit, an verò per aluum, an per aliam viam talis excretio futura sit, non expressit Hipp. hoc in loco, per vomitum verò expectari debere, colligimus ex ijs, quæ leguntur in Coacis sect. 1. vers. 260. vbi inquit: caput dolentes, surdastri, manibus tremuli, collum dolentes, mingentes nigra, condensata, vomentes nigra, perniciosè habent. Patet enim vnam, & eandem esse sententiam, in diuersos tamen vsus prolatam. Nam in coacis refertur tantummodo in

Mar. n. 54.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 508 sur 636

A do in prognoſticum extremi euentus, & ideò inquit, pernicioſum, hoc autem in loco ex hac docemur prædicere futurum vomitum nigrum & inde extremum exitium, ſubiungit enim in fine pernicioſum, in reliquis vide Galeni commentarium.

Verſ. 138. *Ex colli dolore ſoporoſo, ſudanti, aluus inflata, ſi ſanè ad neceſſitate liquida etc.* Mar. n. 13.

Hæc tria in textu relata ſymptomata humorum copiam atteſtantur. Nam colli dolor fit propter venas iugulares iſdem humoribus repletas. Sopor caput repletum indicat, ſudorque tandem humorum abundantiam in toto corpore atteſtatur, cæterum vlterius peculiaria quædam indicant, nam colli dolor humorum raptum ad caput præmonſtrat, ſopor iam caput affici ſignificat, cuius quidem affectionis cauſa proximior eſſe conſueuit, modò frigidus, humidusq. ſuccus in capite abundans, modò vapor ab omnigenis ſuccis ab inferioribus partibus ad caput eleuatis. Vapores enim ab humoribus etiam biliоſis in aluo ſtabulantibus elatos ſoporem inducere, à nobis demonſtratum eſt lib. 7. Epidem. verſ. 487. ſect. 2. B Sudor autem non repletionem modo, ſed humorum agitationem indicat, quos, ſi calidi fuerint, in caput tandem eleuari, rationabile eſt. Quarè cæteris concurrentibus, quibus cerebro minatur malum, huiuſmodi ſudor calidis ſuccis dominantibus, raptus humorum in caput præſagium erit certiſſimum. Quotieſcunque igitur cum dictis accidentibus intumeſcit aluus ab humoribus illùc confluentibus, nec indè aluus ſponte ſoluatur, ſed artis auxilio egeat, indèq. tenuia, & aquoſa deijciat, ſignum erit humores in ventre retineri, non equidem ob eius ſiccitatem, ſed quia ſucci ſuperiora potius, quam inferiora petunt, & ſi excretiones non fuerint biliоſæ humori reſpondentes, quem in corpore dominari eſt rationabile, ſed aquoſæ potius, bilem ſurſum tendere etiam clarius indicabunt, quæ etiam deterioris conditionis reddita ſit ob ſegregationem propriæ ferоſitatis ad inferiores partes ſecedentis, C hoc enim modo bilis ex flaua fit virellina, indèq. exuſtionem perpeſſa æruginoſa, & tandem atra, vt mirum non ſit, ſi in caput delata vehementiora deliria inducat, qualis eſt exitaſis, de qua in textu, indèquè mors ineuitabilis ſuccedat, vt alibi ab Hipp. traditum eſt, cæterum, ſi talia ſeruentur, ità vt æger præfatis ſymptomatibus prægreſſis non fiat exſtaticus, ſuperſtesq. maneat (idq. contingere eſt rationabile, quando eadem ſymptomata non à biliоſorum humorum copia dependent, ſed potius à cruditatibus in ventriculo exiſtentibus, à quibus eleuati flatus aluum in tumorem attollant) tunc morbus in longum tempus protrahitur, ſicq. liquida alui excretio erit pars ipſius humoris peccantis, quo caſu talia excreta erunt meliora, vt ex his pateat ratio, cur Hipp. nō ſimpliciter dixerit, profluuia nō biliоſa eſſe meliora, ſed interrogationis nota appoſita, quia aliquando ſunt meliora, aliquando peiora, pro ratione humoris, à quo cætera ſymptomata dependent, quia ſi hic erit humor crudus, & pi- D tuitoſus, meliora erunt prædicta excreta, ſi bilis, peiora ob allatā rationem, cuius quidē materiæ diuerſitatem reſpiciens ſubiunxit interrogatiuè, ſimiliter: & flatuoſo tumori profuerit?

Verſ. 142. *Alui circumtenſio, ad neceſſitatem liquida demittens, citò intumeſcens, habet &c.* Mar. n. 13.

Hæc eadem ſententia regiſtrata eſt in Coacis, ſect. 3. verſ. 360. pro cuius explicatione non eſt recedendum à Dureti comentario. In his autem adnotanda eſt differentia inter deiectionem liquidam ad neceſſitatem excretam, quæ ſcilicet ægrotāti neceſſitatem deijciendi infert, quamuis cū difficultate, & nixu excernatur, inter eamquè, quæ nullo modo ſponte excernitur, ſed artis auxilio eget, etiam ſi liquida ſit. Prior enim ab inteſtinorū affectione dependet, eſtq. ſymptoma quodāmodo dyſentericum, poſterior autē fit, quando humores anadromē in caput facturi ſunt, pro vt in præcedenti ſententia explicatum eſt, & ideò huiuſmodi excreta præſentis textus conuulſionem minantur neruoſo genere, aut ſpinali medulla cō- E patiente, ob conſortium, quod cum inteſtinis habent, vt puta neruoſis partibus in hoc caſu affectis, in ſuperiori autem phrenitis potius ſuccedit, quia venis mediantibus humorum in caput fit tranſlatio, cuius colli dolor eſt index, vt in præcedenti textu adnotauimus.

Verſ. 145. *Quibus circa lumbos, & tenue diuturni dolores ad hypocondrium ſe &c.* Mar. n. 13.

Hanc ſententiam explicauimus ſect. 2. lib. Coac. Præn. verſ. 111.

Verſ. 151. *A principio exudantes vrinis coctis, ardentes, qui circa iudicationem, &c.* Mar. n. 14.

Vide expoſitionem præſentis prorretici in Coacis ſect. 1. verſ. 266.

Verſ. 153. *Vterum gerentibus capitis dolores ſoporoſi cum grauitate fientes, mali &c.* Mar. n. 14.

Et hanc pariter ſententiam explicauimus in Coacis ſect. 3. verſ. 154.

Verſ.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 509 sur 636

Mar.n.14. *Vers. 155. In faucibus gracilibus dolores strangulatorij, habent quid conuulsorium, &c.* A
Hoc prroreticum etiam si diuersimodè satis descriptum sit, eundem tamen sensum habet cum Coaca sect.2.vers.11.super quam nostram aperuimus sententiam.

Mar.n.14. *Vers. 158. Tremores conuulsorij fientes in sudoribus, reuerti solent. Iudicatio his &c.*
Quæ super Coacam adduximus sect.2.vers.162.huic prorretico satisfacere possunt.

Mar.n.14. *Vers. 160. Lumborum dolor, & capitis dolor, & oris ventriculi dolor cum excreatione &c.*
A Dureti expositione recedendum minimè esset, si communem lectionem secutus fuisset, verùm quia antiquorum exemplo eam permutare est ausus, non in totum eius expositio probatur, quod enim omnes Græci contextus ὑπόνυτον, ideſt submutum legunt, ipse νάδακρυν, hoc est, grauis apposuit, separatamquè lectionem faciens vertit, cum crisi grauis est rigor. Quæ sententia etiam si vera sit, tamen quia nec vulgatæ lectioni respondet, nec quidquam cum præcedentibus, & sequentibus conuenit: non vt Hipp. germana, sed interpretis, accipienda est, qu propter à vulgata lectione recedendum non esse mihi videtur, cuius sensus est. Rigorem huiusmodi ægrotantibus supernenientem leuem obmutescentiam inducere, cuius sententiæ ratio est, quia cum quatuor adducta symptomata. Lumborum dolor, ca dialgia, capitis dolor, & violenta excreatio indicent, ventriculum malè affectum, ab affectione quadam inflammatoria, cum præsentia acris materiæ, quæ irritando inanem illam exeandi contentionem inducat, his succedere conuulsionem est satis rationabile, capitis dolore eam præmonstrante, orisq. ventriculi dolore eandem producente ob consortium, quod ventriculus, neruosus existens, cum neruoso genere habet. Quapropter, vigente in ventriculo huiusmodi affectione, si criticus rigor superueniat factus à materia à ventriculo discussa, & per sentientes particulas illas mota, non est inconueniens partes voci inseruientes ità lædi, vt æger submutus in ipso rigore fiat. Dixit autem circà iudicationem, vt rigores excluderet ab alijs causis excitatos, in quibus materiam in ventriculo contentam in proximiores partes diffundi non est necesse, ità vt obmutescentia inducatur. Hæc postrema verba, submutumq. cum iudicatione rigorem, in Græco contextu Fræboniano non leguntur, nec interpres in latinum transtulit, nihilominus quia Galenus, & cæteri expositores antiqui in proprijs habebant exemplaribus, & in Coacis Præn. leguntur, ideò à nobis silentio prætereunda non erant, nè obscuritatem verborum subterfugere videremur. B C

Mar.n.15. *Vers. 163. Fauces parumper exasperatæ, & venter murmurans &c.*
Hanc sententiam explicauit Duretus lib. Coac. Præn. 2. cap. 10. Coac. 7.

Mar.n.15. *Vers. 169. Somnus multus in his conuulsorius, & dolores in fronte graues &c.*
Somnum multum, siuè longum parere conuulsionem, quibusdam inter rerum videtur dubium, existimantium somnum etiam longissimum dummodò profundus non sit adeò, vt æger difficile excitetur, nunquam causam habere præter naturam posse, sed falluntur meo iudicio, quia quotiescunquè caput valdè repletum est humoribus, siuè etiam vaporibus crassioribus qui à moderato somno, vel ob causæ resistentiam, vel caloris imbecillitatem dissipari non possunt, fit somnus diuturnus, à quo tamen ægri facilè excitantur, etiam si statim denuò collabantur in somnum, idq. malum esse quotidiè obseruatur. Vndè Hipp 2, aphor. 3. dixit somnus, & vigilia vtraquè si modum excesserint, malum. Si itaq. conuulsio æquè fieri potest, & à repletione & ab inanitione, non est incõueniens capite repleto, quod longus somnus indicabit, conuulsionem superuenire in hoc casu, in quo præcedentia symptomata acri humoris miscellam arguunt, quæ irritando conuulsionem excitare potest. D

Mar.n.15. *Vers. 166. Vrinæ suppressio, quibus rigores, & in conuulsorijs affectibus, velut &c.*
Vrinæ suppressio in febribus contingit tùm affecta vesica, tùm vrinæ materia aliò conuersa, & in vtroquè casu rigores fiunt, diuersimodè autẽ, nam vbicunquè vrina supprimitur, eò quod serositas aliò conuertitur; rigorem præcedit vrinæ suppressio, dum scilicet eadem materia versus cutim mouetur, per sudorem excernenda, vndè lib.6. Epidem. sect.1. vers.20. legimus. Antè rigorem vrinarum suppressiones si ex bonis fuerint, &c. in suppressione autem, quæ fit affecta vesica, rigor vrinæ suppressionem præcedit, in hoc enim casu rigor fit, dum inflammatio vesicam corripit, suppressio autem vrinę indè succedit, quando vesicę inflammatio eiusdem orificio communicatur, & sicuti hæ duę vrinarum suppressiones rigoris accessu differunt, ità etiam diuersis fortiuntur fines. Quæ enim rigori superuenit, conuulsionem parit lethalem E

ob in-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 510 sur 636

ob inflammationem veſicę, cui neruoſum genus facillimè compatitur. Quæ verò rigorem præcedit vrinæ ſuppreſſio, ſudorem criticum prout plurimum adducit, vtrunquè exitum verò ſignificauit Hipp. in textu, primum quidem, dum inquit, & in conuulſorijs affectibus, ſecundum verò per illa verba, vbi inhorruit, ſudauit, hic enim, vt pluribus alijs in locis rigoris, & horroris nomina confunduntur. Vndè patet antiquæ lectioni malè adiectum fuiſſe: & ipſa vbi inhorruit ſudauit, quam lectionem Quintum ſolum agnouiſſe teſtatur Galenus.

Verſ. 168. *Meracæ deſinentes purgationes omnibus quidem exacerbatoriæ ſunt, his &c.* Mar. n. 15.

Hæc ſententia iiſdem ferè verbis legitur in Coacis ſect. 3. verſ. 350. vbi noſtram de ea ſententiam aperuimus, quæ quidem ad hoc prorreticum accommodata indicant nobis, per meracas deſinentes nos debere intelligere eas, quæ cum à principio meracæ non eſſent, indè poſteà tales fiunt, & tunc fluere ceſſant. Talis enim ceſſatio duplici ratione mala eſt, primò, quia non lege optimæ ſolutionis facta eſt, quæ ſtatuit deiectiones paulatim craſſitudinem acquirere, iuxtà ſententiam lib. de Iudicationibus verſ. 7. Denſari verò oportet alui egeſtionem, inquit, morbo ad iudicationem tendente, ſecundò, quia in meracis deſinit, quæ ſi malæ ſunt dum exeunt, quantò peiora erunt dum retinentur? vndè non eſt mirum, ſi indè morbus exacerbetur, qualiſcunquè ſit, & maximè conuulſiones, noua accedente ad caput maligna materia, ex ſuppreſſa alui deiectione eadem ratione, parotidas aliquando apparere, ijs inquam, in quibus pituitæ copia ſimul viget, eſt ſatis probabile. Mar. n. 1.

Verſ. 170. *Turbulentæ ferociſſimæ & ſomno excitationes conuulſoriæ ſunt, tùm alias, &c.* Mar. n. 15.

Huius prorretici rationem adduximus lib. Coac. Præn. verſ. 107.

Verſ. 131. *Et colli, & dorſi perfrigerationes apparentes, ſed & per totum corpus, in his &c.* Mar. n. 15.

Hæc eadem ſententia in Coacis verſ. 108. legitur ſolum ab hac differens, quia ibi vrinas pelliculoſas appoſuit, in hac verò ſpumoſas. Quid autem per vrinas pelliculoſas intelligẽdum ſit, & qua ratione hæ futuram conuulſionem præmonſtrent, loco citato aperuimus, vbi vulgatam lectionem tutati ſumus. An verò ſpumoſæ etiam idem ſignificent, an vox pro voce, tranſcriptoris vitio irrepſerit lectoris iudicio iudicandum permitto, ex quo Galenus, quæ ratione vrinæ ſpumoſæ ſignum ſint conuulſionis, proprio docet commentario, quem ſecutus Duretus, coacam per prorreticum corrigendam cenſuit. Quod verò hoc in loco addita ſunt verba illa: Vnà cum animi deliquio, & oculorum obſcuratio, non ob id coacta, in qua deſiderantur, manca habenda eſt, quando ſine his ſententia vera eſt, cum his tamen non ſolum expectanda eſt conuulſio, ſed proximam eſſe aſſerendum eſt, vt Hipp. adnotauit in textu.

Verſ. 174. *Cubiti, & colli dolores conuulſorij, à facie autem hi, & in faucibus.* Mar. n. 15.

Quia in omnibus antiquis codicibus Græcis coniunctio, & in faucibus appoſita eſt, non hoc tantum in loco, ſed etiam in Coacis Præn. ſect. 2. verſ. 22. vbi eadem ſententia legitur, deò præcedentibus copulanda mihi videtur particula illa: & in faucibus, ità vt aſſerat Hipp. cubiti, & colli dolores à facie, & ad fauces initium habentes conuulſionem indicare. Quæ verò ſubſequuntur, alteram conſtituunt ſententiam, quæ ità ſe habet: ſonitus frequentes cum ſaliuæ ſputatione in his (conuulſis ſcilicet) in ſomnis ſudores boni. Num, & ſudore ſubleuari plurimis non malum? nam rationabilior mihi videtur cæteris antiqua lectio, quæ habet ἔχει συχνοὺς, ideſt ſonitus frequentes, per ſonitus accipiendo eos, qui in auribus fiunt, quando eadem voce ſæpius vſus eſt Hipp. in hac ſignificatione, & quam proximè hoc eodem libro verſ. 25. vbi inquit, ἐν πυρετῷ καυσώδει ἤχων προσγινομένων, &c. ideſt in febre ardente ſonitibus aurium accedentibus, &c. fiunt autem huiuſmodi aurium ſonitus præ alijs cauſis, vbi humor copioſus, ſiuè in toto, ſiuè in capite agitatus in vaporem, ſiuè flatum conuertitur, qui in meatu auditorio conuoluitur, & ſonitus ſenſum ægrotanti inducit. Hancq. cauſam arguit ſputatio frequens, de qua in textu. ſtante hac igitur humiditatis abundantia, non eſt mirum, ſi ſudores frequentes in ſomnis contingant, qui quidem cum critici perfectè non ſint, multam humiditatem ſignificant: vt in aphoriſmo admonemur, veruntamen, quia per hos pars humoris prædominantis educitur, ideò ægrotantes indè ſubleuari cõtingit. Subiungit verò Hipp. num, & ſudore leuari plurimis non malum eſt? interrogationis nota appoſita, quia ab his non ſemper perfectè liberantur ægrotantes, quando ſæpè moribundis ſuperuenire huiuſmodi ſudores obſeruantur, qui ab exolutione dependent, vndè calido innato ad extinctionem tendente, ſenſus omnis rei moleſtæ ægrotanti tollitur, quæ ſubleuationis ſpeciem præſefert,

©BIUM

fert, dum paulò post inexpectata mors succedit.

Mar. n. 15. *Vers. 177. Dolores ad infernas partes, his toleratu faciles.*

Dolores à collo, & à cubitis, si ad thoracis partes, aut ad ventriculum, aliuduè intrinsecum viscus conuertantur; etiam si hæ particulæ sint prædictis inferiores, non tamen hic motus propriè loquendo dicetur ad inferiora, sed potius ad interiora. Quarè dum hoc in loco ait Hipp. ad infernas partes, intelligit illas, quæ sunt eiusdem naturæ, exteriores inquam, & in hunc sensum recepta sententia vera erit, & rationabilis, partes enim inferiores data paritate prædictis sunt minus sensibiles, vndè causas dolorificas etiam minus percipiunt. Præterea dum dolores ad inferiores partes descendunt, signum est eorum causam mitiorem effectam esse, vndè dolores mitiores fieri necesse est.

Mar. n. 16. *Vers. 177. In febribus exudantes caput dolentes, aluo intercepta, conuulsi fiunt.*

Huius prorretici rationem reddidimus lib. Coac. Præn. vers. 129.

Mar. n. 16. *Vers. 178. Friabiles liquidæ alui egestiones perfrigerantes non sine febre malæ, &c.*

Præsentis sententiæ verum sensum assecutus esse mihi videtur Duretus in coacis tract. 4. cap. 4. num. 19. Quomodo autem rigores ex his vesicam, & ventrem occupantes dolorosi sint, non explicauit, ego verò dicerem, quemadmodum præfatæ egestiones calidi innati summam debilitatem attestantur, & maximè earum partium, quæ naturali facultati inseruiunt, rationabile est, si rigor circà ventrem, & vesicam fiat, materia ad partes illas, vt potè imbecilliores, translata, in ijsdem dolores excitari, quæ si indè inflammationem contrahant (rigores enim internas inflammationes præcedere, notum est) conuulsionem expectare oportet, ob consensum, quem prædictæ partes cum neruorum principio habent, cuius conuulsionis prænuncius erit sopor, vapore ad caput ex infernis eleuato, quolibet enim humore à partibus ad ventrem inferiorem spectantibus ad caput euaporante soporem excitari iam sæpius adnotauimus, hæc autem euenire cum non sit omninò necessarium; ideò Hipp. eo docendi modo vsus est, prout legitur in contextu.

Mar. n. 16. *Vers. 181. Quæ in acutis vomitorio modo trahuntur, mala sunt, & albæ, &c.*

Quid ad Galeni commentarium pro explicatione præsenris prorretici addi possit, non habeo. Dum verò auctor necessaria vniuersaliter, contingentia verò dubitanter pronunciat, laudandus, non ex more ab eo damnandus erat.

Mar. n. 16. *Vers. 186. Quæ ex lumbis ad collum, ac caput progressa sunt, & leuis &c.*

Vide explicationem nostram sect. 2. Coac. Præn. vers. 104. quo in loco hæc sententia registrata est.

Vers. 189. Conuulsiones in his, quæ ab vtero, strangulantur, sine febre, faciles sunt, &c.

Mar. n. 17. Huius expositio petenda est ex his, quæ lib. Coac. Præn. sect. 2. vers. 165. adnotauimus.

Mar. n. 17. *Vers. 190. Vesica intercepta tùm alias, tùm cum capitis dolore, habet quid conuulsorium.*

Et hanc sententiam pariter exposuimus lib. cit. sect. 3. vers 299.

Mar. n. 17. *Vers. 193. Num, & ossium circà tempora dissectiones conuulsionem accersunt? aut &c.*

Huius sententiæ sensum assecutus esse mihi videtur Galenus, verum ob contradicendi studium, præceptoris dictis acquiescere non omninò potuit: quamuis hæc doctrina omni difficultate careat, certum est enim, ossium dissectiones sæpè conuulsiones parere, & potissimum, quæ sunt in temporibus, vndè 3. Coac. Prænot. legimus. Quibus tempora secantur, conuulsio ex contrarijs sectioni partibus oboritur, verum quia id non est omninò necessarium, ideò dubitanter id pronuntiauit. Ebrium verò capite vulneratum conuulsionem incurrere, rationabile est: dum capitis repletio à vino occasione vulneris, neruorum principio impingitur, similiter si homine percusso à principio sanguis multus effluat, periculosum est conuulsionis, quia scilicet, vel magnā læsionem indicat, vel quia sanguine copioso educto, vt vacuum expleatur, quæ in capite sunt venæ acri materia replentur, quæ neruosum genus irritando conuulsionem facit, hoc enim pacto conuulsio inanitionem consequitur.

Mar. n. 17. *Vers. 195. In sudore sputa defluentia febricitanti, leuia sunt &c.*

Expositionem præsentis prorretici habes sect. 2. Coac. Præn. vers. 166. quæ indicat vocem σπασμώδεα quam in fine precedentis collocauit interpres, in huius principio reponendam esse. Nam ibi superflua est, hic verò necessaria, vndè vertendum erit, conuulsoria in sudore sputa defluentia &c.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 512 sur 636

A *Vers.* 198. *Quæ modicè ferociter mente mouentur, melancholica sunt, si verò à mulieribus etc.* Mar. n. 17.
Phrenitici, qui ad exiguũ tempus delirant ferociter, mox quiescunt; indèq. rursus delirant (id enim significare voluit auctor per illa verba, quæ modicè ferociter mentẽ mouent, Galeno interprete coment. 1. tex. 25. præsentis libri) ab atrabile id patiuntur, quæ non dum exactè incaluit, ob eiusdem humoris conditionẽ, qui cum crassæ sit substantiæ, & frigidioris naturæ, nec facilè, nec citò accenditur in totum, densioris ligni instar ad leues stipulas comparati; postquã verò ignẽ exactè concepit, illum diutius retinet, vtq. vehementius, vndè ferina deliramenta excitatur. Qua quidem ratione lib. Coac. Præn. legimus ver. 110. Mentis emotiones modicè feroces, ferinæ fiunt. Subiungit indè Hipp. in prorretico: Si verò à muliebrium purgationũ suppressione contingat hæc ferina, hoc est statim ferina deliria fiunt, eò quod hic humor duplici vitio peccat, altero quidẽ in vtero contracto, ad quem delegatus, cum exitum liberũ non inueniat, in eo moram trahens corrumpitur; altero in capite ipso, dum in eo putrescens inflammationẽ inducit, ex qua deliriũ depẽdet. Nam quantũ prauitate sanguis menstruus suppressus alios humores in venis contentos superat, tantò grauiora symptomata infert, vbi ex putredine nouam corruptionẽ contraxit; vt mirum nõ sit, si phrenitidẽ excitet statim à principio ferinã, quæ etiã talis perseueret, non à principio mitiore, & per breuia interualla ferinã, vt melancolicus succus, qui primã in cerebro alterationẽ subierit. Quæ in fine referuntur huius prorretici satis manifesta sunt; rationiq. consentaneum est, enarratos effectus indè sequi; quandò vt alias adnotauimus, vehementes phrenitides in conuulsiones terminare solent.

B *Vers.* 190. *Num & vocis interceptiones cum sopore conuulsorias? velut Coriarij &c.* Mar. n. 17.
Quæ in præsenti sententia referũtur, supradictis connecti, & separari possunt. Nam cũ dubitanter pronuncientur, non omninò necessaria esse docemur, quæ tamen aliquando succedere satis rationabile est, quia si de phreniticis Hipp. loqui intelligamus, sententiã constituimus illi coacæ valdè simile in, quæ vers. 111. registrata est hunc in modũ: modicæ feroces mentis emotiones ferinæ fiunt, sed & conuulsiones significant, si separetur à præcedentibus, sola vocis interpretatio sopori adiuncta, aliquandò conuulsionem præmonstrabit, quod nullo modò inconueniens est, quandò de hac re loquens Hipp. lib. Coac. Præn. vers. 274. hęc ait: Soporosi, num aliquid conuulsorij habent? exemplum verò quod de Coriarij filia adducit, satis probabiliter confirmat, hæc à præcedentibus dependere; quasi in eum finem dixerit Hipp. hanc fluentibus mensibus ægrotare cœpisse, vt indicaret, hæc etiam verificari in ijs, quæ cum menstruorum suppressione ægrotant, de quibus superius dixerat, si verò à muliebrium purgationũ retentione fuerint, ferina, quia etiam si non dixerit Hipp. huic mulieri suppressa fuisse menstrua, ex superius enarratis id infertur, quemadmodum; & ipse Galenus censet.

C *Vers.* 201. *Quibus conuulsis ocula intenti reluctent, neque apud seipsos sunt &c.* Mar. n. 18.
Eadẽ sentẽtia registrata est sect. 2. Coac. Præn. v. 160. cui nostrã expositionẽ adaptauimus.

Vers. 202. *Sanguinis eruptiones è contrario, malæ sunt, velut in splene magno &c.* Mar. n. 18.
Et hoc prorreticum pariter legitur eodẽ libro vers. 126. eiusdem sectionis, cuius explicatio à Galeno petenda est, & à Dureto in Coacis.

Vers. 205. *Ex naribus erumpente sanguine cum exiguis sudoribus, per frigescentia &c.* Mar. n. 18.
Hanc pariter sententiã doctissimo cõmentario illustrauit Duret. super Coac. 17. c. 13. lib. 2.

Vers. 206. *Post sanguinis eruptionem nigrorum per aluum transitus malus.* Mar. n. 18.
Hæc sententia pariter legitur in Coacis sect. 2. vers. 131. pro cuius explicatione nihil nobis dicendum occurrit, quia eam sufficienter illustrauit Duret. loco cit. n. 5.

Vers. 209. *Vulnera sanguinem fundentia &c.*

D Hæc ibidem adnotantur in Coacis vers. 124. Mar. n. 18.

Vers. 211. *Post modicam sanguinis eruptionem, & nigrorum egestionem in acutis &c.* Mar. n. 18.
Hanc pariter sententiam illustrauit Duret. in Coacis loco cit. n. 6.

Vers. 213. *Lumbis dolentibus oris ventriculi dolores accedentes, signa hæmorrhoidum &c.* Mar. n. 18.
Huius prorretici rationem adduximus sect. 2. Coac. Præn. vers. 103.

Vers. 215. *Sanguinis eruptiones statis temporibus fientes &c.* Mar. n. 19.
Pro tutela præsentis prorretici nonnulla adduximus sect. 2. Coac. Præn. vers. 157.

Vers. 218. *Morbi, qui statim turbulenti sunt, insomnes, sanguinem &c.* Mar. n. 19.
Et hæc sententia pariter in Coac. Præn. legitur sect. 1. vers. 112. quo in loco ad rationa-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 513 sur 636

©BIUM

lem doctrinam eam reducere procurauimus. A

Mar.n.19. Vers. 221. *Quibus sanguinis eruptiones plures, his temporis progressu alui malè &c.*

Hæc sententia manifestioribus verbis enarrata est in aphorismis sect. 4. num. 21. in cuius explicatione consilium nostrum aperuimus.

Mar.n.19. Vers. 223. *In iudicatorijs perfrigerationibus, sanguinis eruptiones vehementes, pessimæ.*

In Coacis sect. 2. vers. 125. præsentem sententiam ità legimus: Perfrigerationes ex eruptionibus in diebus iudicatorijs vehementes, pessimæ, quæ quidem vtroquè modo scripta idoneum, verumquè sensum recipit. Quod si pro κάκισται, idest pessimæ, scribatur κράτισται, idest optimæ, vt quædam exemplaria legisse testatur Galenus; necesse erit, perfrigerationis nomine intelligere non eas, quibus frigido marmoreo ægroti refrigerantur, sed quando calore febrili sedato corpus ad naturalem temperiem reducitur, in quem sensum vsurpatum legimus 1. Coac. Præn. vers. 52. eò enim significato sensus erit: optimum esse post largas sanguinis euacuationes in die critica ægrotantem à febre liberari. B

Mar.n.19. Vers. 224. *Capite grauati, iuxtà synciput dolentes, insomnes etc.*

Hanc sententiam explicauit Duret. super Coac. 9. lib. 2. cap. 1.

Mar.n.19. Vers. 225. *Vigilijs infestati derepentè, etc. Tùm si quid anteà etc.*

In his duobus prorreticis signa quædam proponuntur futuræ hæmorrhagiæ, quæ necessitatem inferunt euẽtus tùm à capitis repletione, tùm ab humoris conditione, & propensione ad superiora, quæ quando satis perspicua sunt, in ijs explicandis non est, vt tempus conteramus, vide 1. Coacarum Præn. vers. 112.

Mar.n.19. Vers. 228. *Quibus aluo suppressa sanguinis eruptio fit, & insuper rigent, num aluus, &c.*

Hæc sententia ità legitur in Coac. Præn. vers. 155. sect. 2. Qui aluo suppressa sanguinem fundunt, & vnà cum sanguinis effusione insuper rigent, his aluum velut ex lyenteria lubricam hæc faciunt; itemq. durant, & ascarides, aut ambo, cuius explicatio præsenti prorretico satisfaciet, vide Dureti doctissimum commentarium super eandem coacam. C

Mar.n.20. Vers. 231. *Quibus ex lumbis recursus fit ad caput, & manus, hi stupidi, os ventriculi etc.*

Hoc prorreticum valdè conuenit cum coaca illa sect. 2. vers. 97. Quibus ex lumborum dolore recursus ad caput, & manus torpidæ, & oris ventriculi dolores, & aurium sonitus: his sanguis largè profluet, sed & alui his deorsum erumpunt, & mens turbata, vt plurimum, ità vt coaca prorreticum explicare abundè possit. Quod enim in prorretico inquit: ex lumbis, per coacam supplet, dolentibus, & quod ait, recursum facit ad caput, & manus. Coaca explicat recursum ad manus, nihil aliud esse, quam stuporem quendam in manibus, ex prohibito animalium spirituum concursu ad exactum motum, & sensationem perfectam efficiendam affectu paralisi quam proximo; cuius causa fuit recursus humoris ad caput. D Additum est autem in prorretico ἰχωρώδεες, idest sanguinem serosum habentes, qui quidem ratione tenuitatis ad hæmorrhagias largas plurimum facit. Quandoquè vlterius in prorretico habetur, τοῦ τοῖσι παραχώδεσιν, idest, his perturbatis, clarius explicatum in coaca de perturbatis mente: quod de specie quadam delirij id est intelligendum, vt ex his pateat has duas sententias nihil inter se differre sensu, etiam si in verbis ipsis quædam diuersitas appareat. Quod verò ad Hippocraticæ doctrinæ rationem spectat, nihil mihi dicendum occurrit, cum huic parti sufficienter satisfecisse Duretus mihi videatur in commentario citatæ Coacæ.

Mar.n.20. Vers. 233. *Quibus ex sanguinis eruptione larga, & frequenti etc.*

Super hoc prorreticum nostram aperuimus sententiam, 2. Coac. Præn. vers. 138.

Mar.n.20. Vers. 238. *Quibus in surditate, & torpore parua est ex naribus &c.* E

Et hanc pariter sententiam enarrauimus loco cit. vers. 142.

Mar.n.20. Vers. 240. *Quibus ex rigore febres, cum lassitudine, &c.*

Hæc duo prorretica pariter leguntur in Coacis, primum quidem sect. 3. vers. 211. alterum verò vers. 245. sect. 2. pro quorum intelligentia si quid difficultatis tibi occurrerit, Dureti commentaria consule.

Mar.n.20. Vers. 245. *Et circà ventrem palpitationes cum præcordij intensione &c.*

Hanc sententiam explicatam à nobis inuenies 2. Coac. Præn. vers. 82.

Mar.n.21. Vers. 247. *Quæ larga, violenta, multa ex naribus fluunt, aliquandò ad conuulsiones &c.*

Hæc

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 514 sur 636

A Hæc dictio βιαια, ideſt violenta, non referenda eſt ad ipſam hæmorrhagiam violentia inductam, ſed ad Medicos, aliosuè, vi quadam ſanguinis fluxum ſiſtere tentantes, quod clarius expreſſit 2. Coac. Præn. verſ. 145. Hipp. dum inquit fluxiones ex naribus largæ per vim ſuppreſſæ, quandoquè conuulſionem inferunt, venæ ſectio ſoluit; ſicquè rationabilis eſt conuulſionis generatio, & eiuſdem curatio, de qua re ſi aliud deſideras, Duretum noſtrum conſule.

Verſ. 248. Frequentes, & paulatim fientes ad egerendum ſurrectiones &c. Mar.n.21.

Eadem paucis quibuſdam immutatis vnico tamen ſenſu leguntur ſect. 3. Coac. Præn. verſ. 367. vt Duretus diligenter, & efficaciter demonſtrauit.

Verſ. 253. Præcordij tenſio cum capitis grauitate, & ſurditate &c. Mar.n.21.

Eadem ferè leguntur in Coacis Præn. verſ. 294. ſect. 1.

B *Verſ. 255. Qui in horroribus ſimul iudicatorie exudarunt, poſtridie verò, vbi &c.* Mar.n.21.

Hoc prorretico Duretus coacam illam correxit, quæ ità habet, qui inhorruerunt, & exudarunt critico modo, & poſtridie præter rationem horruerunt, niſi vigilijs infeſtentur, nequè concoxerit ei ſanguinem erupturum eſſe puto. Nos autem pro coacæ tutela quædam in illius expoſitione adduximus ſect. 1 verſ. 290. Mar.n.21.

Verſ. 256. Vndecimo die ſanguinis ſtillicidia difficilia &c.

Prorretici huius rationem reddere tentauimus ſect. 2. Coac. Præn. verſ. 246.

Verſ. 257. Quibus ab initio largæ ſanguinis eruptiones, rigor fluxionem ſiſtit. Mar.n.21.

Facta per rigorem ſanguinis fluentis reuulſione fluxus ceſſat, quod quidem præſidium felici euentu procurarunt multi aquæ frigidæ aſperſione. At verò ſicuti, qui ſpontè ſuperuenit rigor, à principio fieri neceſſe eſt, dum ægrotantis vires adhuc conſtant, ità, qui arte

C cietur abſquè vitium robore procurari non debet, nè calor inſitus debilis exiſtens à frigidæ perfuſione extingueretur omninò, & concidat in rigore.

Verſ. 258. Ex ſanguinis eruptione rigores longi. Mar.n.21.

Quia calor innatus ex ſanguinis eruptione imbecillis redditur ità, vt non adeò celeriter ad exteriora redire poſſit, poſtquam ad interiora in rigore ſe recepit, ideò rigores ex ſanguinis eruptione longi fiunt.

Verſ. 259. Quibus capitis dolores, ac colli dolores, & totius corporis, &c. Mar. n.21.

Hanc ſententiam explicauit Duretus in Coacis num. 11. lib. 2. cap. 1.

Verſ. 261. Vrinæ, quæ in his, qui iuxtà aures abſceſſus habent, &c. Mar.n.21.

Hæc ſententia bis legitur in Coacis, ſcilicet ſect. 1. verſ. 311. & ſect. 3. verſ. 298. pro cuius intelligentia Duretus conſulendus eſt.

D *Verſ. 263. Subſoporati morbo regio affecti, non valdè ſentientes, quibus ſingultus, bis &c.* Mar.n.22.

Sopor leuis cum quodam ſenſus ſtupore (hæc enim ſignificantur illis vocibus ſubſoporati non valdè ſentientes) pituitoſi humoris præſentiam indicat, morbus verò regius, bilioſi. Quibus humoribus præſentibus, ſi ſingultus ſuperueniat, eoſdem ventriculum infeſtare inditium erit: ex quo alterum duorum ſequi neceſſe eſt, vel ſi deorſum tendant, per aluum erumpere, vel ſi ſurſum repant, ad os ventriculi aſcendentes exolutionem, ſiuè hypothimiam inducere, à quibus tandem vlterius aſcendentibus parotides excitentur. Harum enim generationem ab humoribus pituitoſis, & bilioſis ſimul infeſtantibus prouenire nobis ſignificauit Galenus 2. in 2. Epidem. tex. 24. ità habet. Nequè enim acutus, vrenſquè humor, qui febrem affert, poteſt abſceſſum in auribus gignere, vt in partibus inferioribus corporis ex humore valdè frigido, & craſſo fiunt abſceſſus: ſicut ex eo, qui ſit in

E ter hos medius, parotides naſcuntur. Sed hanc parotidum materiam antè Galenum cognouit Hipp. nam lib. de Gland. verſ. 62. à fluxione acri, & glutinoſa tumores hos ad aures fieri teſtatus eſt.

Verſ. 265. Suppreſſæ cum rigore vrinæ malæ, tùm aliàs, tùm ſi anteà &c. Mar.n.22.

Hanc eandem ſententiam habemus in Coacis verſ. 31. vbi à nobis exponetur.

Verſ. 267. Ex torminoſo, ſubſidentia limoſa ſubliuida mala, num ex hypocondrijs &c.

Senſus verborum eſt, qui à torminibus inteſtinorum vrinas mingunt ſubſidentiam limoſam, & ſubliuidam habentes, malè habent, nam fortaſsè hepar affectum eſt. An his abſceſſus ad aures aſſurgunt leuiter doloroſi? Aluum talibus erumpere ſemper exitioſum eſt.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 515 sur 636

Ratio autem præsentis sententiæ hæc est, quibus tormina intestinorum fiunt à materia in ipsis peccante, & commota, si cessatis torminibus, vrina subsidentiam habeat limosam, & subluuidam, signum erit, humores aluum à principio infestantes, ad vrinæ vias commoueri, quæ euacuatio, cum critica esse non possit, eò quod absquè signis fit coctionis aliquam affectionem in hepate factam esse indicat, per quam ab aluo ad vesicam tendens materia necessariò permaneat, quod quidem malum est, tùm quia facta est transmutatio morbi à parte minus principe ad nobiliorem, tùm quia vrinæ contentum illud humorum prauitatem attestatur. An verò his superueniant abscessus dubitat Hipp. quia id satis rationabile est propter materiæ conditionem, quæ bilis est pituitæ permixta, quorum præsentiam arguunt affectæ partes, venter scilicet pituitæ receptaculum, & hepar, in quo bilis facilè generatur, abundatquè, quotiescunquè cum calida intemperie laborat. Hæc tamen non sunt necessaria adeò, vt semper parotides fieri debeant. Hepate tandem affecto corporis exolutionem fieri, non est inconueniens, etiamsi aluus deorsum fluat, siuè modo hæc ore ventriculo compatiente oriatur, siuè ratione euacuationis, quam quidem symptomaticam esse arguit, vt dicebam vrina inconcocta, vt mirum non sit, si exolutionem faciat, quia non humor peccans educitur, sed ei contrarius. His igitur hunc in modum explicatis communis lectio adeò rationabilis apparet, vt aliam venari non sit opus. Præsens sententia legitur 3. Coac. Præn. vers. 256. quæ ex hoc prorretico corrigenda erit, etiamsi vtraquè lectio idoneum sensum recipiat.

Mar. n. 22. *Vers. 270. In anxiosis quibusdam vigilijs abscessus circà aures maximè.*

Hanc sententiam exposuimus in Coacis sect. 3. v. 223. quo in loco coacam hoc prorretico corrigendam esse indicauimus.

Mar. n. 22. *Vers. 271. Ex voluulis graueolentibus in febre acuta, præcordijs sublimibus diutius &c.*

Huius prorretici hunc esse sensum existimo, cum voluulus eò deuenerit, vt ob stercoris vomitum graueolens fiat, si eo cessante, febris acuta superueniat, cum hypocondriorum tumore, non quidem fugaci, sed fixo, & diutius permanente: parotides apparentes occidunt, & ratio est, quia in voluulo iam ad summum vigorem producto, naturalis facultas intestinorum quasi munere proprio oblita, nihil amplius secundum naturæ leges operatur, ità vt indè nulla voluuli leuatio tuta esse videatur, imò si aluus tunc laxetur, in quo maximè salutis spes consistere videtur; non solum nihil boni ægrotanti accedit, verum potius desperatus casus omninò redditur. Huius rei testimonium præbet Hipp. dum lib. 3. de Morbis vers. 188. si voluulo amoto (inquit) febris ipsum corripiat desperatus est, Fortassis etiam inferna aluus soluta ipsum occiderit, quia talis alui solutio ob exolutionem prouenit facultatis, non quia causa morbi sublata sit verè, si ergò omnis leuatio hoc morbo vigente infida est, tantò minus fidendum erit, si simul febris acuta superueniat, cum tumore hypocondriorum: quæ indicant causam morbificam ad nobile viscus abscessum feciſſe, vndè tantum malitiæ morbo accedit, vt nequè à parotidum eruptione spes salutis concipi possit, imò his apparentibus mors adeò acceleratur, vt parotides mortem attulisse videantur, & ideò hoc dicendi modo vsus est: abscessus circà aures oborti occidunt. Mar. n. 15. Quibus hunc in modum explicatis, iam patet verba illa, diutius permanentes, non referenda esse ad parotidas, sed ad hypocondriorum eleuationes; quod etiam euidentius apparet in Græco contextu. Has autem diutius perdurantes dixit, ad differentiam earum, quæ citò pertranseunt, eaquè peculiari nomine ὑποχόνδριον ἀναπαυόμενον, hoc est hypocondrium reuulsum appellare solet, futuræ hæmorrhagiæ prænuncium. Verum dicet quispiam, si absquè hypocondriorum tumore, & parotidum eruptione, sola febris superueniens (vt dictum est superius) casum reddit omninò desperatum, cur hæc superaddita sunt? Vt doceret nos, aliquando his parotides, & tumores superuenire: quæ mortem accelerant, contrà naturam aliorum morborum, quos sæpè parotides superuenientes soluunt; aut saltem producunt. Hæc enim in gratiam parotidum prolata sunt, non voluuli, cuius rei illud argumentum maximum est. Quia hæc eadem sententia translata ad coacas in catalogo parotidum registrata est, legitur enim sect. 1. vers. 304. si dictionem ἐπιπλοισοι, in coacis, in ἐπὶ εἰλέοισι, ideſt ex voluulis Dureti exemplo corrigere fas est, etiam si in eius loci explicatione propriam lectionem retineri posse defendimus.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 516 sur 636

A *Verſ. 272. Ex ſurditate leniter abſceſſus circà aures fiunt, tùm aliàs, tùm ſi anxioſum etc.* Mar. n. 22.

Præſentis prorretici hunc eſſe verum ſenſum exiſtimo, qui in febribus leuibus ſurditate corripiuntur, ijs ad aures abſceſſus fiunt, tùm alias, tùm maximè ſi anxietas quædam ſuperueniat, idquè potiſſimum ſoporoſis contingit, cuius quidem ratio eſt, quia in hoc caſu omnes parotidum cauſæ concurrunt, quæ ad duas potiſſimum reducuntur, ad materiam ex qua generantur, & ad eiuſdem inclinationem verſus locum abſceſſus. Materiam quidem atteſtatur (quam humorem pituitoſum bilioſo admixtum pluries ſtatuimus) & morbi lenitas, ſeu manſuetudo, quæ voce ἔμμονος ſignificatur, pituita enim eſt humor mitis, & ideò morborum manſuetudinem parit, & ſurditas, quæ bilis præſentiam indicat, vndè ſurditate ſuperueniente bilioſum alui profluuium ſiſtitur, & vice verſa ſurditas ab alui profluuio tollitur, vt 4. aphor. 28. adnotatur. Quibus ſi anxietas accedat, & ſopor, quæ humorum inclinationem ad ſuperiora oſtendunt, tunc parotidum eruptio, quam ſola aurium præcedens

B affectio indicare poterat, iam longè certior erit. Quantum verò ad huiuſmodi abſceſſus præſagiendos anxietas, & ſopor valeant, ex multis patet, potiſſimum ex coaca illa verſ. 270. ſoporoſi, anxioſi, hypocondrium dolentes, parum vomentes, abſceſſus ad aures faciunt.

Verſ. 274. Abſceſſus iuxtà aures paraplecticis mali. Mar. n. 22.

Hoc prorreticum enarrauimus in Coacis verſ. 305. ſect. 1.

Verſ. 275. Quæ conuulſorio modo exacerbantur cum cathoco, abſceſſus ad aures producunt. Mar. n. 23.

In cathoco corpus rigidum, & ferè immobile redditur: modò plus, modò minus prout cauſa vehementior exiſtit, nunquam tamen motu, & ſenſu omninò priuatur: quemadmodum euenit in apoplexia, in qua hæc penitus deperduntur: quia ſpiritibus animalibus viæ

C intercluduntur, vt ad propria munia obeunda pertranſire non poſſint. Nam in cathoco nullum adeſt in vijs impedimentum, cum motus impotentia proueniat tantummodò, quia ſpiritus quodammodo congelantur, vt ad ſenſum, & motum efficiendum non facilè impellantur, eodem planè modo, quo medicamenta ſtupefacientia appellata frigiditate, & ſiccitate animales ſpiritus congelando, ſenſum, & motum liberum tollunt. Cæterum ſicuti, qui à facultate huiuſmodi medicamentorum ſtupefacti iacent, ſi vehementer irritantur, ſentiunt, & mouentur, ità non eſt inconueniens, cathoco deprehenſos conuulſiuo motu moueri; dum nerui ab humorum acrimonia irritati motum illum inuoluntarium contractionis, & extenſionis efficiunt. Quia maior eſt vis cauſæ morbificæ ad irritandum, quam voluntatis ad imperandum. Cum igitur hæc duo ſymptomata indicent caput à præſentia humoris, tùm frigidi, & craſſi, tùm calidi, & acris, malè affectum eſſe; meritò quando morbus cum prædictis exacerbatur, parotidas expectare oportet; quas ab huiuſmodi humorum miſcella ortum

D habere notatum eſt, ſæpius, hæc eadem repetuntur in Coacis ſect. 2. verſ. 169.

Verſ. 276. Conuulſio, tremor, anxietas cum cathoco, prauos circà aures abſceſſus &c. Mar. n. 23.

Quia ſi hæc eadem ſymptomata parotidas excitare poſſunt, longè magis eaſdem iam factas exacerbare poterunt, per huiuſmodi enim motus materia morbifica vehementius agitata, ad locum parotidum doloris vi attracta facillimè concurrit. Quarè non omnia accidentia enarrata ſimul requiruntur, quando vnumquodquè eorum ſufficiens eſt ad exacerbandum.

Verſ. 278. Num quibus abſceſſus ſunt ad aures capitis dolore affecti ſunt, &c. Mar. n. 23.

Hæc ſententia legitur quoquè in Coacis verſ. 307. ſectionis primæ, quæ quidem ſi cuiquam aliquid difficultatis affert, ei Duretus ſatisfaciet. Nonnulla tamen hoc in loco particulariter adnotantur, quibus dubitat auctor, an qui vrinas ſummè albas, & varias, fœtidaſquè cum enæoremate ſublimi minxerit, in ſanguinis ſtillas frequentes incurrat. Nec

E non an lingua his læuis ſit: non aſpera, & arida, quorum vtrunquè rationabile eſt frequenter contingere, non tamen omninò neceſſarium, & ideò dubitanter de his pronunciatum eſt, præfatæ enim vrinæ humorum raptum ad caput oſtendunt, cui tamen natura non dominetur, vt critica aliqua euacuatio ſubſequi poſſit: quarè vel ſymptomatica erit, aut imperfecta, & ſolummodo tentata, quales ſunt narium ſtillæ. Similiter aliquando his lingua læuis eſt, quando ſcilicet vrina illa alba talis apparet non propter bilioſi excrementi aſcenſum ad caput, ſed ob præſentiam pituitoſi humoris, quo dominante lingua, & mollis, & læuis apparet.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 517 sur 636

Mar.n.23. *Vers.* 283. *Quibus magnum, & frequentem spiritum habentibus morbus regius, &c.*

Quæ in Coacis vers. 135. adnotauimus præsenti prorretico satisfacere possunt, nam exigua, quæ inter hæc apparet differentia verborum, eundem omninò sensum admittit. A

Mar.n.23. *Vers.* 186. *Soporosa, anxiosa, præcordia dolentia, &c.*

Hæc eadem ferè leguntur in Coacis sect. 1. vers. 270.

Mar.n.24. *Vers.* 288. *Aluo nigra stercoracea egerente, sopor insuper apparens, parotidas producit.*

Siuè aluus nigra stercoracea egerat, vt hoc in loco, siuè biliosa mollia, vt in Coacis v. 379. sect. 3. quia aluus malè affecta significatur, sopore accedente, qui caput etiam læsum indicat, parotidum eruptionem expectare merito oportet, nam & aptam adesse earum materiam, ad locum parotidum ferri dispositam tunc scimus, vt aliàs sæpius expositum est.

Mar.n.24. *Vers.* 289. *Tussiculæ, quæ sunt cum sputatione, &c.*

Et hæc leguntur in Coac. sect. 2. vers. 310. B

Mar.n.24. *Vers.* 290. *In capitis dolore sopor, & surditas circà aurem abscessum aliquem eructat.*

In Coacis vers. 242. præsens prorreticum legitur hoc pacto. Qui in capitis dolore ascaridas habent, his surditas, & sopor consequens abscessus circà aurem exsuscitat, quo in loco sensum idoneum ei adaptare procurauimus. Sine ascaridibus autem dolor capitis cum sopore, & surditate ad parotidum eruptionem disponit quoquè: quatenus copiam materiæ parotidum vigere, indicare potest, cum dispositione partis in qua generantur: pro vt superius adnotauimus ad prorreticum vers. 272.

Mar.n.24. *Vers.* 191. *Præcordij distensio cum sopore, &c.*

Et hoc exposuimus in Coacis Præn. vers. 65. sect. 2.

Mar.n.24. *Vers.* 292. *Dolorosi aurium abscessus citrà crisim dissipati mali sunt.* C

Lib. 6. Epid. sect. 4. à principio de parotidibus euanescentibus vniuersaliter tractans Hipp. ità habet: Tubercula circà aurem, quibus circà iudicationem exorta non suppurata fuerint, his disparentibus recidiua fit pro ratione recidiuarum. Recidiua verò fiente rursus intumescunt, & permanent velut febrium recidiuæ in simili circuitu, his spes est ad articulos abscedere. Hic tamen magis particulariter de dolorosis tractat, easq. dissipari, malum esse ait, quia hæ à materia calidiori, & maligniori dependent; quæ si retrocedat, malum statim inducere solet, secus pituitosa, quæ cum nó ità citò ad interitum perducat, interim aut ptyelismo, aut diarrhea, aut vrinis crassis multis excretis, aut denique abscessu concitato, dissipari potest, & sic omne periculum tollere.

Prædictionum Lib. II.

Mar.n.1. *Vers.* 12. *Alius autem prædictionis.* D

Hunc prædicendi modum profitentur Astrologi genethliaci appellati, qui puncti temporis obseruatione, quo quis nascitur, quæcunquè toto vitæ spatio ei euentura sunt, præuideri posse existimant. Hæc verò scientia Hipp. tempore ad Græcos fortassè non dum peruenerat, apud Aegyptios autem tunc floruisse nouimus, à quibus harum prædictionum famam ad Hipp. peruenisse satis probabile est, de quibus hæc referuntur ab Herodoto lib. 2. Historiarum fol. 150. Alia etiam ab Aegyptijs sunt excogitata, quis mensis dierum, cuius Deorum sit, & quo quis die genitus qualia sortietur, & qua morte obibit, & qualis existet. Dum verò eas non ad Astrologiæ scientiam, sed ad artem medicam refert, seipsum astrologiæ omninò imperitum ostendit, nec secundum illam partem tantummodò, quæ enarrata est, verum etiam illius, qua futuras tempestates præuideri profitentur, vt abundanter in explicatione libri de Aere, aquis, & locis vers. 34. iam demonstrauimus. Non est ergò, vt Astrologi se iactent, Hipp. habuisse astrologum, qui, vt eodem in loco indicatum est, astrorum peritiæ, & cognitionis tantum habuit dumtaxat (habuit autem exactissimè) quantum ad ortus, & occasus syderum cognoscendos est necessarium, vt his mediantibus cognosceret, quo tempore variæ tempestatum mutationes contingerent, indè q. de annis prædicere posset, qui salutaris futurus sit, & qui morbosus, cum non sit satis obseruare, quod exempl. gr. constitutio temporis pluuiosa sit, aut sicca: nisi, quo anni tempore hæc contingant, similiter obseruetur. Hæc cognitio ad astronomiam propriè dictam pertinet, quam quidem Hippocratem exactè calluisse iam dictum est. E

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 518 sur 636

A *Vers. 23. Scriptum est autem à me & de abscessibus, &c.* Mar.n.2.

Hoc discursu intendit Hipp. demonstrare, qua ratione iuxtà artis medicæ doctrinam prædictiones priori loco recensitæ à prudenti Medico fieri possint, videlicet cæcitatis, claudicationis, & similium, quandoquidem ea omnia per modum abscessus contingunt: quorum consideratio ad Medicum spectat, de qua re ipsemet Hipp. peculiari opere pertractauit. Vndè apparet Hipp. plures libros conscripsisse, quod etiam adnotauimus, quorum quidem nedum titulus ad nos peruenit.

Vers. 28. Spero item, & alia prædixisse magis humano more. Mar.n.2.

Quia enarratæ prædictiones ad diuinandi potius facultatem, quæ à Deo emanat, referri debere videntur, quam ad vllius humanæ artis excellentiam; ideò hæc subiunxit Hipp. demonstrando, secundum artis medicæ præcepta, quæ nam prædictarum prædictionũ fieri possint; earumque exempla nonnulla proponit, quæ quidem dum ipse considero, diligentiamq. perspicio, qua in omni obseruatione vtebatur antiquitas; tunc omnis cessat admiratio, cur prisci Medici tanti habiti sint apud homines, vt non solum primas in Ciuitatibus, & Regnis tenerent, regibus principibusq. imperarent, sed etiam summus honos. Dijsque solis præstari solitus, Medicis tribueretur. Admiranda enim circà ægrotos, & præstitisse, & prædixisse est necessarium. Sicuti vice versa mirum non est, si nunc adeò viliter tractentur, quando nec in curando, nec in prædicendo quidquam spectabile præstant nostri, cum ea faciant tantummodo, & dicant; quæ & ipsis idiotis sunt manifesta. Et tamen artis præstantiam nostrorum temporum continuò iactant imperiti. Medicinamq. posteriores ditasse profitentur, sed veniunt excusandi, eo quod antiquæ thesauros adhuc non percepere: quibus tota quidem Hipp. doctrina plena est, verum præsens liber adeò abundat, vt solus paupertatem, & miseriam artis nostrorum temporum indicare sufficiat. Nam quis nostrum est, qui centesimam partem eorum cognoscere possit, quæ antiquiores Medicos communiter præuidere consueuisse in hoc libro testatur Hipp.

B

C

Vers. 34. Si quis noverit, quibus is morbus cognatus est, &c. Mar.n.2.

Ex hoc loco colligi posse videtur morbum cognatum appellare Hipp. eum, quem vulgus hereditarium vocat.

Vers. 52. A nullo enim signo, aut bono, aut malo lædantur suspiciones, &c. Mar.n.4.

Prosequitur Hippocrates examinando postremas prædictionum species, versantes circà errores, quos homines dum sani sunt, & sanitatis causa se exercent, in dies committere solent, demonstratq. non adeò mirabiles, & artificiosas esse, quemadmodum vulgò putantur, quandoquidem coniectura quadam potius innixos credere est, Medicos illos prefatas prædictiones dubitanter potius protulisse, & per modum interrogationis; quam stabili cognitione, & affirmanter asserendo, qui tamen post exitum felicem illas promulgabant, easdem amplificasse, & admirabiliores longè prædicasse, quam re vera fuerint, vt exempli gratia, Medicus ex signis quibusdam coniectat, hominem circà potum aliquantulum excessisse: cuius rei, vt certior fiat, illum interrogat, num plus iusto potasti? quo casu si fortè contingat, talem errorem ab eo commissum esse, & interrogatus illum fateatur, tanquam à Medico præcognitum recipitur, & ab astantibus diuulgatur, & hoc pacto Medicus in admirationem trahitur, & prædicatur vbique. Ex quo adnotandum est circà prædictiones cautius faciendas, hunc modum satis tutum esse, quia si veritatem interrogando assecutus fueris, tanquam certò prædictum tibi fuerit existimationi, sin minus nihil tandem imputabitur tibi, eo quod non assecuerantur, sed percunctando prolatum sit. Hunc prædicendi modum in dubijs præstandum esse, nos docuit, & ipse Hipp. multis in locis, atque etiam in præsenti libro, nam inferius vers. 191. sect. 2. inquit: At verò eas, quæ à diuturnis fluxionibus vexantur, interrogare oportet, an caput doleant, & lumbos, & infernam ventris partem, interrogandæ sunt etiam de dentium stupore, & visus hebetudine, & aurium sonitu, quasi hæc frequenter contingant, non tamen necessariò. Verba autem illa in textu apposita: A nullo enim signo, neque bono, neque malo, &c. significant, quodlibet signum, siue firmum sit, & stabile, siue dubium, & fallax, ità facere ad coniecturam, vt non possit ignorantia redargui Medicus, si quolibet eorum innixus hæc, ideſt, quæ facta sunt per modum interrogationis rectè pronunciauerit, aut perperam, si quæ facta sunt interrogando non assequatur, idque ob explicatum artificium interrogationis.

D

E

Reliqua

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 519 sur 636

Reliqua in textu enarrata satis perspicua sunt; quibus demonstrat Hipp. si quid re vera prædicebant Medici illi, non ex certitudine scientiæ, sed coniectura quadam id factum esse, nec omnia errata præcognouisse, sed quædam pauca tantummodo, eaque magna, & euidentia. Quia si (inquit ipse) errata in ægris cognoscere non est facilè, etiam si signa, quæ nos in eorum cognitionem perducunt, longè pauciora sint, vndè etiam facilius, exactiusque singillatim adnotari, & considerari possunt; euidentioraque sunt, quam in sanis, quomodo credibile est, ea in sanis, & ambulantibus cognoscere, in quibus longè plura signa, eaque obscuriora, & ambigua concurrunt, quorum tamen exacta cognitio necessaria est ei, qui errorum commissorum cognitionem habere studet. Quæ quidem omnia longa oratione demonstrat, confirmatq. ea verò adeò aperta, vt explicatione nostra haud multum egeat. A

Mar.n.5. *Vers. 70. Deindè, qui manibus contrectauit ventrem, & venas minus falli potest, &c.*

Contrectare venas manibus idem est, ac pulsum tangere, quando notum est antiquos, tam arterias, quam venas communi venarum nomine designasse, quo stante ex hoc textu licet colligere Hipp. temporibus Medicos communiter pulsum ægrotantibus tangere consueuisse manibus, prout modo obseruatur, imò in hoc diligentiores nostris fuisse: quandoquidem non in carpo tantum, vt nos facimus, sed in vniuerso penè corpore arteriarum motum obseruare consueuerunt, vt ex multis locis Hipp. constat, etiam si pulsus significationes non tanti fecerint, quantū fecere posteriores, ob incertitudinē fortassè, quam in hoc signo obseruarūt. B

Mar.n.5. *Vers. 72. Odores enim multum interse differunt.*

Sicuti cognitio eorum, quæ Medico occurrunt considerandā, facilior comparatur per ea signa, quæ longius à naturali statu absunt, ità odores, quibus mediantibus errata ægrotantium deteguntur, eò facilius in cognitionem erroris nos ducent, quò magis distabunt ab odoribus eorum, quibus ægrotantes communiter vescuntur. At huiusmodi odores plurimum differentes, & ex consequenti euidentiores facilius deprehenduntur in ægris, quam in sanis, ergò per odores facilius est detegere errata ægrotantium, quam sanorum. Nam si v.g. æger potu aquæ & simplici sorbitione vtens errorem commiserit in potu vini, aut in aliquo cibo non adeò simplici, facilè deregitur per odorem, aut vini, aut alterius assumpti, minus verò in sano, qui, & vini potu, & varijs edulijs continuò vtitur, eò quod odor ex hominis sani ore emanans non multum differt ab odore assumptorum. C

Mar.n.6. *Vers. 75. Quod si etiam mores morborum, ac ægrotorum didicerit Medicus, &c.*

Adhuc circà eadem versatur Hipp. sermo, demonstrando difficultatem cognoscendi errata ægrotantium: idquè probat modo per ea accidentia, quæ eadem errata illis inferre solent, hæc autem sunt spirandi difficultas, febris acutior reddita, & ventris aucta moles, difficilem enim prædictionem faciunt, quia ijsdem etiam apparentibus non tamen errorem commissum necessariò attestantur. Nam eadem morbo adhuc errante euenire, absque erratis solent, spontèq. sedari, ità vt certus esse non possis, si quis (v.g.) difficilius solito spiret, febriciteruè intensius, an ob morbi naturam errabundam (cuius causa respiratio modo facilis est, modo difficilis: modo febris intenditur, modo remittitur) id eueniat, an propter errata commissa, & sic de reliquis. D

Mar.n.6. *Vers. 81. Nam & spirandi difficultates.*

Hæc conueniunt cum ijs, quæ docuit in Prognosticis de facie cadaueroſa vers. 28. vbi inquit. Iudicantur autem talia die, ac nocte, si ab his causis facies talis fuerit. Hoc enim signum proponit modo tanquam cæteris fidelius, & certius pro cognitione errorum ægrotantium, horum enim maiorem certitudinem habebimus, si symptomata superuenientia viginti quatuor horarum spacio sedabuntur. E

Mar.n.7. *Vers. 88. Oportet autem primum intueri hominem, in quo quis per inobedientiam, &c.*

Supponit Hipp. dignosci errata commissa ex ijs, quæ eueniunt, euenire non solita, verum hæc consideratio facienda est habita ratione temporis, quo eadem apparent. Nam si exempli gratia inspexerimus eum, cuius errata prædicere intendimus, corpore tumidum, & rubicundiorem solito, & maximè hilarem tempore matutino, cum nondum quidquam peractum est, à quo homo alterari posset, illius statum, & conditiones considerare debemus, an sint eiusdem propria, & consuetа non in quolibet tempore, sed in mane, quia si hæc non fuerint ei consueta, tunc eum errasse cognoscemus. Hac prædicendi ratione nuper vsus sum in ægro-

tante

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 520 sur 636

A tante, cuius nomen ob reuerentiam taceo. Homo erat rubicundus natura, & hilaris, vino, & crapulis deditus, & in obediendo satis morosus, ægrotabat autem ventriculo cruditatibus referto, cuius gratia continuò eum visitabam, quodam mane ad eum ingressus longè coloratiorem, festiuumq. solito inueni, quo conspecto, quid factum esset, & ægrum, & astantes interrogare cæpi, ille, vt errorem commissum cælaret, causam in naturalem dispositionem, & affectionis diminutionem retulit, cum se melius habere cognosceret. Ego verò de errore dubitans singulos interrogare non destiti, quòusque mihi relatum est tacitè duo pocula vini meracioris, & panem eo intinctum clam ingurgitasse, à quo errato, quia melius habere visus est, dupliciter, læthaliterq. læsus est. Nam mane sequenti repetito peccato, indè spacio minus duarum horarum superueniente fortissima apoplexia derepentè extinctus est. Admonet igitur Hipp. in omni tempore præfatos errores dignosci posse, sed potissimum matutino tem-

B pore, quo omnia quietiora, & maximè secundum naturam esse consueuerunt, ità vt quid quid tunc superueniat ad causam externam referri debeat. Loquitur enim de sanis, in quibus nihil eorum ad morbi naturam (vt dicebat Hipp.) errabundam referri potest. Scientes ergò, quæ & à quibus erroribus, & quo maximè tempore eueniant, errata dignoscere, non erit difficile, & in hunc finem, seu intentionem tendunt ea omnia, quæ ab Hipp. referuntur vsque ad v. 135 quò scilicet demonstret, qua ratione hominum errata à Medico dignosci possint, quæ quidem satis perspicua sunt, & ideò circà eorum expositionem immorandum non est.

Vers. 132. *Cæterum vrinam, iuxtà potionis copiam mingere oportet, &c.* *Mar.n.*10.

Quæ de vrinarum significatione, & earum conditione hoc in loco proponuntur, intelligenda sunt in homine sano, & in eo qui nullũ vitium circà vrinæ instrumenta admittat, à quibus vrinas à naturæ statu absque delicto sæpè alterari contingit. Vrina igitur sani hominis,

C & qui iuxtà naturæ propriæ conditionẽ se exercet, has conditiones habere debet, quarum si aliqua deficiat, id propter errorem aliquem contigisse asserendum erit. Prima conditio est, vt eius copia cum potu conueniat, non quidem ad pondus, siuè mensuram, sed habita consideratione illius quantitatis, quæ mensuræ assumpti potus proportione communiter respondet, quo casu temporis anni etiam consideratio habenda erit: cum experientia demonstret, homines communiter plus mingere in hyeme, quam in æstate. Secunda conditio est, vt æqualiter mingatur, idest, tàm mane, quam sero, aliaue diei parte, iuxtà temporis intermedij mensuram, & ratio est, quia sicuti attractio alimenti continuò fit æqualiter in tempore æquali, quando etiam consumptio æqualiter fit, ità serositatis attractio, quæ à renibus fit, continua est, & æqualis, dum æquale robur in illis viget, quarè si quis frequentius, & copiosius mingere cogatur vna hora, quam altera, erroris indicium circà potum hoc erit. Huic tertia

D conditio subsequitur, vt vrina quam maximè aceruatim feratur, quandoquidem multa sunt, quæ vrinæ stillicidium inducunt, in quibus hominem deliquisse coniectabimus. Quarta tandem, & postrema conditio est, vt paulò crassior appareat vrina, quam fuerit illud, quod in potu assumptum est, quæ quidem conditio non simpliciter accipienda est, ità vt si quis crassum, & turbidum potum bibat, vrina eo crassior mingatur, sed crassitudo potius communis attendenda est, v. g. vini, aut aquæ, quæ cum communiter tenuia sint, vt omnis delicti suspicio tollatur, paulò crassior mictio esse debet: alioqui cruditatis signum erit, aut caloris intensioris succos ipsos colliquantis, quæ quotiescunq. à mala corporis dispositione non dependent, errorem aliquem commissum esse indicant. Hac enim ratione significationes apposuit Hipp. malorũ, quæ ab vrinis ab optimis recedẽtibus indicari solent, etiamsi de sanis sermo habeatur.

Vers. 135. *Aut non posse renutriri, quandiù talem vrinam faciunt.* *Mar.n.*10.

E Aquosa enim vrina, quę diutius talis mingitur succorum colliquationem, vt proximè dicebam, indicat, quę excessum caloris attestatur, nutritionem prohibentem, vndè ęgri tandem contabescunt, si talis diù perseueret.

*Mar.n.*10.

Vers. 136. *At verò paulatim strideat vrina, aut medicamentis hominem opus habere, &c.*

Vrina paulatim mingitur, aut quia in vesica non moratur, quòusq. copia eius sufficiens colligatur, quod lotij acrimonia sæpè prestare solet; aut retentricis imbecillitate, quibus ex causis hoc vitium senibus familiare est, aut quia viæ expeditę non sunt, verum, aut occluse propter compressionem, obstruunt materia crassa vrinę admixta, aut vesicę calculus, caruncułæ item in meatu vrinario adnotatę, & alia etiam fortasse similia, compressio autem fit à tuber-

culo,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 521 sur 636

culo, aut tumore aliquo earum partium, quæ ob vicinitatem comprimere vesicę meatum possint. His præmissis, cum vrina paulatim destillat, aut strepitum facit, aut non stridorem facit, quando in vesica copiosa existens liberum exitum non habet, nam stridor producitur, dum materia impetu expellitur, sed via angustior est, non stridet vice versa, quando absque impetu fertur. Quarè stridor in vrina omnes strāgurię causas excludit, quę ab vrinę exiguitate seù acrimonia ortū ducunt, itē quæ ab imbecillitate dependent, ità vt necessario huiusmodi vrina cum stridore destillans proueniat, vel ab humoribus crassis per vrinam excretis; vndè eius exitus impediatur, & sic purgatio in vsum venit, vt ait Hipp. aut à morbo aliquo circà vesicam vrinæ exitum impediente, vt adnotatur in textu. A

Mar.n.10. *Vers.* 138. *At sanguinem mingere, rarò quidem, & sine febre, ac dolore, nihil mali, &c.*

Qua ratione inter se differant hæc duo, sanguineum, mingere, & sanguineū adnotatum est à nobis in exposit.aph.75.sect.4. Quotiescunq.igitur sanguis mingitur apertis venis, quę in renibus ora habent, & sine dolore hoc fit, & sine febre: imò huiusmodi euacuatio salutaris est: quando corporis plenitudo per eam tollitur, quæ tensiuam inducit lassitudinem, & ideò lassitudinum solutionem facere dicitur. Verum quia per talem euacuationem citò tollitur plethora, quæ non tam citò redit, sed per longissima interualla; ideò id rarò euenire, non frequenter debet, alioqui symptomatica euacuatio hæc esset, & alicuius mali causa, debet etiam id euenire sine febre, ac dolore, cum febre enim & dolore sanguinem mingi, absque continui solutione non solet, ità vt vena aliqua in renibus, aut vesica disrupta sit, à quo primum sanguis exeat, deinde pus, quod omnibus cruentis vulneribus conuenit, pure autem apparente dolor cessat, quia vlcus ferè omne, cum saniem producit, siuè pus dictum, non amplius doloroſum est, quemadmodum, dum recens est, & sanguis manat. B

Mar.n.11. *Vers.* 173. *Verum de hoc alteri præsignificare oportet.* C

Hoc est. Necesse est, signa præscripta de hydrope in communi tradita, in hoc etiam considerare, & secundum ea de euentu iudicare, quia huiusmodi hydrops etiamsi ratione antecedentis causæ cæteris læthalior existat, non tamen absque signis læthalibus superius recensitis ad interitum perducit.

Mar.n.12. *Vers.* 181. *Febrem autem non inuadere (oportet) nè à cœnis prohibeatur, neque sitiat.*

Adnotandus est hoc in loco dicendi modus Hipp. qui non dixit simpliciter non febrire bonum esse, quia fortasse fieri non potest, vt febre penitus careat æger in huiusmodi morbis: sed dixit, febrem non inuadere, quod quidem euenit, quando febri quam hecticam posteriores appellarunt, febris putrida vocata associatur. Hæc enim periculum non mediocriter auget, huiusque rationem duplicem assignat, nè cœnam omittere cogatur ob accessionem febris putridæ, quæ circà vesperam potissimum exacerbari solet, & nè sitiat. Nam hæctica febris, quia eodem ferè modo continuò perseuerat, alimenti exhibitionem nullo tempore prohibet, nec sitim inducit, quemadmodum putrida febris facit. Vtrunq. verò in his morbis malum est: nam cœnæ dimissio ægrotanti tabem, & consumptionem accelerat, sitis verò sputi eductionem difficilem facit: cuius retentio plurimum officit ægro. D

Mar.n.12. *Vers.* 184. *Et os ipsius paruum sit.*

Laudat Hipp. pectus quadrangulatum, quia hæc est figura ipsi pectori, & secundum longitudinem, & latitudinem admodum conueniens. Os autem, quod sternon anatomici vocant, paruum desiderat, vt latam, non compressam pectoris cauitatē esse debere, nos doceat. Nam cum huiusmodi os conuexam habeat figuram intrò vergentem, quæ internam cauitatem depressam reddit, si hoc esset magnum, magnam faceret depressionem, indèque pectoris cauitas angustior secundum profunditatem redderetur, quo casu pulmones in angustum compressi malè sese haberent, & morbis satis obnoxij fierent. E

Mar.n.14. *Vers.* 197. *Maximè verò euadunt ex sanguinis eruptione hi, quibus dolores sunt, &c.*

Huius rationem assignat Hipp. quia in his non adeò tusses succedunt, neque febres, quibus sanguinem expuentibus, indèque tabescentibus nihil noxius euenire potest, huius causa posita est in natura humoris, qui non facilè accenditur ad febres, cum frigidus sit, & siccus. Tussis verò in his non adeò excitatur, quia inferioribus, & exterioribus partibus dolentibus fit quædam reuulsio, nè intrò feratur ad pulmones, à quibus motus tussis dependet. Addè etiam non adeò eos tussire, quia materia non est acris, quemadmodum vbi febris concomitatur.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 522 sur 636

A tatur. Apposuit autem conditionem, vt post eruptionem dolor mitescat; hoc enim signum erit, partem humoris dolorem efficientis euacuari cum sanguine certique erimus, non plures in sanguine humores peccare, sed vnicum tantum, eumque atrabilarium; cuius receptaculum cum sint venæ ipsæ, facilè cum sanguine educitur; indeque quod remanet sanguis purior redditur, cuius cõtrarium euenit in bile, & in pituita, quarum cacochimia sanguine educto augetur, quatenus scilicet attenuatur magis in augumentum bilis, refrigeraturq. in augumentum pituitæ. Et ideò in qualibet cacochimia venæ sectio suspecta est, minus verò in melancholica. Hac quippe vigente vena secta est viro in Ogniade, donec exanguis redderetur, 5. Epid. vers. 25. & in venarum interceptione, siuè apoplexia 4. Acut. vers. 40. Mar. n. 2. Mar. n. 37.

Vers. 200. At reuersiones eruptionis sanguinis maxime fiunt his, nisi abscessus, &c. Mar. n. 14.

Atrabilarijs eruptiones sanguinis recidiuas faciunt, quia in his sanguis crassus abundat, qui

B dum attenuatur, aut diffunditur, dilatendo iterum venas aperit; cui flatus etiam, qui in atrabilarijs maximè vigent, occasionem non leuem præstant. Nisi abscessus succedant, vt inquit Hipp. optimi verò sunt sanguinolentissimi, hoc est per quos sanguinis euacuatio sequatur, veluti per hæmorrhoides, & varices, per hos enim manitæ venæ diruptionis periculum omne tollunt.

Vers. 201. Quibus autem in pectoribus dolores insunt, & per tempus attenuantur, &c. Mar. n. 14.

Quibus pectus dolet cum reliquis appositis in textu, compactum quoddam modicum malum odorem habens reijcere obseruauit Hipp. Quare id prædicendum nobis esse admonet; eo tamen prædicendi modo, quo etiamsi Medicus fallatur, non tamen notetur, per interrogationem scilicet, de quo suprà vers. 52. huius libri facta est mentio, vbi non modo hunc rutum esse indicauimus, sed etiam Hipp. admodum familiarem.

C *Vers. 255. Et ex pustulis nocturnis herpetes.* Mar. n. 18.

Epynictide rupta, quam Græcæ vocis ethimologiam secutus Interpres, & antè eum Plin. pustulam nocturnam vertit, vlcus remanet, quod quidem, quia serpendo ad partes proximiores se extendit, hoc nomen herpetis meruit, de quo sæpè apud Hipp. fit mentio, & de hoc vlcere intellexisse Plinium censeo, qui de caulium viribus tractans, Epynictidas inquit, & quid quid aliud serpit in corpore imposita leuat. Epynictis enim quatenus pustula est inter serpentia connumerari non potest.

Vers. 256. Senibus autem nihil talium tuberculorum accedit, verum cancri, &c. Mar. n. 18.

Cum hic manifestè distinguantur cancri occulti, ab ijs qui summas corporis partes occupant, clarè patet (quod alibi etiam adnotauimus) per occultos cancros Hipp. intellexisse

D eos, qui intimius carni infixi sunt, nec extuberant foras, quam interpretationem visus est etiam confirmasse superius, dum dixit, & cancri occulti submersi, quos quidem chirurgiam non curare melius statuit sect. 6. aph. 38.

Vers. 263. Nam & loci, quæ nomina habent, multum inter se differunt. Mar. n. 19.

Hanc sententiam citauimus, & explicauimus lib. 1. de Morb. vers. 62.

Vers. 267. At quando is, qui vulnus habet, delirat, & facie fere vulnus, &c. Mar. n. 19.

Dixerat admodum incertum esse vulnerum exitum, quando etiam in locis læthalissimis nonnunquam ad sanitatem perducantur, idque propter diuersitatem loci, in quo vulnus inflictum est, & eiusdem modum, vt exempli gratia, si hepar vulneretur in infima loci parte, vulnusq. omninò angustũ sit, seruari poterit sauciatus, etiamsi hepatis vulnera sint lethalia. Fallax est pariter vulnerum euentus, ob hominis vulnerati particularem dispositionem, quæ Medico etiam diligentissimo constare non potest. Vt ergò tutò procedamus, nec à prædi-

E ctis decipiamur, admonet nos hoc in loco Hipp. vt ea vulnera curanda suscipiamus, quæ rationabilem euentum habere cognoscuntur, quæ inquam etiamsi magna sint, & læthalia, tum ob partem læsam, tum ob accidentia superuenientia: hæc tamen sunt manifesta, nec medicum decipere possunt inexpectato euentu. Similiter & his contraria sunt suscipienda: quæ scilicet benigna sunt, & quæ leuiter ab ægrotante feruntur. In horum enim curatione periculum non est, vt Medicus ignominiam apud vulgus incurrat, eò quod curabilia curabit, difficilia verò, vt talia prædicet.

Vers. 269. Moriuntur enim homines ab omnis generis vulneribus. Mar. n. 19.

Prosequitur Auctor exponendo causas incertitudinis euentuum vulnerum. Docetquè ex

omni

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 523 sur 636

omni etiam leuissimo vulnere homines aliquandò interire, idque duplici modo euenire ait: aut superueniente hæmorrhagia, ob peculiarem quandam venarum dispositionem, quæ non omnibus conueniat. Aut propter doloris vehementiam, à quo alij respiratione intercepta, alij delirio, & febre superueniente moriuntur, quorum quidem causa est, & corporis, & animæ peculiaris dispositio, hac enim quidam ex quacunquè leui occasione delirant. Alij pariter ex naturali propensione febrem statim incurrunt. Hæc igitur omnia considerare debet Medicus, hoc ratum, & firmum tenens, minus formidanda esse ea mala, quæ ex naturali dispositione eueniunt, quam ea, quæ præter ægrotantis naturam contingunt.

Mar.n.30. Vers. 278. *Quæcunq. igitur vulnera tempus nanciscuntur, aut corpus, aut mentem, &c.*

Concludit tandem, quæ vulnera à medico cautius procedente fugienda sint, & quibus admouenda sit manus, reperitq. causas, quæ eadem vulnera infida, & fallacia reddunt, quæ scilicet in loco inflicta sunt ambiguo, & periculoso (placuit enim hoc in loco Calui versionem sequi, qui καιρος, idest, occasionem, ad locum transtulit) referunturq. hæc ad id, quod suprà dictum est: Nam & loci, qui hæc nomina habent, multum inter se differunt, aut corpus tale, quale descriptum est, eaque respicit, quæ superius dixit. Multum etiam differt corporis ipsius hominis dispositio, &c. Et mentem huiusmodi, quia vt suprà adnotatum est, aliqui corpus febri maximè dispositum, & mentem errabundam, delirijsq. obnoxiam habent, aut ità gliscentem sanguinem propter peculiarem venarum dispositionem, quæ causa est, vt vulneri etiam leuissimo sanguinis profusio superueniat, quæ hominem perimat, de qua re superius dixerat. Si glisceret, ac eo ferri venas contigerit. Aut magnitudine tanta fuerit vulnus, vt vix ad curationē homo adduci possit, quin scilicet tanquam desperatus omninò derelinquendus à Medico censeatur. Quæ quidem verba respiciunt id, quod dicebat superius: Nam & loci, qui hæc nomina habent, multum inter se differunt, & ijdem modi, vulneris enim magnitudo admodum spectat, quarè si in loco principe inflictum sit, & notabilis sit magnitudinis, desperatum omnino habendum est. Ab omnibus igitur casibus recensitis abstinendum esse nos consulit, vtpotè in quibus Medicus facilè decipi potest, cum iactura propriæ existimationis, qualiacunque fuerint, hoc est siue vulnera leuia, & facilia videantur: siue graula, & periculosa. Nam in grauioribus decipi, interitum prædicendo potest, qui tamen inde non sequatur, & in leuibus promissa, aut saltem sperata curatione frustratus. Diarijs animi deliquijs exceptis. Nam vulnera, quibus quotidiè syncopes accedit, non solet Medicū mortem prædicentem decipere. Solet enim hoc symptoma, ijs vulneribus superuenire, quæ cordi sunt proxima, aut quouis modo illud in consensum trahunt, quarè syncopes, quæ quotidiè accedit, non principalis, tantummodò partis læsionem significat, sed etiam affectionis magnitudinem attestatur, quibus concurrentibus hominem seruari est impossibile, vndè Celsus lib. 7. cap. 3. hunc in modum loquitur. Deficere tamen animam, vel ipsa curatione, vel postea, pessimum omnium est, & fortassè diarias appellat hoc loco Hipp. quæ singulo die curationis occasione, quæ quotidiè fit, euenire solent. Huic postremæ particulæ si quis meliorem expositionem adaptauerit, eam libenter suscipiam.

Sectio II.

Mar.n.23. Vers. 19. *Iudicantur autem pleriſquè, ſiquidem quarta vulneris die febris, &c.*

Ex hoc loco clarè apparet perperam receptum esse Medicis, diem quartam esse septimi subsequentis indicatricem, propter malam intelligentiam aphor. 24. secundæ particulæ. Septenorum quartus est index. In quo asserit Hipp. ex septem diebus, quæ hebdomadam constituunt, quartum contemplabilem esse, non ità tamen, vt quid in eadem hebdomada, hoc est, in septimo subsequenti euenturum sit, demonstret tantummodò: sed per totum morbum: quatenus quæcunq. in eo die contingunt ad significandum plus possint, quam quæ in alijs diebus non contemplabilibus eueniunt, cui quidem interpretationi etiam plurimum fauet Græca lectio, quæ habet τῶν ἑπτά, idest ex septem, in numero pluris. Quarè cum dicat manifestè, hoc in loco Hipp. febrem quarta die accedente, euentum ad vndecimum produci, signum est certissimum, quartam septimæ subsequentis non esse indicatoriam, similiter dum inquit, febrem vndecimo die accedentem, qui, vt Hipp. ait in aphorismo, est quarta

dies

immo

A dies est secũdæ septimanæ, iudicari ad vigesimã, non die decimaquarta, eandem veritatẽ confirmat, & nè quis dicat, hoc esse vulnerum peculiare, subiungit Hipp. Quemadmodum in febribus descriptum est, quæ absque manifestis causis fiunt, ita vt eadem sit dierum vis, & potestas in his, ac in illis.

Vers. 36. Simulquè flecti, ac extendi, quæcunque, dum articulus incuruus est, curantur. Mar. n. 24.

Hunc esse horum verborum sensum existimo, sanato vlcere articulorum, in quo tumor insignis obortus sit, non solum tumorem diutius ex necessitate permanere, sed etiam extensionem, & flexionem vitiosam, ità vt eò vsque tantummodo articuli fieri possit, quòusque incuratione extendebatur, & sic de eiusdem flexione statuendum idem erit.

Vers. 91. Pupillæ verò flauescentes, aut argenti speciem referentes, &c. Mar. n. 28.

Hæc pauca, quæ de pupillæ coloribus præter naturam tractat, ad prognostica spectant suf-
B fusionum oculorum, quæ vulgo Catharactæ dicuntur, quarum aliæ facili negotio curantur, aliæ difficulter, nonnullæ verò nulla curatione tolli possunt, vt ex sola contextus lectione cunctis patere potest.

Vers. 105. Omnium maximè vrinæ statum in oculorum affectionibus considerare, &c. Mar. n. 29.

Ad tempus iudicationis prædicendum in oculorum inflammationibus signa & bona, & mala consideranda esse, iam docuit nos Hipp. nam sicuti mala signa ad longitudinem morbi, ità bona ad breuitatem significandam concurrunt. Faciunt etiam hæc eadem ad firmitudinem iudicationis: quia vt ipse subiunxit: quæ sinè signis bonis, & extrà iudicatorios dies melius habent, his recidiua contingit. Addit modò omnium prædictorum signorum maximum esse vrinarũ considerationẽ, eò quod temporũ occasiones repentinæ sunt. Quasi dicat, in alijs morbis tempora suas habent statas, firmasq. mutationes, & vicissitudines, proportionemq. seruãt ad inuicem, vt nõ sit difficile ex prægressis morbi temporibus, tempus iudicationis præuidere.
C Verum in oculorum morbis res non ità se habet: quia eorum tempora proportionẽ non seruãt ad inuicẽ, sed mutationes repẽtinas faciunt. Quapropter mentẽ vrinis adhibere oportet. Hæc enim & quatenus signa, aut bona, aut mala existũt, & quatenus coctionis, aut cruditatis indicia præbẽt, iudicationes, an breui, an longo tẽpore futurę sint, indicare poterũt; quẽadmodũ etiã, an iudicatio firma, & tuta sit, an recidiuã timere oporteat. Quarè ex his patet, quã rectè senserint illi, qui vrinarũ inspectionẽ negligentes, eam in febribus tantũmodò necessariã prædicãt.

Vers. 124. Læuitates porrò intestinorum, lyenteriæ græcis appellatæ, &c. Mar. n. 31.

Ex his, quidem excretionũ diuersitatibus, quæ in hoc affectu referuntur, patet, Lyenteriæ essentiã in ciborum omnimoda impermutatione non consistere; ità vt crudi penitus, nulla in
D ijs permutatione facta deijciantur, quandoquidem, vt refert Hipp. aliquandò nigra, & graueolentia deijciuntur, quæ sitim inducunt, os exulcerant, & ruborẽ in facie eleuant, ex quo conijcere licet, sæpè Lyenteriã in ciborum corruptione consistere, propter quam assumpti cibi descendunt, priusquam conuenientem coctionem subeant; eo quod per eam acriores facti, naturam incitant ad eorum expulsionem. Quapropter essentia huius affectionis in hoc consistit, quod cibi inconcocti descendunt, quatenus in ipsis excretis ciborum assumptorum vestigia apparent, siuè modò ob caloris ventriculi excessum cum humiditate non concoquantur, siuè à calore immodico, aliaue causa corrumpantur antè, quam naturalem permutationem ad coctionem acquirant, quoquo enim modo prædicta eueniant semper Lyenteria dicenda est, ex his verò, quæ in textu referuntur, patet, Lyenteriam ex corruptione longè deteriorem esse, quam eam, quæ ob caloris defectum euenit.

Vers. 196. Fit autem hic morbus maximè mulieribus. Mar. n. 35.

E Lumbricorum generationẽ peculiarem esse puerorum affectionem omnibus receptum est, ità, vt hoc in loco argui Hipp. possit, dum eandem mulieribus maximè tribuit. Verum tamen qui morbi ideam hic positam exactè considerauerit, Hipp. dictum veriſſimum confitebitur. Supponit enim, cum vermibus humorem biliosum vigere, qui quantum in mulieribus vermiũ generationi confert, tantundem in pueris eosdem necare aptus est. Quia enim ad lumbricorum generationem calor satis firmus requiritur, materiaquè apta, qualis est humor pituitosus (vt concedunt omnes) vtraque causa viget in pueris, de quorum calore scriptum est: Qui crescunt plurimum habent calidi innati. Humorque pituitosus in ipsis abundat, tum propter humiditatem temperamenti, tum maximè propter edacitatem. In adultis verò vtraque causa

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 525 sur 636

concurrit. Nam si iuuenibus,& viris calor sufficiens viget,in ijsdem materia apta deest. Quæ A
materia si in mulieribus,& senibus aliquãdo præsens est,in illis calor deficit,nisi aliqua præter
naturalis concurrat causa, quæ prædictorum calorem augeat. Hæc autem est bilis ipsa, quæ
quotiescunq. in mulieribus abundat, & ad ventrẽ demandatur,subbilios frequenter vomunt,
talia autem fiunt ex permixtione bilis, & pituitæ, quarè nisi id grauiditatis symptoma fuerit,
vermium præsentiam attestatur, idque mulieribus maximè euenit, non autem viris, quorum
venter non solet pituitoso scatere succo, qui si in ijs aliquando viget ob temperamenti calidi-
tatem, & siccitatem, acrimoniæ, aut salsedinis fit particeps ;& ex consequenti lumbricorum
generationi ineptus. Non necantur autem in hoc casu ab amarore biliosi humoris,quia ipsis
congenitus est, & familiaris, non autem ijs,qui à simplici pituita cum caloris naturalis vigore
producuntur, & ideò in illis bilis ipsa vermes necare potest, in illis verò minimè, quarè bilis
ipsa vermium generationem in mulieribus adiuuat, in pueris verò prohibet, & destruit. B

Ad Librum Coacarum prænotionum.

PROSPERI MARTIANI ANNOTATIONES.

In hoc libro Coacarum prænotionum inscripto prædictiones omnes, veluti in quodam
promptuario descriptæ sunt, quæ per longam annorum seriem à Cois Medicis obseruatæ fue-
runt. Quas quidem,si inscriptioni adhibenda fides est,ab Hipp. collectas,& in hunc ordinem
digestas esse asserendum est. Easdemq. Coacas denominauit, quia non omnes proprijs ob-
seruationibus conscripsit, sed à cæteris etiam Medicis Cois delumptis, & ideò non est mi-
rum, si multa in hoc libro descripta sunt, quæ passim in alijs Hipp. libris reperiuntur. His C
quoquè bellum indixit acerrimum Galenus, ex quo factum est, vt tot prætiosæ margari-
tæ, non modò velut extincti carbones hùcusquè ferè latuerint Medicis, sed etiam eorum
nonnullis abominationem faciunt. Harum verò precium, & nitorem cùm prospexerit do-
ctissimus Holerius Academiæ Parisinæ decor, & post eum Ludouicus Duretus doctrinæ
Hippocraticæ æmulator, vndè Hippocratis genius dictus est; doctissimis comentarijs earum
præstantiam palàm facere procurarunt, quorum vestigia secutus acutissimus Iacotius æqua-
lem laudem in hoc dificillimo negotio sortitus est: quod quidem quia amplissimum est, in
totum absoluere non potuerunt, quin cæteris etiam elaborandi circà eandem materiam
occasio relicta sit. Vndè & nobis etiam insudare in eo licet, quemadmodum etiam posteris
laboris partem nos reliquisse non ignoramus. In eò autem consilium nostrum, nixusque
collocauimus, vt in explicatione difficilium à communi lectione non recederemus; ex quo D
prædictorum expositorum nimiam facilitatem in textus peruersione obseruauimus.

Vers. 4. Ex perfrigeratione timor; & tristitia præter rationem, in conuulsionem finit.

Præsens Coaca præ alijs Hippocratis locis inimicitiam palàm facit, quam melancholicus
succus cum neruosis partibus habet (quod pluries adnotauimus) cuius gratia, quotiescunq.
hic humor in febribus abundat, & aliquod malum signum superuenit, quod neruosis mine-
tur partibus, vel etiam capiti ipsi, confidenter conuulsionem prædicere possumus; quo sup-
posito præsentis Coacæ ratio patet, in qua morbi idea supponitur febris acuta,atræ bilis par-
ticeps. In hac igitur,si perfrigeratio non extremorum, sed totius corporis, aut saltem poste-
riorum partium superueniat(symptoma non modo in suo genere malum,sed etiam vndè ner-
uosum genus,cui frigidum est inimicum,plurimum labefactari contingit) & à refrigeratione
timor, & mæstitia succedat, quæ cerebrum ab humore melancholico affligi significant,meri-
tò conuulsio expectari potest. Sed qua ratione in conuulsionem potius desinit morbus,quã
in paralysim,aut aliam neruosarum partium affectionem? Huius causam existimo consistere
in febre acuta,propter quam humor adeò acris redditur, vt necessariò neruosas particulas ir-
ritet, quarum virtus, vt noxium à se expellat, motum conuulsionis facit, quoniam igitur per
febres acutas humor noxius qualitate potius, quam quantitate lædit, ideò euenit, vt con-
uulsio potius, quam paralysis in hoc casu superueniat. Conuulsionem verò excitari irri-
tata facultate, paralysimque interceptis vijs, demonstrauimus suo loco, imò febris tan-
ti est ad conuulsionem efficiendam, vt si paralysi correpto febris superueniat, paralysi

perse-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 526 sur 636

A perſeuerante, ſimul, & ſemel conuulſio corripit, ità vt membrum ſenſu, & motu priuatum conuulſorijs motibus moueatur, idquè quotidie obſeruatur in praxi, etiam ſi Galeno id impoſſibile viſum ſit, non tamen Hipp. qui hæc duo ſymptomata ſimul obſeruauerat lib. 1. Epidem. in muliere trimeſtri fœtu grauidâ, in cuius ſententiæ confirmationem inferius legimus hoc eodem lib. verſ. 104. ſect. 2. Affectiones ex lumbis ad collum, & caput tranſeuntes, paraplectico modo reſoluentes, & conuulſoriæ, mentis emotoriæ ſunt, in cuius Coacæ explicatione, quomodo hæc duo ſymptomata ſimul conſiſtere poſſint, Deo dante, explicabitur.

Verſ. 8. Soporoſi rigores aliquatenus pernitioſi, & flammeus in facie color, &c.

Propter prorrheticum verſ. 33. quod hanc eandem ſententiam continet, nonnulli vocem, τὰ κομαλοδεα, in καυματωδεα, tranſmutantes, hanc prognoſim ad febres ardentes referunt. Verum cum magis conſonum ſit rationi, rigores cum ſopore malos eſſe, quam in febre ardenti, B cuius ſolutio à rigore ſæpè dependet, vndè 4. aphoriſm. 58. legimus: A febre ardente occupato rigore ſuperueniente ſolutio: cumque in contextu nihil appoſitum ſit, cuius virtute rigor in febre ardente dicatur malus, ſatius eſſe exiſtimo vulgatam ſcripturam omnibus conteſtibus conſentientem de more ſeruantes dicere: Soporem inducentes rigores aliquatenus pernicioſos eſſe. Prorrheticumq. potius per Coacam corrigere, quam è contrà. Ratio autem præſentis prognoſis in eo conſiſtit, quia cum rigor indicat humorem peccantem bilem eſſe, quæ in actu rigoris commouetur; ſi eodem tempore ſopor aduenîat, ſignum erit, indè eleuatos vapores cerebrum petere, quos facilè humor ipſe conſequitur, idquè flammeus in facie color indicabit, cui ſymptomati ſi etiam ſudatiuncula ſuperueniat, longè peius erit, hæc enim ſuperuenire ſolet, quando natura ab humorum copia ità obruitur, vt omne dominium ſuper eos amiſerit. Quibus omnibus ſi tandem poſteriorum frigiditas accedat, quæ nerC uoſis particulis bellum indicere ſolet, meritò conuulſio expectabitur, ob rationem in præcedenti Coaca aſſignatam. Quod autem à vaporibus, à calidis, & ſiccis humoribus, qualis eſt bilis, ad caput eleuatis, ſopor excitetur, teſtis eſt prorreticum primum, in quo ſoporem à principio comparentem phrenitidis prænuntiũ eſſe teſtatur Hipp. pari ratione Phytonis filio, bilioſis excretis cathaphora ceſſauit, ſignum euidens, hanc ab ijſdem excitari, vt in eius loci explicatione 7. Epidem. ſect. 2. verſ. 487. à nobis demonſtratum eſt. Dixit autem Hipp. aliquatenus pernitioſi, vt indicaret, non omninò eſſe læthales, imò hæc eadem aliquando criſes optimas præceſſerunt, etiamſi admodum rarò: vt obſeruauerat in ægroto iuxtà Medoſadæ ædes decumbente libro 4. Epidem. verſ. 37. Quem morbo ad iudicationem tendente ſoporoſum factum eſſe narrat, & cum rigore, aliiſque ſymptomatibus optimè iudicatus eſt. Quem caſum, vt rarum adnotaret, in fine narrationis addidit: Nihil iudicationibus contraD rium, indicans, ſi quidquam non iudicatorium acceſſiſſet, nullo modo rectè iudicari potuiſſet.

Verſ. 10. Ex dorſo horrores frequentes, & citò tranſeuntes, quæ tolerari poſſunt.

Locus, in quo primum horrores perſentiri incipiunt, videtur eſſe ſatis ad demonſtrandum eos, de quibus hic ſermo habetur, omninò ſymptomaticos eſſe, quandoquidem periodicos non ex dorſo, ſed ab exterioribus potius partibus, velut cubitorum, & femorum ortum habere, ipſemet Hipp. lib. 6. Epidem. ſect. 3. verſ. 29. adnotauit: quem admodum in eiuſdem ſententiæ explicatione à nobis demonſtratum eſt. Quod ſi adhuc aliæ conditiones in textu appoſitæ addantur, videlicet, frequens eorum inuaſio, cum cita caloris, & frigoris viciſſitudine, iam de eorum prauitate certiores erimus. Indicant enim hæc, circà partes horrore affectas humores non copia tantùmmodo peccare, ſed & qualitate, & motu: vndè inflammatio conſtituitur partium adiacentium, quod etiam Galenus animaduerſit in huius ſententiæ exE plicatione Primo prorrheticorum Com. 2. Tex. 46. Cum enim horroris materia ſit humor frigidus, & craſſus, velociter moueri non poteſt, ità vt frequentes horroris inuaſiones fiant, niſi inflammatio adſit, quæ humorem dictum attenuando, aptiorem ad motum eundem reddat. Hac enim vigente, calor, & cum eo humores ipſi, modo ad interiora conuertuntur, modo expanduntur foras. Partibus igitur ad dorſum modo explicato affectis duo enarrata in textu contingunt ſymptomata, anxietas inquam internarum inflammationum propria, & vrinæ ſuppreſſio, compreſſione facta vigore inflammationis, in ijs neruis, qui à ſpinali medulla ad ſenſum partibus vrinæ excretioni inſeruientibus, impartiendum diſtribuuntur. Nam eadem compreſſione in neruis facta ob ſpinæ luxationem vrinam ſupprimi quotidiè obſeruatur,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 527 sur 636

seruatur, idque adnotauit Hipp. lib. de Articulis com. 3. Doloroſam verò addit modò, ad differentiam earum, quæ ſinè inflammatione fiunt, dum ijdem nerui ab alijs cauſis comprimuntur, aut obſtruuntur. His autem malis ſi ſudatiuncula ſuperueniat, cum humorum copia, caloris innati exolutionem indicabit, vt ſumma cum ratione hoc ſignum inter peſſima ab Hipp. vbique reponatur.

Verſ. 15. Rigores ex dorſo moleſtiores ſunt, qui verò decimaſeptima rigorem, &c.

Rigores ex dorſo non intelligit hoc in loco Hipp. eos, qui à dorſo incipiunt, de quibus 6. Epid. ſect. 3. verſ. 29. legimus: Rigores incipiunt mulieribus quidem è lumbis magis, & per dorſum, & indè ad caput, &c. Sed eos, qui ab affectione partium ad dorſum ſpectantium ortum ducunt. Nam ſicuti à partibus poſterioribus incipere, inter conditiones critici, aut periodici rigoris adſcribitur (vt in eiuſdem loci explicatione à nobis demonſtratum eſt) ità rigor à dorſi affectione dependens cæteris ſymptomaticis rigoribus grauior cenſetur, ob ſpinalis medullæ præſentiam, & vicinitatem: qua laborante, neruoſum genus compatitur, vndè læthales conuulſiones ſuccedunt. Quarè huiuſmodi rigor ſemper grauis eſt, verum grauiſſimus erit, ſi decimaſeptima ſuperueniat, & vigeſimaquarta repetat: tum quia hi ſunt dies contemplabiles, in quibus tantum malitiæ ſignis malis additur, quantum bonitatis, & firmitatis ſalutaribus, tum etiam, quia à principio morbi longè abſunt, nam quò ſerius in acuto morbo grauia ſymptomata ſuperueniunt, eò periculoſiora exiſtunt. Motus enim tarditatem id ſignificat, & morbi longitudinem, vndè vix fieri poteſt, vt natura tamdiù reſiſtere poſſit, quin prius morbo ſuccumbat.

Verſ. 18. Horrore affecti, multum inſuper exudantes, difficili malo implicantur.

Cum horridæ febres craſſorum, & frigidorum humorum præſentiam atteſtentur, ideò euenit, vt non facilè per ſudores copioſos tutò, & fideliter iudicentur, quod illis febribus magis conuenit, in quibus bilioſus abundat ſuccus. Quarè ſi in febre horrida quis vehementer exudet, humorum multitudini id tribuendum eſt, quibus natura, vt par eſſet, non dominatur, quod quidem morbum facit difficilem, qui aut mortem infert, aut in longum tempus protrahitur. Meritò igitur dixit Hipp. δυσκολα, ideſt difficiles, iuxtà illud 2. Epid. ſect. 1. verſ. 35. Critica non iudicantia partim læthalia, partim difficilis iudicij.

Verſ. 19. Quibus ſexta die rigores fiunt, hi ægrè iudicantur.

Rigores ſextæ diei hac Coaca improbantur, non quia bilis, cuius dominium indicat rigor antè ſeptimum criticè expelli non poſſit, vt viſum Galeno in Coment. 62. aphor. ſect. 4. hoc enim conceſſo ſequeretur, nullum morbum antè ſeptimam diem iudicari poſſe. Nec propriè locutus fuiſſet Hipp. dum inquit: Quibus ſexta die rigores fiunt, cum dicere debuerit: antè ſeptimam diem, ſed potius, quia rigor die ſexta apparens, vel morbum per pares dies moueri indicat, nam quæ paribus mouentur, paribus iudicantur, vel die non critica naturam irritatam humoris noxij tentare expulſionem, quorum vtrunquè iudicij difficultatem importat, in quorum explicationem vide ea, quæ in expoſitione 29. Aphor. ſect. 4. adnotauimus.

Verſ. 20. Quibus ſanis horrores frequentes ſunt, hi ex ſanguinis fluxione ſuppurantur.

Duretus præſentē Coacam, ità vertit. Quibuſcunq. morbo defunctis horrores crebrò citantur, his pro hæmorrhagia fit empyema, quæ quidem expoſitio etiam ſi ſatis ingenioſa ſit, à proprietate tamen græci ſermonis lōgius recedere mihi videtur. Nam præter verbū ὑγιάνουσιν quòd impropriè ſatis refertur ad eos, qui ex morbo ſanati ſunt, illa vox ἐξ αἵματος pro ſanguine, hoc eſt loco ſanguinis nullo modò exponi poteſt, ſonat enim ex ſanguine. Quarè hæc verba hunc in modum exponerem. Horrores, qui frequenter in ſanis, qui ſcilicet, abſque febre, aut alia euidenti ægritudine (id enim propriè ſonat vox ὑγιάνουσιν) contingunt futurā ex ſanguinis fluore ſuppurationem oſtenduntˌ & ratio eſt, quia huiuſmodi horrores à motu dependent humoris in ſanguine agitati, qui cum tenuis ſit, & ſeroſus, ſanguinem ipſum ſeroſiorem, & tenuiorem adhuc amplius reddit. Sanguine verò ità ſeſe habente, ſi frequenter ex horrore agitetur, periculum eſt euidens, nè aut vena aliqua rupta, aut aperta, vel denique rarefacta, ſanguis in thoracis cauitatem diffundatur, qui quidem partim indè expuatur, partim retineatur, quòuſq. corrumpatur, & in pus trāſmutetur. Sicque ex ſanguinis ſputo ſuppuratio ſequitur. Cur autē per horrores frequentes agitatus ſanguis ad pectoris cauitatē potius cōuertatur, quā ad alias partes, eadem ratio aſſignari poteſt, quam adducebat Hipp. lib. 1. de Morb.

verſ.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 528 sur 636

A verſ.204. quia ſcilicet pectus cum nudum ſit, excarne, & interno fulcimento carens, magis in rigore patitur, quam aliæ partes, vndè etiam humorum affluxum libentius ſuſcipit. Poſſumus etiam dicere Hipp. non aſſerere ſimpliciter futuram indè hæmorrhagiam neceſſariò ſequi, ſed ſi fiat, ſanguinẽ ſiſtere, impoſſibile eſſe, quia ex ſanguinis ſputo puris ſputum ſequatur, quod eſt ipſamet ſuppuratio, idquè à ſanguinis ſeroſitate dependet. Quibus enim vena in pectore, aut pulmone rumpitur, niſi citò agglutinetur, vlcus remanet, à quo neceſſariò pus manat. Agglutinationem verò vulneris impedit, tum ſuccedens inflammatio, vt etiam Galeno viſum eſt, tum ipſiuſmet ſanguinis ſeroſitas, nam eadem ratione in hydropicis vlcera difficulter ſanantur, vt adnotauit Hippocrates ſexta Aphoriſm. octauo, quia in illis humiditas abundat.

Verſ. 21. Horrores ex ſpirandi difficultate, in doloribus, ſunt ſigna tabis.

Horrores frequentes humoris, vel ad ſuppurationem parati, vel in pus iam tranſeuntis in-
B dicia ſunt, ſpirandi verò difficultas ſedem humoris oſtendit, quæ ſunt partes reſpirationi inſeruientes. Quotieſcunq. igitur ſuppuratio in dictis partibus fit, vix tabes euitari poteſt, & ideò hæc eſſe ſigna tabis præceptor ait.

Verſ. 28. Cruentæ in his vrinæ prauæ.

Cruentæ vrinæ venoſum genus laborare oſtendunt, vt Hipp. nos docuit lib. de Nat. hum. verſ. 268. Quotieſcunq. igitur in ægro tot ſymptomatibus vexato, huiuſmodi vrinæ apparent, *Mar. n. 26.* quæ naturalis facultatis venarum ſummam imbecillitatem atteſtantur, quæ ſpes ſalutis ægrotanti remanere poteſt? Quæ verò vrinæ cruentæ dicantur explicauimus in expoſitione aphor. 75. ſect. 4. In reliquis pete Dureti, & aliorum cõmentaria.

Verſ. 29. Rigor cum diſtenſione neruorum necat.

C Rigor in opiſtotono necat non ſolum, quia reſpirationis vſus per rigorem augetur, quod rigentes palã faciunt, in quibus reſpiratio fit frequentior, quæ reſpiratio in opiſtotono difficilior redditur, ſed etiã quia humores per rigorem agitati ad partes prius affectas confluunt, vndè opiſtotonos cauſa augetur ad interitũ, & hæc ſententia vera eſt in morbis acutis, de quorum accidentibus præſentes Coacæ inſtitutæ ſunt, quandoquidem non eſſet inconueniens in opiſtotono à frigidis ſuccis orto rigorem fieri ſalutarem, diſcuſſa per rigorem materia, quæ opiſtotonum conſtituit.

Verſ. 29. Qui inhorruerunt, & exudarunt iudicatorio modo, & poſtridiè, &c.

Præſens ſententia etiamſi primo aſpectu irrationabilis appareat, nihilominus ſi rectè percipiatur, abſque verborum alteratione, iuxtà vulgatam lectionem verum, & rationabilem ſenſum recipere poſſe, mihi videtur, qui quidem nonnullis præmiſſis, omnibus ni fallor patebit. Sæpè numero euenit, vt vnica euacuatio, etiamſi critica ſit ad integram tamen morbi ſolutionem non ſufficiat, idque euenit, vel quando materia diuerſa peccat, vel plures ſunt morbi mineræ, & febris foci, eo enim caſu natura primum eam expellit, quæ ſibi accommodatior videtur, indè verò ad reſidui expulſionem inſurgit: vndè alteram arripiens euacuationem morbum in totum iudicat, idque facit aliquandò non longè à prima euacuatione, quando ſcilicet, quæ remanent expurgãda, ex precedenti motu non recruduerũt, quod ſæpè euenit, aut quando materia illius eſt conditionis, vt abſque præcedenti concoctione criticè expelli poſſit. Aliquando verò inter primam euacuationem, & ſecundam plurimum temporis interponit, idque euenit, quando materia, quæ remanet, recrudeſcit, eo enim tempore intermedio materiam expellendam denuò concoquit. In præſenti igitur Coaca ſupponendũ, quod diuerſa materia peccat, humor ſcilicet pituitoſus plurimæ ſeroſitate dilutus, quem horror ſudorẽ præcedens indicat, & ſanguis, vndè hæmorrhagia excitatur. Inquit ergo Hipp. qui inhorruerunt, & exudarunt iudicatorio modo, hoc eſt, quando poſt horrorem ſtatim ſudor aduenit, non longè poſt, & in fine acceſſionis, quemadmodum in periodicis ſudoribus obſeruatur. Hæc eſt enim differentia inter ſudores iudicatorios, & periodicos, dixit autem iudicatorio modo, non criticè, vt indicaret per ſudorem non perfectè iudicatum eſſe morbum. Qui inquam inhorruerunt, & exudarunt critico modo, ſi tenuioris humoris parte per ſudorẽ excluſa, quod reliquum eſt, excernere natura horrore denuò excitato tentauerit, nec ſigna coctionis adſint, ſed potius cruditatis in vrina tenui, alterum duorum euenire neceſſe eſt, vel vt aliqua euacuatio ſymptomatica ſequatur: vel ea, quæ præcedentem coctionem non neceſſariò expoſcat.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 529 sur 636

At nulla euacuatio symptomatica expectari potest, vbi natura materiæ morbificæ dominatur, quod in hoc casu supponendum est, in quo critica euacuatio præcessit, per quam pars humoris noxij educta est: sudorem enim hunc criticum fuisse, non symptomaticum, ex eo potissimum constat, quia post euacuationem somnum aduenire supponitur, qui quantum faciat ad distinguendas euacuationes criticas à symptomaticis, indicauimus in expositione illius sententiæ. Antè rigorem vrinarum suppressiones, si ex bonis fluxerint, & aluus egerat, & somni adsint lib. 6. Epid. sect. 1. vers. 20. cum ergò symptomatica euacuatio sequi non possit, necesse est, expectare eam, quæ præcedentem concoctionem non exposcit. Talis autem est, quæ fit per hæmorrhagiam, hæc enim sæpè, & in morbi augumento, vel etiam aliquando circà initia, vbi nulla coctionis nota apparet, ægrotantes à maximis morbis liberare obseruatur. Supponit enim Hipp. post sudorẽ vrinas attenuari, quod significare voluit, dum dixit: Neque concoxit, quandoquidem hoc signo tantum vsus est Hipp. ad cruditatem in febribus significandam, vt alibi adnotauimus. Atque hoc adnotetur in praxi, si post criticas euacuationes, non ex toto soluto morbo, vrinæ tenues, & crudæ fiant, id certissimum argumentum morbum non perfectè iudicatum esse. His igitur rationibus si post sudorem critico modo prodeuntem horror postridiè denuò sequatur cum vrinarum cruditate, fluxus sanguinis expectandus est. Vndè patet Prorrheticum hanc Coacam æmulans per Coacam potius corrigendum esse, quam Coacam per prorreticum, etiamsi id senserint, & Duretus, & Iacotius.

Vers. 31. Vrinæ cum rigore suppressæ malæ, & conuulsoriæ, tum altàs, &c.

Vrinarum suppressio in morbis acutis, de quibus est sermo, dupliciter euenire solet, vel quia materia aliò conuertitur: vt quando sudor criticus instat: vel quia impedimentum innascitur in vasis vrinæ excretioni dicatis, & sicuti prior modus aliquando salutaris fit, ità secundus perpetuò symptomaticus est, consequens inflammationem alicuius partis excretioni vrinæ inseruientis, aut adiacentium. Hosque duos suppressionis modos respexit Hipp. 1. Prædict. vers. 167. dum inquit: vrinæ suppressio, quibus rigores, & in conuulsorijs affectibus, &c. Mar. 2. 15. Instante enim rigore, quem sudor subsequitur, vrina supprimitur, ad ambitum corporis conuersa, similiter quotiescunq. ex prædictarum partium inflammatione, qui erat secundus modus, vrinæ fit suppressio, indè neruosum genus compati necesse est, vt meritò subsequatur conuulsio. His duobus modis si quis tertium addi velit, ex defectu facultatis, vt vel quando affectis neruis spirituum animalium motus intercipitur, vel emoriente facultate, vt in moribundis, non ob id sententia minus vera, & rationabilis erit. Nam cum supponat vrinæ suppressionem cum rigore fieri, hunc postremum modum excludit, quia quando facultas pænè extincta est, rigor superuenire non solet, in quo naturæ conatus quidam elucet. In reliquis verò omnibus suppressionum modis sententia omninò verificatur, priori excepto, quem aliquandò salutarem esse dicebamus. Verum etiamsi antè rigorem vrinæ suppressio spem criticæ excretionis medico præbeat, certitudinem verò, si humorum appareat concoctio, cæteraq. crisis indicia adsint, cum rigore tamen vrinam supprimi criticè, videtur impossibile. Quia vt inquit Duretus, cum materia vrinæ aliundè expelli non possit criticè, nisi per sudorem, vrinæ suppressio rigorem præcedere, non concomitari debet, vndè necesse est, si simul contingant, rigorem symptoma esse affectionis earum partium, quæ vrinæ excretioni inseruiunt, quæ quidem affectio ad inflammationem referri debet: cum certum sit, decumbente ad partem aliquam internam humore bilioso, in qua inflammatio excitetur, rigorem præcedere. Inflammatio verò in ipsis particulis vrinæ excretioni dicatis, vias angustando vrinam supprimit, in adiacentibus verò, mediante compressione eorundem vasorum: aut neruorum dictis partibus inseruientium. Cum igitur dicti omnes suppressionis modi ab inflammatione oriantur, non est mirum, si Hipp. dicat, vrinarum suppressiones cum rigore malas esse, & conuulsionem minari, cum nullum symptoma sit conuenientius inflammationi dictarum partium, quam ipsa conuulsio, siuè id lege consortij fiat neruosarum partium, siuè ob vicinitatem spinalis medullæ, & maximè si ipsa primariò, aut nerui afficiantur. Hancque magis expectare oportet, si anteà æger sopore detentus fuerit, eò enim casu caput insuper læsum apparebit, ità vt eò facilius prædictis partibus compatiatur. Quoniam verò sopor pituitosæ materiæ præsentiam plerumque attestatur, ex qua parotides in acutis morbis excitantur; ideò subiunxit auctor. Spes autem in his est, abscessus retrò aures fore. Cæterum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 530 sur 636

A ſicuti notum eſt, in ſoporoſis affectibus facilè parotidas excitari, ità difficile eſt huius veram cauſam aperire, qua quidem in re ſi meam ſententiam afferre libet, hanc pro nunc aſſignarem. Parotides, vt aliàs ex Galeno adnotauimus, ex humore fiunt medio inter acutum vrentemq. & valdè frigidum, & craſſum, ab eo enim (dicebat ille) non fit abſceſſus, ab hoc verò in partibus inferioribus potius, quotieſcunquè igitur in morbis acutis ſopor aduenit à materia caput ipſum lædente, non à vaporibus infernè eleuatis, hæc erit, non calidus, & acris humor, nam delirium potius fieret: nec pituita admodum craſſa, & frigida, quia huiuſmodi humorem in morbis acutis dominari eſt impoſſibile, vndè neceſſe eſt, vt humor ſit medius inter prædictos, qualis vera parotidum materia cenſetur, quotieſcunquè igitur hæc materia abundat in cerebro, facilè eſt indè excitari parotidas, & eò magis, ſi vehementer commoueatur, vt contingit in conuulſione, rigore, alijsq. huiuſmodi motibus, verùm quia id non omninò
B neceſſarium eſt: cum natura eandem materiam ad partes inferiores expellere, eamq. criticè expurgare poſſit. Nam ſi parotidas iam excitatas ſoluunt tufficulæ cum ſputaminibus ex primo Prædict. verſ. 288. & dyſenteria, aut bilioſum alui profluuium, aut craſſarum vrinarum *Mar. n. 24.* ſubſidentia, vt contigit Hermippo Calzomenio 1. Epid. ſect. 2. verſ. 200. quid prohibet antecedentem parotidum materiam per vias præfatas expurgari, antèquam producantur? Hæc igitur reſpiciens Hipp. non dixit ſimpliciter, abſceſſus ad aures fiunt, ſed ſpes eſt, abſceſſus ad aures fore, ſpes eſt ſimiliter dixit, vt innuat his mediantibus ſalutis ſpem concipi poſſe.

Verſ. 33. Rigores velut tritæophiarum febrium, ſi in media febre inordinatè &c.

Ità enim vertenda eſt præſens ſententia, vt grecæ lectioni, quam proximè accedamus: quæ quidem, ni fallor, nulli coacæ obſcuritate cedit, in qua, vt meam ſententiam proferam, exiſtimo, ſermonem haberi de illis rigoribus, qui in acutis febribus ſuperueniunt, non in acceſ-
C ſionis principio, ſed in ipſius vigore. Hi autem duplici modò inuadunt, primò quidem leuiter, & abſquè membrorum concuſſione, hosq. aſſimilat ijs, qui in exacerbatione earum febrium euenire ſolent, quæ Græcis τριταιοφυεες, ideſt tertianarum naturam referentes dicuntur, hæ enim cum ad integritatem non deueniant, tertiò quoquè die cum quodam lento, & exiguo rigore exacerbantur. Altero modo huic contrario contingunt rigores in ipſius acceſſionis vigore, cum vibratione, & membrorum concuſſione, hosq. vocat rigores conuulſorum, quia hoc modo rigentes ægri inuiti concutiantur, velut ij, qui conuulſorijs motibus conuelluntur. Huiuſmodi rigores maximè obſeruantur in principio quartanarum febrium, vt ſatis probabile ſit horum materiam humoris exuſti, & ad atræ bilis naturam accedentis participem eſſe, ſicuti priorum, pituitoſi ſucci, & bilioſi miſcelam. Nam vterquè humor erroneas febres excitare ſolet, quarum hic mentio fit per illa verba, inordinatè exacerbantur, & ideò Cornarij
D verſio mihi videtur rationabilior, dum vocem ἀλαχτω non ad rigores, ſed ad febrem refert, quod etiam dictionis proprietas ſuadet. Senſus ergò erit, rigores, qui in medio, ſeu vigore febris erraticæ exacerbantur, ſi placidi, lenesq. fuerint, quales eſſe ſolent, qui per febres tritæophias contingunt; valdè malos eſſe, ſi verò vehementiores fuerint, & cum membrorum concuſſione inſtar eorum, qui à conuulſionibus tentantur, rigorq. ſimul, & febrilis calor vigeat, adhuc peiores, & læthaliores eſſe, verùm obijciet quiſpiam, ſi loquitur Hipp. de rigore in media febre, & in eius vigore excitato, ad quid additum eſt cum rigore, & febre? Summo quidem artificio. Nam poſſet præfatus rigor inuadere quidem in ipſius febris vigore, verum interim calorem febrilem remitti, aut calore perſeuerante ſenſum illum rigoris ab ægrotante non percipi, ſed concuſſionem illam membrorum tantummodò apparere, vt hos ergò rigoris modos excluderet, conditionem appoſuit: cum rigore, & febre, febris enim perſeuerans in-
E dicat, rigorem illum non eſſe principium nouæ acceſſionis, rigoris verò ſenſus à ſimplici humore melancholico, non excitari indicat, ſed bilioſo admixto, nam vtroquè caſu periculum minueretur, his verò omnibus concurrentibus neceſſe eſt, rigorem hunc eſſe ſymptoma materiæ morbificæ ad partem aliquam decumbentis: in qua inflammatio excitetur, morbusq. longè grauior, & periculoſior fiat priore, nam de eo inquit: valdè malum, ad poſterioris verò prauitatem ſignificandam vſus eſt voce σκληρον, quæ peius importat, quam valdè malum, cuius quidem diuerſitatis ratio à natura humoris dependet, nam multò malignior eſt exuſtus humor, crudo, & pituitoſo.

Verſ. 36. Vocis interceptiones ex rigore, ſoluuntur tremore, & ſuper rigentes &c.

In tre-

©BIUM

In tremore omnia membra concutiuntur, & maximè neruosæ partes, vndè humoris impacti discussionem fieri per tremorem satis probabile est, vt mirum non sit, si aphonia à materia neruos voci inseruientes obstruente genita, tremore superueniente soluatur, & quia aliquandò vox intercipitur ob defectum, & exolutionem facultatis, quod iam morituris euenire solet, cui nihil opis afferre potest superueniens tremor, vt hanc causam excluderet Auctor dixit, id ijs tantum aphonijs euenire, quæ à rigore superueniunt, quia rigor aphoniam præcedens eam à materia dependere significat, non ab exhausto. Similiter qui sæpè rigent (id enim propriè significat vox ἐπιῤῥιγέοντας) superueniente tremore liberantur, discussa per eum materia, quæ aut neruosas partes lacessendo, aut per membra sensibilia, & sanguinem discurrendo præfatos rigores producit, vt lib. 1. de Morb. nos docuit Hipp. A

Vers. 38. Quibus rigor, his vrinæ suppressio.

Hanc sententiam explicauimus lib. 1. Præd. vers. 166. quo in loco perfectior legitur. B

Vers. 51. Febres tertianarum naturam referentes, erraticæ, in pares dies translapsæ &c.

Cum idea tritæophiæ febris consistat in periodo tertio quoquè die repetente, tritæophia erronea dicetur, non quæ modò vnum, modò alterum typum seruat, sed quæ inordinatè varijs diei horis inuadit: ità vt aliquandò matutino tempore, aliquandò in meridie, modò vesperè, modò noctu absquè vllo ordine exacerbetur, In hac igitur paroxismorum inconstantia, si vel horam anticipando, vel postponendo paroxismus in diem parem incidat, hæc febris difficilis inditij erit: quod proprium est earum febrium, quæ diebus paribus exacerbantur: de quibus loquens Hipp. lib. de Humor. vers. 78. inquit, & tales constitutiones etiam difficilius iudicantur, id enim ab humorum diuersitate, & copia euenit, quibus natura non dominatur: sed iuxtà prædominantis naturam accessio modò hac, modò illa hora inuadit. Cur autem morbi omnes, qui paribus diebus exacerbantur difficilè iudicium habent, rationem afferre non est facilè. Aliqui causam ad astra referunt, quatenus humores importuno motu agitati accessiones faciunt eo die, quo natura ab astris non adiuuatur, quarè quid quam boni tunc præstare non potest. Ego autem id potius referrem in causam superius assignatam, materiæ scilicet copiam, & eius diuersitatem, ob copiam accessio extenditur ad diem secundam, vndè accessio subsequens, quæ in die tertia fieri debuerat, in quartum differtur, propter diuersitatem typorum fit mutatio à die impari ad parem. Pro cuius rei intelligentia scire oportet (idquè maximi est vsus in arte) multis modis posse febres motum arripere per dies pares, sed tripliciter id euenire, vt plurimum obseruatur. Primus modus est, quando prima accessio ad diem secundam extenditur, indè verò subsequens tertia leuior est. Die verò quarta accessio repetens eam reddit grauiorem, cui eodem ordine quinta subsequitur leuior, & hoc pacto accessiones maiores fiunt diebus paribus, idq. euenit à copia materiæ, quæ primam accessionem produxit ad tertiam diem, quod si quis eiusdem crassitiem addat, non contradicam. Alter modus est, quandò prima dies molesta est, secunda verò, & tertia quietior, quarta verò exacerbatur, quinta leuior, & sic subsequenter, cuius quidem causa referenda est in materiæ diuersitatem, quandò, quæ prædominium tenebat, cuius gratia accessiones maiores in die sibi propria, quæ est impar, excitare debuerat: à superueniente noua materia superetur, ità vt minor, superuenientis respectu, euadat. Ab eadem diuersitate materiæ fit tertius modus febrium, qui per dies pares mouentur, fit autem quandò febris prima die mitis est, secunda grauior, tertia leuior, quarta rursus grauior, & sic subsequenter de tertio in tertium, ità vt in diebus paribus accessiones fiant grauiores: leuioresq. in imparibus, & his modis febres statim per dies pares moueri incipiunt. Qui quidem modi si in morbi progressu contingant (quod euenit aliquandò) febres in pares mutari dicuntur, quibus addi potest quartus, de quo hic fit mentio, per erroneos paroxismos, vt suprà explicatum est. Qui quidem omnes causam habent materiæ, tùm copiam, tùm diuersitatem, quia etiam si primus modus à copia potissimum oriatur, cæteri verò omnes ab eiusdem diuersitate magis, in omnibus tamen vtraquè causa viget. His igitur ad harum febrium constitutionem concurrentibus, non est mirum, si aut citò interimant, aut in longum tempus producantur. C D E

Mar. n. 3.

Vers. 52. Anxietudines in diebus iudicatorijs, si in his sine sudore perfrigerentur &c.

Refrigerationis infidelitatem, quæ imperitis solutæ febris speciem præbet, aperit Hipp. in præsenti Coaca, & ait, qui cum inquietudine in iudicatorijs diebus sine sudore refrigerantur,

ità vt

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 532 sur 636

A ità vt febre carere videantur, malum, & in ſumma omnes, qui ſine ſudore non iudicati perfrigerantur, malè habent. Huius tamen refrigerationis malitia à morbificæ cauſæ natura dependet, quæ non educta, ſed intimius occultata, infidæ quietis ſuſpicionem præbet, quod quidem ſicuti ſemper malum eſt, ità in febre, quæ comitem anxietudinem habet, peſſimum eſt. Anxietas enim materiæ agitationem indicat, cui niſi euacuatio eiuſdem per ſudorem ſequatur, calore euaneſcente, ad interiora eam receſſiſſe euidens argumentum eſt, ſudoris autem meminit tantummodo, quia inquietudo illa, quam aliſmon vocat, perturbationis humorum in venis ſoboles eſt, qui ob tenuitatem, & vicinitatem, per ſudorem tantum criticè educi poſſe videntur, etiã ſi in ſecunda parte propoſitionem vniuerſaliorem faciens, quamlibet euacuationem criticam comprehenderit voce ἀκρίτως vtens, hoc eſt, ſinè iudicatione, quaſi hunc in modum loqueretur, & quicunquè ſinè ſudore, & ſinè vlla alia critica euaB cuatione ex febre refrigerantur malum. Præſentem coacam multum æmulatur prorreticum illud, quæcunquè in diebus iudicatorijs, cum anxietudine abſquè ſudore perfrigerantur, malum eſt, in cuius explicatione nonnulla adduximus lib. 1. Prorreticorum verſ. 80. quæ repetere non erit inutile.

Verſ. 56. Exudantes in febre, malignè habent.

Ineptè ſatis videtur hic dici de ſudatiunculis ſolis κακοήθεες, ſine vllo alio malo ſigno, nam in ſuperioribus earum malitiam harum æqualem, leuiorem fecit hac ſimplici voce vtens κακόν, etiam ſi ijs alia ſymptomata funeſta aſſociarentur. Vis ergò, & cauſa prauitatis in ſudatiunculis præſentis coacæ repoſita eſt in voce illa, in febre, cuius expreſſio indicat, ægrum inſigniter febrire, ità vt exudationes præfatæ in ipſiuſmet febris vigore contingant, fruſtrà enim appoſita fuiſſet hæc vox, in febre, in præſenti coaca, quæ in ſupradictis omniC bus ſubintelligenda eſt, cum in hac libri parte prognoſes tractentur, quæ ab accidentibus febrium deſumuntur. Supponit igitur Hipp. calore febrili in ſummo vigore exiſtente has ſudatiunculas fieri, quod quidem ſymptoma eſt tantæ prauitatis, vt ſyndromem malorum ſignorum adæquare, & ſuperare poſſit.

Verſ. 57. Quibus biliosa eſt alui egeſtio, his circà pectus morſus, & amaritudo, malum eſt.

Ex hac coaca docemur, quod plurimis abſurdum videtur, quamuis quotidiè id obſeruetur in praxi, partes ſuperiores circà pectus morderi à præſentia humoris bilioſi ventriculum, & partes inferiores obſidentis, idq. euenit, quando bilis tenuis eſt ſummæ acrimoniæ particeps. Nam etiam ſi propria ſubſtantia partes ſuperiores non inuadat, vapores tamen eò tranſmittit, à quibus, & pectoris morſus, & oris amaritudo excitatur. Nec id videatur impoſſibile anatomicis ob ſepti tranſuerſi intermedium, nam præterquam quod per gulam D ad medium pectus aſcendentem communicatio hæc fieri poteſt; vapores tenuiſſimi, quales ſunt, qui à ſuppoſita bile eleuantur, non egent ductibus, aut meatibus conſpicuis ad vires ſuas longè, lateq. diffundendas; quandò videmus quotidie à bile ventriculum infeſtante ſæuiſſimos capitis dolores excitari. Scio quidem aliquos, quibus prædicta videntur impoſſibilia aſſerere hanc vocem στόμα pro ore ventriculi apud Hipp. vſurpari, verũ quia id ab ijs gratis dicitur, præfataq. veritas pluribus Hipp. teſtimonijs confirmari poteſt. vt in expoſitione illius coacæ, quibus in febre lateris dolore fiente, &c. verſ. 83. à nobis demonſtrabitur; eorum expoſitioni acquieſcere non poſſum. Quia igitur dolor ſuperiori ventri communicatus, dum eiuſdem cauſa deorſum fertur, indicat materiam morbificam ſummæ actiuitatis, & malitiæ participem eſſe, nec in totum criticè educi, ſed ſymptomaticè: meritò adnotauit Hipp. in bilioſa alui egeſtione pectoris morſum, & oris amaritudinem malum eſſe.

E *Verſ. 64. Et turbidus ſpiritus in his malus.*

Ad ſimilitudinem liquidorum, quæ turbida dicimus, cum ob materiæ craſſioris admixtionem eorum perſpicuitas tollitur, vndè & vrinas turbidas dicimus, vinum, aquam, & ſimilia: hoc in loco ſpiritum turbidum illum vocat Hipp. qui, dum per expirationem emittitur foras, talis ſit craſſitudinis, vt non ſolum oculis conſpicuus fiat, ſed etiam inſtar fumi, aut nubeculæ per aerem feratur, talem verò craſſitudinem acquirit ſpiritus duplici de cauſa, tùm ſcilicet propter admixtionem magnæ copiæ vaporũ, & exhalationum, tùm etiam propter exceſſum caloris earum partium, à quibus ſpiritus emiſſio prouenit, vtraquè enim harum cauſarum aerem craſſiorem reddere ſolet, idq. patet ſenſu, vbi enim exhalationum,

ſiuè

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 533 sur 636

siuè vaporum copia aeri admiscetur, eius densitas non oculis modò conspicitur, vndè nebulosus aer dicitur, sed si densiori, leuiq. corpori occurrat, v.g. lapidibus læuigatis, speculo, aut rei simili, in humorem è vestigio concrescit. At verò caloris excessu spiritum densiorem reddi, ex eo potissimum apparet, quia quò ambiens frigidius est, eò magis spiritus ex ore emissus oculis se prodit, latiusq. diffunditur, idq. euenit, quia spiritus egrediens quantò actu calidior fuerit, eò magis ab ambiente frigido incrassatur, vndè oculis apparet euidentius, talisq. conseruatur diutius, & ideò in hyeme spiritus ex ore egrediens etiam in sanis conspicitur oculis, quod in æstate non contingit, quia externo aere frigidiori calidior est spiritus in hyeme, quam in æstate, cum igitur vtraquè harum causarum apta sit spiritum reddere crassiorem, vtraquè simul concurrente adeò incrassatur, vt turbidus dici possit. Quotiescunquè ergò per febres spiritus turbidus apparet oculis, non solum maximum incendium circà partes spiritales indicat, sed etiam humorum putrescentium præsentiam, quibus vaporum copia ingens eleuetur, quæ quidem omnia similiter attestantur symptomata in textu adnotata, internum enim incendium ostendunt præ alijs vrinæ nigræ, humorum verò putrescentium copiam sudatiunculæ, maximè circà caput, & difficilis ægri tolerantia, & inquietudo. Turbidi spiritus
Mar. n. 3. mentionem fecit Hipp. etiam libro de Humoribus vers. 35. necnon lib. Prædict. 1. vers. 128.
Mar. n. 12. quam sententiam repetet inferius hoc eodem libro ver. 276. cum magna symptomatum congerie, quæ tamen omnia præfatas præsupponunt causas, maximam, scilicet, crudorum humorum copiam incendio crematorum, vt in citatæ coacæ expositione adnotabitur.

Vers. 71. Stupor in vtranquè partem citò ir[illegible] sfabens, malum.

In vtranquè partem transmutari torporem, si intelligamus à dextris in sinistras, id erit malum signum, inditium enim erit materiæ, etiam si non dum fixæ, copiosæ tamen, vndè vtrasq; partes vicissim lacessere possit, quando longè grauius malũ minatur hæc materia copiosa hùc, & illùc agitata, quam quæ ad vnicam partem confluxa, & ibidem fimata torporem inducat, quæ nihil grauius producere tandem apta est, quam illius partis resolutionem, at copiosa materia hùc, & illùc commota in aliquod viscus, & maximè in cerebri substantiam se insinuare solet, & læthalem apoplexiam excitare.

Vers. 73. Quibus cum febre ardente tumores somnolenti, torpidi fiunt: his dolor &c.

Cum febris ardentis duplex sit materia, bilis nempè, & pituita salsa, quæ in textu referuntur symptomata, de secunda intelligendam esse præsentem Coacam, attestantur, quam quidem aliquando per abscessus ad aures (hos tumores soporosos hic appellat Hipp.) iudicari nouimus, id enim naturæ humoris peccantis maximè conuenit, vt pluries à nobis indicatum est. Si igitur recurrente abscessu materia ad pectus, & pulmones conuertatur; cum quibus magna est communio, cuius gratia in pulmonum morbis parotides frequentissimè apparent, parotidasq. soluunt tussiculæ cum sputaminibus, ægrotantem paraplectico modo necat, hoc est, vel instar eorum, quos paraplegia occidit, idq. ingenti, & maligna inflammatione in partibus spiritualibus excitata, quæ aortis communicetur, ex quarum inflammatione, si magna fuerit, ægrotantes in resolutionem, modò vnius, modò alterius partis, aliquandò totius corporis incidere, testatur Hipp. inferius hoc eodem lib. sect. 2. vers. 287. cuius quidem rationem afferre in illius coacę expositione tentabimus, vel saltem cum accidentibus parapleticis communibus. Nam sicuti, qui ex apoplexia moriuntur, stertentes animam efflant, ità qui, materia copiosa ad pectus, & pulmones irruente, suffocantur, cum stertore mori, est rationabile. Factum verò materiæ parotidum ad partes spirituales decubitum attestatur lateris dolor tumoribus dictis superueniens, quo apparente mors, præsentis coacæ auctoritate à Medico prædici tutò potest.

Vers. 77. Qui in potibus substrepunt, & submurmurant in siccis, & quidem &c.

Symptomata omnia in textu recensita humidæ substantiæ consumptionem consequuntur, & ideò taliter affecti perniciosè habent, nam potus descendens strepitum facit, quia ob siccitatem ipsius gulæ latera in seipsa non concidunt, ità vt absquè deglutitione potus per canũ descendens propria grauitate prolabatur in ventrem, & sic strepitum facit submurmurant pariter in siccis, hoc est, absquè potu propter eandem causam, quia faucibus ob siccitatem corrugatis, & exasperatis, spiritus egrediens per angustum, & asperum sonitum quendam facit, quem leue murmur appellat, difficulter etiam deglutiunt ab eadem causa, vt notum est, cum nihil

A nihil magis lædere deglutitionem poſſit, quam ſiccitas ab exhauſto, cuius gratia muſculi ad ſuum opus, quæ eſt ipſa deglutitio, penitus inepti redduntur, ſpiritu tandem attracto tuſſis excitatur ſimilis illi, quæ aliquandò in febribus ardentibus contingit, de qua Hipp. mentionem fecit lib. 6. Epidem. ſect. 2. verſ. 40. quam quidem à ſpiritu fieri eo argumento demonſtrabat, quia hi dum loquuntur, & hyant, tuſſiunt, diuerſa tamen ratione, & periculo: vt ex noſtra in eum locum expoſitione colligere licet, excitatur enim tuſſis à ſpiritu in hoc caſu: quia propter gutturis anguſtiam, & aſperitatē, ſpiritus per illud tranſlabens, partes illas magis irritat, quam ſi recto ductu, liberoq. feratur, & vt alias omnes cauſas horum accidentium excluderet, quæ periculum minuere poſſent, ſubiunxit ex acuto morbo refrigeratis, in acuto enim morbo refrigerari non poteſt æger ab alia cauſa, quam ob humidi conſumptionem, quam caloris extinctio conſequitur. Hanc eandem interpretationem apud Iacotium poſt
B ea inuenimus, quam tamen longiori oratione comprehendit.

Verſ. 81. Mentis emotiones taciturnæ in febribus ei, qui voce non ſit priuatus &c.

Exſtaſis, de qua præſens coaca inſtituta eſt, in ea mentis alienatione conſiſtit, per quam ægrotantes interrogati non reſpondent, ſi verò pungantur, ſentiunt quidem, ſed neque clamant, neque conqueruntur, nihilq. ex arbitrio, aut viſu operantur. Prouenit autem ex cerebri inflammatione, vbi compreſſo quodammodo eiuſdem incendio, affectio in habitum redacta eſt; & ideò eius phrenitidis confectaria eſt, quæ ab inflammatione cerebri dependet, vndè ſimilitudine quadam phrenitis hectica dicitur. Huiuſmodi verò affectionis principiū nullo alio ſigno melius diſtinguitur, quam ſilentio, vndè phrenitici ſi poſt verborum garrulitatem in ſilentium incidant, tunc phrenitidem in exſtaſim tranſmutari indicium erit, ſilentium verò faciunt exuſti humores, & incinerati (vt ità dicam) quia tunc ad me-
C lancholici humoris naturam tranſmutantur. Quotieſcunquè igitur ægri in ſilentium incidunt, vel id erit ex aphonia, vel à delirio exſtatico, & quamuis vocis priuatio in febribus maximum metum communiter incutiat, aliquando tamen non eſt læthalis; cum ſæpè in grauiſſimis morbis abſceſſus fiant ad eas partes, ex quarum affectione vox intercipitur, à quibus tamen ægri ſubleuantur, & deniquè iudicantur perfectè. At exſtaſis ſemper læthalis eſt, eò quod affectionem dictam cerebri conſequitur, quæ rarò ad naturalem diſpoſitionem reducitur. Meritò igitur Hipp. inquit exſtaſim, quum eò deuenerit, vt ſilentium inducat, nequè id proueniat ex aphonia, pernitioſam eſſe. Addidit autem in febribus, vt eam exſtaſim excluderet, quæ ſuperueniens furori, vtilis cenſetur: iuxtà aphoriſmum quintum ſeptimæ particulæ. A furore dyſenteria, vel hydrops, vel exſtaſis bonum. De exſtaſi vide, quæ adnotauimus ad Coacam verſ. 123.

D *Verſ. 83. Quibus in febre dolore lateris ſiente, aluus multa aquoſa, ac bilioſa egerit, &c.*

Superius ad Coacam illam verſ. 57. quibus bilioſa eſt alui deiectio, his circà pectus morſus, & amaritudo, malum, adnotauimus, humores bilioſos tenues, & valdè acres ventriculum occupantes, circà pectus dolorem inferre, per vapores indè ad ſuperiores partes eleuatos, in cuius confirmationem præſentem coacam adduximus, ex qua præfata veritas maximè manifeſtatur. Nam cum ægri à lateris dolore alleuientur ſuperueniente excretione multa humorum tenuium, & bilioſorum, argumentum eſt certiſſimum, eoſdem humores lateris dolorem facere. Dixit autem Hipp. alleuiantur, non ſanantur, eò quod non ſemper ſalus indè conſequitur, ſed tunc ſolum, quandò morbus à præſentia præfati humoris dependet. Nam ſi aliqua diſpoſitio viſcerum adſit, à qua continuò regeneretur humor, quam collapſa appetentia indicet: tunc nihil boni adferre præfata excretio poteſt, imò per eam debili
E ſiente in dies ægro, morbum inualeſcere, neceſſe eſt, ità vt affectio, quæ à principio intemperies à materia calida tantummodò erat, in inflammationem tranſmutetur, ſiuè potius affectionem inflammatoriam, vndè ægri facie rubicundi fiant; tunc alui fluore perſeuerante cardialgiæ inſuper apparent, & ſudores, quæ quidem, malum verſus partes ſuperiores ſe extendere, ſignificant, quòuſque ſpiritualibus partibus communicetur, & tandem æger poſtquam diutius ægrotauerit, peripneumonicorum more intereat. Quotieſcunquè enim affectiones iſtæ inflammationis participes, ſerpendo varias peruadunt partes, longè diutius protrahi morbus ſolet, quam vbi vnicam tantummodò partem occupat, idquè quotidiè obſeruatur in iis eryſipelatibus, quæ ſerpendo hùc, & illùc vagantur. Quia verò inferius verſ.

339. ſect.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 535 sur 636

339.sect.2.hanc eandem repetens sententiam,quod in præsenti legimus: Vbi longius ægrotarint,peripneumonicorum more intereunt,ibi legimus: Suppurationes circà pulmones habent ; insinuatur nobis, ex varijs modis, quibus peripneumonici interire solent,eum intelligere hoc in loco, qui mediante fit suppuratione, & fortasse suppurationis exitum longum respexit,dum dixit,vbi longius ægrotarint : cum non citò intereant illi,qui absquè suppuratione ex sola peripneumonia moriuntur.

Vers. 88. *Qui cum perfrigerationibus,non sine febre, supernè exudant,molestè &c.*

Omnia symptomata proposita in textu phrenitidem ostendunt læthalem, quatenus copiam humorum calidorum supernas corporis partes occupare, & naturam superare ostendunt. Acuta enim febris eorum caliditatem : sudatiuncula copiam: partes exudantes,superiorum partium affectionem : dysphoria pugnam inter naturam & morbum : frigiditas tandem perseuerante febre,morbi victoriam, & calidi innati extinctionem ostendunt. His igitur præcedentibus nihil aliud expectari debet, quam læthalis phrenitis excitata à prædictis humoribus, maligna inflammatione mediante, quod quidem euidentius expressit primo
Mar.n.4. Prædict.vers.26.vbi inquit : Dysphoriæ cum perfrigeratione non sine febre,supernis partibus exudantes,phreniticæ;quemadmodum etiam Aristagoræ,sed insuper perniciosæ.

Vers. 90. *In longis perniciosis morbis, sedis dolor læthalis est.*

Nimis impropriè loquutus esset Hipp. si per sedis dolorem,exulcerationem intestinorum ab acri humore inductam intellexisset, vt Dureto placuit,voces igitur in propria, & vera significatione accipientes dicamus : Hippocratem in hac coaca nos admonere,in longis,& perniciosis morbis pessimum signum esse dolorem sedis , quia citius intereunt excitato in illa parte abscessu, à quo debilitatus æger morbum diutius ferre non potest. Idq.nuper obseruauimus in duobus tabidis, quibus præcedente dolore, abscessus magnus circà sedem factus est, & quamuis ad suppurationem in vtroquè deuenerit facillimè, & curatio optimè procedere videretur, non longè tamen posteà ambò interiere. In his autem læthales sunt huiusmodi abscessus : quia naturam iam morbo succumbere indicant. Quæ sicuti dum morbificis causis dominatur, humores peccantes, vel criticè expellit (quod maximè in acutis morbis euenit) vel saltem ad ignobiliores partes , eos detrudit. v.g. ad articulos , vbi abscessus excitat iudicatorios,quod chronicorum morborum magis peculiare est,ità vicè versa , cum à morbo superatur,humorum dominatu priuatur,qui tandem vel malignè corrumpuntur,& hoc modo ex acutis morbis ferè homines intereunt , vel propria grauitate descendentes , modò diarrhæas in mortem terminantes inducunt, modò circà sedem firmati malignos ibi abscessus constituunt,de quibus præsens Coaca loquitur.

Vers. 95. *Febres ex doloribus vehementibus,diuturnæ.*

Febres ex doloribus dicuntur illæ, quæ doloribus absquè febre inuadentibus in dolorum acerbitate:& vehementia superueniunt,febre autem carere à principio in doloribus signum est,nec partem dolentem principem, aut nobilem esse,nec eius causam calidam,quod si posteà febris superueniat , id à doloris vehementia euenire solet, quatenus humores vndiquè in tanta copia ad locum doloris cõfluunt,vt non solum dolor magis exacerbetur, sed etiam constipati incalescant,& febrem inducant, quæ focum,siuè mineram habeat,ipsammet doloris sedem , materiamq. febrilem eiusdem doloris causam . At verò quandò humor est copiosus, non tamen aptus acutum morbum facere,quod proprium est calidorum humorum, aut quandò pars princeps laborat , cuius contrarium suppositum est , necesse est morbum in longum tempus protrahi,propter humoris copiam, & eiusdem frigiditatem, quemadmodum anno elapso obseruauimus in famulo Perillustris D.Fabij Fani, qui ex lumborum vehementissimo dolore in febrẽ incidit, à qua vix triũ mensium spatio liberari potuit.

Vers. 96. *Mentis emotiones tremulæ, palpatoriæ,phreniticæ sunt, & dolores circà &c.*

Deliria cum tremoribus , & descripta manuum latione , dum hùc, & illùc palpant ægri, non solum phrenitica sunt , vt hoc in loco testatur Hipp. sed etiam læthalia;vt additur in prognostico vers.63.de qua re vide ea,quæ in eius explicatione ibidem adnotauimus , nec
Mar.n.4. non xpositionem nostram lib.1.Prædict.vers.51.

Vers. 103. *Qui in principio tenues,cum capitis pulsu,& vrina tenui ad iudicationem &c.*

Pulsationes in capite , vel à calidis vaporibus infernè eleuatis fiunt, vel materiam calidam

A dam caput obſidere ſignificant, primus modus peculiaris eſt earum febrium, quæ à calidis humoribus dependent, ex quorum æſtu magna vaporum copia ad caput tranſmittitur, indè enim caput vehementius incaleſcit, vndè arteriæ in eo ſitæ adaucto vſu vehementius pulſare coguntur, ità vt earum motus, & aſtantibus aſpectabilis, & ægrotanti ſenſibilis fiat. Huiuſmodi cauſæ ex eo diſtinguuntur, quia ſi à calidis vaporibus infernè eleuatis fiant febres, cum pulſu ſunt, ſemper magnæ, & vehementes, ſi verò à calidis humoribus in cerebro feruescentibus oriantur febres, calore mites erunt, nec admodum vrentes, ratioquè diuerſitatis à partis affectæ natura, & temperamento dependet. Quia enim cerebrum natura frigidum eſt, humores etiam ſi calidi ſint, calorem vehementem in eo excitare non poſſunt: niſi è venis egreſſi inflammationem conſtituant, verùm egrediente è vaſis humore pulſus arteriarum ceſſat, deliriumquè adeſt neceſſariò, aliaquè ſigna cerebri inflammati. Quotieſcunquè igitur arteriarum pulſus conſpicuus apparet in capite, ſi febris vehemens ſimul adeſt, minera febris in partibus inferioribus viget, ſi cum febre tenui pulſant arteriæ in capite; bilis in venis cerebri ſimpliciter feruet, quæ ſi indè exacerbatur, nec ſignà apparent futuræ iudicationis, quæ omninò excluditur ab vrina tenui: tunc neceſſe eſt, materiam à venis egreſſam eſſe, indèquè inflammationem in cerebro excitari, cuius ſymptoma ſunt vigiliæ, & delirium, de quibus Hipp. in textu.

Verſ. 105. *In morbis acutis motus, iactatio, ſomnus turbulentus, quibuſdam &c.*

Somnus turbulentus, humoris, aut vaporis agitationem in capite ſignificat, ſi igitur ab humore id contingat, motuſquè, & iactatio adſit, quæ ſymptomata ſunt circà animalem facultatem neruoſis partibus inſeruientem, verendum eſt, nè prædicta humorum perturbatio neruoſum principium petat, indèquè conuulſio ſequatur. Natura enim comparatum eſt, vt C ſi quæ pars antè morbum laborauit, in ea firmetur morbus: Dixit autem: In quibuſdam, quia id non ſemper euenit, ſed tunc ſolum, quandò ſomnus turbulentus non à vapore, ſed à materia in cerebro agitata contingit.

Verſ. 107. *Turbulentæ cum ferocia excitationes mentem emouentes, malæ ſunt, &c.*

Diximus aliàs humores atrabiliarios promptè neruoſum genus inuadere, qui ſi copia magis lædant, quam qualitate (quod melancholia propriè dicta facit) apoplectici affectus excitantur, qui in obſtructione quadam conſiſtunt, ſi verò qualitate acri potius infeſtent, quod atræ bilis à poſterioribus vocatæ proprium eſt, conuulſiones fiunt. Quapropter ex delirio, tunc maximè expectanda eſt conuulſio, quandò humores in eo peccantes ad atræ bilis propriè dictæ naturam vergunt, quia verò ferocitas in delirio talem humorem atteſtatur, meritò ferocitas conuulſionis futuræ indicium præbet: ſummaquè ratione ait nunc Hipp. quo- D tieſcunquè ægri expergefacti ferociter delirant, etiam ſi delirium ſit fugax, & momentaneum, materia nondum in cerebro confirmata, id tamen malum eſſe, ſummoquè periculo plenum, quia ſignum eſt ſpiritus animales in cerebro ab exuſtis vaporibus perturbari, quos conſequens humor ipſe exuſtus phrenitidem ferinam inducit, quæ conuulſione intercedente ægrum immaniter tollit, quod eò facilius continget, ſi inſuper ſudores, oppreſſi cerebri teſtes, accedant. Huius loci occaſione adnotanda eſt differentia inter ſomnos turbulentos, de quibus in præcedenti coacа mentio facta eſt, & turbulentas excitationes à ſomno, de quibus agitur modò. Quoniam etiam ſi in vtroquè ſymptomate eadem ſpirituum animalium perturbatio vigeat, in priori tamen leuior eſt, & à leuiori cauſa dependet, quandoquidem perturbatio in ſomnis tantummodò viget, & per ſolam expergeſcentiam omnes turbulentæ imagines euaneſcunt, ægerq. quietus eſt, & omninò mentis compos. At in præſentis coacæ E perturbatione tanta ſit in animalibus ſpiritibus perturbatio, vt etiam depulſo ſomno per aliquod temporis ſpatium perturbatio perſeueret, vndè ægrotantes ex ſomno excuſſi exiliunt, clamant, vociferantur, comminanturquè inſtar furentium, quamuis non longè poſt ad ſeipſos redeant, quieſcant, & rationis compotes fiant. Stante igitur hac diuerſitate cauſarum non eſt mirum, ſi in coaca præcedenti dixerit, quibuſdam tantummodò aduenire conuulſionem. In præſenti verò vniuerſalem propoſitionem fecerit, & neceſſariam in omnibus, hanc eandem ſententiam legimus in Prorreticis.

Verſ. 108. *Conuulſoriæ etiam videntur colli & dorſi perfrigerationes &c.*

In Prorreticis ver. 171. hæc ſententia legitur hūc in modū, & colli, & dorſi perfrigerationes

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 537 sur 636

apparentes, sed & per totum corpus, quibus locis inter se collatis, patet vocem illam δοκεῦσαι in prorretico idem esse, quod ait hoc in loco δοκεοῦσι, ideſt videntur, seu apparent, vndè malè interpretantur non nulli vocem apparentes ad differentiã earum perfrigerationum, quæ non apparent ad tactum. Quarè intelligere oportet colli, & dorsi perfrigerationes, quæ tactu persentiuntur, videri conuulsorias, quia id est rationi consentaneum.

Vers. 109. *In his mictiones sunt pelliculosæ.*

Pelliculosas, seù membranosas vrinas conuulsionem præmonstrare non hoc in loco tantum docet Hipp. sed etiam inferius hoc eodem opere pluries, quarè temerarium est textum peruertendo pro pelliculosis spumosas legere. Nec consentaneum est rationi magis spumosas vrinas conuulsionem indicare, quam pelliculosas; cuius quidem rationem etiam si afferre non datur, satius est ignorantiam fateri, quam lacerare scripturam, cum parum probabile sit, transcriptoris vitio toties circà hanc vocem errorem irrepsisse. Ego autem dicerem, pelliculosas dici ab Hippocrate vrinas, in quibus corpuscula maiora furfuraceis continentur, de quorum corpusculorum generationem nostram indicauimus sententiam in explicatione illius Prognostici vers. 169. At subsidentiæ in vrinis &c. Diximusquè hæc generari ex humoribus ipsis à febrili calore exustis, ità vt quò calor intensior fuerit, eò maiora corpuscula producantur, pro cuius diuersitate eorum quatuor species adnotauimus in Hippocratis doctrina. Prima species est, quod sedimentum album tenue appellat. Secundam crimnodeas, hoc est, crassioris farinæ partes referens, vocat. Tertiam lamineum. Quartamquè, & postremam, furfuraceum dicit. Quod si quis grandini simile quinto loco addere velit, non contendam, quia etiam si tantam humorum exustionem non indicet, calorem tamen nullo pacto inferiorem supponit, vt inferius sect. 3. vers. 268. Deo dante demonstrabitur. Nunc verò cum pelliculosi fiat mentio, sub furfuraceo collocandum erit, cum ab eo colore tantummodò differat, furfures enim latiores, membranulas quodammodo æmulantur, si colorem remoueas, vt meritò ambo sub eadem specie collocare possis. Nam cum idem agens sit calor exurens, si materia fuerit sanguis, aut alius humor sanguine participans, corpuscula, quæ vrinis subsident, colorem quendam subruffum contrahunt: qualis est ipsorum furfurum, & ideò sedimentum furfuraceum dicitur, si verò materia pituita fuerit hæc, etiam si condensentur in corpuscula furfuraceis similia, colorem tamen album retinent, vndè pelliculosum sedimentum dicitur, quia pelliculis, & membranulis assimilatur. Quapropter si, vt in loco citato adnotauimus, sedimentum album, & tenue, quod tenuissimis constat corpusculis, malum esse obseruauit Hipp. quia simul etiam albũ est, eò quod pituita in genere venoso dominante, tale incendiũ in eis excitari, quod eam in tenuissimas particulas exurat, malum est, tantò peius erit, eandem in crassiora corpuscula concrescere, quæ membranulas referant, quia vt à principio adnotauimus, quò calor vehementior fuerit, eò maiora corpuscula producit. Quotiescunque verò cum humorum pituitosorum copia calor exurens viget, conuulsio oritur, ex humoribus ipsis exustis analogia quadam neruosas partes inuadentibus, quas acrimonia pungentes conuulsionem constituunt, & quamuis omnium memoratorum sedimentorum pelliculosum maximè id significare possit, quia exustionem maiorem præsupponit, non tamen tollitur, quin etiam alia conuulsionem indicare possint. Nam inferius, sect. 2. vers. 112. vrinas crassioris farinæ partes referentes, conuulsorias esse testatur Hipp. vide Prorreticum vers. 171. & quæ in citata Coaca inferius adnotabuntur. *vr. n. 15.*

Vers. 110. *Deliria cum sopore conuulsoria.*

Quia, vt iam satis notum est; conuulsionis essentia in irritatione consistit, quam acris materia neruoso generi infert, ideò ad conuulsionem producendam humor acris, & mordax requiritur, talis autem est maximè, qui non modò calidus est, sed etiam substantia crassior, quapropter bilis sola, quia tenuis est, conuulsionem excitare non solet, nisi alius humor ei associetur, qui quandam præstet crassitudinẽ, aut ipsa, mediante exustione, crassescat. In phrenitide igitur, alijsq. delirijs à simplici bile excitatis nõ fit cõuulsio, nisi aliquod concurrat signũ materiæ crassioris, & ideò feritas in delirijs signũ est conuulsionis, vt suprà vidimus, quia furor materiæ atrabiliaris, & exustæ præsentiam attestatur, quæ bili crassitudinem quãdã præstat, similiter, quia sopor, delirio coniunctus pituitæ præsentiã indicat, qui humorẽ bilio-

A bilioſum craſſiorem reddere poteſt, ideò ſumma cum ratione deliria cum ſopore ſunt conuulſoria. Scio aliam etiam cauſam aſſignari poſſe, quia bilis cum neruoſo genere nihil conuenit, quemadmodum pituita facit ratione conſortij, quandoquidem nerui pituitoſo ſucco naturaliter nutriuntur, & melancholia, ſiuè atra bilis propter inimicitiam, quam hic humor habet cum neruoſis partibus, vt alijs in locis indicauimus.

Verſ. 112. Aſſectiones ſtatim turbulentæ, vigilias inducentes &c.

Ratio ſolutionis morbi, quæ deſcribitur in hac ſententia, ex natura euacuationis dependet, quæ fit è naribus, ſanguinis enim fluxio è naribus, quandò cópioſa eſt, vt ſupponitur hoc in loco, à maximis, & difficillimis morbis liberat, vndè lib. 2. Epidem. legimus. Sanguinis eruptiones largæ è naribus multa diſſoluunt. Quandoquidem morbos perfectè iudicant etiam abſquè præcedente coctione. Idquè euenit quotieſcunquè nulla interius inflam-
B matio viget, nam ea præſente plerunquè hæmorragia ſymptomatica eſſe conſueuit, quia poſtquam ſanguis è venis per carnes diffuſus ſiſtrophicam inflammationem conſtituit, non facilè in venas remeat, vt indè expurgari poſſit, ex quo fit, vt hæc euacuatio plerunquè in morbi augmento criticè appareat, aliæ verò circà vigorem. Quoticſcunquè igitur humores in nulla corporis parte firmati, & fixi per venoſum genus vagantur, leuitatequè ſurſum ferri apti ſunt: & via per nares ijs patet, critica hæmorrhagia ſperari poteſt. Quæ quidem in hoc caſu concurrere præſupponunt ſymptomata appoſita in contextu. Perturbatio enim à principio contingens, humores hùc, & illùc agitatos moueri indicat, cui vigiliæ accedentes eoſdem caput iam petere oſtendunt, non tamen capiti adhùc infixos eſſe. Sanguinis verò ſtillæ, quæ pro maiori parte ſymptomatis loco apparere conſueuerunt, tandemquè materiæ naturæ imperio minimè ſubiectæ, hoc tamen in loco non ſunt malæ, quia nox ſubſe-
C quens leuior, & quietior omnem ſuſpicionem tollit ſymptomaticæ excretionis, imò quia alleuiatio in die ſexta contingit, morbi arguit benignitatem, cuius conditio principalis eſt in diebus imparibus exacerbationes, remiſſiones verò in paribus habere, vndè in benigno morbo ſtillæ ſanguinis, hæmorrhagiæ potius prænunciæ fiunt, quam vt quid mali portendant. His omnibus igitur concurrentibus meritò morbi iudicatio expectanda eſt per fluxum ſanguinis è naribus, ſi modò vrina aquoſa fuerit, quaſi cum alia vrina huiuſmodi euacuatio infida futura ſit. Quod quidem rationi penitus alienum videtur, cum hæc cruditatis ſit nota, quæ omni iudicationi aduerſatur. Vrinam tamen hanc meliorem eſſe, quam ſi craſſior eſſet, dicerem, quatenus humores omnes ſurſum tendere indicat (vt ex ſequenti Coaca colligere licet) quibusindè per hæmorrhagiam euacuatis, nihil remanet in corpore, quod
D morbum fouere, aut denuò excitare poſſit. Quarè in morbis capitis aquoſa vrina mala eſt, quia omnes humores ad partem affectam confluere indicat, bona autem, quandò ſubſequitur euacuatio per nares, qua mediante etiam nulla præcedente coctione, humores peccantes facilè expurgari poſſunt.

Verſ. 116. Delirium in ſpiritu, & ſudore, læthale eſt, læthale eſt etiam in ſpiritu &c.

Vulgata lectio in Græco contextu habet, ἐμπυημάτι, quamuis interpres legerit ἐν πνεύματι, quam ſi retinere voluerimus hoc pacto vertēda erit. Delirium, empyemati, & ſudori ſuperueniens læthale eſt, læthale eſt etiam empyemati, & ſingultui, eiusq. ſenſus erit, ſi ei, qui ex ſuppuratione laboret, & exudet frequenter, delirium ſuperueniat, læthale eſt, cum enim ſuppuratio iam in tabem deſierit, quod ſudor præfatus indicare ſolet, ſi delirium ſuperueniat, læthale eſt, de tabidis enim loquens Hipp. qui in Thaſo facti ſunt lib. 1. Epidem. ſect. 1. verſ. 43. dicebat: Et pleriquè circà mortem deliri, quod ſi lectionem cum interpretibus immutare licet,
E ſententia erit, Delirium cum ſpirandi difficultate, & ſudore læthale eſſe. Nam cum delirantes magnam, & raram reſpirationem edant communiter, ſi frequenter reſpirent, id internæ inflammationi tribuendum eſt earum partium, quæ in magnitudine reſpirationis offenduntur, cuius gratia magnam deuitantes, raram in frequentem commutant, & ſic paruam, denſamquè reſpirationem edunt. Stante igitur inflammatione in partibus internis, ſi inſuper frequentes ſudores appareant, ſiuè exolutione facultatis regentis totum corpus, ſiuè oppreſſione naturæ à copia humorum, abſquè dubio caſus fit læthalis. Quemadmodum etiam ſi cum ſingultu eadem contingant, ſingultus enim inflammationibus internis ſuperueniens earum magnitudinem, prauitatemq. teſtatur, & ex conſequenti læthalis eſt.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 539 sur 636

Vers. 118. *In phrenitide alui egestiones albæ, & torpor malum, rigor his pessimus est.*

In hac prognosi tria proponuntur symptomata adeò mala, vt quodlibet eodem ægrotanti mortem minetur, albæ enim deiectiones in phreniticis malæ sunt; quatenus excursum vniuersæ bilis ad superiores partes ostendunt. Torpor autem, qui motricis facultatis impotentiam importat, in phrenitide grauissimus est; siuè naturæ oppressionem à copia humoris sequatur, siuè exolutionem ab exhausto Nam cum in phrenitide motrix facultas ob siccitatem neruosis partibus communicatam plurimum vigeat, quemadmodum experientia ipsa demonstrat: quandò videmus quamplures ægrotantes à morbi magnitudine, aut prauitate eò redactos, vt nedum caput eleuare possint; si phrenitici fiant, tantum virium acquirere, vt ab astantibus etiam fortibus vix contineri possint, si igitur quo tempore vires plurimum valere deberent, ad summam imbecillitatem reducantur, maximam causam arguunt, & quæ à natura superari non possit. Ad horum verò duorum signorum malitiam indicandam vsus est voce κακόν, ideſt malum, quia de phrenitide loquitur, quæ per se morbus est grauissimus, cui malum signum aliquod superueniens eam omninò læthalem facit. Tertiò tandem loco rigorem apposuit, cuius prauitatem, vt indicaret maiorem præcedentibus, vsus est voce κακίστον, ideſt pessimum, nam ægrum in extremo constitutum esse denunciat, quatenus summum naturæ conatum ostendit, quæ deuicta furenti humori ad locum affectum habenas dimittit omninò, vndè statim caloris extinctio, & mors sequitur.

Vers. 119. *In phreniticis, in principijs affectiones mansuetæ, ac frequenter &c.*

Hæc sententia duplicem sensum recipere potest, alterum vt dicat Hipp. mansuetudinem à principio phrenitidis malam esse. Similiter etiam malas esse frequentes transmutationes ex mansuetudine ad feritatẽ, & à ferocia ad mansuetudinẽ, hac tamen distinctione, vt mansuetudo tantummodò mala sit à principio, frequens verò transmutatio in quolibet morbi tempore semper mala sit. Quia si mansuetudo in phrenitide bona esse debet, in qua materia putrescere in cerebro supponitur, id ex eo euenire necesse est, quod mater a prepasmo mitis reddita sit, idq. principio euenire non potest, impossibile est enim humorem calidum, qualis materia phrenitidis censetur, dum putrescit in parte inflammata, à principio mitem, & benignum esse, quia etiam si hæc materia sanguis supponatur, qui ex sui natura placidus est, & dum simpliciter incalescit, aut feruet deliria mitia, & cum risu parit; dum tamen in parte inflammata putrescit, quod in phrenitide est necessarium, calorem, & acrimoniam talem acquirit, vt ad bilis naturam quam proximè accedat: vndè deliria mansueta parere non potest. Pituita verò humor mitis excluditur, quia hæc etiam si in cerebro putrescat, non tamen phrenitidem inducit, sed lethargum. Bilioso autem humori admixta, non mansueta, sed comatosa potius deliria facit. Cum igitur hæc mansuetudo à principio ab humoris benignitate ortum habere nõ possit, eius causam in humorem melancholicum referre necesse est, hic enim calidis humoribus permixtus naturali crassitie, & frigiditate à principio aliorum caliditatem, & tenuitatem compescit, vt tumultuosa deliria efficere non possint; etiam si temporis progressu incalescat vehementius, & feritatem delirij augeat. Hac igitur ratione prima pars huius sententiæ confirmatur, mansuetudinem in phreniticis malam esse à principio; non necessariò autẽ progressu morbi, quo tempore materia morbifica coctione mitescere ex parte potuit, vera quoquè erit altera pars, quæ docet: Frequentes transmutationes ex feritate in mansuetudinem: & vice versa, perpetuò malas esse. Huiusmodi enim transmutationes à diuersitate materiæ dependent, cuius portio exusta dum contrariam superat, feritatem inducit, dum superatur, mansuetudinem, ità vt materia huiusce phrenitidis sit melancholia, partim exusta, partim non exusta. De natura verò eiusdem phrenitidis loquens Hipp. inferius in præsentis confirmationẽ hanc protulit sententiã vers. 118. Affectiones in phreniticis frequenter transmutationẽ habentes, conuulsoriæ, prauæ. In alterũ verò sensum hanc sententiam recipere possumus, ità vt intelligamus in phreniticis eas transmutationes malas esse, quæ frequentes habent transmutationes, idq. à principio, quasi mansuetudo etiã à principio non sit mala, dummodò non habeat frequentes transmutationes, & cum his non sit omninò mala, quotiescunquè à principio non contingat, verum prior expositio probabilior videtur ob assignatam rationem, etiam si verba Prorretici, vbi eadem sententia legitur, secundæ expositioni adstipulari videantur, ità enim sese habent. In phreniticis à principio mansuetudo, verum frequenter transmutari malum.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 540 sur 636

Vers. 121. Qui ab atra bile mente moti, tremuli fiunt, ac saliuas fundunt, num &c.

Dubitanter præsentem protulit sententiam Hipp. an exstatici ex atra bile, sputatores, phrenitici sint: & ratio dubitandi prouenit, forsasse ex sputatione. Non enim videtur rationabile, phreniticos, quibus cerebrum inflammatum est cum præsentia humoris sicci, qualis est atra bilis, ptyelismo ex copiosa humiditate vexari, quin dicendum sit hos potius melancholicos esse: qui ex natura sputatores esse consueuerunt, quam phreniticos. Vtrunquè tamen, fieri posse existimo, cum nō sit inconueniens, phreniticos cum humoris melancholici præsentia sputatores fieri; ob colliquescentiam humorum in cerebro, sero ex inflammata parte exudante, & in os dilabente. Probabile est etiam, hos aliquandò non esse phreniticos, sed melancholicos, ex melancholia propriè dicta, sine aliqua inflammatione, nam quid prohibet melancholicos aliquandò adeò mente alienari, vt exstasis dici possit. Melancholicos verò sputatores esse, vt dicebam notum est, eò quod naturaliter hic humor multo sero diluitur. Distinguentur verò præfatæ duæ affectiones ex febre. Nam phrenitici perpetuo febricitant, & postquam in exstasim transeunt, quamuis tunc febris admodum lenta fiat. At qui ex atra bile in exstasim inciderunt, febre penitus carent.

Vers. 123. Mente moti, acutè insuper febrientes, phrenitici fiunt.

Pro intelligentia præsentis Coacæ, & multarum aliarum, quæ circà deliria versantur, operæpretium est non nulla de delirijs præfari. Deliria igitur, quæ cum febre fiunt in tripli ci sunt differentia, quarum prima omnium leuissima est, fitquè quotiescunquè spiritus animales interioribus animæ actionibus inseruientes nimis excalefacti fuerint, aut immodicè perturbati, idquè euenit, tùm in ebrijs, tùm in ijs, qui in febrium vigore delirant, atquè non nunquam dum crisis morborum instat. Sub eadem specie comprehendi etiam possunt ea deliria, quæ à caldis humoribus fiunt, dum per cerebri venas transeuntes nondum inflammationem induxerunt: si Galeno fides adhibenda est, lib. 1. Epidem sect. 2. num. 73. sexta aphor. 53. & secundo de causis symp. cap. 7. Huiusquè speciei deliria appellat Hipp. peculiari nomine modò Paracope, modò paraphora: aliaquè simili denominatione. Altera delirij species est, quæ propriè phrenitis dicitur, fitquè, vt lib. 3. de Morbis ex Hipp. mente demonstrauimus, ab inflammatione earum partium, quæ spirituum animalium generationi inseruiunt, videlicet cerebri, cordis, pulmonis septi transuersi, & hepatis. Differt verò hæc secunda species à præcedenti, quia (vt dicebamus) in priori animales spiritus secundum qualitates tantummodò alterantur, in phrenitide verò, ipsius substantiæ vitium concurrit, quod quidem vitium contrahunt ob putredinem, quæ prædictarum partium inflammationem necessariò concomitatur, vt loco citato abundanter explicatum est. Materia enim, ex qua animales spiritus generantur ob inflammationem corruptionem quandam ex putredine acquirit, vt spiritus vitiati necessariò producantur, ex quo euenit, vt in hac delirium sit perpetuum, in illa verò per interualla cesset, cum causa calefaciens, aut perturbans spiritus cessat, vel ex parte remittitur. Huiusmodi verò deliria phrenitica fiunt modò cum taciturnitate, modò cum rugarum garulitate, aliquandò cum mansuetudine, aliquandò cum feritate, & tumultu, pro diuersitate humoris inflammationem efficientis, vt aliàs à nobis explicatum est. Tertia tandem delirij species, exstasis dicitur, in qua ægrotantes mentem adeò alienatam habent, vt si vocentur, oculos ad vocantem aliquandò conuertant quidem, verum nihil respondent, si pungantur, sentiunt, & membrum punctum retrahunt, non tamen conquerruntur, nihilq. agunt, aut dicunt, quod rationis speciem habeat: perpetuòquè intrà se loquentes, delirare diligenter attendenti fit manifestum. Prouenit autem huiusmodi delirium, quotiescunquè species sensibiles operationibus interioribus animæ non communicantur, idq. duplici modo euenit, vitio scilicet imaginationis, vel sensus communis. Primo modò fit exstasis in ijs, qui ob vehementem imaginationem mentem alienant ab omnibus alijs obiectis. Nam spiritus speciebus sensibilibus imbuti in locum sensus communis ferri à præsentia fortis imaginationis prohibentur: eò quod species, quibus infixa imaginatio est, id vetant, ea ratione propter quam (vt dicunt) intus existens prohibet extraneum. Huius naturæ est ea exstasis, quam frequenter incurrunt viri sancti, dum intentè contemplationibus se tradunt, & aliquandò amantes, & quicunquè aliquod intensius imaginantur. Vitio autem in sensu communi existente fit exstasis: quandò animales spiritus interioribus operationibus inseruientes,

De delirijs.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 541 sur 636

adeò vitiantur, vt analogiam nullam habeant cum exterioribus, cuius defectu non possunt species a sensibus exterioribus perceptæ interioribus communicari, vnde actio interioris sensus cessat, qui sensus communis dicitur. Hanc verò labem contrahunt spiritus ab intemperie æquali, & (vt dicunt) in habitu ipsius cerebri: propter quam spiritus illi actioni inseruientes a naturali dispositione penitus diuersi producuntur. Quia sicuti (vt est communis opinio omnium fere medicorum) hepate a propria temperatura recedente, dum intemperies inæqualis est, & in sieri tamen sanguinis generatio non intermittitur, etiam si iuxta hepatis intemperiem sanguis intemperatus producatur: siquidem in intemperie calida bilioſior, in frigida pituitoſior reddatur, & sic de cæteris. At si dicta intemperies eò procedat, vt æqualis fiat, & in habitu, tunc non solum sanguis laudabilis non generatur, sed neque alius humor nutritioni aptus, sed aquosus humor tantum, qui cum partibus nutriendis omninò ineptus sit, hydropem morbum facit, in quo corpus nutrimento destitutum extenuatur, venterq. aqua repletur, idq. omninò euenit, quia per illam æqualem intemperiem hepatis forma quodammodo destruitur. Pari ratione cerebrum si simpliciter incalescat, fiunt deliria primæ speciei, si cum putredine id contingat, deliria oriuntur phrenitica, si verò ex inflammatione intemperiem æqualem contrahat, & in habitu, fit tertia delirij species, quæ exstasis dicitur, in qua quoniam inflammationis feruor remissus iam est, & humor quodammodo in cineres redactus, ideò exstatici nō cum furore, & garrulitate delirant, sed tacitè, vt dubitari possit, an delirent, nec ne. Vnde Hipp. superius dicebat: quibus melancolica exstasi correptis, tremores fiunt, ac saliuam fundunt, num sanè phrenitici sunt? Appellat enim huiusmodi deliria exstasim melancolicam, eò quod patientes cum mœstitia, & taciturnitate delirant. Quare exstasis duplicem habet causam: sicuti in ea duplex viget symptoma, intemperiem nempè æqualem, & in habitu, propter quam naturalis actio cerebri cessat, quæ est ipsa mentis alienatio, & præsentiam humoris nigri, & exusti, a quo mœror, tristitia, & taciturnitas dependet, scio dari etiam exstasim a sola præsentia humoris nigri, & melancolici, quæ oritur, quando hic humor tota cerebri compagem æqualiter inficit, instar lanarum atramento infectarum, tunc enim humor ipse propria temperie mentem alienat, eodem plane modo, quo mentem alienari ob intemperiem æqualem superius indicauimus, colore autem nigro prædicta infert symptomata ad melancoliam pertinentia, & de hac (ni fallor) intellexit Hipp. sect. 3. huius operis vers. 7. dum dixit: exstasis taciturnæ nō quiescentis, oculis circumspicientes, spiritum extrà efferentes pernitiosæ, faciunt autem, & paralyses diuturnas, sed & ita affecti ad maniam deueniunt. Nam cum huiusmodi exstasis in paralysim diuturnam conuertatur, signum est, causam à materiæ præsentia, non ab intemperie prouenire, non enim fit methastasis intemperiei, sed materiæ morbificæ, de qua re fusius loco proprio tractabitur. Hac igitur dimissa, vt quæ non necessariò febrem adiunctam habet: quod nostra supponit tractatio, ad eam redeamus, de qua instituta est præsens coaca, concludamusq. præter enarratam intemperiem concurrere etiam humoris nigri præsentiam, cuius feruore ob incinerationem remisso, febris omninò lenta, & ferè insensibilis redditur; quæ quidem materia si alio humore accedente rursus putrescat, & denuò inflammationem in cerebro excitet, phrenitis denuò insurgit; nam pro taciturnitate, garulitas, pro immobilitate, iactatio, & pro mansuetudine furor accedit, aliaq. omnia symptomata, quæ ad veram phrenitidem concurrunt. Hanc verò nouam putredinem humores contraxisse indicat febris superueniens acuta, quæ antè mitis erat, nam putredine, & inflammatione in cerebro consistente, non potest non excitari febris acuta, & hoc est, quod ait Hipp. in hac Coaca, exstasi correptos, acutè insuper febrientes, phreniticos fieri.

Vers. 124. *Phrenitici parum bibentes, strepitum valdè percipientes, tremuli, &c.*

Hanc Coacam exposuimus cum prorretico vers. 22.

Vers. 128. *Prædebilitatorum deliria, pessima.*

Huius rationem elicere poteris ex ijs, quæ suprà adduximus ad Coacam vers. 118. sed etiam melius ex prorretico vers. 11.

Vers. eodem. Affectiones in phreniticis frequenter transmutationem habentes, conuulsoria, praua.

Et huius causam adduximus superius ad Coacam vers. 119.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 542 sur 636

A *Vers. 130. Qui variè ægrotant, & frequenter soporosi, mentè mouentur, &c.*

Occasione præcedentis sententiæ, in qua vomitum nigrũ prædicere phreniticis nos docuit, nunc eundem, quomodò in quolibet morbo præuidere possimus, ostendit. Inquit ergò: qui variè ægrotant, ideſt, cum varietate symptomatum, si in soporem deliriumq. alternatim, & frequenter incurrant, vomitum nigrum expectare oportet: nigræ scilicet bilis, quam varietas, ægritudinis indicare solet. Hac quippè ratione erraticæ febres, & varijs, inordinatisq. typis inuadentes, in quartanas transmutari idem Hipp. docuit lib. Prænot. vers. 373. Quarè ægrotandi varietas humoris nigri dominium indicat, qui dum ventriculum petit, vapores ad caput transmittit, qui modò copia obruentes, soporem inducunt, modò siccitate, & calore agentes deliriũ faciunt, & eò magis, quando humor ipse ad exitum properat per superiora. *Mar. n. 24.*

Vers. 132. Quæ conuulsorio modo exacerbantur, sunt cathoca.

B Conuulsorio modo exacerbari dicuntur ægri, quibus in ipsis exacerbationibus motus quidam conuulsorij fiunt, paruitate tantum à vera conuulsione differentes, fiunt autem per febres huiusmodi motus à malignis vaporibus à loco febris ad originem neruorũ petentibus, idque euenire solet, quando humores à febrili calore exuruntur, vt ad naturam atræ bilis accedant, tunc enim analogia quadam, siuè potius inimicitia peculiari posteriores cerebri partes, vndè neruosum genus oritur, inuadunt, sicuti bilioſi succi anteriores: vndè ab his deliria pro maiori parte exoriuntur, ex illis verò neruorum affectiones. Quotiescunq. igitur præfati motus conuulsorij in febrium exacerbationibus tantummodo eueniunt, quo tempore maximè vapores ad caput eleuantur, tunc signum est, humores ipsos ad atræbilis naturam transmutatos esse, qui quidem ob crassitiem naturalem non eleuantur in vapores, nisi quando vehementer feruent, & fortiter commouentur, quod in accessionibus tantummodo euenit. Sicut enim
C atra bilis inter omnes corporis humores (vt dicit Hipp. lib. de Nat. hum. vers. 286.) viscosissima est, & sedes diuturnissimas facit, ideò eã educere non est facile, vndè quartanarijs pharmacum in ipsamet exacerbatione exhiberi iubet lib. de Affect. v. 183. ità euaporare ad caput non solet, nisi vehementius commoueatur, quod in ipsis paroxismis euenit. Quoniam verò vapores insequi eorum minerã pro maiori parte solet, ideò post motus præfatos timenda est affectio cerebri ex humore atrabilario, & potissimum iuxtæ partem posteriorem, quam ante vapores eorum inuadebant, quæ quidem affectio cathocos vocatur, eo quod firmiter fixa sit, accidentiaq. concomitantia eiusdem sint naturæ. Scire autem expedit, cathocos nomine Hipp. non intelligere tantummodo exactum illum affectum, quem Galenus in illo adolescente obseruauit 2. in 1. Prænot. text. 56. in quo corpus rigidũ, & immobile remanet, oculis fixis, sine voce, & omni alia actione, sed quemcunque, in quo ægrotantes velut in altiorem
D somnum delati iacent oculis aliquando fixis, at pro maiori parte deductis, non tamen omnino immobiles, & sine voce fiunt: non enim inconuenit cathocõ correptum aliquando membrum aliquod mouere, & voces aliquas edere. Nam ipsemet Hipp. cum cathoco, & dolores, & deliria obseruauit, vndè inferius vers. 236. legimus. Qui caput dolent cum cathoco delirantes aluo suppressa, &c. & fortasse accidentia à Galeno explicata in cathocho sinè febre contingunt, quem adhuc videre mihi datum non est, quæ quidem accidentia sicuti à frigiditate cum siccitate dependent, ità à febris præsentia remittuntur, de hoc enim cathoco intelligere Hipp. indubitatum est. *Mar. n. 28.* *Mar. n. 19.*

Vers. 133. Tumores iuxtà aurem in morbis longis, parui sunt.

Parotides in morbis longis paruæ exoriuntur, quia humor crassus est: vndè viæ non satis
E ei patent, ità vt in magna copia ad tumoris locum ferri confestim possint. Parotidum enim materia (vt sæpius ex Galeno adnotauimus) cum media sit inter tenuem, & crassam, si hæc ad crassitudinem potius accedat, quam ad tenuitatem, vt à morbis longis euenire est rationabile, non potest confestim, & in magna copia ad locum parotidum ferri, vndè magna parotis excitari non potest. His verò apparentibus, si hæmorrhagia, & vertigo superueniat, pernitiosum est, quia sanguis è naribus exiens, occasionem recursus præbet, aut saltem earum suppurationem capite refrigerato prohibet. Vertigo autem indicat materiam morbi non in totum ad locum abscessus abscessisse, sed illius portionẽ ad partem cerebri nobilissimam recurrisse: ad ventriculos inquam, in quibus vertigo excitatur, quod valdè malum est, imò hæc symptoma esse poterit retrocessionis materiæ à loco abscessus ad interiores cerebri partes:

quod

quod longè peius est, apoplexia enim vertiginis succedanea meritò timeri potest. A

Vers. 134. *Febres vertiginosæ, & cum voluulis, & sinè voluulis, pernitiosæ.*

Ειλεος, hoc in loco communi significatione accipiendus est pro volutatione, & circumagitatione à verbo ειλεω, quod verto, & voluo significat, non pro morbo tenuioris intestini, qui à Medicis ειλεος, idest, voluulus appellatur. Quid enim habet intestinorum morbus cum vertigine, quæ est capitis morbus? Sententia ergò auctoris est, febres omnes vertiginosas, hoc est, in quibus ægrotantes sæpè à vertigine corripiuntur, etiamsi rotarum modo res circum agi nō ità manifestè appareant, nihilominus semper esse pernitiosas, indicant enim vapores à febris foco eleuatos non modò arcem cerebri inuadere, sed eius nobiliorem, & secretiorem partem; ventriculos inquam, in quibus præcipuæ operationes animæ perficiuntur, vndè timeri debeat, nè tandem humores ipsi vaporum viam arripientes illùc ferantur, ægrotantemq. apoplexia excitata interimant. Ex hac autem Coaca colligere licet, essentiam vertiginis non consistere in volutatione, & circumagitatione obiectorum: quando vt hic apertè ait Hipp. hæc & cum voluulis, & sine voluulis persistere possit, dummodo eorum adsit perturbatio, in qua huius symptomatis essentia consistere videtur. B

Vers. 135. *Anhelosis febris postea acuta, cum hypocondrio intento, &c.*

Ex hac Coaca docemur, quomodo ex hypocondrij tensione, & febris perfrigeratione parotidem magnā prædicere possimus in ijs, quibus, cum antea difficulter spirarent, acuta febris superuenerit, cuius euentus ratio dependet à vera parotidum materia, quam mediam sæpius statuimus cum Galeno inter crassam, & tenuem. Quarè talis erit, aut tenuis incrassata, quod euenire solet, quando morbi acuti à principio, ab acutie postea decidunt; eo quod materia febris, quæ à principio tenuis erat, & calida, partibus tenuioribus, aut naturæ, vi morbi, aut Medici auxilio consumptis, quod reliquum est crassius, & frigidius redditur, ità vt materia apta parotidum fiat, aut crassa attenuata, ipsomet Galeno etiam attestante principio in 1. Epidem. com. 11. quemadmodum in præsenti casu euenire censetur. Cum enim spirandi difficultas, quæ cum acuta febre non fit, ortum ducat à materia crassa spiritus vias angustiante, aut ab aliqua affectione partes respirationi inseruientes comprimente, si febris acuta superueniat, materiam ipsam tenuitatem, & caliditatem contraxisse significabit, sicque materia apta euadit pro parotidum generatione. Namque tenuitatem leuitas consequitur, quæ motū ad superiora, ad locum parotidum adiuuat. Hunc autem humorum raptum ad superiora indicat, & singultus, & hypocondri tensio, quemadmodum etiam Galenus præceptorem sequutus significauit nobis 3. Prænot. text. 33. Morbifica igitur materia ad cerebrum translata necesse est, aut morbum in cerebro excitari, aut eandem materiam per hæmorrhagiam è naribus excerni, aut denique ad aures abscessum facere, primum excludit, per illud refrigeratis, quod febris solutionem apud Hipp. significare solet, quod clarius expressit lib. 1. Prædict. vers. 283. vbi eandem proferens sententiam inquit. Quibus magnum, & frequentē spiritum habentibus morbus regius, & febres acutæ cum hypocondrijs duris perfrigeratæ sunt, num his abscessus magni ad aures consistunt, sed & eodem sensu infrà sect. 3. vers. 65. dicebat. Qui ex timore cum perfrigeratione mente mouentur, febres cum sudoribus, & somni vocem aliquantulum intercipientes hæc soluunt. Quia igitur impossibile est, humores præfato modò attenuatos ad cerebrum translatos ibi morbum constituere, & eodem tempore acutam febrem refrigerari; ideò necesse est, vel abscessum ad aures fieri, vel hæmorrhagiam sequi, hoc postremum non est rationabile, propter materiæ morbificæ naturam, quæ non est apta per sanguinis fluxum expurgari, quarè necesse est fieri parotidem, atque vnica parte tātum, iuxtà hypocondrij affecti rectitudinem, plures verò, si tensio in vtroque hipocondrio fuerit, vt ex prorrhetico citato colligere licet, in quo, quia hypocōdria in numero plurali dixit, similiter nō vnam tantum parotidem fieri, vt hoc in loco: sed abscessus magnos fieri dixit. Magna verò expectanda est, tum quia morbus supponitur acutus, & ideò sicuti in morbis longis parotides paruæ fiunt, vt nuper vidimus, ità in acutis magnæ exoriuntur: tum etiam, quia materiæ copia adest, eaque fluxibilis, vt in magna etiam copia ad locum abscessus feratur, & eò magis si indè febris solutio expectari debet. C D E

Clar. n. 23.

Vers. 145. *At qui circà exacerbationes tussiunt, & parum exudant malignè habent, &c.*

Circa febrium exacerbationes à tussiculis vexari malum est, peius autem si simul exuda-

tiones

A tiones accedant. Indicant enim cum humorum copia febrem ipſam, vel mineram partes ſpirituales habere, vel à maligna diſtillatione dependere, quorum vtrunque peſſimum eſt, ex quo timendum eſt, nè æger à morbi feritate è medio tollatur quam citius, quod periculum ſi tandem effugiat, non videtur euitari poſſe, quin tandem in ſuppurationem, & tabem deſinat morbus. Quod poſtremũ quomodò pręuideri poſſit, demonſtrat, dum inquit: ad latus dolore, ac ſuffocatione accedẽte hi ſuppurãtur, cuius quidẽ prognoſtici ratio adeſt manifeſtiſſima, nã tuſſis, cui ſuffocatio accedat (anguſtia ſcilicet propter quam ægrotantes ſuffocari videantur) indicat materiam copioſam ad pulmones deſcendere, in ipſiſque colligi, eò quod (vt dicebat idem Hipp. lib. de Locis in hom. verſ. 280.) plus eſt, quod influit, quam quod per ſputum Mar. n. 26.
expurgatur, quæ quidem materia tandem putreſcens ſuppuratum hominem facit; cuius quidem rei adhuc certiores erimus, ſi cum præfatis dolor ad latus accedat, eo enim caſu dolor indicat materiam iam circà latus agglutinatam putreſcere. Hunc enim caſum deſcribens
B idem Hipp. lib. 1. de Morb. verſ. 241. Fiunt inquit tertiò ſuppurati, ſi pituita de capite de- Mar. n. 14.
lapſa ad latus agglutinata fuerit, & putruerit, tunc enim latus, vt plurimum inflammatur, & patitur eadem, quæ ex pleuritide ſuppuratis.

Verſ. 147. *Quibus in febribus continuis puſtulæ per totum corpus erumpunt, &c.*

Non quælibet puſtularum eruptio in febribus continuis læthalis eſt, quandò ſæpè, & circà initia criticè erumpant, quod in dies in varijs puſtularum ſpeciebus obſeruatur: frequentiſſimè verò in variolis puerorum, qui in continuis febribus erumpentes, febrem ſæpè è veſtigio tollunt. Quarè illæ tantummodò læthales erunt, quæ ſymptomaticè erumpunt, pendentque à materia malæ qualitatis, & quæ à natura non fuerit deuicta. Malè igitur interpres puſtulas ſimpliciter itranſtulit communi vtens nomine, quod de peculiari quadam ſpecie protulit Au-
C ctor ἑλξαχια, appellans, quarum naturam deſcribens 4. Acut. verſ. 207. circum circà dura, cum Mar. n. 49.
rubore, & inflammatione apparere dixit, quarum quidem conditiones materiæ prauitatẽ, & contumaciam atteſtantur: vndè eas criticas eſſe, eſt impoſſibile, ijſque optimè conuenit ſententia illa vulgaris, critica non iudicantia partim læthalia, partim difficilis iudicij. Summa, cum ratione igitur læthale dixit Hipp. quia pro maiori parte ad mortem tendunt, niſi fortè abſceſſus aliquis ſuperueniat, qui ad ſuppurationem deueniens ægrotantem à morte vindicet. Adnotat autem huiuſmodi abſceſſus pro maiori parte ad aures fieri conſueuiſſe, materiæ dictarum puſtularum exactè reſpondentes.

Verſ. 152. *Capitis dolor in morbo acuto, præcordium reuulſum, non profluente, &c.*

Fundamentum præſentis ſententiæ in hypocondrij reuulſione conſiſtit potiſſimum, quod quidem ſymptoma raptum humorum ſignificat ad ſuperiora, capitique minatur, tum quia in ſuperiori parte ſitum eſt, tum ratione præcedentis doloris, iuxtà celebre illud, ſi quæ pars an-
D tè morbum laborauit, in ea firmatur morbus, calidis igitur humoribus ad cerebrum petentibus (tales enim eſſe in morbo acuto neceſſe eſt) alterum duorum ſequi neceſſe eſt, vel vt in ipſomet capite fluxio firmata phrenitim inducat, vel ſuperueniente hęmorrhagia expurgetur.

Verſ. 158. *Frequentes per eadem recidiuæ, circà iudicationem ſanguinolentæ, &c.*

Vbi vertit Corn. recidiuæ, græcus contextus legit ὑποστροφαι, nomen deductum à verbo ὑποστρεφω, quod ſignificat reuertor. Quarè ὑποστροφαι, non magis dicentur de morbo, cuius reſpectu interpretatus eſt recidiuæ, quam de alijs ſymptomatibus, quæ poſtquam ceſſarunt, denuò repetant, quo ſtante ſenſus verborum accommodatior mihi videtur, ſi verba illa ὑποστροφαι
E αιματωδεες, vertamus, reuerſiones vomitoriæ, vomitus crebras repetitiones intelligentes, quandoquidem quod legunt græci contextus αιματωδεες, ideſt, ſanguinei, corrigendum cenſeo ex Coacâ inferius deſcripta ſect. 3. v. 234. legendumque εμετωδεες, hoc eſt, vomitorij. Atque hoc pactò præſentis ſententiæ hic erit ſenſus. Quicunque circà iudicationem frequenter, eodemque modò ſemper ad vomitum reuerſiones habent, hi tandẽ vomitum nigrum incurrunt, & ratio eſt, quia frequentes vomitiones eodem modò, & ijſdem irritamentis ſæpè repetitæ indicant cauſam ſubeſſe, quæ à vomitu non facilè excluditur, ſed continuò naturam irritando, vomitiones quidem inducit, veruntamen non materiæ, quæ ſtimulat, ſed illius quæ continuò in ſtomacho generatur, vel à vicinis partibus vomitionum occaſione, in eum cõfluit. Hoc autem quod naturam ſtimulat, vel erit vitium aliquod in ſolidis partibus conſiſtens, v.g. inflammatio, quæ quidem irritat ad expulſionem naturam ipſam, non tamen vomitu tollitur.

litur, vel materia, quæ sit cruda omninò, firmiteruè fixa. At vitium omne partium solidarum excluditur, & quilibet alius humor crudus, dum inquit, circà iudicationem, nam eo tempore huiusmodi partium solidarum affectiones mitiores effectæ, naturam irritare non solent magis, quã dum in vigore consistunt, humoresq. crassi, & viscidi pepasmo attenuati euacuationi non sunt contumaces. Necesse est ergò causam huius irritamenti esse humorem ex propria natura rebellem, & difficilè mobilem, qui alius esse non potest, quam atra bilis, siuè humor niger: de cuius contumacia loquens idem Hippo. lib. de Nat hum. vers. 176. dicebat. Atra bilis inter omnes corporis humores viscosissima est, & sedes diuturnissimas facit, cuius gratia postremo loco post alios humores à medicamento educitur. Quicunque igitur huiusmodi repetitiones vomitionum habent, nigrorum vomitum tandem incurrunt, à quo & à prægressis vomitionibus ventriculus læsus neruoso genere compatiente tremorem inducit, quamuis solus vapor ex atræbilis agitatione eleuatus tremorem efficere possit.

Mar. n. 28.

Vers. 159. Dolores, qui in febribus tertianis exacerbantur, tertianarij fiunt, &c.

Nihil est experimento notius, quam si cui dolor aliquis in tertianis febribus superueniat, denuò ad ipsiusmet febris exacerbationem statis quibusdam temporibus de tertio in tertium in posterum exacerbari, cuius quidem effectus ratio æquè euidens accedit. Nam si dolor à materia excitatur solutionem continui inducente, absque motu eiusdem materiæ dolorem excitari est impossibile. At quotiescunque dolor aliquis in tertiana febre exacerbatur, signum est, motum causæ doloris motum consequi humoris febrẽ ipsam efficientis, & ideò sicuti febris tertioquoque die inuadit, ità etiam tertio quoque die dolorem exacerbari necesse est, etiamsi diuersus sit humor, qui dolorem facit ab eo, à quo excitatur febris, nam quilibet humor ad motum paratus facilius commouetur ad motũ alterius, quam alijs omnibus quiescẽtibus à seipso. Verum etiam si à motu materiæ febrilis motus dependeat humoris dolorem efficientis, nõ tamen necesse est, dolores huiusmodi in ipso febris insultu exacerbari, nam modò in principio, modò in augumento, aliquando in declinatione ipsa dolores exacerbari solẽt, idque euenit pro ratione humoris dolorem efficientis aut partis affectæ natura. Nam si exempli gratia ad motum bilis tertianã febrem efficientis, commoueatur crudus, & pituitosus succus in ventriculo existens, qui dolorem coli excitet, rationabile est, in ipso febris insultu dolorem non exacerbari, fortasse quia eo tempore materia doloris ad intestinum peruenire nondum potuit, neque pariter in febris vigore, eo quod febrilis calor, dum vehemens est, frigiditatem pituitæ contemperat, vt dolorem inducere non possit; sed in remissione. Atque hoc pacto dolor à febre occasionem habens, omnibus temporibus exacerbari poterit, seruando semper tempus consuetum paroxismorũ, vndè verum erit dicere, dolores huiusmodi in modum tertianæ exacerbari. Qua autem ratione hi sanguinem grumosum egerant, me penitus ignorare fateor, nisi de doloribus lumborum hæc intelligantur, ad imitationem illius Coacæ sect. 2. v. 94. Dolores ex lumbis diuturniores, qui in modum tertianæ exacerbantur, grumosum sanguinem egerere faciunt. Horum enim probabilis ratio afferri potest, vt in illius explicatione patebit.

Vers. 161. In febribus secundum venam, quæ est in collo, pulsus, ac dolor, &c.

In hac Coaca salutaris exitus describitur earum febrium, quæ capitis plenitudinem adiunctam habent: vndè descendente humore à capite, ex quo dysenteria excitetur, febris solutio contingit. Ratioque huius euentus talis est. Venarum pulsus aspectabilis in collo, & temporibus plenitudinem communiter consequitur eorum vasorum, quæ ad caput spectant: non arteriarum modò, ad quas propriè pulsus spectat, sed etiam venarum, à quibus arteriarum plenitudo dependet, à venis enim arterias tenuiorem succum attrahere Galenus etiam 3. de Nat. facult. cap. 14. testatus est. Colli autem dolor peculiariter cum à materia dependeat musculorum inter spacia distendente, indicat materiam ipsam à capite ad infernas partes descendere, sicuti hipocondriorum reuulsio eandem infernè ad caput ascendere denotat, & ratio huius diuersitatis est, quia cum ob naturalem grauitatem humores difficilè ascendant, non possunt sursum ferri, nisi per vias patentes, quales sunt venæ ipsæ, quæ dum à copia humorum ascendentium replentur, breuiores fiunt, & sic viscera sursum trahunt. At verò dum descendunt grauitate adiuuante non solum per venas, & per porositates procedunt, sed etiam per carnes, vt lib. de Locis in hom. v. 176. nos docuit Hipp. in quibus cum humor calidus sit

Mar. n 15.

dolorem

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 546 sur 636

A dolorem excitari neceſſe eſt, excitatur verò in collo maximè: quia ſubſtantia ibi denſior eſt, & plurimo ſenſu prædita, immediateq. capiti ſubiacet, vndè fluxus primo procedit, hac igitur ratione colli dolor ſignum eſt deſcendentis materiæ, non aſcendentis. Verum cum materia à capite deſcendens per plures vias expurgari poſſit, & maximè per vrinas: vndè 2. de Morb. legimus: capite excalefacto vrinæ multæ, cur expectanda eſt potius in hoc caſu expurgatio per aluum, quam per vrinam? Huius ratio conſiſtit in humoris peccantis natura, quem à prædominio calidum eſſe, indicat venarum pulſus, verum quia à capite deſcendit, quæ pituitæ metropolis eſt, & in eo moram traxiſſe ſupponendum eſt, cum non ſit veriſimile, morbis ſolutionem per dyſenteriam criticam ſtatim à principio fieri, ideò impoſſibile eſt, portionem non exiguam pituitæ calido humori non admiſceri, quæ exuſtionem aliquam paſſa ſit à calore febrili, vndè ſalſa, & acris effecta ſit, ità vt compoſitum fiat humoris calidi, acris, & ſalſi, quæ quidem vera eſt dyſenteriæ materia, à bile enim & pituita ſimul mixtis, dyſenteriam excitari nos docuit Hipp. modumque generationis deſcripſit lib. de Affect. v. 265. his verbis. Morbus hic fit, vbi bilis, & pituita in venas, & aluum incubuerit, ægrotat quidem ſanguis, & corruptus ſecedit, ægrotat autem inteſtinum, & raditur, & exulceratur, &c. Exulcerat quippè acrimonia, quam bilis præſtat, verum hæc non eſt ſufficiens exulcerare propter tenuitatem: quarè craſſitie eget, qua mediante parti exulcerandæ adhæreat magis, & diutius perſiſtat. Has enim duas qualitates potiſſimas in erodentibus adnotauit etiam Galenus lib. 4. Simpl. cap. 19. quo in loco vlterius teſtatur, quæcunq. tantummodò acria ſunt, vrinas potius, & ſudores mouere, quam ventrem exulcerare, hinecque eſt, quod humores à capite ſimpliciter excalefacto deſcendentes vrinas copioſas mouent, vt lib. cit. de Morbis adnotauit Hipp. quia per talem alterationem humores colliqueſcunt, parſque tenuiſſima tantummodo, & acris B deſcendit, quæ ad vias vrinæ potius tendit, quam ad aluum, è contrà verò, ſi materia à capite deſcendens acris ſimul, & craſſa fuerit, qualis redditur bilis plurimæ pituitæ permiſta, dum à febrili calore ambò ſimul confunduntur, exuruntur què; peculiari facultate ad aluum fertur: vndè dyſenteria oritur, de qua in textu, quæ in hoc caſu critica eſt, & ſalutaris, ex quo patet, non caſu additam eſſe particulam in febribus, quia in non febrientibus id euenire non eſt neceſſarium. Subiungit poſtea Hipp. color, qui ſæpè in calore tranſmutatur vtilis eſt, eam coloris tranſmutationem intelligens, quæ criticas euacuationes præcedere aliquandò ſolet, de qua lib. 4. Epidem. legimus v. 359. & colorum mutationes antè iudicationes ex rubro ad C clorum, &c. ex rubro quidem ad clorum fit mutatio, quum ſanguinis plenitudo, quæ roborem facit verſus partes interiores conuertitur, vt ſanguinis fluxum criticum faciat. At ex cloro ad rubrum, vel ad pallidum fit mutatio, quando cachochimia bilioſa recedit à cute, per aliam viam criticè expurganda. Quapropter coloris mutatio in præſenti caſu vtilis eſt, hoc D eſt ſignum ſalutare, quia indicat caput ipſum per dyſenteriam inaniri, non continuò materiam ſubminiſtrare, quæ morbum foueat, vt contingit in dyſenteria morbo. Hac enim ratione Hipp. lib. de Affect. v. 259. ſect. 1. in dyſenteriæ curatione, caput antè omnia purgandum monet, vt dyſenteriæ fomes tollatur. Addidit verò: in calore, eo, ni fallor, conſilio, vt calor cũ colore proportionaliter æquè remittatur, non autè è contrà. Quia ſi exempli gratia ex rubro in clorum fieret mutatio cum caloris augumento, huiuſmodi mutatio non eſſet ſignum perfectæ euacuationis plethoriæ à capite, ſed trãſmutationis in bilioſum ſuccum, cuius ſignum eſſet color clorus; aut loco ſanguinis bilem à toto in caput ſeceſſiſſe, quorum vtrunque malum eſſet. Quarè vt coloris mutatio ex rubro in clorum vtilis ſit, neceſſe eſt, caloris mutationem, mutationi coloris reſpondere, alioqui ſuperueniens dyſenteria non ſemper critica E eſt, & ſalutaris. Si quiſpiam meliorem præſentis Coacæ expoſitionem attulerit, libenter ſuſcipiam.

Mar. n. 1.

Mar. n. 24.

Mar. n. 26.

Mar. n. 24.

Verſ. 163. In bilioſis ſpiritus magnus, & febris acuta, cum hypocondrijs, &c.

Quæ hic afferuntur ſigna futuræ parotidis, firmitudinem iudicij acquirunt à materia potiſſimum, ex qua parotides generantur, quam ſæpius adnotauimus, mediam eſſe inter craſſam, & tenuem: & ideò huiuſmodi abſceſſus fiunt, tum in pituitoſa cachochimia à febrili calore, & bilis admixtione attenuata, tum in bilioſa, ſi pituita admiſceatur, aut bilis ipſa quodammodò pituiteſcat, & hic poſtremus modus in præſenti coaca verificatur. Nam dum inquit in bilioſis, ſupponit cachochimiam bilioſam, cum tenſione autem hypocondrij, & reſpiratione-

magna

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 547 sur 636

magna pituitæ admixtio significatur, ex quo talis respiratio inflammationem excludit, à qua hypocondrium attolli solet, hæc enim respirationem non magnam, sed paruam, & densam ratione doloris facit. Nec eleuatio hypocondrij in hoc casu referri potest ad humorum translationem ad superiora: quod tumoris genus alibi reuulsum hypocondrium appellauit, quia in hoc respiratio in magnitudinem non augetur. Quarè necesse est, tumorem hunc dependere à materia pituitosa, quæ tumorem hepatis indolentem facit, à quo magnitudo respirationis non prohibeatur. De huiusmodi verò hypocondriorum tumoribus mentionem
Mar.n.6. fecit Hipp. lib. Prænot. v. 96. diuturnioresq. & minus periculosos esse dolorosis adnotauit: eo quod, vt ratio dictat, à pituitosa materia dependent, cum igitur materia parotidum apta præsto sit, meritò eas expectare oportet in febribus, quæ humores bilioſos, & pituitosos attenuando, eosdem euehit ad superiora. Præsens Coaca plurimum conuenit cum Prorrhetico v. 284. quamuis illud dubitanter prolatum sit.

Vers. 166. *Quibus in febribus venæ in temporibus pulsant, & facies sana est, &c.*

Pro huius Coacæ intelligentia vide, quæ adnotauimus lib. 1. Epid. sect. 6. v. 11.

Vers. 168. *In febre ardente si aluus eruperit, mortale est.*

Non est inconstantiæ redarguendus Hipp. si hoc in loco asserat, alui fluorē in febre ardente læthalem esse, quem tamen multos seruasse lib. 1. Epidem. sect. 2. v. 125. testatus est, quia ibi loquebatur de alui fluore, superueniente in febribus ardentibus, postquam facta fuerat transmutatio ad morbum regium, quod quidem adnotauit Hipp. in textu per hæc verba. Quibusdam morbus regius accedit sexta die. Verum his purgatio per vesicam, aut aluus exturbata profuit, & si aliqui absque morbo regio liberati sunt, rationabile est, id contigisse ijs, qui à pituita salsa ægrotarunt, quod etiam videntur confirmare ea, quæ paulò inferius subiunxit Hipp. testaturque id fœnioribus magis contigisse, in quibus pituita salsa prædominatur, conueniensque fuit prægressæ constitutioni, in qua austrinæ pluuiæ diù perseuerarunt. Quia igitur pituita salsa facilè per aluū expurgatur, vt paulò antè v. 161. adnotauimus, non est alienum rationi, alui fluore mediante, multos in prędicta constitutione à febre ardente per alui fluxum liberatos esse, qui quidem in alijs ex bile omninò læthalis esse consueuit, eo quod bilis causone perseuerante criticè expelli non potest, imò tantæ acrimoniæ tunc particeps sit, vt omnes partes in transitu inflammare apta sit. Quod si tandem aliquis ex causone bilioso tunc per alui fluxum iudicatus est, id ex peculiari constitutione illius tempestatis contigisse asserendum est, in qua cum humiditas prævaluerit, bilem mitiorem fuisse rationabile est, quam propriæ naturæ conueniat, & ideò per aluum excerni absque læsione, & febrem ardentem soluere potuit. Hoc est enim, quod nos admonebat Hipp. in prognostico, considerandum esse si quid diuini est in morbis, hoc est à peculiari aeris dispositione dependens, & huius prænotionem edisce re, insinuās hac ratione vniuersales prænotiones aliquando non verificari: prout in eius loci enarratione explicauimus. Hæc sunt, quæ pro horum locorum concordia dici possunt. Quibus illud addere libet, quod experientia ipsa me docuit. Obseruaui enim eos, quibus in febribus ardentibus aluus fortiter soluta est, omnes tandem mortuos esse, eos verò seruatos, quibus paulatim, & per multos dies aluus deiecit, siuè bilioſa fuerint, siuè pituitosa, siuè etiam dysenterica, & fortasse hanc distinctionem respiciens Hipp. vsus est, hac voce χυλὸν καταῤῥαγεῖσα, quæ largam, & confestim factam excretionem significat Galeno interprete, 2. Prorrhet. text. 58.

Vers. 169. *Ex alui dolore laborioso febris ardens, pernitiosa.*

Optima ratione dixit Hipp. πυρετὸς καυσώδης, ideſt febris ardens, nam ab interna inflammatione, quam alui dolor laborioſus præcedens indicat, causon exquisitus non generatur, sed febris, quæ quia æstum præsefert ingentem, ideò ardens dicitur. Quapropter casus iste læthalis est propter internam inflammationem, quæ quancumque partem occupauerit, semper periculum adiunctum habet: potissimum verò quandò morbus præcessit, à quo vires non parum debilitari potuerint, vt euenit in hoc casu, in quo dolorē ventris præcessisse supponitur.

Vers. 170. *In febribus ardentibus, si aurium sonitus accedant, cum visus, &c.*

Aurium sonitus, visus hebetudo, & narium grauitas, capitis repletionem indicant, & ideò hæc duo symptoma hæmorrhagiam criticam præcedere solent, qua mediante capitis plenitudo tollitur, quod si his præcedētibus sanguinis fluxus non sequatur, expectandū est delirium tale,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 548 sur 636

A tale, quale materiæ peccanti magis conuenit, & ideò, si hæc biliosa fuerit, phrenitis sequetur, si verò crassior fuerit & ad atræ bilis naturã accedat, delirium melancholicũ expectandũ erit. Huiusmodi verò humores distinguuntur per ea, quæ oculis obuersantur: quia bile dominante splendores apparent, visio autem hebetatur potius, si humor crassus, & niger abundauerit; & quia sanguis ex naribus fluens, modò biliosus est, modò melancholicus & niger, imò Hipp. hæc duo signa, splendores in oculis, & visus obtenebrationes futuræ hæmorrhagiæ signa adnotauit lib. Præn. v. 389. Quarè visus hebetudo hoc in loco sanguinis melancholici plenitudinem indicabit, quod etiam indicare potest nariũ grauitas, quæ dominante bile non contingit, sed potius capitis dolor, ob naturalẽ humoris leuitatẽ, cuius gratia potius ascendit ad cerebri membranas, quã descendit ad nares. Stante igitur capitis repletione, quam aurium sonitus indicat, nisi hæmorrhagia superueniat, delirium melancholicũ prædicendum est, si visus hebetudo accedat, & nariũ grauitas, quę vt dixi, melancholici sanguinis præsentiam attestantur. Hanc eandem sententiã explicauimus l. 1. Prorr. v. 25. vidè etiã quæ adnotauimus ad Coacã v. 292. *Mar. n. 25.*

B *Mar. n. 3.*

Vers. 174. *In febre ardente fluxio sanguinis ex naribus quarta die, mala est, &c.*

Mala est hæc sanguinis fluxio pluribus causis, potissimum verò quia non in die legitima, & iudicationibus firmioribus conuenienti contingit. Quia enim crises firmæ & stabiles in diebus eueniunt exacerbationũ, quæcunq. in die quarta fiunt, aut hæc erunt in die quietiori, & præter naturam iudicationũ, aut morbum per dies pares moueri significant: quod quidem semper casum ancipitẽ reddit, nam tales morborũ constitutiones difficilè iudicantur, vt Hipp. lib. de hum. v. 28. adnotauit, & ideò nulli euacuationi in huiusmodi morbis contingenti fidendũ est, nisi alia bona signa concurrant, quæ iudicij firmitudinem, & stabilitatem afferant, meritò ergò quartæ diei hæmorrhagiam malam statuit Hipp. nisi aliquod bonum signum accesserit, & potissimum in ijs morbis, qui à cacochimia dependent, qualis est febris ardens, de qua habetur sermo, 4. énim Epid. v. 217. indicauimus quouis morbi tempore, & qualibet die posse fieri sanguinis fluxum salutarem, quotiescunq. morbus à sola plenitudine dependet, ob rationem, eo in loco assignatam: non autem quandò in eo cachochimia viget. In quinta verò die minus malam dixit, eo quod hæc dies, vt impar, criticis euacuationibus conuenientior existit, illud tamen incõmodi habere videtur, quia nimis proxima est principio morbi, quo tempore perfecta crisis vix fieri potest. Verum si morbus adeò celeriter moueatur, vt eo tempore ad summum vigorem peruenerit, tunc non erit inconueniens, ægrotantẽ perfectè per hæmorrhagiam iudicari, quia ergò huiusmodi euacuatio aliquandò symptomatica est, ideò eam simpliciter bonam non dixit: sed minus malam asseruit, eo quod frequentius ad salutem iudicare, quam quarta soleat. Hæc autẽ primo aspectu repugnare videntur ijs, quæ lib. 4. Acut. v. 227. referuntur, vbi de destillatione sanguinis è naribus loquẽs ait: & siquidem in diebus paribus accedat, melius est, in iudicatione verò pernitiosum: si non multus aceruatim concitatus sanguis redundantiæ exitus faciat per nares, aut per sedem, &c. Hæc tamen loca interse conciliabuntur per ea, quæ in præcitati loci expositione à nobis allata sunt: demonstrantes, sicuti signa critica bona optima fiunt in diebus criticis, ità mala, euadunt in ijsdem diebus peiora, & ideò cum ibi loqueretur de stillis, quæ, vt ipse inquit, symptomata sunt tensionis, & inflammationis circà venas existentis; meritò hæc in diebus imparibus, & iudicatorijs peiora sunt, quam in paribus, è contrà verò quia hoc in loco agit de hæmorrhagia, quæ est euacuatio critica, aut symptomatica, vt verè critica sit, dies ad iudicationem apta requiritur, quæ est quinta dies, quartæ comparata ob rationem superius assignatam. *Mar. n. 31.*

C

D

Vers. 181. *Læthargici, tremuli ex manibus, somnolenti, discolores, tumidi, pulsibus, &c.*

E Quæ hic afferuntur de læthargicis, satis manifesta sunt, & rationem euidentem habent, vt apud expositores videre est. Duo tamen difficultatem faciunt. Alterum est circa verba: & aluos biliosas, & intemperatas subtumidas habẽt, si verò obaridas habuerint, vrinæ, & egestiones alui latentes ipsis progrediuntur. Difficultasquè in eo consistit: quia videtur impossibile, aluum obaridam esse, & excrementa clàm ægro excerni. Pro solutione igitur dicendũ est illam vocẽ ξηρᾶς, ideſt, obaridas, non referri ad excrementa: quasi dura & sicca excernantur; sed ad ipsum ventrem, aridum ventrem appellans, quatenus subtumido contraponitur, ratioque huius denominationis indè desumpta est: quia sicuti quæ humectantur, crassiora fiunt: ità quæ arescunt, extenuantur, vndè non impropriè aluus sicca dicitur, quæ gracilis est,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 549 sur 636

& extenuata. Nam simili denominatione fauces graciles appellare consueuit Hipp. eas, in quibus nullus tumor apparet, ità enim inferius hoc eodem libro sect. 2. v. 11. inquit: Dolores in faucibus gracilibus strangulatorij, à capitis dolore initium trahentes, conuulsorij, & paulò inferius: fauces dolorosæ graciles in disphoria, pernitiosæ acutæ. Quarè sensus verborũ erit. Læthargicis aluos communiter subtumidas esse, cum excretis liquidis, & biliosis. Quod si aliquando obaridæ, hoc est depressæ, & extenuatæ fuerint, & vrinæ non percipiente ægro exeunt, idque summa ratione euenit. Quibus enim ratione morbi, & humoris prædominantis aluus subtumida esse solet, si è contrà depressa fiat, cùm id à partium colliquatione euenire non possit, id referendum est ad imbecillitatem earum partium, quæ continentur in aluo: propter quam spiritibus naturalibus destitutæ in seipsas concidũt: eodem modò, quo in summa virium exolutione tempora collabuntur, atque hoc pacto venter siccus, & gracilis apparet. Stante hac igitur partium naturalium imbecillitate cum spirituum defectu, non est mirũ, si excrementa ad naturalem facultatem spectantia, clàm ægro excernantur, & ex eadem causa ciborum, & potuum omnimoda inappetentia adsit, ità vt nec cibum, nec potum admittant, nec quicquam aliud. Secundo loco difficultatem facit, id quod, ait Hipp. quicunque ex læthargicis seruantur, suppurati fiunt, quod enim habet suppuratio cum læthargo? qui cerebri morbus est? quia non est rationabile, læthargicos suppuratos fieri per decubitum materiæ in thoracem, quod communiter tenent expositores. Quia si per huiusmodi decubitum morbus tolleretur, absquè suppuratione aliquandò læthargus iudicaretur: facta eiusdem materiæ expurgatione per sputum, antèquam in pus transmutaretur, quod quidem in angina ad pulmones conuersa euenire conspicimus Hippo. indicante lib. 2. de Morb. sect. 2. v. 50. vbi inquit: Si verò faucibus, ac tumoribus sedatis, morbus ad pulmones conuersus fuerit, statim corripit, & lateris dolor, & vt plurimum moritur, si verò quinque dies effugerit, suppuratus fit, nisi statim eum tussis inuaserit, si verò inuaserit, facta excretione depurgatus sanus fit. Dicendum est ergò, læthargum aliquando pulmonis morbum esse, quod cognoscens Hipp. inter morbos pectoris de eo pertractauit, tum lib. 2. de Morbis sect. 3. tum 3. lib. v. 50. quod quidem accidentia confirmant, tussis, & sputum multum, imò peripneumoniæ similem constituit, ac si ipsa peripneumonia esset. De eo enim sic loquitur. Morbi læthargi appellati status idem est, qui & peripneumoniæ: verum difficilior, & non omninò liber ab humida peripneumonia. Nec est inconueniens vnum affectum à diuersis partibus affectis originem habere, nam etiam phrenitis est cerebri morbus, & nihilominus, & à septo transuerso, & ab hepate vehementer inflammatis aliquandò excitatur, vt suo loco sufficienter demonstrauimus. Ad difficultatem igitur redeuntes dicimus, hoc in loco de lethargo in communi tractari, quatenus, & à cerebro affecto, & à pulmone excitatur, & quia lethargici à cerebro magna ex parte intereunt, à pulmonibus verò mediante suppuratione plures seruantur, ideò dixit Hipp. Quicunque ex lethargicis seruantur, vt plurimum suppurati fiunt.

Mar. n. 5.

Mar. n. 25.

Vers. 193. *Qui diutius secunè ex febre continua laborant citrà dolorem, &c.*

Hæc eadem sententia legitur in prognosticis v. 366. quæ ab hac in eo tantummodo differt, quia hic absessus magis fieri inquit iunioribus triginta annis: ibi verò ijs potius excitari asserit, qui trigesimum annũ excesserunt. Harum lectionum (nam vtramq. tueri est impossibile) Coacam prognostico præfert Duretus. Verum quæ inferius subiungit Hip. in eadem sententia, coacam corruptam esse manifestè ostendunt. Nam inquit: Senioribus autem minus fiunt, & vbi febres diutius producũtur, si enim, vt Coacæ littera sonat, ijs fieri absessus intelligeret, qui trigesimũ annum iam expleuerũt, quomodò dicere potuisset, minus fieri senioribus triginta annis? Sed & rationi etiam magis consentaneum est iunioribus triginta annis frequentiores fieri absessus etiam, dum febris non ità diuturna est, quam in senioribus triginta annis, in quibus virtus expultrix fortior est, & carnes rariores, vt absessus materia per eas transire possit, in senioribus enim febris ad quartanam potius conuertitur ob causas prædictis contrarias, & quia humores in ea ætate crassiores vigent: etiamsi non me præterierit, quartanas intermittentibus febribus frequentius succedere, quam continuis: vt Hipp. adnotauit in textu. Quarè Coacam hoc pacto emendarem. Expectare autem oportet absessus his magis, qui infrà triginta annos sunt: cum probabilis sit transcriptoris ex ὑπὲ in ὑπερ, lapsus, ità enim reliqua contextus verba sibi ipsis consona redduntur, & ijs, quæ leguntur in prognostico.

Vers.

A *Vers. 201. Quibus verò ſæpè recidiua contingit, his ſi ſemeſtre tempus tranſierint, &c.*

Particula verò à principio appoſita quandam cum ſupradictis connexionem hanc Coacam habere oſtendit, quę alia non videtur rationabilior, quā cum ijs, quę de abſceſſibus nuper tradita ſunt, ità vt recidiuam intelligam us. non febris, ſed abſceſſuū, non enim reddi poteſt ratio, cur frequentes febrium recidiuæ in tabem coxariam deſinant, non in aliquē alium abſceſſum ad articulos. Dicendum eſt ergò, frequentes abſceſſuum recidiuas, niſi intrà ſemeſtre tempus perfectè ſedentur, in coxendicis tabem terminare, nam ex longo, & frequenti relapſu pars adeò imbecillis redditur, vt alibilis ſucci copiā ſufficientē attrahere non poſſit: vndè nutrimento priuata contabeſcit tandē, cuius quidem euētus terminus ſtatuitur ſex menſiū, quia hoc eſt ſpacium, quo communiter chronici morbi iudicantur, habet enim hoc tempus analogiam cum decimoquarto acutorum, qui à Lunæ motu reguntur, quia ſicuti hoc temporis ſpacio
B Luna ad punctum oppoſitum in Zodiaco peruenit, cuius gratia inſignē parit in corpore mutationē, ità Sol, qui chronicis præeſt morbis ſex menſium ſpacio ad oppoſitum ſignū peruenit, punctum è diametro oppoſitum attingit, quem à principio morbi habuit; & ideò ſicuti morbi acuti quatuordecim diebus iudicantur, ità diuturni ſemeſtre ſpacium terminū habere ſolent.

Vers. 206. Quibus febre incipientibus ſanguis de naribus ſternutatione fiente, &c.

Solutionem morbi die ſeptima futuram indicare dixit Hipp. ſi vrina hypoſtaſim albam die quarta habeat in eo, cui multum timendū erat propter ſanguinis ſtillas à principio morbi apparentes. An verò per ſubſequentem hæmorrhagiam, aut aliam criticam excretionem, non expreſſit. Verum cum dicat ſolutionem, non iudicationem, videtur probabiliter colligi poſſe, eam morbi ſolutionem intellexiſſe, quæ abſque manifeſta euacuatione contingit, idque ratione conſentaneum eſt, quia vrina talis apparens perfectæ coctionis eſt nota, qua peracta, niſi
C ſtatim euacuatio ſequatur, in poſterum per eam iudicari morbus non ſolet, ſed abſque ſenſibili euacuatione ſoluitur morbus, notū eſt enim, morbos tripliciter terminari poſſe, per criſim, per abſceſſum, & per coctionem, vndè Hipp. 4. Epid. v. 405. coctionem veram à criſi penitus ſegregans dicebat: Si qualia ſunt, quæ in principijs adſunt, talia poſtea appareant; hæc non valdè (hoc eſt perfectè) concoqui puto, ſed iudicare. Nam quotieſcunq. natura ità dominatur materiæ morbificæ, vt per coctionem ad ſummam benignitatem reducatur, ad eius expulſionem non irritatur, & hoc pacto morbi per ſolam coctionem terminantur, quod in hoc caſu euenire rationabile eſt, in quo ſupponitur vrina cum ſedimento albo, quod materiæ benignitatem atteſtatur, de qua re vidè expoſitionem 6. Epid. com. 3. v. 13.

Vers. 209. Morbi acuti iudicantur ſanguine de naribus fluente in die iudicatorio, &c.

Ex hac coaca duo nobis occurrunt adnotanda. Alterum eſt, vrinam, de qua loquitur Hipp.
D in prognoſticis, dum optimam dicit, in qua reſidet album, læue, & æquale per omne tempus, donec morbus iudicatus fuerit, non ea ratione probari, quatenus eſt ſignū concoctionis (quod aliàs etiam adnotauimus) ſed vt ſignum mitiſſimi morbi, & materiæ benignioris, vndè morbi ſolutio euenit per ſolam eiuſdem vrinæ excretionē. Nam criticas excretiones referens Hipp. vrinam purulentā, & vitri formam referentē adnumerauit cum bona ſubſidentia, quæ certè non differt ab ea, quam deſcripſit in prognoſtico, vrina enim, quæ ſubſidentiam facit albā, læuem, & æqualem, dum mingitur antè quam ſubſideat, craſſa eſt, eius inſtar, in qua pus admixtū ſit, aut ad ſimilitudinē vitri liquefacti, quā quidem ſententiā adhuc confirmant ea, quæ paulò inferius v. 218. leguntur, nam eos referens modos, per quos febres ſoluūtur, vrinam concoctā appoſuit, inferens ſolam vrinæ coctionem abſque alia euacuatione ad morbi ſolutionē facere. Alterum adnotatione dignum in præſenti coaca occurrit, quia Hipp. inter criticas euacua-
E tiones ſimplicem alui fluxum non adnumerauit (etiamſi inferius biliоſam alui fluxionē addiderit) ſed dyſenterias, quas excretione mucoſa, & cruenta deſcripſit, & clarius infrà indicauit per illa verba: & alui fluxio, qualis in dyſenteria fieri ſolet, ex quo docemur, in febribus minus fidendum eſſe ſuperuenienti dyarrheæ, quam dyſenteriæ, in qua mucoſa, & cruenta excernantur, nam fortaſsè dyarrhæa biliоſa acutas febres rarò perfectè iudicabit.

Vers. 224. Febres intermittentes verum inæqualiter caleſcentes, aluo inflata, &c.

Sicuti calidorum medicamentorū alia ad vrinæ vias, alia ad aluum magis feruntur, vt aliàs ex Galeno 4. Simpl. 19. adnotauimus, ità humorum in corpore peccantium excretio pro eorum diuerſitate modò promptius per vrinas, modò per aluum perficitur. Quarè ſi, vt ibi do-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 551 sur 636

cet Galenus, tenuia, & calida medicamenta per vrinas feruntur magis, & per sudores, quæ verò crassa, & acri substantia constãt, per aluum potius ducunt; meritò humores ipsi, si tenues fuerint, & calidi, ad vrinæ, & sudoris vias magis tendunt, si verò crassiores fuerint, & exustionis participes, per aluum potius expurgantur. Hoc stante per febres ex permistione humorum, tum frigidorum, tum calidorum, excrementa crassiora cum acrimonia producuntur, dum à calore febrili exuruntur, quorum natura est, vt per aluum magis, quam per sudores, aut per vrinam excernantur: & ideò summa cum ratione Hipp. in præsenti coaca testatur, febres intermittentes, quæ non in venis mineram habent, sed extrà venas: & fortasse circà mesenterium, quod inflata aluus indicat; inæqualiter calescentes ob materiæ diuersitatem, aluo pauca egerente, vt excrementorum collectio in aluo fieri possit, si dolor lumborum superueniat, iam febre soluta, quæ omnem suspitionem tollat humoris circà venam cauam ferue scentis, sed symptoma sit humorum circà ventrem agitatorum; in his absque dubio expectandus est alui fluxus. Nequa quam verò, si febris à materia tenui dependet, quod & calor ad manũ exurens, & sitis, & anxietas indicabunt. Hoc enim casu probabile est potius exolutionem superuenire, ijsdem humoribus ob tenuitatem sursum ascendentibus ad ventrem, notum est enim, tenues, & acres humores os ventriculi mordentes exolutionem parere, id autem futurum esse præmonstrabit aluus suppressa: nam quotiescunq. aluus egerit sponte, prædictæ humorum reliquiæ vna cum alui excrementis secedunt. In inferiore enim ventre consistere supponuntur. Eandem verò exolutionem significare poterunt rubores ambustis similes in pedibus à crisi apparentes, si eos euanescere contingat, recurrente ad ventrem humore, qui à principio sedes affecta fuit. Idque satis rationabile est, existimandumq. est Coos Medicos hæc in pluribus obseruasse, priusqum scriptis mandarent.

Vers. 236. Qui caput dolent, siupore correpti, delirantes, aluo suppressa, &c.

Tota hæc symptomatum congeries ad opistotonum significandum concurrit, partim ratione partis affectæ; partim ratione efficientis, siuè antecedentis causæ, partim denique, vt signum quoddam huius affectus peculiare, partem affectam indicant dolor capitis, & delirium, nam capite affecto, & potissimum iuxtà membranas cerebri (quod hæc duo symptomata attestantur) affectio cerui cis facilè communicatur neruis. Firmitas verò, & stabilitas affectionis (quam voce κατοχως, indicauit auctor, vt quidam antiquorum exponunt, Galeno etiam assentiente 2. Prorret. tex. 60.) humorem fixum, stabilemq. & atræ bilis participem esse demonstrat, quem quidem humorem peculiari facultate neruosas partes inuadere sæpius indicauimus. Alui adstrictio concurrit tanquam causa, & repletionis ipsius capitis, & affectionis neruosarum partium; quæ tanti est in huiusmodi casibus, vt hæc sola conuulsionem præmonstrare possit, quod in pueris in dentium eruptione laborantibus euenire lib. de dentitione adnotauit Hipp. oculorum tandem ferocitas, & faciei rubor ipsius opistotoni signa peculiaria existunt, vt ex lib. 3. de morb. v. 142. constat. De tetano enim & opistotono ibi tractans Hipp. oculis distorqueri, & faciem rubicundam esse testatur, ex quibus patet, non temerè, aut contingenter ex capitis dolore fixo cum delirio, aluo suppressa, oculo ferociter moto, & faciei rubore, futurum prædici opistotonum.

Vers. 237. Capitis succussiones, oculi rubicundi, mentem manifestè emouentes, &c.

Τραυσεισματα κεφαλης, dicuntur capitis percussiones, quibus caput intrinsecus pertunditur, vox deducta à verbo τραυσειω, hoc est secutio, & latenter excutio. Idque euenit potissimũ, quando cerebri meninges ab incluso vapore, eodemque impetum faciente punguntur, & quia huiusmodi vapores aliquando in capite mineram habent, aliquãdo ab inferioribus partibus eleuantur, ideò vt hos casus distingueret Hipp. rubores oculorum apposuit, qui caput per essentiã (vt dicunt) lædi ostendunt, vndè casus longè periculosior redditur, quã si à vaporibus inferne elatis concussiones dependerent, quarè summa cum ratione dixit pernitiosæ. Cæterum (vt subiungit Hipp.) non commoriũntur hæc, hoc est ex his tantummodò symptomatibus æger non moritur; sed tumore ad aures superueniente. Necessitas verò huiusmodi abscessus à natura ipsius morbi depẽdet, in quo supponitur cerebrũ humorũ copia scatere, & ad partes exteriores impetũ facere, procedẽte vapore ab internis ad externa moto, verũ quia materia copiosa est, quod quidem ostendunt partes, tum externæ affectæ per rubores oculorũ, & cerebri concussiones, tum internæ per delirium manifestũ; ideò morbi solutio ex huiusmodi abscessus

eruptione

A eruptione expectari non poteſt, quarè dicendum eſt potius huiuſmodi tumorem ſuperuenire per epigeneſim, & mali propagationem auribus cerebro compatientibus, ratione adenarum, quam materiæ tranſlatione, ab internis ad exteriora.

Verſ. 242. Qui in capitis dolore aſcaridas habent, his ſurditas, & ſopor conſequens, &c.

Aſcaridas non in recto inteſtino tantum, ſed alijs etiam pluribus locis generantur. De muliebri pudendo aſcaridarum ſede habemus Hipp. teſtimonium lib. 2. Morborū mul. ſect. 3. v. 118. In auribus verò adeò frequenter naſcuntur, vt nullus ſit Medicus, qui morborum curationem tractet, qui modum non præſcribat, quo aurium vermes occidantur, quos quidem aſcaridas ab Hipp. hoc in loco appellari, non minus rationabile eſt, quam qui in muliebri pudendo naſcuntur. Quarè præſentis Coacæ ſenſus eſt. Quibus in auribus vermes producuntur cum capitis dolore, his ſi ſurditas, & ſopor accedat, tumores ad aures erumpere, cum B enim vermes à pituitoſa materia cum caloris abundantia, generentur, hi parotidum materiam nobis indicant, cuius copiam ſopor atteſtatur, motumq. eius ad locum abſceſſus præmoſtrat ſurditas præcedens. Vidè prorrheticum lib. 1. v. 290. *Mar. n. 66.* *Mar. n. 42.*

Verſ. 258. Capitis dolor moderatus, cum ſiti cibum capientes, aut cum ſudore, &c.

Si vocem *ὑδρώοντας* cum Dureto exponas aluina, idoneum verborum ſenſum in eius expoſitione inuenies. Si cum Corn. vertas cibum capiente, ſenſus erit, quum caput dolet, ſitiſq. adeſt, & ciborum appetentia: vel ſudor ſit, à quo febris non ſoluatur; tunc abſceſſum in gingiuis, aut ad aures expectare oportet, cuius quidē ſententiæ hæc eſt ratio. Sitis à duplici cauſa prout plurimū dependet, vel à præſentia calidi humoris, vel penuria humidi dominante ſicco, & ſicuti ſitis à calore inducta appetentiā ſimul tollit, ità ſitis, appetentia remanente, eius cauſam ſicci humoris præſentiam arguit, qui quidem humor nullus alius eſt, quam melancholicus C ſuccus, à cuius præſentia non tollitur appetentia, ſed augetur potius, etiamſi quia frigidus eſt, & ſiccus, ſitim non leuem inducat. Quarè ſitis in eo, qui libenter cibum ſuſcipit, humoris melancholici præſentiā indicabit, partes ventriculi ſuperiores obſidentis, vndè facilis eſt euaporatio ad caput, quæ dolorē in eo parit. Qui quidem vapores mineræ naturam redolētes acrimonia cerebri membranas feriendo, dolores vehementes communiter inducunt, quarè dum inquit Hipp. hos moderatos eſſe, indicatur nobis, in capite pituitoſum vigere ſuccum, qui vaporis acrimoniā hebetando, dolorem remittit. Ità vt in hoc caſu duplex humor concurrat: pituitoſus in cerebro, & melancholicus in ventriculo: qui temporis progreſſu caput petens, pituitoſo permixtus, febrili calore adiuuante, materia euadit abſceſſus, in gingiuis modò; modò ad aures, ibi fortaſsè, quia per ſitim antè patiebātur, ad aures verò ijs, quos ſudores febrē non ſoluentes concomitabantur. Hi enim difficultatē iudicij afferunt, cui valdè familiaris eſt paro- D tidum eruptio. Huiuſmodi verò abſceſſus intercipit exturbata aluus, vt pluries adnotauimus.

Verſ. 261. & 263. Caput dolentes, ſurdaſtri, manibus tremuli, collum dolentes, &c.

Has duas Coacas expoſuimus in prorreticis lib. 1. verſ. 134.

Verſ. 266. Soporoſi à principio exudantes, vrinis coctis ardentes, &c.

Quæ in præſenti coaca referuntur, manifeſta ſunt, quorum rationem apud interpretes videre eſt, quidā tamen ſcrupulus adhuc ſupereſſe videtur, quia inter læthalia ſigna vrinæ concoctæ proponuntur: quod veræ doctrinæ prognoſticorum penitus aduerſatur, cum nihil ſit, quod ſigna critica à læthalibus diſtinguat, præterquam vrinę concoctio. Cuius quidem difficultatis ſolutio conſiſtit in illa voce ab initio: cum certum ſit vrinarum concoctionē à principio præter naturam eſſe, & omnimò infidā, vndè l. 1. prædict. v. 78. vrinas præter rationem con- *Mar. n. 7.* coctas malas eſſe adnotauimus, quia ergò vrinæ præter rationē concoctę malæ ſunt; ideò cum E à principio morbi apparent cum ſymptomatibus in textu recenſitis, de ſalute ægrotantis ſummopere timendū eſt, potiſſimum verò ſi nulla ſubſequente critica euacuatione (id enim importat vox *ἀκρίτως*,) refrigeretur, ac ſi febris ceſſauerit, indèque rurſus non longè poſt exardeſcat iuxtà prorrheticum illud verſ. 261. vrinæ, quæ in his, quæ iuxtà aures abſceſſus habent *Mar. n. 21.* citò, & modicè concoquuntur malæ ſunt, & perfrigerari hoc modò malum eſt.

Verſ. 275. Affectiones ſoporoſæ, fatuitatem inducentes, ſtuporis detentionem, &c.

Occaſione ſoporis, de quo præcedentes Coacæ inſtitutæ ſunt, catalogum facit Hipp. eorum ſymptomatum, quæ ſingultum in morbis præcedere ſolent, quotieſcunque ſpiritus turbidus, & alui excretiones genituræ ſimiles ſoporoſis affectibus annectuntur. Hæc autem

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 553 sur 636

sunt fatuitas, cathocos, hypocondriorum varietas, ventris rumor, cibi fastidium, & sudatiunculæ cum suppressa aluo. Et quamuis sententiam ambiguam protulerit interrogationis nota apposita, omnia tamen rationem satis probabilem habent, quæ quidem in virtute, tum efficientis causæ, tum partis affectæ consistit. Nam efficiens causa singultus etiamsi possit esse quilibet humor, qui acrimoniæ particeps sit; frequentissimè tamen à materia crassa, & pituitosa excitatur, quæ acris sit effecta; siuè propter exustionem à febrili calore inductam, siuè bilioſi humoris admixtione. Suscipiens verò causa est ventriculus, cuius solius symptoma est singultus. Quæcunq. igitur præscriptam materiam peccare in ventriculo ostendunt, ea omnia singultum præmonstrare possunt. Quarè cum singula symptomata in textu recensita ab hac materia ortum habere possint, meritò eadem singultus prænuntia fiunt, quotiescunq. spiritus turbidus adest, qui caloris interioris est soboles, vt suprà ad v. 64. huius demonstratum est, & eò magis si excretiones alui genituræ similes accedant, quæ non modò pituitosi humoris præsentiam ostendunt, sed vlterius eiusdem originem ventriculum esse, vndè ad infernam aluum descendit. Verum (dicet quispiam) si hæc duo symptomata sola, materiæ aptæ præsentiam, & locum affectum præmonstrare possunt, & ex consequenti singultum ipsum, cur alia symptomata apposuit? Respondeo Hipp. nobis significare voluisse ea symptomata, quæ communiter singultum præcedere consueuerunt, non vt intelligeremus ea omnia ad eum significandum concurrere. Subiungit post hæc. Num, & aluus bilioſa insuper egerit: Splendidum in his mictum prodest, ventresque in his insuper turbantur. Hæc enim satis rationabilia sunt, non tamen omninò necessaria, & ideò hæc dubitanter pronunciauit. Supponitur enim singultus prouenire à materia pituitosa, quæ si in corpore abundauerit, & eius portio ad vrinas penetrauerit, vrina splendens apparebit, quæ ea ratione erit vtilis, quia humoris noxij fit deriuatio à ventriculo ad renes. Bilioſas similiter excretiones tandem fieri est rationabile, per quam humor internij incendij soboles excernitur, vt non singultus modò sedetur, sed principalis etiam morbus omninò tollatur, hæc autem non sunt necessaria, quia humorum non vnica est expurgatio in morbis, sed plures, quamuis frequentius per hanc viam, quem per illã eos excerni contingat. Et hæc sunt, quæ pro tutela præsentis coacæ adduci possunt, quæ etiamsi ab omnibus expositoribus reijciatur, nõ tamen omninò aspernanda mihi videtur, quippè quæ (vt credibile est) longo experimento comprobata sit: ità vt Medicus ei intentus singultũ prædicendò etiam dubitanter, plurimũ gloriæ acquirere possit.

Vers. 292. Aurium sonitus cum visus hebetudine, & grauitate circà nares, &c.

Aurium sonitus humorum agitationem in cerebro arguit, quod si vlterius, & visus hebetudo, & grauitas circà nares accedat, eorundem copiam vlterius subesse indicabit, quo stante alterum duorum subsequi necesse est. Nam aut hæc à natura expelletur per nares hæmorrhagia excitata: aut in cerebro consistens delirium excitabit, quale descripsimus sup. v. 170.

Vers. 297. Accedente ægritudine surditas, & vrina subrubicundam subsidentiam, &c.

Morbo accedente, siuè circa morbi initia, quod idem est, surditas cum vrina subrubra, quæ non subsideat, sed enæorema tamen habeat, futurum delirium indicat. Vrina enim subrubra bilis copiam indicat, quæ capiti, iam ab eiusdẽ humoris præsentia læso, quod surditas indicat, minatur, & eò magis si vrina subsidentiã non habeat, quæ cum naturæ dominiũ super materiã morbificam indicet, spem salutis, bile per hæmorrhagiã excreta, nobis afferre posset. Sed enæorema potius, quod humores ad superiora euehi symptomaticè semper ostendit. Cæterũ hæc tutius prẽmõstrare posse videtur vrina tenuis, & aquosa, quę bilioſi humoris excursũ ad caput significat, quotiescunq. aliquod signũ accedit, quod caput aliquo modò læsum ostendat, quod in hoc casu facit surditas. Hoc quidem verũ est, sed non ità necessariò circà morbi initia surditas cum alba vrina, & tenui, delirium indicat; vt cum vrina subrubra, & enæoremate dicto. Surditas enim cũ alba, & tenui vrina à principio morbi prouenire potest à copia pituitosi humoris fixi, & crudi, cuius portio surditatẽ faciat, non ob raptũ bilis ad caput. Quarè vt circà initia morborum surditas apparens delirij futuri signum sit, necesse est, vrinam apparere bilioſam, subrubram scilicet, cum enæoremate dicto, quæ tamen si morbi progressu tenuis fiat, tunc quidem delirij certissimum signum erit, vt contigit Hermocrati, ex cuius hist. lib. 3. Epid. registrata præsens coaca desumpta videtur. Quam nobis tradiderunt non Coi Medici tantummodò, sed etiam Auctor prorrheticorum lib. 1. vers. 42.

Mar. 2. 4.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 554 sur 636

A *Verſ. 298. Morbo regio corripi, in his malum eſt.*

Primo aſpectu erronea apparet præſens ſententia, cum non videatur rationabile ſuccobilioſo dominante, à quo ſurditas, indèquè delirium excitetur, morbum regium ſuperuenientem malum eſſe; quandò per hunc eiuſdem humoris decubitus ad cutim fieri poſſit, indèquè ſalus ægro contingat, & eò magis, quia id vniuerſaliter protulit de qualibet icteri apparitione, nulla diſtinctionis nota appoſita, ad criticos excludendos, ſi quis tamen verba contextus diligenter examinauerit, talem diſtinctionem inueniet. Quid enim aliud ſignificare voluit auctor illis verbis in his, quam cum præſcriptis vrinis, quæ cum coctione penitus careant, nihil criticum, & ſalutare apparere poſſe oſtendunt? vndè ſequitur, morbū regium ſymptomaticè neceſſariò apparere, ſignumq. eſſe internæ inflammationis, aut alterius cauſæ ſimilis, propter quam ſanguis ipſe in bilem tranſmutetur, cuius copia ea fiat, vt & caput
B infeſtare, & totum corpus ad extremam cutim vſquè inficere poſſit.

Verſ. 299. Mala eſt ex morbo regio fatuitas. Hos voce priuari, &c.

Suppoſita præcedentis morbi idea, mala eſt ex morbo regio fatuitas: ità vt ſi quis à principio morbi ſurdus factus, indè verò delirium ſuperueniat, morbusq. regius inſuper eum corripiat, ſi tunc delirium in fatuitatem tranſmutetur, malum eſt, & læthale, id enim hoc in loco importat vox κακον, quia de morbo periculoſo loquitur. Hanc ſententiam vituperat Galenus in Prorreticis, tamq. ab auctore inſulsè deſcriptam ex ſimplici obſeruatione horum ſymptomatum in peculiari quodam ægrotante, quæ tamen nullam inter ſe conuenientiam habent, eam tamen ſumma ratione conſtructam fuiſſe exiſtimo, nec medico inutilis erit, ſi ad artem prognoſticam reducatur. Hāc enim docemur, fatuitatem, quæ delirantibus ſuperueniens, & phreniticis maximè, in bonis ſæpè ducenda eſt, morbo regio affe-
C ctis ſuperuenientem pernicioſam potius eſſe. Cum enim fatuitas, quam μωρωσιν Græci appellant, à frigidis, craſſis, viſcidis, & in totum ægrè mobilibus humoribus fiat, quod Galenus etiam teſtatur, ſi quis ex phrenitide in fatuitatem incidat, humores feruorem depoſuiſſe, & morbum ex acuto, & læthali in diuturnum, & minimè mortiferum tranſmutatum eſſe cognoſcemus. Hùiuſmodi enim tranſmutatio plurimum conuenit cum ea, de qua loquens Hipp. 7. aphor. n. 5. dicebat, ex inſania exſtaſis bonum, verùm ſi hæc tranſmutatio in morbo regio affectis contingat, de quibus ſuprà loquutus eſt, quia non caput modò à bile infeſtari, ſed totum etiam corpus ſupponitur, hæc tranſmutatio ad prædictam cauſam referri non poteſt: cum non ſit rationabile, tantam bilis copiam, & quæ perennem habeat generationem in corpore, nulla præcedente euacuatione ad eam temperiem redactam eſſe, vt ex delirio fatuitas ſuccedat. Quarè coniectandum potius erit, id ex caloris extinctione, &
D humorum incineratione in cerebro contigiſſe, vndè facta ſit hæc tranſmutatio non abſimilis ei, quæ phreniticis contingit, quia ex manifeſto delirio in occultum incidunt: quod Galenus ad hecticam cerebri intemperiem reducit: & omninò læthalem. Quapropter materia phrenitidis in cerebro refrigerata, & incraſſata pro delirio, fatuitas, pro nugarum garulitate aphonia ſuccedit, non quidem propter obſtructionem, quam venarum interceptionem appellare Hipp. ſolet, per quam ſpirituum animaliū tranſitus impediatur, vndè paralyſis contingit, in qua ſenſus, & motus pariter tollitur, ſed permanente ſenſu non loquuntur ægri ob naturam delirij, quod taciturnos eos reddit, idquè ſignificare voluit, dum dixit: Hos voce priuari, ſentientes tamen eſſe contingit, ex quibus patet quam ſimilis ſit fatuitas hæc phrenitidi hecticæ ſuperius deſcriptæ, quæ proprio vocabulo exſtaſis dicitur, de qua à nobis actū eſt ſuo loco. Sicuti ergò fatuitas delirio ſuperueniens aliquandò bona eſſe poteſt, ità mor-
E bo regio correptis perpetuò mala eſt, & pernitioſa. Concludit tandem Hipp. fortaſſis autem, & aluus his malè afficitur, quod quidem dubitanter protulit, quia fortaſsè nondum certus erat, an id ex morbi natura contingeret, an potius ex accidenti quodam, quæ verò alui affectio ſit hæc, per quam aluus malè afficiatur, hoc in loco non expreſſit Hipp. eam tamen colligere poſſumus ex lib. 1. Prædict. verſ. 46. quo in loco hanc eandem enarrans ſententiam, horum verborum loco, legit: Arbitror autem, & aluuos his perrumpere, vt contingit Hermippo, & mortuus eſt, quarè coniectandum eſt, his aluum affici ex reſolutione naturalis facultatis, cuius gratia humores naturæ dominio deſtituti, extremam ſubeant corruptionem, & effrænati ad infimam aluum deſcendant, diarrhæamquè ex colliquatione, *Mar. n. 4.*

& cor-

& corruptione humorum constituant, id enim sæpius euenire obseruatur, vbi aliqua insignis læsio circà naturalis facultatis instrumenta præcessit, quam quidem indicauit morbus regius symptomaticè superueniens, ex interna scilicet inflammatione, succos omnes in biliosum humorem transmutante, vt superius adnotauimus.

Vers. 301. *Quæ circà aures dolorosè excitantur, pernicioſa ſunt.*

Quia parotidum eruptio in acutis morbis ancipitis est exitus, quandoquidem aliquandò ægrotantem in maximo periculo constitutum liberat, sæpè in desperationem salutis, certumq. interitum trahit, iure meritò prædictiones ex parotidum exortu traditurus Hipp. de vtroquè exitu verba facere opus erat, & ideò in præsenti Coaca de infelici earum exitu tractans inquit: eas malas omninò censendas esse, quæ dolorosè nimis insurgunt, & ratio est, quia vt parotidum eruptio salutaris sit, necesse est, naturam aliquo modò materiæ morbificæ dominari, alioqui eam regere non posset, quod quidem eiusdem materiæ benignitatem supponit, siuè ex ipsiusmet humoris conditione id contingat, siuè ope coctionis, stante igitur humoris benignitate, parotides indè excitatæ admodum dolorosæ esse non possunt, dum excitantur, nam progressu temporis, dum ad suppurationem tendunt, dolorosas reddi non malum est, quia id non ab humoris sæuitia contingit, sed à puris generatione. Quapropter dolorosè erumpentes parotides, quæ scilicet cum doloris acerbitate erumpunt, semper malæ sunt, idq. duplici ratione, tùm quia id coctionem non præcessisse indicat, per quam humor mitificari potuerat; tùm etiam, quia dolor ingens materiam validam, & tenuè esse significat, & ex consequenti parotidum generationi ineptam. Sæpius enim adnotatum est, veram parotidum materiam mediam esse inter tenuem, & crassam, nec admodum calidam, & acrem, nec summè frigidam esse, hæcq. parotidas admodum dolorosè excitare non potest, & ideò si dolorosè erumpant, symptomaticas esse necesse est, & admodum pernicioſas.

Vers. 303. *Tumores circà aurem ex plurimis graueolentibus, cum febre acuta, &c.*

Sicuti exitiosis parotidibus nihil optabilius superuenire potest, quam diarrhæa, aut dysenteria, quarum beneficio spes aliqua salutis concipitur, quòd quidem obseruauit Hipp. lib. 1. Epid. sect. 2. vers. 200. in Hermippo ægrotante, eò quod materia morbifica à superioribus, & nobilioribus partibus reuellitur ad inferiores, & ignobiliores, à quibus tandem naturæ impulsu excernitur, ità vice versa diarrhæa correptum, superuenientes parotides occidunt, si diarrhæa ex graueolentibus humoribus fiat, cum febre acuta, & hypocondrij tensione, ità enim omnis spes tollitur critici abscessus, tùm ex parte diarrhææ, quæ cum graueolentia, etiam si copiosa excernat, omnem coctionis suspicionem tollit, indicatq. tumorem hypocondrij inflammationem esse malignam, & succos ipsos corrumpentem. Tùm ex parte ipsius abscessus, qui salutaris esse nequit, non solum propter præsentiam cruditatis præfatæ: sed etiam quia in parte excitatur minimè conuenienti; facta materiæ translatione ab ignobili, & inferiori parte ad superiores, & nobiliores, qui quidem abscessus eò graniores erunt, quò tardius eruperint, ægrotante iam à progresso morbo consumpto, nam hi in ipsa eruptione ægrotantem è medio tollunt, idq. significat Hipp. dicendi modus: Tardius excitati occidunt. Huic similem sententiam habemus lib. 1. Prædict. vers. 271. cuius explicationem à nobis eo in loco allatam inspicere non erit inutile.

Mar. n. 22.

Vers. 305. *Tumores circà aurem leuiter ſideratis, mali.*

Paraplegiæ, quas paralyses vocarunt posteriores, tunc salutares, & minimè mortiferæ censentur, quandò partibus aliquibus inferioribus resolutis, caput ipsum omninò illæsum remanet, quia si simul ægrotet, paralyses læthales existunt. Hac enim ratione existimauit Galenus paraplegias in quadam constitutione vagantes læthales fuisse, de quibus Hipp. lib. 1. Epid. const. 3. locutus est hunc in modum: In hac autem constitutione per hyemem quidem inceperunt paraplegiæ, & multos inuaserunt, & quidam ex his subitò moriebantur. Parotides ergò parapleticis superuenientes prauæ sunt, tùm signo, tùm causa: signo quidem; quia indicant caput simul affectum esse: causa verò, quia dolor parotidum materiam ad caput trahere, & affectionem geminare potest.

Vers. 306. *Tumores circà aurem in longis morbis, non ſuppurantes, læthales.*

Quamuis materia parotidum (vt sæpius adnotauimus) media sit inter crassam, & tenuem: quæ tamen in longis morbis erumpunt à crassiori materia dependent: quemadmodum in

acutis

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 556 sur 636

A acutis à tenuiore, & quia craſſior materia non facilè diſcutitur, & diſſoluitur inſenſibiliter; ideò neceſſe eſt ſuppuratione mediante educi, alioqui ægrotantem diutius vexando, & dolore, & vigilijs interitum affert, meritò igitur inquit Hipp. Parotides in longis morbis non ſuppurantes, læthales, quod quidem non neceſſarium eſt in ijs, quæ acutis morbis ſuperueniunt, hæ enim ob materię tenuitatem plurimos alios euentus ſalutares habere poſſunt, nam aliquandò paulatim diſſipantur, & euaneſcunt, quandò ſcilicet materia admodum tenuis eſt, nec valdè copioſa, & de hac parotidum ſolutione intellexit Hipp. inferius verſ. 317. dum de earum eruptione in febribus ardentibus loqueretur, pleriquè verò talium tumorum (inquit (anteà ſubſident, hoc eſt antèquam, aut ſuppurentur, aut ſanguis fluat è naribus, aut per vrinam craſſam ſubſidentiam habentem ſoluantur. Aliquandò etiam parotides abſquè ſuppuratione ſoluuntur, earum materia ob tenuitatem aliò conuerſa, & excreta, nam præter
B ſanguinis fluxum, triplici excretione parotides ſalubriter ſubſidẽt, vt ex loco citato Epidem. colligere licet, per alui ſcilicet excretionem: per vrinas, & per ſputum, de quo inferius legimus: Parotidas ſubmouent tuſſiculæ cum ſputaminibus. At in diuturnis morbis aſſurgentes ob materiæ craſſitudinem (vt dicebam) alium exitum ſalutarem habere non poſſunt, præterquam ad ſuppurationem. Nam etiam ſi vt obſeruauit Hipp. aluus in his erumpat, nihil tamen vtilitatis afferre poteſt: quia materia peccans per aluum expurgari non eſt apta, vndè ſymptomaticè fluens aluus, ægrotantem debilitando, ad interitum citius perducit.

Verſ. 312. Abſceſſus iuxtà aurem in morbis diuturnis ſuppurati, non valdè albo, &c.

In diuturnis morbis, qui à pituitoſa materia maximè dependent parotides excitatæ, eiuſdem humoris participes eſſe rationabile eſt, ſi ergò his ſuppuratis pus exeat, nequè album exactè, nequè odoris mali omninò expers; eam non veram ſuppurationem, quæ fit dominante natura, ſed corruptionem potius illi oppoſitam eſſe cenſendum eſt. Nam pituitoſus
C humor cum colore ſit albus ſinè putredine, aut corruptione alienum colorem contrahere non poteſt, & quia frigidus eſt natura, odorem malum non recipit, qui caloris excedentis eſt ſoboles, ſecus euenit in alijs humoribus, qui quoniam colore ab albo diuerſo naturaliter inficiuntur, calorisq. exceſſum facilè concipiunt, & colorem non exactè album, & malum odorem aliquandò per ſuppurationem recipiunt, quod in ſputis peripneumonicorum ex præceptore adnotauimus lib. 4. Epidem. verſ. 405. vndè non eſt neceſſe tales conditiones in corrumpentem cauſam referre in his, quemadmodum in pituitoſis, & ideò abſceſſus ad aures ex longis morbis ſuppurantes exitiales cenſentur, niſi pus exeat album omninò, & in odorum: potiſſimum mulieribus, quæ ratione ſexus viris ſunt pituitoſiores. Quam quidem diſtinctionem in cæteris abſceſſibus locum habere poſſe non dubitarem.

D *Verſ. 317. Pleriquè verò talium tumorum anteà propulſantur.*

Ἀποκαθίστανται, ideſt euaneſcere, ſeu ſubſidere hoc in loco accipitur in bonam partem, & ſalubriter, quod quidem euenit quandò materia propter tenuitatem, & obedientiam diſcutitur, & diſſipatnr, idq. manifeſtè indicant tùm præcedentia, tùm ſubſequentia, præcedentia quidem, quia cum ſuperius dixerit ægrotantes ab huiuſmodi abſceſſibus occidi, niſi aut ijs apparentibus febris iudicetur, eorũ ſuppuratione mediante; aut ſanguinis è naribus flùxus contingat; aut in vrinis craſſa ſubſidentia fiat, ſubiungit modò plurimos horum ſubſidere, & euaneſcere prius, hoc eſt antèquam ſuppurentur, aut ſanguis fluat è naribus, aut vrina craſſam ſubſidentiam habeat, inferens aliquandò ægrotantes non mori, etiam ſi non ſuppurentur, nec aliqua prædictarum euacuationum ſubſequatur. Quod etiam manifeſtius conſequentia oſtendunt, ſubiungit enim, verum conſiderare oportet inſuper etiam ipſas fe-
E bres, ſiuè augeantur, ſiuè remittantur, & ſic pronuntiare, quia ſi euaneſcente abſceſſu febris augeatur, timendum eſt, ſi verò remittatur, ſignum erit, tumorẽ ſalubriter ſedatum eſſe, materiamquè inſenſibiliter diſcuſſam eſſe. Hunc exitum igitur reſpiciens Hipp. exceptionem quandam prædictis facit: quia pleriquè talium tumorum abſquè ſuppuratione, & ſubſequentibus euacuationibus ſalubriter ſedantur.

Verſ. 324. Facies, quæ ex tumida humiliatur, & vox leuior, ac debilior fiens, &c.

Hanc ſententiam expoſuimus lib. de Diebus Iudicat. verſ. 15. vbi ferè ad verbum legitur.

Verſ. 345. Oculorum rubor in febre fiens, alui diuturnam malignam affectionem &c.

Rubores oculorum in febribus diuturnam alui affectionem præſentem, non futuram ſignificare

ficare intelligo,attento dicendi modo Hipp. vsitato, verum quam alui affectionem auctor intellexerit diù anceps fui, non enim acquiescere potui expositioni eorum, qui diuturnum alui profluuium intelligunt, quia si alui profluuium ophtalmiæ superueniens eius conditionem meliorem facit,iuxtà aphoristicum illud: Lippientem alui fluore corripi,bonum; non est probabile hunc ab illo significari, cum impossibile videatur in diuturno alui profluuio partes superiores ex humoribus laborare. Quapropter dum hanc rem animo euoluerem, contigit mihi inuisere seniorem quendam, qui à rubore oculorum detinebatur, non tamen dolorem circà ipsos patiebatur. Huic aluus perpetuò adeò adstricta fuit, vt nihil nisi coactè egereret, quod ipsi tantò grauius erat, quantò ex natura aluus mollis ei anteà erat. Hoc igitur perspecto cognoui Hipp.ad particularem affectionem non se restrinxisse,sed indicasse nobis cum hoc signo aliquam malam affectionem circà aluum consistere, ratioquè dictat, hanc huius naturæ esse potius, vt per eam aluus sistatur, quam immodicè fluat, quia sicuti,vt proximè dicebamus, lippientem alui profluuio corripi,bonum est: ità vice versa eadem diutius adstricta, oculos indè lædi rationi consentaneum est. Quoniam igitur aluo malè affecta, nec deorsum,vt par esset,secedente,exhalationes calidæ sursum eleuantur,à quibus oculos lædi,& ruborem contrahere,est satis probabile; ideò meritò dixit Hipp.oculorum ruborem diuturnam alui affectionem indicare. Addidit autem in febribus, quia in rubore oculorum ex peculiari eius affectione aluum malè habere non est necessarium. Quarè nescio, quo consilio Duretus in suo Græco contextu adscripserit ἀπύρετο, ideſt febris experti, cum omnes codices legant ἐν πύρετο.

Vers. 353. Oculorum rectitudo in morbo acuto,& motus velox,& somnus turbulentus &c.

Præsens sententia hoc pacto legenda est ex Græco contextu vulgato, etiam si interpretes aliam secuti sint lectionem. Oculorum rectitudo in morbo acuto, & motus velox, & somnus turbulentus,& vigiliæ,aliquandò autem, & stillationes è naribus, ad contactum non vrentes, phrenitici fiunt,& maximè si sanguis fluxerit. Quorum verborum sensus est adeò manifestus, vt aliam lectionem sequi,vanum sit, referuntur enim signa phrenitidem futuram indicantia, sunt autem oculorum rectitudo, quando scilicet ægri intentis, firmisq. oculis inspiciunt, similiter eorum motus velox, somni turbulenti, vigiliæ, fluxus sanguinis è naribus,& stillæ potissimum,quæ quidem omnia eò magis phrenitidem præsagiunt, quò calor ad manum suauior & mitior fuerit in febre acuta, hic enim bilem non diffundi per vniuersum corpus significat, sed in aliquo peculiari loco congregatam capiti indicere bellum, quæ quidem symptomata etiam si simul ab Hipp. referantur,non ità tamen accipienda sunt, vt ad phrenitidem indicandam omnia concurrere necessarium sit,cum vnum,vel alterum sufficiat. Quod verò horum quodlibet phrenitidem indicare possit, adeò manifestum est, vt pro horum confirmatione tempus conterere,non expediat, si quis tamen de sanguinis fluore dubitet,legat ea, quæ lib. 4.Acutorum ab Hipp. referuntur vers. 221. hoc modo: Aestiuo, aut autumnali tempore in morbis acutis sanguinis destillatio repentina tensionem, ac multam inflammationem circà venas significat, & in posterum diem tenuium vrinarum appari tiones, & si ætate viguerit,& corpus in exercitio, aut benè carnosum habuerit, aut atrabiliarius fuerit,aut ex potu manus tremulas habuerit,benè habet,vt delirium,aut conuulsionem prædicas.

lar.n.51.

Vers. 365. Lingua,quæ in principio quidem inhorruit, in colore verò permanet, &c.

Sicuti horror totius corporis inæqualitatem quandam caloris,& frigoris importat: ità etiam similitudine quadam linguæ horridæ dicuntur,quæ inæqualiter affectæ sunt,iuxtà siccitatem, & humiditatem: vndè leuem præsefert asperitatem quandam, aut asperitatis principium. Docet ergò Hipp.quibus lingua à principio taliter affecta apparet, naturali eius colore permanente,indè verò progrediente morbo manifestius exasperatur,liuescit,& rumpitur;eos læthaliter affectos esse. Et ratio est, quia lingua à principio horrida nulla facta in eius colore mutatione humidi proprij exiccationem, & consumptionem significat; non à vapore febrili superficiale eius humidum exiccante, sed ab interno incendio per venas substantiæ linguæ communicato. Quotiescunquè igitur à principio morbi, quo tempore omnia leuiora esse consueuerunt,humidi consumptio fieri incipit,quid aliud expectari potest, quam febris vrens & maligna,quæquè humidi substantifici totalem consumptionem faciat,& eò magis si ea subsequantur signa,quæ id manifestant, ità vt indè aspera fiat, & tandem cum liuore rumpatur,& finda-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 558 sur 636

A findatur, ob maximam exiccationem propriæ humiditatis. At lingua, quæ multum nigrescit à principio intrà decimumquartam diem, crisim futuram ostendit. Quæ quidem explicatio confirmatur ex ijs, quæ lib. 3. de Morb. vers. 57. leguntur; vndè præsens coaca desumpta videtur, ibi enim de febre ardente loquens Hipp. hæc habet, lingua horret, & color eius, primò quidem tempore est veluti solet, verum sicca est, progressu verò temporis induratur, & exasperatur, crassescit, & nigrescit, si verò in principio hæc patiatur, citiores iudicationes fiunt, si posterius tardiores, cæterum qua ratione lingua, quæ à principio in colore non mutatur, læthalis ab Hipp. censetur; non autem ea, quæ statim à principio nigrescit? Respondeo non dixisse eam, quæ à principio nigrescit, non esse læthalem, dum inquit: si verò valdè nigrescat intrà decimumquartum diem, iudicationem forè significat, quia iudicationis nomen ab Hipp. vsurpatur sæpissimè ad malum, & ad mortem significandam, quod alibi etiam adnotauimus, idq. B etiam colligi potest ex loco citato de Morb. dum inquit, si verò in principio hæc patiatur, citiores iudicationes fiunt, si posterius tardiores, nam cum iudicationes etiam appellet exitus eorum, quibus non à principio lingua dictis coloribus inficitur, quos læthaliter affectos esse dixit; certum est per iudicationem omnem exitum intellexisse, tàm ad mortem, quàm ad salutem, subiungit tandem Hipp. periculosissima autē est nigra, & ἰκλωρα, quia vtraquè summum incendium intrinsecum ostendunt. Fit enim nigra lingua ab atrabile, quæ in morbo acuto sinè exustione non producitur, sicuti clora à bile flaua, seu vitellina, quæ in acuto morbo venosum inficere genus ostendit, vt coniectandum sit, hanc à sanguinis exustione produci; iuxtà præceptoris doctrinam lib. 6. Epid. sect. 6. vers. 3. Mar. n. 6.

Vers. 369. Linguæ densæ, & resiccatæ phreniticæ.

Pro huius coacæ expositione vide ea, quæ ad prorreticum adduximus 1. Præd. vers. 5.

C *Vers. 376. Labium contractum, alui biliosæ eruptionem significat.*

Ob magnam connexionem, & consortiū, quod inter os, & ventriculum intercedit, tunica interiori mediante ambobus communi; euenit; vt ventriculi affectiones ori facilè communicentur. Hac ratione labiorum tremores instante vomitu fiunt, eorumquè contractio oritur biliosa instante diarrhæa, vt hoc in loco testatur Hipp. quarum quidem affectionum diuersitas in diuersitatem motus ipsius ventriculi refertur, irritatus quippè ad vomitionem, sursum tendit, vndè villi interioris tunicæ remittuntur, seù relaxantur, ex quo labia ijs alligata proprijs fulcimentis destituta tremunt ad ipsius ventriculi motum, è contrà verò diarrhæa instante ventriculus quoquo pacto deorsum vergit: dum, quæ ipsum molestant, deorsum trudit, vndè gula deorsum trahitur, & ab hac labia per villos internæ tunicæ omnibus communi, sicquè labiorum contractio diarrhææ fit prænuntia: etiam biliosæ maximè; quia hic humor, D vt potè acris, & mordax ventriculum irritat ad expulsionem, non autem reliqui succi, qui sæpè propria grauitate, & laxitate deorsum ruunt, & ideò labiorum contractionem non faciunt

Vers. 389. Ex capitis dolore, vocis interceptiones si sint, febrientes cum sudore &c.

Tùm aphoniæ, tùm exolutiones duplicem causam habere possunt, aut defectum, aut excessum, quæ quidem sicuti plurimum inter se differunt, ità diuersum morbi euentum præsignare possunt. Hoc igitur in loco tractat Hipp. de ea aphonia, & exòlutione, quæ à copia naturam opprimente dependent, vt mirandū non sit, si sæpius repetant, morbusq. in longum tempus protrahatur: quod non eueniret, si hæc à virium imbecillitate, & ex defectu orirentur, quæ citam mortem afferre solent. Hæc autem à copia opprimente dependere, indicat dolor capitis aphoniam præcedens, qui in febribus caput ipsum calidis humoribus repletum esse ostendit, eandemq. confirmat humorum abundantiam sudor frequens, cum exolutione sæpius repe- E tente. Nec mirum cuiquam videri debet, vigente humorum copia naturam opprimente sudorem exolutiones frequentes parere, quia sudor in hoc casu criticus non est, nec materia oppressionem faciens tollitur, sed cum sit symptoma repletionis succorum, naturæ irritos conatus ostendit, per quos magna fit spirituum resolutio, vndè exolutio dependet. Sudorem verò hunc symptomaticum esse, significatur hac voce febricitantes: quasi dicat perseuerante febre, nec per sudorem sublata. His stantibus meritò, & recidiuæ frequentes, & morbi longitudo expectatur, iuxtà vulgatum illud, critica non iudicantia partim læthalia, partim difficilis iudicij, longitudinem enim morbi, aut recidiuas, difficultatem iudicij importare iam notum est omnibus. His superrigere, malum non est, subiungit Hipp. quia per rigorem materia

morbi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 559 sur 636

morbifica partim dissipatur, partim à loco, in quo fixa permanet, commouetur, vndè citius morbi iudicatio contingit. A

Vers. 392. *Vocis interceptiones superrigentibus, lethales, tales autem leuiter caput dolent.*

Quemadmodum melius est, febrem superuenire conuulsioni, quam conuulsionem febri, ità rigor superueniens aphoniæ salutaris esse potest, de quo in præcedenti Coaca dictum est. His insuper rigere, malum non est, cum tamen è contrà, si ei, qui superriguit, vocis priuatio superueniat, lethaliter affectum esse ostendit, vt in præsenti Coaca sancitum est, cuius quidem diuersitatis hæc est ratio, quia (vt superius adnotauimus) quando rigor superuenit ei, qui iam voce priuatus sit, rigor, causam aphoniæ discutiendo, salutaris esse potest. At si post rigorem aphonia superueniat: signum est, materiam morbificam per rigorem agitatam ad organa vocis secessisse, vndè casus lethalis sit: quia morbus partibus nobilibus communicatus est. Taliter affectis caput dolitare obseruatum est, eò quod materia per rigorem agitata, dum ad organa vocis secedit, caput vaporibus acribus replet, vndè dolor capitis excitatur, leuis tamen ob materiæ benignitatem. B

Vers. 393. *Vocis interceptiones, cum exolutione, in febre acuta, sine sudore, sunt &c.*

Diximus superius, vocis interceptiones, & exolutiones à copia humorum naturam obruente minus lethales esse, quam, quæ fiunt ab exhausto, à multitudineque dependere per sudorem indicari, quam modò repetens sententiam idem confirmat, verum nè quis existimaret, id euenire etiam, quandò aliæ euacuationes concurrunt, subiungit: Pernicioſissimè autem ex talibus habent, quibus sanguis è naribus fluit, & quibus alui humectantur, nam huiusmodi euacuationes cum corpus debilitent, vocis interceptiones, & exolutiones esse ab inanitione, non ab oppressione facultatis ostendunt.

Vers. 400. *Frequentes subsoporatæ vocis interceptiones consistentes, tabem significant.* C

Vox in morbis acutis vario modò intercipitur, & à varijs causis, verum in chronicis morbis vnicam videtur habere causam, obstructionem neruorum, qui musculis voci inseruientibus implantantur, & maximè quando interceptio non fugax est, & breuis temporis, sed firmiter consistens. Huius autem obstructionis materiam à capite originem habere, rationabile est, quæ si postquam delapsa est, caput omninò liberum reddit, nec reliquiæ humorum remanent, quæ morbum continuò foueant, temporis progressu soluitur morbus, absque sympto-matis recidiua, nihilq. mali indè timendum est, verùm si capitis repletio perseueret, cuius signum erit leuis quidam sopor, & frequentes aphoniæ repetitiones, infernis partibus timendum est, & potissimum pulmonibus, qui cum præcipuum sint vocis instrumentum, fluxionem promptè recipere consueuerunt. Quarè fluxione longo tempore in eos perseuerante, vix fieri potest, vt æger à tabe vindicetur. D

Sectio II. Lib Coacarum Prænotionum.

Vers. 11. *Dolores in faucibus gracilibus strangulatorij, à capitis dolore originem &c.*

In hac Coaca circumscribitur species illa anginæ horrendissima, quæ intrà primum quaternarium iugulat, eam scilicet, in qua nullo in faucibus tumore apparente (id enim significant illa) in faucibus gracilibus, cum dolore homo strangulatur. De qua Hipp. lib. Prognost. vers. 344. loquitur hunc in modum. Anginæ horrendissimæ sunt, & citissimè occidunt, quæ neque in faucibus quicquam conspicuum faciunt, neque in ceruice: verum plurimum dolorem exhibent &c. In Coaca tamen illud peculiare additum est: à capitis dolore originē trahentes, cuius gratia aliud etiam insuper aduenit earū peculiare, quia ægri conuulsi moriuntur, & ratio est, quia à capitis dolore initium habere, signum est, caput ipsum insuper læsum esse, & potissimum iuxtà partes sensibiliores, quæ sunt membranæ ipsius cerebri, quibus consortij lege neruosum genus compatitur facillimè, vndè conuulsionis origo est, quam quidem interpretationem confirmat Prorretici lectio, quæ habet hoc pacto: In faucibus gracilibus dolores strangulatorij, habent quid conuulsorium, potissimum verò à capite exorti, ex quo patet, satis temerè aliquos conuulsorij sunt, in mortiferi transmutasse, supponuntur quidem læthales; sed hoc (vt dicebam) peculiare vlterius habent, vt conuulsiones antè mortem inducant. E

Mar. n. 23.

Vers. 12. *Frigiditates colli, ac dorsi apparentes, sed & totius corporis, conuulsoria, &c.*

Totum

A Totum corpus, vel etiam quælibet eius particula dupliciter intrinsecus refrigerari potest, & ob frigidi humoris præsentiam, & propter calidi penuriam, & defectum, primo modò dum totum corpus, aut pars aliqua refrigeratur, ægri frigiditatis sensum quidem persentiunt; frigiditas tamen magna ad contactum non apparet, & ratio est: quia humor quilibet in corpore exiltens, etiam si natura frigidus sit, nunquam tamen actu adeò frigescit, vt partem ipsam actu, & ad contactum admodum frigidam reddat, è contrà verò, quandò pars aliqua ob calidi defectum refrigeratur, frigiditas ad contactum persentitur magis, quamuis aliquandò ægri frigus illud non percipiant. Hæc autem refrigeratio dupliciter contingit; vel quia calor ad interiora secedit, vel quia idem calor deficit, verum neutro casu frigiditas ingens apparet. Idq. patet in principijs accessionum, in quibus secedente ad interiora calore, partes exteriores refrigerantur, non tamen intensa refrigeratione ad contactum, quam marmoream appellant. Si-
B militer ex calidi penuria intensam frigiditatem ad sensum non apparere indicant morientes, in quibus euanescente calore corpus tepescit quidem, non tamen intensè refrigeratur, quia exiguus ille calor, qui vitam conseruat, partes tepidas reddit. Quarè quotiescunquè totum corpus, aut pars aliqua refrigeratur, adeò vt frigiditas ad contactum notabilis appareat; duplicem refrigerationis causam concurrere necesse est, caloris scilicet penuriam, & eius reuocationem ad interiora; quod internis inflammationibus euenit frequentissimè, in quibus calor exterius tepidus est, & refrigeratio leuis persentitur; at cum iam propè mortem existunt, intensissimè refrigerantur, eò quod cum caloris penuria, illius recursus ad interiora
C concurrit. Dum igitur Hipp. hoc in loco ait per frigerationes apparentes, eas intelligit, quæ tales sunt ad contactum, quæ quidem ea ratione sunt læthales, quia cum interna inflammatione viscera occupante, simul etiam calidi innati adest penuria, cur autem hæc conuulsionem præsagiant, id tùm ex natura partis affectæ, tùm ex ipso morbo euenit, hæc quippè quatenus materiam conuulsioni excitandæ aptam producit, conulsionem minatur, illud autem quatenus neruosum genti facilè in consensum trahit. Per internam enim inflammationem succi exuruntur, vndè atrabilis participes fiunt, cuius peculiaris est natura neruosas lædere
D partes, quod sæpius indicauimus. Concludit tandem in huiusmodi morbis vrinas reddi κριμωδεις, hoc est, cum sedimento crassiorem farinam æmulante, sunt enim contenta huiusmodi reliquiæ humoris vigore internæ inflammationis exusti, quod alibi adnotauimus. Non prætereundū verò est, vrinas conuulsionum prænuncias hoc in loco appellari κριμωδεις, quas superius vers. 108. sect. 1. ὑμενωδεας, ideſt pelliculosas dixit, & lib. Prorret. vers. 171. ἀφρωδεις, hoc est spumantes, non quidem doctrinæ instabilitate, aut transcriptoris errore, sed potius similitudine, & vniformitate causæ, quandoquidem, vt lib. Prognost vers. 169. demonstrauimus, & super Coacam citatam; omnia præfata sedimentorum genera, exustionis humorum
E in venis factæ sunt soboles, vt proindè ob assignatam rationem ea omnia futuram conuulsionem præsagire possint.

Vers. 15. *Fauces suprà modum dolentes graciles, cum ægrè tolerabili molestia &c.*

Faucium vehemens dolor sinè tumore, aut dolore apparente perpetuò læthalis est: quandoquidem grauissimam anginam constituit, quam pauci effugiunt, verum mors aliquandò citior, aliquandò tardior succedit; pro ratione læsionis maioris, aut minoris partium respirationi inseruientium. Nam cum maior est respirandi necessitas, citius intereunt ægri: serius autem quandò minor. Hanc necessitatem facit internus calor, cuius gratia Hipp. lib. 3. de Morb. vers. 109. pro curatione huius anginæ venam sub mamma secari iubet, concomitatur enim inquit hac parte ex pulmone spiritus calidus, qui misso ex hac parte sanguine remittitur, vndè spirādi necessitas minuitur. Quotiescunquè verò forti faucium dolori disphoria associatur, & iactatio, signū est in partibus internis vigere incendium, à quo respirandi augetur necessitas, cui cum ob faucium angustiam satisfieri minimè possit; necesse est hominem citò suffocari, & interire, idq. significare voluit Hipp. dum dixit, pernicioſæ acutè sunt. *Mar. n. 11.*

Vers. 16. *Quibus spiritus reprimitur, & vox strangulatoria est, & vertebra intus &c.*

Hæc est alia anginæ species, quæ à vertebræ colli luxatione dependet; de qua Hipp. lib. 2. Epid. sect. 2. vers. 76. historiam diligenter enarrando huiusmodi anginarum in cōstitutione illa vulgariter grassarunt. In hac igitur coaca continentur signa non solum prognostica huius anginæ, sed diagnostica etiam, signa diagnostica sunt, respiratio contracta, quasi æger respiratio-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 561 sur 636

nem edere recuſet. id enim importat vox ανελκεται à verbo ανελκομαι, ideſt retrahor, quamuis Galenus 2.Prorret. 55. hanc ad reſpirationem ſublimem reduxerit,non conſiderans cauſam huius reſpirationis ſublimem tollere, cum enim hæc ſit anguſtia, ex luxatione vertebrarum tumorem doloroſum interius ad collum conſtituente, in actu reſpirationis dolor excitatur, & maximè in poſteriori parte,quem dolorem,vt effugiat natura tantum abeſt, vt reſpirationem ſublimem edat, in qua partes omnes non pectoris modò, ſed & dorſi, ſpatularum, & cæterarum adiacentium eleuantur, & ex conſequenti dolent vehementius, vt potius eum motum doloroſum vitare cupiens,reſpirationem comprimat, quod quidem adnotauit Hipp.loco citato,dum inquit,ſpiritus in his non valdè ſublimis. Alterum ſignũ diagnoſticum anginæ ex luxatione vertebrarum cõſiſtit in voce,quam ſtrangulatorum appellat. Quid verò per ſtrangulatoriam vocẽ intellexerit,nõ ſatis conſtat, an fortaſsè eam,per quam ſpiritus cum liberè extrà ferri non poſſit ob anguſtiam naribus reſonat. Nam prædictorum anginoſorum vocem deſcribens idem Hipp.lib. cit. Epid. dicebat,per nares loquebantur ? Quia igitur hæc duo ſigna peculiaria ſunt anginæ ex vertebrarum luxatione,meritò dixit: Quibus ſpiritus reprimitur, & vox ſtrangulatoria eſt,vertebra intrò luxatur,nec hæc dicta ſunt per hypallagè,vt quidam exiſtimarunt. His (ſubiungit auctor) ad finem reſpiratio fit οἷον συμπνοητὸς τινος, ideſt veluti quodammodò conuulſi. hoc eſt interrupta, & ſæpius repetens in cuiuſdam conuulſionis modum: idq. propter ſummam anguſtiam,& ſpiritus exiguitatem, qui emoriente iam facultate contingit, hæc eadem ſententia legitur in Prorreticis verſ.117.

Mar.n.11.

Verſ. 22. Colli,& cubitorum dolores conuulſorij: à facie autem hi,& ſecundum fauces.

Huius Coacæ enarrationem habes lib.1.Prædict.verſ.175.

Verſ. 27. In pectoris dolore febriculoſo aluus turbata, torpida nigrarum egeſtionum &c.

Os ventriculi ſuperius ad pectoris regionem pertinet, coſtis enim ſubiacet, quæ pectoris ſunt partes, ex quo fit, vt eius dolor ſuſpicionem pleuritidis afferat inexpertis. Quapropter & ſi dolorem ſtomachi hic vocet pectoris dolorem, non ob id impropriè nominibus vtitur, quandò re ipſa dolor pectoris regionem occupat. Inquit ergò in huiuſmodi pectoris dolore aluum perturbatam, quæ ſcilicet crepitibus, rugitibusq. multis ad egerendum ſollicitat quidem; verum non feſtinanter,ſed torpidè, nigrorum egeſtionẽ præmonſtrare. Et ratio eſt,quia huiuſmodi dolor cum febre materiam calidam ſupponit: quæ quidem erit,aut bilis flaua, aut atra, aut pituita ſalſa, non bilis,nec pituita ſalſa,quia hi humores non lentè,& torpidè feruntur. Quarè ſola bilis atra id præſtare poteſt, quæ vt acris,& caloris particeps, & dolorem,& febrem excitare poteſt, quia verò craſſa eſt, & tardi motus id atteſtante Hipp. lib. de Nat.Hum. aluum torpide perturbare poteſt. Quibus hunc in modum explicatis iam conſtat, ſatis temerè hoc in loco pro voce ναρκωδης, δακνώδη à quibuſdam ſubſtitui: lectionem longè imperfectiorem conſtituentes: quaſi dicat Hipp. excretionem cum morſu nigrorum egeſtionem ſignificat, cum non minus mordeant bilioſi,& ſalſuginoſi ſucci,quam atra bilis faciat.

Verſ. 28. Dolores parui in acutis iuxtà fauces graciles, quandò hiantes non facilis &c.

In huius ſententiæ expoſitione expoſitoribus, quamuis inter ſe conſentientibus, aſſentiri non poſſum, exiſtimantibus hoc in loco prognoſim conſtitui anginæ læthaliſſimæ, in qua nullo in faucibus, aut in collo apparente tumore ægrotantes deſperati moriuntur. Tùm quia de hac re coaca illa ſuperius deſcripta inſtituta eſt: Fauces doloroſæ graciles cum diſphoria, pernicioſæ acutæ ſunt: tum quia nec delirium, nec phrenitis anginam conſequi ſolent, & ratio eſt,quia cum angina pro vt plurimum à fluxione à capite ortum ducat: quod etiam Hipp.teſtatus eſt lib.Acut.ſect.4. verſ. 60. ſuborta angina caput ab humorum copia vindicatur,ità vt nec delirium,nec alius capitis morbus timeri poſſit. Quarè Cornarij tranſlationem ſecutus, quæ lectioni græcæ etiam accommodatior eſt, dicerem in hac coaca morbum conſtitui acutã febrẽ,in qua aſcendentibus ad caput humoribus, deliria, & phrenitides ſuperueniunt.Huius autem aſcenſus duplex inditium traditur.Alterum eſt exiguus,& leuis dolor circà fauces graciles, & non tumentes. Alterum eſt difficultas contrahendi os ex hiatu etiam moderato. In hoc enim Dureti explicationi facilè acquieſco, qui vocem ἰσχνὸν ad os referens, exponit ægrotantes non facilè os claudere, cum hiarint, etiam ſi æqualiter ſe habeat, nec immodicè apertum ſit, & hoc additum eſt, ad excludendam aliam cauſam huius ſymptomatis, luxationem ſcilicet mandibulæ inferioris, quæ ſæpè contigit ijs, qui immodicè

Mar.n.39.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 562 sur 636

A dicè oſcitarunt. Hæc autem duo ſymptomata conſequi aſcenſum humorum ad caput, vnuſquiſquè facilè ſibi perſuadere poteſt, quandò ſcilicet per partes interiores aſcendunt, nam iiſdem humoribus in tranſitu porositates affectarum partium replentur, ità vt, & dolorem in faucibus inducere, & mandibulæ liberum motum tollere poſſint. Notat autem Hipp. dolorem in hoc caſu paruum eſſe, quia humores non extrauenantur, ità vt inflammationem conſtituant, quando diſtendendo ſolum aliqualem dolorem inducunt, eundem verò humorum aſcenſum alterum ſymptoma excitare poſſe, palàm faciunt oſcitationes, quæ in acceſſionibus quarundam febrium contingunt; aſcendentibus tunc ad caput vaporibus. Nam ſi vapores dicti inuoluntarias oſcitationes inducunt, quatenus muſculos oris apertioni inſeruientes afficiunt: multò facilius humores ipſi dum ſurſum feruntur in caput, eorundem muſculorum porositates replendo, hiatus excitare, & difficultatem contrahendi os

B efficere poſſunt. At verò aſcendentibus humoribus ad caput, delirium neceſſariò ſuperuenit, potiſſimum in morbo acuto, in quo calidos humores peccare neceſſe eſt, & ſi indè phrenitis ſuperueniat, læthalis erit, quia dum morbus acutus alij morbo acuto ſuperuenit, ſemper læthalis caſus conſtituitur, id atteſtante Hipp. lib. de Affect. verſ. 247. Mar. n. 25.

Verſ. 32. Collum conuertere non poſſe, nec deglutire, vt plurimum læthale,

Quandò in angina collum verti non poteſt cum difficultate deglutiendi, ſignum eſt, materiam morbificam adeò copioſam eſſe, vt omnes partes repleantur à muſculis colli exterioribus, quibus eius motus perficitur; vſquè ad muſculos faucium interiores, qui deglutioni inſeruiunt, vndè caſus læthalis redditur. Addidit autem vt plurimum, vt indicaret, id non ſimpliciter, & perpetuò læthale eſſe, quia aliquandò contingere poteſt, materiam frigidam à capite deſcendentẽ colli muſculos abſquè inflammatione replere, quæ etiam ſi

C interiores non occupet partes, propinquitate tamen, & copia deglutionem quodammodò compreſſione impediat, & tunc caſus non erit læthalis, etiam ſi & colli conuerſio, & deglutitio impediatur. Et ideò Hipp. 4. aphor. 35. vbi caſum hunc vniuerſaliter læthalem conſtituit, febrem addidit, quæ inflammationem præſupponit, tumoriſquè priuationem, quæ deglutiendi difficultatem ex compreſſione excludit, inquit enim, ſi à febre occupato collum derepentè obuertatur, & vix deglutire poſſit, tumore non exiſtente, læthale.

Verſ. 45. Verum minus ſuppurantur hi, quã illi, minimè verò, qui ſub vmbilico conſiſtunt.

Suppurationis tumorum difficultas, aut facilitas à duplici potiſſimum cauſa dependet: à materia, & à loco affecto, verum adeò ſuppurationi confert diſpoſitio ex parte laborante proueniens, vt hanc ſolam agnouiſſe Hipp. ex hoc loco colligi poſſit: quandò inquit, tumores ventris minus ad ſuppurationem verti, quam, qui ſunt in hypocondrio. Cæterum re-

D vera res non ità ſe habet, ſupponit enim materiæ diſpoſitionem adeſſe; qua præſente data paritate, hi facilius ſuppurantur, quam illi: quia locus, vt calidior, & humidior materiæ diſpoſitionem auget, minus verò, qui ſub vmbilico conſiſtunt: quia pars illa ventris ſuperioribus frigidior eſt. Quam ſuppurationis difficultatem reſpiciens lib. 6. Epidem. ſect. 2. verſ. 72. ſuppurationibus terminum vmbilicum conſtituit.

Verſ. 46. Et fiunt etiam hi quidem in tunica, qui verò ſurſum ſunt, diffundantur.

Propter eandem ſanè cauſam tumores ventris inferioris in tunica, ſiuè folliculo colliguntur frequentius, quam qui in ſuperiori parte conſiſtunt; propter quã illos his minus ad ſuppurationem verti dictum eſt, quia enim pars ventris inferior ſuperiore frigidior eſt, ideò materiam ipſam ad folliculi generationem aptiorem reddit, cum hic nihil aliud eſſe videatur, quam pituitoſæ materiæ concretio quædam, quæ membranulæ inſtar pus ipſum continet. Quarè præſens ſententia eo ſenſu accipienda eſt, vt intelligamus ſuppurationes ventris

E inferioris pro maiori parte fieri in tunica, ſuperiores verò per ſubiectam ſubſtantiam diffundi magis. Quandò non in ſuperiori ventris parte modò ſuppurationes folliculo comprehenduntur, ſed etiam in ipſismet hypocondrijs, de hepate enim ità legimus 7. aphor. 45. Quibuſcunquè hepar ſuppuratum vtitur, ſiquidem pus purum fluat, & album, euadunt, in tunica enim pus ineſt his: ſi verò velut amurca fluat, pereunt.

Verſ. 55. Pulſus in hypocondrio cum tumultu, mentis emotorius eſt: & magis ſi oculi &c.

Pulſus nomine hoc in loco intelligit Hipp. arteriarũ motũ cõſpicuum, ità vt nõ tactu modò, ſed etiã oculis appareat, qui quidẽ in aliqua particula tantũ modò cõtingit duplici cau-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 563 sur 636

sa, inanitione scilicet, aut repletione. Inanitio autē pulsum hūc conspicuū facit, quatenus ob carnis diminutionē, quæ arteriæ superposita est, adhæret q. hæc, & facilius eleuatur, & percipitur magis, & quāuis id omnibus arterijs corporis sit cōmune, obseruatur nihilominus frequentius in medio vmbilici, ac ossis pectoris, adnotauitq. ipsemet Hipp. lib. 7. Epid. v. 49. in Eratolai filio dysenterico summa macie confecto, qui quidem nihil aliud est, quam motus arteriæ magnæ, qui in alijs à carne interiecta obscuratur, compescitur què, altera causa est plenitudo, siuè in arterijs, siuè in venis, siuè in ipsamet carne. Plenitudo quidem arteriarum pulsum hunc facit potissimum materiæ spirituosæ, cauitas enim repleta compressionem tunicis facit, vndē porositates constrictæ, per quas vitalis spiritus in motu arteriæ fertur, sunt causa, vt vitalis spiritus maiori conatu concitetur ad motum, & hæc dispositio quibusdam naturalis est, ijs scilicet, qui ex natura sanguinem tenuem, & spirituosum nimis habent. Hos enim respiciens Hipp. 2. Epid. sect. 5. vers. 28. dicebat, cui vena in cubito pulsat, insanus est, & iracundus: cui verò quieuerit, stupidus. Alijs prouenit ex morbo, in quibus si calor absit, à quo sanguis in arterijs attenuatus in spirituosam materiam conuertatur, pulsus fiunt maiores, & celeriores in omni corporis parte, potissimum verò in temporibus, quia flatus à calore geniti superiora petunt magis, idq. in febribus quibusdam salutaribus obseruatur, quas dolor capitis cum pulsu concomitatur, sinè febre autem frequentius, indèq. eueniunt hæmicraniæ, & diuturni oculorum dolores pulsantes, quibus nihil magis prodesse demonstrauit experientia, quam arteriarum sectio post aures, aut in temporibus, & hanc fortasse causam respexit Hipp. lib. de Flatibus vers. 127. dum capitis dolores, & venarum pulsus in temporibus fieri, ait à flatu intercluso, & sanguinem in arterijs coarctante. Quibus verò spiritus flatuosus arterijs incluſus pulsum hunc facit absquè calore euidenti, hos diù ægrotare est rationabile, tùm quia affectio est in arterijs, in quibus naturalis facultas, à qua solutio morborum dependet, minus viget, quā in venis, tùm etiam quia sanguis à permixto spiritu refrigeratur, vt dicebat Hipp. lib. de Flatibus vers. 90. & crudescit magis. Adde etiam quia ipsamet causa flatum absquè calore producens calidi innati imbecillitatem arguit, qui morbos alioqui salutares necessariò producit. Hancq. fortasse respiciens causam Hipp. lib. de Iudicat. vers. 99. palpitationes in manibus diuturnæ febris signum esse adnotauit, aut breuis iudicationis in deterius, si tamen de huiusmodi pulsationibus hæc sententia intelligenda est, an potius de palpitationibus propriè dictis, vt in eius explicatione indicauimus, vtcunquè sit certum est, si meas obseruationes in medium adducere licet, me sæpius obseruasse eos, quibus non acutè febrientibus arteriæ iugulares pulsare oculis conspiciuntur, diutius semper ægrotasse. A repletione venarum pariter pulsationes arteriarum maiores, & euidentiores in aliqua parte apparere, est satis rationabile, tùm per compressionem arteriæ inductam à superposita vena, aut ei adiacente, tùm maximè quandò venas ab intercluso spiritu intumescere contingit. Nam humor à permixto spiritu attenuatus non solum maiorem locum requirit, sed etiam facilius transfunditur ad arterias, vt duplici ratione vehementius pulsare cogantur, propria scilicet repletione, & compressione venarum. Cum igitur huiusmodi pulsus copiam præsupponat sanguinis tenuioris spiritu flatuoso permixti, vix fieri potest, quin caput ascendat, quotiescunquè febrili calore incalescit, vndè mirum non est, si delirij signum indubitatum euadat, & adeò firmum, vt si historias Epidemiorum percurras, paucos inuenias ægrotantes, quibus in aliqua parte pulsus huiusmodi cum febre acuta apparuerint, qui non delirauerint tandem, talis Pherecida fuit, cui vt lib. 7. sect. 2. vers. 274. narratur pulsus in fronte erat, & delirauit. Theodori vxor pariter, & qui caput percussus est à Macedone eodem libro sectione prima vers. 292. & 360. cum pulsu in temporibus delirarunt ambò, seruus in extrema caupona, cui venarum pulsationes erant circà vmbilicum libro quarto vers. 126. & ipse delirauit. Silenus quoquè, cui palpitatio assidua erat hypocondrij libro primo sect. 3. vers. 64. in confirmationem præsentis sententiæ delirio correptus est, & interijt. Quotiescunquè igitur pulsus prædicti in aliqua corporis parte cum acuta febre percipiuntur (ità enim ab explicata venarum repletione originem habere certi erimus) delirium timendum est, & eò magis, si aliquod aliud concurrat, quod humorum raptum ad caput significet, quale esset, quod in præsenti sententia proponitur, videlicet tu multuatio, & contentio insueta ægrotantis cum familiaribus, siuè astantibus

Mar. n. 3.
Mar. n. 13.
Mar. n. 10.
Mar. n. 9.
Mar. n. 41.
Mar. n. 15
Mar. n. 18.
Mar. n. 9.

A tibus ipsis. Quod si in pulsu cuiusliber partis id euenire solet, tantò magis id timendum in hypocondrio dextro, quod ad delirium producendum paratissimum est, imò ad phrenitidem ipsam, vt lib. 4. Epidem. vers. 348. sufficienter demonstrauimus, si verò repletio venarum absquè flatuoso spiritu contingat, pulsus arteriarum eodem modò apparere possunt quidem mediante compressione eadem arterijs facta, verum non necessariò indè sequitur delirium, quia non est necesse, humores dictam repletionem facientes caput petere, & ideò pulsus huiusmodi varios exitus habere solent pro diuersitate materiæ replentis venas, & corporis dispositionem, quos plerosquè recensuit Hipp. in illa sententia lib. de Iudicat. registrata vers. 96. & à Medicis Cois inter prænotiones suas annumerata sect. 1. ver. 65. Quibus in febribus venæ in temporibus pulsant, & facies sana est, & hypocondrium non molle, diuturnum morbum significat, & non desinentem citrà multi sanguinis è naribus fluxum, aut singultum, aut conuulsionem, aut coxendicum dolorem. Plenitudo tandem in carne facta pulsum inducit, quatenus arteriæ ibi existentes compressæ maiori impetu eleuantur, idquè euenit in magnis inflammationibus, & in ijs tumoribus, qui ad suppurationem tendunt, materia enim in vnum collecta ad suppurationem maiorem compressionem arterijs facit adiacentibus, quam vbi diffusa est per carnes, & ideò pulsus huiusmodi, siuè dolores pulsantes indubitatum signum habetur futuræ suppurationis, quod etiam colligi potest ex Hipp. lib. 1. Morb. Mul. vers. 83. & hi sunt modi omnes, quibus pulsus in aliqua corporis parte manifesti fiunt, quorum causas recensitas superius distinguimus per ea signa, quæ dictarum partium repletionem coindicare possunt. Nam si arteriæ repletæ spiritu pulsum efficiant, id cognoscimus, quia non solum pulsant, sed etiam tument, absquè tumore, aut tensione venarum proximarum, si verò arteriæ repleantur, à repletione venarum, & venæ, & arteriæ tumidæ apparent, & si materia repletionem venis inducens spirituosa erit, venæ modò tument, modò subsident, & pars ipsa pallida potius erit. Quod si materia venas replens erit sanguis absquè flatu tumor venarum perpetuus erit, parsq. rubro colore fulgebit, vndè Hipp. in prænotata sententia adnotauit, faciem sanam esse colore, scilicet, roseo, qualis est bene valentium, vbi pulsus fit in temporibus, quia id à repletione venarum absquè flatuoso spiritu euenire rationabile est, exitusquè manifestat, quia in delirium non tendit morbus, sed varios habet exitus, quos adnotauimus suprà, si à repletione carnis tandem pars aliqua pulsum edat, id cognoscimus ex tumore cum dolore prout plurimum, & ex alijs, quæ suppurationem præcedere, aut magnas inflammationes concomitari solent. Hæc verò de pulsationibus referre longiori oratione necessarium duximus, vt ratio præsentis sententiæ melius innotescat, in qua docemur, pulsum in hypocondrio dextro cum tumultu de-
D lirium indicare, siuè enim id fiat à materia spirituosa venas vnà cum sanguine replente, siuè ab inflammatione viscus occupante, semper delirium significabit si cum tumultu id fiat, qui humores caput inuadere, ostendit, iuxtà rationem lib. Progn. vers. 85. adductam à nobis. Subiungit indè, & magis si oculi frequenter moueantur, quæ quidem particula magis non solum respicit certitudinem signi, quasi motus oculorum frequens prædictis associatus tutius delirium præmonstret, sed etiam delirij intensionem, quia delirium indicabit *Mar. n. 5.* vehementius, quem sensum clarius manifestauit in Prognostico, vbi ità loquitur. Verùm oculos talium insuper intueri oportet, si enim oculi frequenter moueantur furiosos hos fore timor est, quæ est species delirij vehementissima, quemadmodum euenisse Cydis filio, & Hermoptolemi vxori legimus lib. 7. Epidem vers. 90. & 168. Hi enim cum huiusmodi ocu- *Mar. n. 5.*
E lorum intuitu maniaci facti sunt tandem, vt in historia narratur. Ad præsentis expositionis *Mar. n. 10.* confirmationem plurimum faciunt ea, quæ in citata sententia lib. Prognosticorum adnotauimus.

Vers. 56. Oris ventriculi dolor, & pulsus hypocondriorum febre perfrigerata, malum, &c.

Febrilis enim caloris remissio, & exteriorum corporis partium tepor, aut refrigeratio cum hypocondriorum pulsu, qui materiæ copiam attestatur, eandem materiam visceri infixam esse, & inflammationem propriè dictam constituisse ostendit, quam oris ventriculi dolor concomitari solet, siuè dolor ad ipsummet hepar spectet, siuè ad os ventriculi, quatenus ab hepate inflammato ichor quidam acris ad os ventriculi transmittitur, qui cardialgiam parit, vtroquè enim modo in hepatis inflammatione dolor ad oris ventriculi regionem ex-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 565 sur 636

citatur, nec inconueniens alicui videri debet, nulla affectione in ipso ventriculo existente, sed in hepate, tantum dolorem ad ventriculi regionem persentiri, nam præter experientiam
Mar.n.8. ipse Hipp. id confirmauit apertissimè lib.4. de Morbis vers.97. his verbis: Postquam comedit, & bibit homo aliquid amari, quodq. alias biliosum, ac leue est; copiosior etiam bilis fit in hepate, & statim dolet hepar, quod pueri cor vocant. Et ratio est, quia cum lobus eius superior totum ventriculum amplectetur, dum causa dolorifica eum lobum obsidet, dolorem ad regionem ventriculi de se significationem facere necesse est, & quia succi calidiores, vt puta leuiores partem superiorem potius petunt, quam inferiorem, ideò euenit, vt dolor hepatis à causa calida excitatus regionem ad ventriculum spectantem potius occupet, quam ad hypocondrium dextrum. Quia igitur tria hæc symptomata, pulsus hypocondrij dextri, caloris remissio, siuè refrigeratio, & oris ventriculi dolor, hepatis inflammationem cum humorum copia constituunt, quæ morbum maximè periculosum reddit, ideò malum dixit Hipp. & eò magis, si sudatiunculæ etiam insuper accedant, quæ naturæ oppressionem à materiæ copia in hoc casu ostendunt.

Vers. 62. Quibus præcordia eleuantur aluo suppressa, malum est, maximè autem &c.

In hypocondriorum tumore aluum, nec adstrictam, nec solutam nimis esse expedit: & ideò vterquè excessus semper malus est, non tamen æqualiter: hæc enim est differentia, quia in recentibus tumoribus minus mala erit aluus humida, quam sicca, è contrà verò in diuturnis cum macie totius corporis aluum fluere pessimum est, & ratio patet, quia in recenti tumore (recentem intelligo eum, qui fit cum inflammatione, & dolore) cum continuò confluxus fiat nouæ materiæ, si aluus adstricta est, eò copiosior fit confluxus, vndè morbus adeò augetur, vt nequè à natura, nequè ab arte superari possit, è contrà verò dum ex morbi diuturnitate contabescit corpus, nihil infensius vero euenire potest, quam alui fluor, hoc enim & causa, & signo malum est, signo quidem, quia naturalis facultatis summam imbecillitatem ostendit, propter quam non modò concoctio alimentorum vitiatur, sed etiam distributio, malum est prætereà vt causa: quia vires ex morbi diuturnitate confractæ, fluore alui superueniente, ad extremum debilitatis producuntur, vndè mors etiam non parum accelerat ur.

Vers. 65. Præcordiorum distentio cum sopore anxioso, in caput dolente, abscessus circà &c.

Ad parotidum generationem duo potissimum concurrere iam sæpius indicauimus, materiæ scilicet aptæ copiam, & partem ipsam in morbo læsam, cum igitur vtraquè in præsenti coaca concurrant, non potest dici ex particulari quadam obseruatione hæc prolata esse, nec vniuersaliter vera esse. Nam hanc eandem veritatem superius confirmauit sect.1. vers. 270. idem Hippocr. soporosi (inquit) anxiosi, præcordium dolentes, parum vomentes abscessus iuxtà aures habent. Quomodò autem proposita symptomata materiam parotidum ostendant, & affectarum partium consortium totius, suprà adnotatum est, vt absquè nausea denuò repeti id non possit, ea igitur adeat lector, & potissimum, quæ adduximus super Prorret. vers. 272. & coacam vers. 135. sect. 1.

Vers. 66. Post præcordiorum tumorem biliosus spiritus magnus, & febris acuta &c.

Non quolibet tumore hypocondriorum euanescente abscessus fiunt, nè dum parotides, quæ inter abscessus numerantur, sed tunc solum, quandò ab humore subfrigidiori ortum habuit: hæc enim est vera abscessuum materia, in qua si crassior, & frigidior superauerit, abscessus in partibus inferioribus potius fiunt, in superioribus verò, si eadem materia tenuitate, & leuitate præualuerit. Has igitur conditiones ad parotidum generationem requisitas, in hac coaca inseruit summo artificio Hipp. ex quibus exitus necessitas dependet, crassorum enim, & frigidorum humorum præsentiam infert hypocondriorum tumor: qui quidem quotiescunquè à calida dependet materia, febrem acutam adiunctam habet, quam tamen excludit, dum post tumoris dissipationem febrem acutam fieri ait, quasi talis non fuerit anteà, bilis verò præsentiam supponit inquiens biliosis, impossibile enim videtur corpus eo humore non abundare, qui cum totius temperamento conuenit. Horum verò duorum humorum miscella præfatam parotidum materiam constituit, sursum verò cursum inflectere humores, hypocondrio dimisso, indicat spiritus magnus eo tempore, quo, tumore sublato, imminui deberet.

Vers. 67.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 566 sur 636

A *Vers. 67. In dolore hypocondriorum lumborum dolor ſuper accedens in febribus, &c.*

Dolor in hypocundrio cum leui borborigmo, & ad inteſtina, & ad hypocondriorum viſcera pertinere poteſt, qui quidem ortum ducat, vel à flatu, vel ab humore agitato, & commoto. Si ergò hæc materia fuerit flatus, qui deorſum erumpat, nihil aliud mali euenier, ſi verò fuerit materia commota: hæc vel per renes, & veſicam expurgabitur; vel per aluum, vtriuſque enim tranſitus iter ad lumborum regionem ſignificationem de ſe præbet ad ſitum renum, & inteſtinorum productionem. Meritò igitur dictum eſt, aluum humectari, niſi aut flatus, aut vrina copioſa prodierit. Addidit in febribus; non certè eo quod aliquandò in non febrientibus id euenire non poſſit, verum quia in his non eſt perpetuò verum, cum ſæpè obſeruentur dolores hypocondriorum murmurantes, abſque vlla prædictorum euacuatione ſolui, quod palàm faciunt illi, qui hypocondriaca affectione nuncupata laborant, quibus huiuſmodi dolores familiariſſimi ſunt.

B *Vers. 69. Ex hypocondrio diutinè afflicto, & aluo graueolenti, abſceſſus circà aurem occidit.*

In diuturnis hypocondriorum doloribus ſolutio expectanda eſt, aut per coctionem, aut mediante abſceſſu, quem concoctio præceſſerit. Si ergò coctionis loco corruptio, ſiuè putredo humorum contingat, cuius inditium erant excretiones graueolentes, indèque abſceſſus in partibus ſuperioribus erumpat, mors neceſſariò expectanda eſt, non ſolum, quia humores corrumpuntur, ſed etiam quia corrupti verſus partes ſuperiores, & nobiliores conuertuntur. In his caſibus obſeruatum eſt frequentiſſimè parotidas excitatas eſſe: quibus apparentibus, mors adeò celer ſuccedit, vt parotides mortis cauſa eſſe videantur, & ideò hoc dicendi modo vſus eſt, parotides occidunt. Cum igitur ex dictis pateat, litteram, vt iacet, intellectum verum, & rationabilem ſenſum admittere, non eſt vt lectionem emendare ſtudeamus, quod
C interpretes nonnullos feciſſe inuenio, graueolentem, de qua in textu, ad voluuloſam affectionem reducentes, ob ſimilem ſententiam lib. 1. Prædict. v. 271. regiſtratam hunc in modum, *Mar. n. 22.* ex voluulis graueolentibus in febre acuta, hypocondrijs ſublimibus diutius permanentibus, abſceſſus circà aures oborti occidunt. Diuerſas enim ſententias eſſe, & vtraſque veras non eſt inconueniens.

Vers. 70. Quibus ab hypocondriorum doloribus aluus paulatim ſubuiſcoſa egerens, &c.

Si ſedato hypocondriorum dolore materia ſubuiſcoſa paulatim egeratur, hanc pituitam, ſalſam, & acrem eſſe coniectandum eſt; quandò à ſimplici pituita dolorem in hypocondrio antè excitari non eſt rationabile. Acrimoniam verò contrahit pituita vel à permixtione bilis, vel propter exuſtionem quandam, quam ſubit, dum in calido, & ſicco loco diutius perſiſtit, quod in præſenti caſu contigiſſe indicat ſubſequens egeſtio ſtercoroſa, & breuis, non in
D longum producta, quemadmodum in naturali euenit: ſed in paruas, & ſiccas ſferulas efformata, quæ quidem in ſuperioribus inteſtinis, & tenuioribus præter naturæ inſtitutum craſeſcit, quod abſque magno viſcerum incendio fieri non ſolet. Acri igitur, tenacique humore ſecedente ſatis rationabile eſt facta inteſtinorum abraſione fluxum ſanguinolentum, dyſenteria inducta, ſuperuenire. Quod quidem, quia non omninò neceſſarium eſſe cognouit Hipp. ideò interrogationis nota appoſita, ſententiam protulit. Nam etiam ſanguinem effundit.

Vers. 72. Quibus derepente, dum ſinè febre ſunt, præcordij, & artis ventriculi dolor, &c.

Citò fieri, citòque diſſolui tanquam firmiſſimum habetur à Galeno argumentum earum affectionum, quæ non ab intemperie aliqua, ſed à materia ortum ducunt, eodem argumento excluduntur inflammationes, & alij etiam multi morbi ex materia quidem dependentes, verum tamen, qui nec tam celeriter producantur, nec ceſſent ſtatim. Quapropter Hipp. vocem
E derepente addidit, vt excluderet eos hypocondriorum dolores, qui ab intemperie, aut inflammatione dependent, vndè neceſſe ſit affirmare eos ab humorum affluxu, eo què copioſo naſci, eorum enim copiam argnit non modò aſpectabilis ventris tumor, ſed etiam partium affectarum multitudo, abſque magna enim copia humorum, tot partes, & plurimum inter ſe diſtantes eodem tempore dolore, & tumore affici non eſt rationabile. Hæc autem materia cum duplex eſſe poſſit: ſanguis nempè, vndè plethora cõſtituitur, aut alius humor à ſanguine remotus, in quo cachochimia conſiſtit. Si primum venæ ſectio ſuccurrit, ſi ſecundum purgatio, vndè rectè dicitur in contextu, ſoluit venæ ſectio, aut purgatio. Soluitq. non prodeſt tantummodò, quia morbus ablata cauſa tollitur ex toto. Appoſuit autem conditionem, ſi

febris

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 567 sur 636

febris non adfuerit, non quidem vt significaret præsente febre nunquam conuenire posse venæ sectionem, aut purgationem, sed vt inferret, eadem non æquè tutò, & feliciter administrari præsente febre, ac sine ea, quandoquidem sicuti in bilis prædominio suspecta esset venæ sectio ob rationes adducendas inferius sect. 3. v. 79. ità in interna inflammatione, quam febris indicare posset, periculosa esset purgatio iuxtà doctrinam 4. Acutorum v. 31. absque febre igitur tuta est curatio per venæ sectionem, aut purgationem, per quas nullo obstante impedimento morbificæ causæ tolluntur, subiungit verò, his febrire nocuum est, non solum quia ex præfatis euacuationibus morbi solutio non statim contingit: sed etiam, quia huiusmodi febres sunt, aut malignæ, aut diuturnæ. Diuturnæ quidem tum ob rationem assignatam superius sect. 1. ad Coacam v. 95. Febres ex doloribus vehementibus diuturnæ, tum maximè ob humorum copiam, partisque laborantis officium, malignæ verò ob causam assignatam in expositione illius sententiæ: Febres ex hypocondriorum doloribus malignæ 1. Prædict. v. 75. His enim & tussis succedunt, Ahstmata, singultusq. quæ omnia inflammati hepatis symptomata existunt, eandem inflammationem attestantur hypocondrij, & cordis dolores, vnà cum ventris tumore, quotiescunq. his febris annectitur, impossibile enim videtur humorum copiam circà viscera consistentem, febrem absque inflammatione inducere, si non sistrophica, saltem de earum genere, quæ phlogosis appellatur. Quod si etiam aliquandò sine inflammatione hæc fiant, nihil tamen prohibet, præfata omnia accidentia in repletionem humorum circà hypocondria referre. Nec minus rationabilis est huius morbi solutio, quæ proponitur in contextu per abscessus ad varias corporis partes, huiusmodi enim exitus satis familiaris est ijs morbis, qui cum humorum copia, & nobilitate partis in longum tempus producuntur. Abscessus verò fieri maximè ad coxas, & ad crura rationabile est: quia dolor à principio dictas partes occupauit, iuxtà aphorismum illum. Quibuscunq. resurgentibus ex morbis quid doluerit, isthic abscessus fiunt, & si antè morbum quid doluit, isthic morbus incumbit, sect. 4. Aph. 32. & 33. Fit etiam aliquando abscessus ad oculos, vndè mors in cæcitatem transmutatur, quod in grauioribus morbis contingere obseruatur. Soluitur etiam aliquandò morbus per suppurationem, quibus scilicet materia morbifica ad partes spirituales abscedit, quæ in pus conuersa per sputum educitur. Notandum verò est signum futuri abscessus in morbis grauioribus: videlicet morbi remissio nulla euacuatione præcedente, idque nobis significauit per illa verba. His ad solutionem tendentibus, &c.

Mar. n. 36.

Mar. n. 9.

Vers. 77. Quibus dolores præcordiorum, oris ventriculi, hepatis, partium, &c.

Non quilibet harum particularum dolor sanguinis excretione sola curatur, sed qui simul eas omnes infestat, nam sæpè aliqua dictarum particularum dolente, sanguis excretus non parum lædere posset, cui diarrhæa occurrit. Dolor autem omnes simul inuadens eà ratione à superueniente sanguinis excretione curatur, quia à sanguinis multitudine dependet, aut ab humoribus sanguine permixtis. Nam simplex cachochimia tanta esse non potest in partibus præfatis, vt omnes simul dolore afficiat. Quia igitur tot partes simul dolent, id argumentum est, causam doloris à sanguinis multitudine, aut eius mala qualitate dependere, vt iure meritò morbi sanatio in sola sanguinis euacuatione consistat. Quæ verò parte sanguinis euacuatio salutaris expectetur, significauit voce illa: διαχωρήσαντος, quæ alui excretionum est propria. Hancque peculiariter indicat dolor circà vmbilicum: quatenus humor inclinationem ad inferiora ostendit, præterquamquod rationi etiam consentaneum est plenitudinem, quæ partes inferiores magis infestat, per inferiora tolli: qualis est euacuatio per hæmorrhoides, aut dysenteriam sanguinolentam. Cur autem in præsenti Coaca solutio ab vnica sanguinis excretione expectatur: rationem assignari posse existimo, non solum, quia maior cachochimia in superiori adesse poterat, vndè ea educta salus sperabatur, in cuius rei vsum vtilis erit purgatio. Sed etiam quia longè differt euacuatio sponte naturæ facta ab ea, quæ arte perficitur. Natura enim sæpè cachochimiam sanguini permixtã per sanguinis euacuationem tollit, quam tamen per alui fluxum tollere non audet, cuius rei exemplum habemus in febre ardente, quæ etiamsi à bilioſa cachochimia dependeat, eam tamen per hæmorrhagiam tollit: nequaquam verò per dyarrhæam, imò hæc in febre ardente suspecta est, ex quo non est mirum, in hoc casu salutem à sanguinis excretione dependere, qua non solum plethoria, sed cachochimia etiam, dummodò sanguini admixta sit, tolli potest, quæ tamen si arte procuranda esset, non

semper

A semper à sanguinis missione petenda esset, sed modò ab hac modo à purgatione, vt in præcedenti Coaca determinatum est. Hoc enim in præsenti non expressit Hipp. quia fortassè experimento cognouerat, huius morbi solutionem à sola sanguinis excretione ope naturę facta dependere, artemque ipsam nihil opis adferre posse: & ideò dixit: sanguine egesto seruantur, non egesto moriuntur.

Vers. 79. *Quibus præcordia non mollia, facies sana, non liberantur citrà, &c.*

Hæc sententia hoc in loco breuibus absoluitur verbis, quia superius sect. 1. in cathalogo prognosticorum ex febribus descripta est. Hic verò repetenda erat, quia ad hypocondriorum affectiones de quibus est sermo, pertinet. Huius enarrationem inuenies libro secundo Epidem. sect. 6. vers. 11.

Vers. 82. *Iuxtà ventrem in febre palpitationes mentis emotiones inducunt.*

B Palpitationes à flatu lento spiritu concluso fieri Galeno, & Medicis indubitatum est, siuè in carnis porositatibus, ac solidis conclusum sit, siuè in venis ipsis. Generatur autem hic spiritus per febres à calore vehementi, quatenus tenuiores humorum partes in halitum conuertuntur, qui humoribus permixtus, non palpitationes modò venarum inducit, sed & humores ipsos extollit, & euehit ad superiora, ex quo delirium excitatur, vt mirum nulli videri debeat, si toties ab Hipp. audiamus, palpitationes, tum corporis, tum venarum aliquid perturbationis menti semper adferre. Hoc autem in loco per palpitationes iuxtà ventrem Hipp. intellexisse existimo pulsationes quasdam ad regionem ventris venæ cauæ è directo respondentē, idque ob flatulentum spiritum in vena magna conclusum, à quo sanguis, & cum eo cæteri humores leuiores effecti supernas petunt partes, deliriumq. in capite constituunt, nisi ab hæmorrhagia delirium auertatur. Quod tanquam de rarò contingens indicatum est per illa verba αἱμορροίη δὲ φρικώδης hoc est hæmorrhagia horrida, quasi dicat, hæmoarhagia verò aliquandò subsequitur loco delirij, quam horror præcedit, & ratio est, quia dum sanguis mouetur ad motum dicti spiritus, cum eo conclusus, horrorem infert, quemadmodum Hipp. lib. de Flatibus v. 100. docet. Spiritus enim vtpotè tenuiores sanguine ex motu ventilantur, refrigeratique per sanguinem transcurrentes inæqualem sensum illum frigoris faciunt, qui horror appellatur, eodem plane modò, quo rigorem fieri docebat Hipp. lib. 1. de Morbis. Post dictas verò palpitationes an expectanda sit hæmorrhagia, an deliriū, cognoscimus per Prorrheticum illud v. 245. & circà ventrem palpitationes cum hypocondrij tensione sublonga, ac tumente, sanguinis eruptionem significant, inhorrescunt autem hi. Quo quidem in loco tumorem illum sublongum ad rectorum musculorum inflammationem non refero, quia præterquam quod satis fuisset Hipp. dixisse cum tumore sublongo, absque appositione illarum duarum vocum, cum tensione, & tumore, quod idem esset penitus, & dolorem, qui necessariò consequitur inflammationem musculorum, non tacuisset, nec vlla ratio afferri potest, cur musculorum inflammatio sanguinis è naribus fluxum peculiariter indicare debeat. Quarè intelligerem potius eam visceris eleuationem, quam venæ per illud disseminatæ efficiūt, dum replentur immodicè, indè enim in tumorem assurgit, quod tensionem potius inducit, quam duritiem, vndè tumor in hypocondrio manifestus apparet, non orbiculari figura qualis obseruatur in vero hepatis tumore, & inflammatione dolorosa, vndè legimus 2. Epid. sect. 3. vers. 68. In dextris velut circumferentia suppuratoria: Sed ob longa potius, iuxtà figuram musculorum, qui ad visceris eleuationem distenduntur, & quia immediatè tactui subijciuntur, ideò eleuatio eorum seruat figuram deorsum se extendentem. Dolorisque nullam mentionem fecit, quia affectio est in venis, quæ etiàmsi vehementer distendantur, dolorem non faciunt, cum exiguo sensu, aut nullo sint præditæ: nisi inflammatione simul tententur, ex dictis verò apparet, quam longè à scopo feriant Galeni ratiocinationes, quibus ex tumoris figura partem affectam indagare profitetur lib. 1. de Loc. aff. cap. 5. In confirmationem præsentis doctrinæ petenda sunt ea, quæ adduximus paulò antè in expositione Coacæ vers. 55.

Mar. n. 10.

Vers. 83. *Dolores in febre ad præcordia exilientes, &c.*

Ex coaca præsenti corrigendum est Prorrheticum vers. 123. ab ea tantummodò differens, quia quod hic legimus sine sudore: ibi legitur sudore soluti maligni, certum est enim, præsentis coacæ lectionem longè rationabiliorem esse. Dolores namque harum partium, in quibus naturæ lege humores adeò abundant, absque aliqua sensibili euacuatione perfectè terminare

Mar. n. 12.

non

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 569 sur 636

non possunt, quin aut aliquod aliud grauius malum sequatur, aut saltem morbi recidiua, siue aliquis abscessus contingat. Mentionem verò fecit tantummodò sudoris, quia per hunc maximè iudicari solent huiusmodi hypocondriorum affectiones. Recidiuam pariter subticuit, eò quod hanc in his casibus non contingere obseruatum sit, ea fortasse ratione: quia cum dictæ partes plurimo ad expellendum robore naturaliter participent; humorem semel exclusum non facilè denuò recipiunt. Abscessus igitur aliquando prædictis doloribus sine sudore solutis, ad ischium fieri testatur, idque rationi satis consonum est, tum ob materiæ copiam, tum ratione loci patientis, est enim articulus omnium maximus, & adenis, quæ sunt in inguine satis propinquus, ad quas hypocondriorum viscera se exonerantia superflua transmittere solent. His accedit febris ardens, quæ duplici ratione in præsenti casu excitatur, primò quia locus abscessus tantæ copiæ humoris non erat capax, secundò quia humor peccans abscessus materia non omninò conueniens erat, sed longè calidior, & tenuior, tum natura propria, tum ex motu à loco ad locum. Postquam verò febris ardens superuenit, si aluus deorsum erumpat, pernitiosum est, quia huiusmodi febres per diarrheam non tutò iudicantur, de qua re ita statutum est superius sect. 1. v. 168. In febre ardente si aluus eruperit, mortale. Quod si quandoquè contingat febrem ardentẽ diarrhea iudicari, vt quibusdam contigisse narratur in constitutione illa febrium ardentium 1. Epidem. const. 3. id peculiari cuidam. constitutioni tribuendum est, quemadmodum in præfatę Coacę expositione demonstrauimus.

Vers. 86. *Dolores circà vmbilicum palpitatorij, habent quidem, & aliquid, &c.*

Hæc est altera prognosis doloris palpitantis circà ventrem ad vmbilicum à superiori longè differens, hæc enim ad eos pertinet, qui sine febre sunt, illa verò de febrientibus tractat. Nihilque aliud intelligere in hac Coaca Hipp. videtur, quam affectionem illam, quæ melãcholia hypocondriaca cõmuniter appellatur, in qua quoniam flatus maximè vigẽt, non est mirum, si dolores circà dictas partes, cum sensu palpitationis fiant, indèque vaporibus melancholicis mentis sedem petentibus deliria melancholica superueniant. In quo quidem affectu, etiamsi alia quamplurima symptomata concurrant, horum duorũ tamen solummodò meminit Hipp. tanquam magis propria, & ab essentia morbi immediatè dependentia. Dixit autem: Habent quid mentis emotorium: vt indicaret in huiusmodi affectu non apparere deliria exquisita, & valdè conspicua, sed qualia in melancholicis dictis obseruantur, nam plurimi horum ægrotantium præter timorem quendam, & mæstitiam insoliram, & absque causa sufficienti, in cæteris mente satis constare videntur. Verum (subiungit Hipp.) circà iudicationem pituita his acerbatim copiosa cum dolore penetrat, quæ nostræ expositioni repugnare videntur, iuxtà quam humoris melancholici excretio potius expectanda esset, quam pituitæ. Hæc tamen nihil aduersantur. Quia etiamsi causa delirij sit vapor melancholicus, ab atra bile in hypocondrijs consistente eleuatus, causa tamen principalis delirij in præsentia acidæ pituitæ referenda est, hoc pactò. Dum melancholicus succus in inferiori ventre abundat, eius præsentia concoctiones vitiantur, nam cibi in acidum corrumpuntur, ex ijsque acidæ pituitæ copia producitur, quæ ex longa mora tandem in melancholicum succum transmutatur. Nec id mirum cuiquam videri debet, quia si acida, & austera cibaria per coctionem in melancholicum succum transmutantur, & ideò prohibentur illis, quos melancholicus humor infestat, quid prohibet cibaria, dum concoquuntur in aciditatem corrupta, tandem, & ipsa melancholici succi inducere naturam? Pituita igitur est illa, quæ in hoc affectu maximè abundat, & ab hac flatus, & palpitatorij dolores dependent: humorisq; melancholici generatio indè oritur, vt mirum non sit, si pituita copiosa excreta iudicetur morbus, omniaq. accidentia tollantur. Quod quidem non Hipp. auctoritate solum mihi constat, sed experientia quoque in multis, potissimum verò in Illustris. Domino, qui postquam diutius à melancholia hypocondriaca vexatus fuit, omniaq. incassum administrata fuere, excreta sponte pituita multa, statim sanus factus est. Quæ quidem adnotare volui, vt Medici considerent, an satius esset in huius morbi curatione ad imitationem naturæ phlegmagoga dare medicamenta, quam ea quæ melancholiam educunt. Hæc eadem sententia legitur in Prorrheticis v. 51. hunc in modum. Dolores circà vmbilicum palpitantes habent quidem aliquid, quod mentem remouet, verum circà iudicationẽ his spiritus aceruatus cum tensione penetrat; quæ quidem huic non aduersatur, etiamsi pro pituita flatus excerni dicantur, nam sicuti dum in Coaca pituitam copiosam penetrare, aut

Mar. 5.

A non ob id excludit, quin etiam flatus simul excernãtur, ità dum in prorrhetico flatus aceruatim pertransire testatur, pituitam simul prodire non negat, imò id verbis ipsis inferre videtur, vtitur enim voce illa ξυν τονω, idest cum tensione, qua conatum illum intelligit, quem æger in deijcendo facit, quandò pituitosa, & muccosa deijciuntur. Symptoma quidem, quod proprio vocabulo teneſmos appellatur, in vtroque casu igitur & pituitosa, & flatus excernuntur, quia hæc maximè peccant, etiamsi in Coaca pituitæ tantummodò mentionem fecerit, & in Prorrhetico solius flatus.

Vers. 91. Durities circà ventrem cum dolore, in febrientibus cum horrore, cibum, &c.

Huius Coacæ expositio petenda erit ex ijs, quæ inferius sect. 3. v. 404. Notantur.

Vers. 94. Dolores ex lumbis diuturniores, qui febre tertianæ generis modo, &c.

Superiori sectione v. 159. hæc leguntur: Dolores, qui in tertianis febribus paroxismos habent tertiani generis morbum faciunt, & grumosum sanguinem egerunt, quæ quidem sententiæ si eodem sensu prolatæ sunt, vt satis rationabile est, hunc sensum habere mihi videntur. Quotiescunq. in febribus tertianis dolores lumborum, eodem circuitu de tertio in tertium exacerbantur, morbus indè fit tertiani generis. Sed dicet aliquis si febris est tertiana, non nè est morbus tertiani generis? Respondeo per tertianam febrem intelligere febrem intermittentem, quæ tertio quoquè die inuadit, morbum verò tertiani generis appellat eos omnes, qui tertio quoque die exacerbantur quidem, verum continuò affligunt, & ideò febres tertianas continuas, quas nos dicimus, ipse Hipp. non tertianas vocat, sed tertianarum naturam, & modum referentes, cum igitur inquit, dolores dictos in tertianis febribus tertio quoque die exacerbescentes morbum constituere in modo tertianæ, vult significare, indè febrem continuam, & tertio quoque die exacerbescentem subsequi, quandoquidem non est rationabile, in
C febre intermittente biliosa, qualis tertiana est, sanguinis grumosi excretionem contingere, nisi in continuam transeat, & hic est sensus verborum Coacæ prioris. Facta autem morbi transmutatione, ex tertiana febre in continuam, & acutam, perseuerante lumborum dolore grumosi sanguinis excretio contingit: iuxtà sensum verborum præsentis coacæ, qui quidem latet sub voce illa diuturniores, per quam intelligimus non eos, qui iam diù ægrotantem vexarunt: quod in chronicis tantummodò morbis euenire posset, de quibus hic non agitur, sed respectu morbi acuti, quasi dicat, dolores diutius perdurantes in acutis morbis à principio vsque ad finem inuadentes grumosi sanguinis excretionem faciunt, ex quibus adnotare oportet, lumborum doloris nomine intelligere magnos, & vehementius infestantes, non quoscunq. cum hæc non verificentur in ijs lumborum doloribus, qui febres ferè omnes concomitantur, quemadmodum nec ea, quæ de ijsdem lumborum doloribus dicentur inferius. Et hæc quo
D ad sensum verborum dicta sufficiunt. An verò hæc euentum habeant necessarium, quemadmodum Auctoris mentem fuisse apparet, an potius ex fortuito euentu prolata sint, vt expositores censent; determinare non est facile, ex altera enim parte adest Hipp. auctoritas, qui incerta pro certis: nec particularia pro vniuersalibus tradere solet, ex altera verò huius sententiæ causam referre non est facile, cuius gratia (vt existimo) interpretes in præfatã venere sententiam. Nos igitur vt præceptoris dignitatem tueamur, eam inuenire procuremus, qua in re etiamsi intentum non assequamur, non ob id sententiæ detrahendum permittimus. Horum igitur trium ratio afferenda est, primò cur tertiana febris cum huiusmodi lumborum dolore, morbum constituat cum febre continua, & tertianarum in modum ingraueſcente. Secundò cur indè sanguinis excretio contingat, & denique cur sanguis iste sit grumosus. Primi ratio est, quia lumborum dolor magnus, qualis supponitur in hoc casu humorum multitu-
E dinem arguit circà venam cauam, musculos lumbares, & reliquas partes lumbis adiacentes, quæ multitudo est causa, vt febris ex intermittente continua fiat, & huiusmodi signum memoria tenendum est: quia rarò febres intermittentes cum huiusmodi lumborum dolore tales perseuerant vsque ad finem, quin continuæ fiant. Morbus verò superueniens eundem seruat typum, quia eadem est materia, à qua typi natura dependet. Si verò (vt secundi rationem afferamus) morbi transmutatione facta lumborum dolor perseueret, vt coaca supponit, sanguinis grumosi excretio expectanda est. Verum antequam vlterius procedamus, determinare oportet, quæ nam euacuatio hoc verbo διαχωρεει, intelligatur, cuius quidem vocis proprietatem si attendamus, certum est, omnem significare posse excretionem ex qualibet parte factam:

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 571 sur 636

factam: eamque Hipp. omnibus euacuationum generibus accommodauit sæpius. Nihilominus excreti sanguinis conditio indicat, hæc tantummodo verificari in ea excretione, quę fit per inferiora, quandoquidē sanguis crassus, & grumosus, qualis hic peccare supponitur, demōstrabiturq. inferius, non facilè superiora petit. Præterea lumborum dolor plenitudinem indicat venarum, quæ infrà hepar sunt, quæ facilius euacuantur per inferiora. Quarè intelligimus prædictis apparentibus, expectandam esse sanguinis excretionem, aut per aluum, aut per vterum in mulieribus, aut denique per sedis venas. Quamuis hæc euacuatio per hæmorrhoidas in hoc casu comprehendi posse mihi non videatur, tum quia per huiusmodi fluxū febres nunquam, aut rarissimè iudicantur, vt experienria docet, tum etiam quia sanguis ab eis excretus etiam si grumefactioni non aduersetur, non tamen in grumos educitur, nisi portio exigua aliquandò in intestino recto moram trahens grumescat, & ideò si plenitudo supposita per huiusmodi venas tolli posset, sanguinis non grumosi excretio fieret aliquandò contrà decretum ipsius coacæ. Quarè intelligimus hoc in loco eam tantummodò euacuationem, quæ fit per aluum, & per vterum in mulieribus, quam quidem præmonstrant ea, quæ referuntur in textu, quatenus lumborum dolor tamdiu perseuerans etiam facta morbi transmutatione, non modò plenitudinem venæ magnæ lumbis adiacentis ostendit, quæ nulla alia euacuatione melius tollitur, quam sanguinis excretione, sed etiam in eo crassitudinem vigere significat, cuius gratia effectus grauior, non facilè ascendit, vt infernè erumpere cogatur. His igitur rationibus febres, alijquè morbi in modum tertianæ ingraueſcentes, cum dolore lumborum assiduo, ac diuturno sanguinis excretionem per inferiora facere solent: tum ratione causæ, qua est multitudo sanguinis crassioris, tum loci, in quo maximè abundat; quæ sunt venæ caue lumbis adiacentes, harum quippè gratia lumborum doloribus familiaris est sanguinis excretio, vndè vulgatum est illud: Lumborum dolores sanguiflui, & hoc pacto primo & secundo quæsito satisfactum est. Restat modò tertium, & postremum non minus curiosum, quam difficile, cur sanguis excernatur grumosus. Ad sanguinis grumosi excretionem tria potissimum requiruntur. Primum est sanguinis dispositio, & facilitas ad concrescendum in grumos, quia etiamsi quilibet sanguis, qui non omninò corruptus sit, & serosus in cauitatem aliquam extrà venas diffusus tempore concrescat: non tamen excretio omnis sanguinis grumosa est; sed illius tantummodo, qui ad grumescendum adeò dispositus sit, vt in motu etiam ferè concrescat. Talisquè erit crassus, fibrosus, & pauco sero dilutus, quandò huic contrarius, serosus inquam, & fibris carens non coit, aut difficulter, & non nisi longo tempore, quod etiam confirmauit Aristoteles lib. 2. de Part. animal. cap. 4. Secunda conditio requiritur, nè statim è vena egressus excernatur, cum necesse sit, extra venas aliquantulum immorari, donec concrescat. Tertia tandem conditio erit, vt excretio copiosa sit. Nam vbi sanguis licet dispositus ad grumescendum in pauca quantitate fuerit, minimè coit, etiamsi extrauenatus moretur in transitu, quia à loci humiditate diluitur, & serescit, vt prius putrescat, quam coeat in grumos. Aliqua enim harum trium conditionum deficiente, sanguinis excretio grumosa fieri non potest. Has verò omnes concurrere in præsenti coaca, ità demonstrari potest. Et primò dispositio ad grumescentiam, quæ consistit in crassitie, & fibrositate: crassities à doloris pertinacia, & diuturnitate indicatur, quandoquidem sanguis tenuis, & serosus diuturnos morbos, & contumaces facere non solet, fibrositas verò à loco, in quo maximè peccat. Cum enim sanguinis receptaculum sint venæ, sicuti earum duplex est natura, & dispositio: ità sanguinis conditio, & natura duplex. Aliæ enim sunt venæ, quæ à vena porta ramificantur, quæ sanguinem continent semicrudum, tenuem, serosum, minimèq. fibrosum; eò quod perfectam elaborationem in hepate nondum obtinuit, nec à superfluo humore expurgari non potuit, quemadmodum est sanguis aliarum venarum, quæ à vena caua dependent, vndè ab Hipp. venæ cauæ appellantur, perfectè concoctus in hepate, & exactè ab omni impuritate purgatus: & ideò fibrosus, & ex consequenti ad grumescendum dispositus. Sanguinis verò plenitudinem præsentis coacæ in venis cauis contineri, ex eò arguitur, quia morbus in tertianæ modum exacerbatur, & ratio est, quia in dictis venis maior bilis copia viget, à qua tertianus dependet typus, quam in venis portæ, ex quo fit, vt quandò minera febris in mesenterio consistit, alijsq. partibus ventris inferioris, quæ venas suscipiunt à vena porta, nunquam exacerbationes fiant in modum tertianæ, tertio scilicet quoque die, sed potius quotidianæ, aut quartanæ, quotidie, vel

vel quarto die exacerbationē habentes, quia in prædictis partibus crudi, pituitoſiq. ſucci, aut melancholici abundāt potius, quā bilioſi, ſecūda conditio pariter in hoc caſu cōcurrit, in quo ab ijs partibus excretionē fieri ſupponimus quę cauitates habēt, ab vtero inquā, & inteſtinis, in quibus ſanguis tamdiù immorari poteſt, donec concreſcat. tertia tandē conditio, quæ erat copia excretionis à dolore lumborū indicatur, qui ſicuti aſſiduitate, & diuturnitate materiæ copiā atteſtatur: ità excretionē copioſam indè ſequi neceſſe eſt, præterquāquod lumborū ſolus dolor copioſā excretionē indicare poteſt. Vndè ſcriptū eſt paulò inferius: Ex lumborū dolore hæmorrhagiæ largæ. Ex dictis igitur patet, qua ratione lumborū dolores in tertianis febribus perſeuerantes morbū tertiani generis conſtituant, indè q. ſanguinis grumoſi excretio ſequatur. Verum antequā huic ſermoni finem imponamus, afferenda eſt ratio illius, quod adnotauimus ſuperius, cur febres acutæ nunquā, aut rarò admodū per hæmorrhoidarū fluxū iudicētur, indè enim elucebit abuſus in arte nō minus frequēs, quā periculoſus. Huius rei causā eſſe exiſtimo: quia cū febres acutæ ex plurima bile originē habeant, quæ eſt humor leuis, & natura ſurſū tēdens potius, quā deorſū; natura ipſa humorū inclinationē attendens, criſim per ſanguinis fluxū molitura, per ſuperiora potius, quā per inferiora excretionē facit. Etſi quandoquè humores craſſitudine quadā deorſū tendunt, vt euenit in præſenti caſu, natura viā arripit per venā cauā in hepar, & indè per meſaraicas in aluū, aut in vterū in mulieribus; vtputa expeditiorē, & naturæ magis conſuetā, quā per venas hæmorrhoidales, quæ cōmuniter cęcæ ſunt, & ad fundendū ſanguinē penitus ineptæ. Et ſi quibuſdā ſunt conſuetæ, hi ſunt admodum pauci, vt cōſiderata raritate eorū, quibus ſanguinis excretio deorſū fit, & ex his paucitas eorū, quibus huiuſmodi euacuatio conſueta eſt, non eſt mirū, ſi rariſſimi ſunt illi, quorū febres per fluxū hęmorrhoidarum iudicentur. Quod ſi verū eſt, ſicuti veriſſimū eſſe, nullus dubitabit, nō ſatis mirari poſſum, quomodò adeò frequens fieri potuerit vſus aperiendi hæmorrhoidas in febribus, & potiſſimū acutis, in quibus longè minus probabile eſt, humores deorſū tendere, & per huiuſmodi venas expurgari, nulla ratione habita, aut naturæ morbi, aut humoris peccātis, aut tēperamenti hominis, diſpoſitioniſuè corporis ad huiuſmodi euacuationē, & admiratio augetur, quando Gal. à quo recentiores nè minimū quidē recedere profitentur, hanc euacuationē admittit tantummodo pro tollēda plenitudine, quæ morbū minetur in ijs, qui natura, aut genere vitæ ſanguinē melancholicū congerunt, & hunc per interualla fundere per huiuſmodi venas ſolent? alioqui natura huic euacuationi non aſſuefaciēda eſt, quā ſummo diſcrimine, ærumniſq. plenā cognouit experiunturq. homines quibus temerè hæ venæ aperiuntur. Nec dicant exitum felicē hoc pręſidiū cōprobaſſe, & celebrem feciſſe, quia ſi aliquibus hæc euacuatio opē attuliſſe viſa eſt, id tribuendū non remedio, ſed naturæ morbi alioqui ſalutaris, & tempori in quo adminiſtratū eſt. Cum. n. cōmuniter in vigore morbi hæ venæ aperiantur, quo tēpore non longè poſt morbū inclinare, vel ad ſalutē vel ad interitū neceſſe eſt, & (tēpeſtate peſtilēti excepta) morbi pro maiori parte ad ſalutē terminantur: ideò ſubſequente non longè poſt ſolutione morbi, opinionē apud vulgus optimi remedij cōparauit: q; tamen ſcimus manifeſtā perniciem attuliſſe multis, partim exolutione virium citā mortē inferendo, partim agitatione humores concitādo in caput, vndè ægri, aut delirātes mortui ſunt; aut ſopore ſepulti obierunt. Vt taceā neminē ex hac animā efflarunt vita migraſſe, quē hirudines non momorderint, argumentū euidens nō omnibus hoc remediū conuenire. Quarè ſi in febribus hæc euacuatio admittenda eſt, duas conditiones cōcurrere ex ſuperius enarratis colligitur prima eſt, vt ſanguis paulò craſſior dominetur in venis magnis infrà hepar, idq cognoſcemus ex lūborū dolore pertinaci, & aſſiduo; qui. n. in vigore febris ſolum inuadit, & frigidis adhibitis cedit, ex bile circà venā cauā efferueſcente originē habet: quo caſu nihil nocētius excogitari poteſt, quā harū venarū apertio, p quas ſanguis cōtrarius peccāti educitur, in augumentū morbi, & viriū exolutionē. Altera conditio eſt, vt ęger huic euacuationi ſit aſſuetus, alioqui fruſtra aperiuntur hę venę, quia aut ſanguinē non fūdūt, aut tenuē, & aquosū, qualē venę proximiores cōtinēt, nō eū, qui morbū facit, aut fouet.

De renis hemorrhoidalibus.

Verſ. 100. *Ex dorſi dolore ægritudines difficiles.*

Morbi à dorſi dolore inchoantes duplici ratione ſunt difficiles, tum quia materiæ copiam ſubeſſe oſtendunt ob affectæ partis conditionem, quæ cum multæ materię ſit capax, ob carnis multitudinem, & vaſorum amplitudinem, ab exigua non dolet, tum quia partes principales facillimè in conſenſum trahit: ſpirituales quidem vicinitate, animales verò neruorum multitudine, & ob ſubiacentē ſpinalem medullam, quorū ratione conuulſiones, & deliria frequen-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 573 sur 636

ter superueniunt. Quæ mala licet quolibet tempore sint timēda: minus tamen in vigore morbi suspecta erunt, quo tempore sicuti omnia sunt fortiora: ita non adeò malum erit, dolorem dorsi superuenire: quemadmodum ab initio, dum omnia leuiora esse consueuerunt: Addè etiam morbi vigore varios fieri humorum progressu: naturamquè varios excretionum modos tentare, quas plerunq. dolor dorsi præcedit, quatenus venæ cauæ, quæ sub dorso procedunt, morbificæ causæ anadromen suscipiunt, indèque viam arripit natura ad expellendum ea, quæ ipsam molestant. ex quo sequitur, dorsi dolores à principio morbi semper difficiles esse, quia humorum multitudinem semper arguunt, non adeò tamen in morbi progressu, quo tempore causæ non omninò difficiles concurrere possunt.

Vers. 102. Spinæ distorsionem, ac spirandi difficultatem sanguinis fluxio soluit.

Non quælibet spinæ distorsio hæmorrhagia soluitur: sed ea tantum, quæ fit vel ab inflammatione systrophica, vel à phlogosi, vel etiam à multitudine humoris à sanguinis natura non admodum recedentis, quæ quidem omnes causæ per adiunctam spirandi difficultatē, ab alijs distinguuntur: vt diligenter explicauit Dur. cuius cōmentario addamus & nos: Ex præsenti Coaca, quēadmodū ex multis alijs Hipp. locis, colligi posse, quātū in morbis spirādi difficultas possit ad fluxionē sāguinis indicandā, siuè à natura expectetur, siuè arte procurāda sit, quatenus hæc alioꝝ prædictorū subesse significat, quibus sanguinis excretio euidēter succurrit. Vndè nō est mirū, si hydropico venā secet Hipp. quādò spirādi adest difficultas l. acut. com. 4. v. 377. Mar. n. 62.

Vers. 103. In lumbis dolentibus oris ventriculi dolores insuper accedentes, &c.

Cardialgiā enumerari inter ea, quę sanguinis excretionē indicare solent, ex plurimis sententijs Hipp. colligere licet, potissimū verò ex Coaca superius in hunc modū descripta v. 77. Quibus dolores hypocondriorū, oris vētriculi, hepatis, partiū circà vmbilicū hi sāguine egesto seruātur, non egesto morīūtur, & in alia superiori. Quibus derepētè sine febre sunt, hypocondrij, &c. soluit venæ sectio, & purgatio, sed maximè ex præsenti Coaca, in quā asserit Hipp. oris ventriculi dolores, vnà cum lumborum dolore esse signa fluxionis sanguinis, tum imminentis, tum etiā prægressæ. Verum non semper cardialgia est prænuntia hæmorrhagiæ, sed tantummodò, quandò hæc à sanguinis abundantia dependet, quam quidē annexa symptomata indicare poterunt, quæ quidē in citatis sententijs sunt proposita, videlicet, dolores hypocondriorum, hepatis, & lumborū, qui quidem lumborū dolor in præsenti Coaca prouenit à sanguinis multitudine circà venam magnā, & partes lumbis adiacentes, vt paulò suprà indicauimus, sanguis enim in dictis partibus accumulatus cardialgiam inducit, quatenus (vt Gal. testatur) ex eo serositas quædā tenuis emanat, quæ ad os ventriculi confluens illud mordet, & cardialgiā inducit. Si ergò caldialgia hæmorrhagiā præcedit, quia à sanguinis copia dependet, ideò cardialgia non semper venæ sectionē prohibet, vt vulgus medicorū existimat, quandoquidē quotiescunq. sanguinis plenitudo viget: quod præfata symptomata indicabunt, hæmorrhagia non subsequente, venā secare opus erit. Verū cardialgia non solū futuræ hæmorrhagiæ prænuntia est, sed etiā aliquandò prægressæ, vt inquit Hipp. quia sanguine excreto bilis cōmouetur, cuius portio ad os vētriculi cōfluens cardialgiā facit, idq. quoridie experimur in ijs, qui ex venę sect. in lypotimiā incidunt ab eadē causa, quod ex bilis vomitu subsequente plerumq. confirmatur, q̄ si nō sēper cardialgia excitatur, id euenit, quia bilis, aut exigua est, ità vt ab humiditate ventriculū obsidente temperetur, vel non sit tantæ aeri moniæ particeps, vt dolorē inducat.

Vers. 104. Affectiones ex lumbis ad collum & caput transeuntes, leuis, &c.

Præsentis prognosis sensum (ni fallor) verissimum attulit Duretus, & aptissimo explicauit exemplo ex lib. 1. Epid. sect. 3. Hist. 13. mulieris trimestri fœtu grauidæ, rationi tamen, quam adduxit, non acquiesco, dum causam resolutionis, & cōuulsionis, quæ duo symptomata simul in eodē subiecto consistere non posse existimantur, in partes diuersas primariò affectas refert, resolutionem, ad neruorum læsionem tribuens, conuulsionem verò, ad musculorum affectum. Nam etiamsi retractio membrorum, siuè contractionis motus præter naturam, quæ conuulsio dicitur, ad musculos pertineat, quatenus immediatum sunt motus instrumentum: læsio tamen siuè causa istius motus à musculorum affectione non dependet. Quum enim vulneratis, aut inflammatis cerebri membranis conuulsio excitatur, quæ affectio est in musculis totius corporis, à qua conuulsio dependeat? Dicendum est ergò (quod etiam in expositione loci citati Epidemiorum adnotauimus) suppositā conuulsionis causa à nobis alibi expositā, non esse inconueniens vnam, & eandem causam vnicum neruum lacessentem diuersa ratione varios effectus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 574 sur 636

A fectus etiam inter se contrarios parere, ità vt & resolutio in aliqua parte fiat, libero transitu spiritibus naturalibus intercluso, & eadem motu conuulsifico moueatur, dum eadem materia, quæ neruum obstruit, acrimonia irritat naturam ad expulsionem illius, quod molestat. Nam etiamsi (vt ibidem indicauimus) spiritus naturales ad motum naturalem efficiendum ferri prohibeantur, dum simpliciter voluntatis iussu impelluntur, non tamen eorum transitus adeò obturatur, quin à causa præter naturam irritati ad conuulsiuos motus efficiendos pertranseant. Maiorem enim conatum in eo faciunt, quam in naturali motu. Vias autem non penitus intercluſas esse, ex eo patet quia (vt ipsemet obseruaui, & vnusquisq. obseruare potest) quotiescunq. hæc duo symptomata simul concurrunt, nec paralysis totalis est motus, & sensus prinatio; nam in parte sensus aliquis permanet: imò aliquando dolet sensibiliter. Nec conuulsio est vehemens, sed debilis quidam motus tantum, quod vt significaret hoc in loco Hipp. nec simpliciter paraplegiã, nec conuulsionem appellauit, sed de illa dixit παραπληκτικὸν τρόπον, hoc

B est, in paralysis modum, & de hac σπασμώδεα, ideſt, conuulsoria, quod quidem euenit propter materiæ tenuitatem, quæ in totum obstruere non potest, & quia simul multæ acrimoniæ particeps est, naturam irritando motus conuulsificos leues inducit, eo quod propter obstructionem magna spirituum copia ad id concurrere non potest. Qui quidem si impetum facientes in maiori copia erumpant, vt conuulsio excitetur perfecta, tunc materia obstruente dissipata, & à porositatibus neruorũ detrusa paralysis soluitur, vt ait Hipp. in textu, quæ quidem materia alias perens particulas varietatẽ symptomatum inducit, de quibus mentio fit in Prorrhet. *Mar.n.16.*
n.187. in quo eadem sententia legitur. Hæc verò interroganter pronuntiauit Hipp. quia non semper conuulsio perfecta superuenĩs affectiones paraplecticas tollit, sed tunc solum, quandò hæc à simplici materia dependet, non quandò partis inflammatio adiuncta est.

C *Vers. 107. Ex lumborum doloris recursu oculorum distorsio malum.*
In Prorr. eadem sententia legitur hunc in modum v.88. Ex lumborũ recursu oculi distorsio *Mar.n.8.*
mala, quibus locis simul copulatis colligimus, sæpè Hipp. communi nomine affectionis cuiusdam partis, dolorem intellexisse. Si quis verò huius prognosis rationem desiderat, Dureti commentarium consulet, qui longa oratione hanc materiam absoluit.

Vers. 108. Dolor in pectus firmatus cum torpore malus.
Hæc sententia manifestiori oratione legitur in Prorr. & ideò eius enarrationem, eo in- *Mar.n.8.*
loco attulimus v.89.

Vers. 111. Diuturni circà lumbos, & ilia dolores, & ad hypocondria dolores, &c.
Tanti est in morbis ad naturalem facultatẽ pertinentibus ciborũ auersio, vt hæc sola morbos malignos, & lethales à benignis, & salutaribus distinguere possit, quod quidem ex præsenti coaca colligi potest, in quã dolores lumborum, ilium, & hypocondriorũ: qui in febribus,

D & ad salutem, & ad mortem terminare possunt, quibus si ciborum auersio accedat, omnis spes salutaris exitus tollitur, indicat enim causã morbificã prædictis partibus infixã esse, ex qua tenuis quædã portio excreta ad os ventriculi cõfluens, appetentiã penitus destruit, quę si recursũ habeat ad caput, vndè dolor eius supetueniat, citã mortẽ cũ motibus cõuulsorijs inducit.

Vers. 710. Lumborum dolori ischiadagia cum excretione violenta habet, &c.
Quia in Prorrhet. v.160. cephalagiæ insuper fit mentio, ideò huius sententiæ explicationi *Mar.n.18.*
aptiorem locum Prorrheticum rxistimauimus.

Vers. 124. Quibus lumborum dolor, & lateris sinè causa manifesta, hi regium, &c.
Sicuti icterus rarò absq. hepatis affectione cõtingit, ità hepate affecto dolores ad latus fiũt

E sæpissimè, qui imperitis suspitionẽ pleuritidis præbent. Quapropter dolentibus lũbis, si dolor lateri de se significationẽ præbeat, hepatis inflãmationẽ, aut obstructionẽ insignẽ subesse conie ctandũ est, quorũ alterutrũ cõsectarius est icterus, inflãmationis quidẽ, sanguinẽ in biliosũ succũ trãsmutantis. Huic morbo alludens Hipp. 6. Aph 42. dixit, hepar durũ effici regio morbo laborãtibus, malũ. Obstructionis verò, quatenus hęc bilis expurgationẽ intercluſis vijs prohibet.

Vers. 129. Affectiones, quæ quinta die sanguinem large fundunt, sexta insuper, &c.
Ratum est illud, quæcunq. in die legitimã contingunt, aut bona, aut mala, firmioris esse iudicij, quam quæ in oppositio. Sicque hæmorrhagia diei quintæ, quæ iuxtà diei conditionem critica, & salutaris esse debet; si præter bonæ crisis conditiones adueniat, mala & pernitiosa censenda est, cuius malitiam confirmat subsequentis diei rigor, qui nullo modò salutaris esse potest, tum quia hæmorrhagiæ succedit, quæ naturæ legibus præcedere debet, tum etiam,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 575 sur 636

quia in sexta euenit; quæ tyrannica dies est, & ad benè iudicandum omninò inepta, & quia timor ex parte imminui posset, si morbus per dies pares moueretur, quia vt dicit Præceptor lib.1. Epid. sect.3. v.36. quæ paribus exacerbantur, paribus iudicantur, solatij huius spem tollit septimæ diei refrigeratio, & indè febris exacerbatio, quæ morbi motum per dies impares procedere ostendit. Cum igitur horum nullum naturæ beneficio euenlat, grauioris affectionis symptoma esse, necesse est. Hancque ad aluum pertinere rationabilius est, quam ad aliam partem, quia larga hæmorrhagia nullam facultatem citius lædit, quam naturalem, quæ ab instrumentis in aluum contentis perficitur. Vndè lib. 1. Prædict. v.221. legimus, quod etiam repetitur in hoc libro. Quibus sanguinis eruptiones plures, his temporis progressu alui malè afficiuntur. Quod genus affectionis expressit Hipp.4.aphor.27. Quibus (inquit) sanguinis multitudo in febribus vndequaq. eruperit, his in refectionibus alui humectantur, eo quod ob viscerum imbecillitatē imperfecta fit, tū concoctio, tū distributio alimenti assumpti, quā quidē sententiā ijsdē ferè verbis repetit inferius, pro cuius explicatione nonnulla adduximus in aph.

Mar.n.19

Vers. 138. *Quibus ex sanguinis eruptione larga frequenti, multa fit alui cum nigris, &c.*

Rationi consentaneum est sanguinis fluxiones, quæ superueniente alui fluxu cum nigrorum egestione cessant, alui fluxu suppresso denuò repetere, cum alterius symptomatis accessione dolore inquam alui, qui antea non aderat. Nam aluus à larga, & reiterata sanguinis fluxione, malè affecta (vt sup. dictum est) humorem nigrum producit, qui, aluo penitus suppressa, vehementer infestat, ea verò mediocriter secedente, mitius agit & dolor facilè fertur, & eò magis si simul flatus erumpant, ex quorum retentione dolores exacerbari est rationabile (hunc enim sensum nobis aperit Prorr. lectio v.234. Cum quadā verò fluxione facilè ferunt) sic affectus sudore frigido, & copioso corripitur aliquandò, non tamen necessariò, & semper, & ideò id dubitanter pronunciatum est, qui quidem sudor fit partim propter exolutionem ex larga, & frequente euacuatione, contingentem; partim ab oppressione facultatis, quā inducat humoris nigri retentio. Taliter affecti vrinas tenues, & aquosas mingere solent, propter calòris imbecillitatem, cuius gratia dicebat superius. Num & aquosa vrina tale quid significat? quarè si conturbatæ fuerint, aut cū sedimento genituræ simili, etiamsi non sint optimæ, quales censentur concoctę, quę post sanguinis excretiones apparentes, aluū nihil mali perpessā esse ostēdunt, non tamen malæ sunt, indicant enim partē materiæ morbificæ per vrinæ vias expurgari, quę commodā reuulsionē ab aluo facere potest, quòusq. pristinū robur, & sanitatem acquirat.

Mar.n.20.

Vers. 142. *Quibus in surditate, & torpore de naribus pauca destillant, habent, &c.*

Sicuti in morbis acutis rarò sanguinis stillicidia nō sunt mala, ità quæ sine febre contingūt, sæpissime vtilia fiunt, quandò per hæc leuis plenitudo capitis tollitur. Hac enim ratione sanguinis stillas faciei rubores in grauidis extenuatis auertere dixit Hipp. inferius sect.3. v.168. Obseruaturq. frequenter, sanguinis stillas etiam exiguas capitis dolores sedare omninò. Quapropter cum caput non valdè repletum fuerit, hæ nihil mali portendunt, secus verò cum signa capitis repleti cōcurrūt. Quæ quidē in hoc casu sunt surditas cū torpore, & ideò aliquid mali minātur, cui occurrendū esse nos admonet Hipp. & vomitu, & alui subductione. Præfata enim symptomata cacochimiā vigere indicāt, quæ purgatione, & superiori, & inferiori tolleda est, si enim sanguinis plenitudo adesset, non stillicidia, sed copiosa hæmorrhagia subsecuta fuisset.

Vers. 146. *Vndecima die fientes sanguinis stiliationes difficiles sunt, &c.*

Stillicidia sanguinis symptomatica, maliq. ominis esse consueuerunt, quotiescunq. aut copiæ sanguinis peccantis non respondeant, aut futuræ hæmorrhagiæ non sint prænuncia. De his enim legimus hoc eodem opere v.112. sect.1. Affectiones statim turbulentæ vigilias inducentes, sanguinem de naribus stillantes, sexta die alleuiantes per noctem, verum postridiè rursus affligentes, exudantes, in somnū delatæ, mentem emouentes, largè sanguinem fundūt. Quarè sanguinis stillicidia in morbis, in quibus sanguinis copia maior sēper viget, quā quæ per stillicidia euacuatur, cum non possint futuræ hæmorrhagiæ inditia esse, symptomaticè semper apparent. Non posse autē indicatoria esse futuræ hæmorrhagiæ, ex eo cognoscimus, quia hoc modò præindicata perfectè iudicantur, in primo septenario id fieri, aut paulò vlterius debet, qui enim per hæmorrhagiam iudicantur morbi acuti sunt, & à materia valdè irritante ortum ducunt, vt non sit rationabile, crisim in longum tempus differri, quarè potius hæc signa erunt non capitis repleti modò, sed etiam imbecillitatis naturæ, quæ noxij tentet expulsionē, eamq. perficere nequeat, idque euidentius patebit, si & bis, & ter eandem expulsionem tentauerit.

Merito

A Merito igitur huiuſmodi ſtillicidia difficilia eſſe inquit Hipp. iuxtà illud. Critica non iudicantia partim læthalia, partim difficilia.

Verſ. 148. *In ſanguinis fluxione multa, aut ſingultus, aut conuulſio mala eſt.*

Quomodo, & ſingultus, & conuulſio ab inanitione fieri intelligamus, demonſtrauimus in aphoriſmo, id euenire iudicãtes, quatenus ſucci in corpore ex nimia euacuatione acriores reddiți, & ventriculum, & neruoſum genus ſtimulantes, conuulſificos motus, & ſingultũ efficiunt.

Verſ. 149. *In his qui decolores vſque ad ſeptem annos vires recolligunt, &c.*

Præſens ſententia ex Græco contextu legenda eſt hoc pacto. His qui vſque ad ſeptem annos vigorem habentes cum coloris priuatione, & ſpiritus aceruatus inter ambulandũ, & terræ concupiſcentia, ſanguinis corruptionem, & imbecillitatem ſignificant. Qua quidem ſententia habitus quidam corporis deſcribitur, qui in ſanguinis corruptione, & debilitate conſiſtit.

B Taliter enim affecti tribus ſignis dignoſcuntur, cutis colore vitiato, quem ἀχροΐνς, vocat, quaſi ſine colore dicas, hos pallidos communiter vocamus. Libro autem 2. Præd. ſect. 2. verſ. 230. *Mar. n. 39.* χρῶμα ποτηρον μετεστρωδεον ἠροπόν, hoc eſt colorem vitiatum non icterico modò appellauit. Aliud ſignum eſt reſpiratio denſa, & difficilis, dum iter faciunt. Tertium verò & poſtremum ponitur terræ concupiſcentia. Verum quia hæc eadem aliarum etiam affectionum ſigna eſſe poſſunt, vt illas excludat, quaſdam conditiones appoſuit, quæ huius affectionis certiorẽ coniecturam faciunt, & primo hæc maximè verificari in pueris ad ſeptenniũ tendentibus, quaſi hæc affectio ſit huius ætatis peculiaris, quam quidem voce ἠιθεοις, indicauit lib. cit. Prædict. idque euenit, tum ex naturali conditione ſanguinis illius ætatis, qui ob tenuitatem, & humiditatem facillimè alteratur, & corrumpitur, tum etiam ex erroribus in victu, quos frequenter hæc ætas admittit. Alteram conditionem appoſuit per illam vocem δυναμις, inferens hæc intelligenda

C eſſe in eo, qui debilis ſit ex aliqua alia cauſa, ſiuè ex prægreſſo morbo. Plurimi enim aut ob ventriculi imbecillitatem, aut capitis dolorem, aut quia à prægreſſo morbo debilitati, vires nondum recollegerunt, decolores ſunt, qui tamen ſub præſenti Coaca non comprehendũtur. Cutis color igitur in pueris ad ſeptennium tendentibus, qui diù perſeueret (vt in Prorr. citato expreſſum eſt) cum virtutis firmitudine, & reſpiratione denſa inter ambulandum, & terræ concupiſcentia, ſanguinis corruptionem, & eiuſdem imbecillitatem ſignificat. Corruptio quidem terræ concupiſcentiam facit ratione ſimilitudinis. Quotieſcunq. enim in ventriculo vitioſus humor continetur, qui diuerſus ſit proprietate ſubſtantiæ à ſuccis in reliquo corpore exiſtentibus, tunc appetitus ſit rei contrariæ humori in ventriculo exiſtenti. Tum ratione appetitus naturalis ipſiuſmet ventriculi, tum animalis influentis à cerebro. Nam ſicuti appetitus naturalis ab indigentia excitatur, huiuſq. ratione quælibet particula ſemper appetit id, quo caret,

D ità animalis appetentiam mouet in ore ventriculi rei ſimilis, & conuenientis toti corpori; cui inſeruire debet pro nutritione, & ideò cum ventriculus ſolus prauo ſucco abundat, naturali appetitu bonum appetit: quatenus eo caret, animali pariter idem affectat, quia id ſimile eſt corpori, quod eo nutriri debet, & ſic appetitus ſit rei contrariæ humori in ventriculo exiſtenti. E contrà verò cum vitioſus ſuccus in toto abundat, quia continuò conſumitur in alimentũ corporis, animalis appetitus à præſentia illius ſucci deceptus, vitioſum appetit, quia id ſimile eſt ei, quod reparare intendit, & hac ratione appetitus ſit rei ſimilis vitioſo ſucco, qui in toto corpore abundat, ex quo ratio patet, cur in præſenti caſu appetitus terræ fiat ijs, qui ſanguinẽ corruptum habent, corruptionis enim nomine intelligimus ſanguinis vitiũ, cuius gratia ſimilitudinem quandã contrahit cum terræ ſapore, & ideò eã homo appetit, eadem ratione in grauidis appetitus ſit rei alienæ, quia ex menſtruorũ ſuppreſſione ſanguis ſimilem corruptionem

E contraxit, ex quibus patet, longè à præceptore diſceſſiſſe Gal. in aſſignanda huius vitioſi appetitus cauſa, dum eam reducit in ſuccum vitiosũ tunicis ventriculi impreſſum, meliuſq. ſenſiſſe Hipp. teſtimoniũ faciunt, tum cutis vitiatus color, tum cauſa procatartica huius ſymptomatis in vtero gerentibus, quæ eſt menſtruorũ ſuppreſſio. Præterquãquod ipſiuſmet Gal. principijs repugnat naturalem appetitum ferri in id, quod maximè abundat, nec ſufficiens ratio aſſignari poteſt, cur ſuccus vitioſus in ventriculo abundans appetitum moueat modò rei ſimilis, modò contrariæ, raròque ſimilis fiat, frequenter verò contrariæ. Corruptio igitur ſanguinis in hoc caſu terræ concupiſcentiam facit, imbecillitas verò eiuſdem alia duo ſymptomata inducit. Nec eſt phraſis inſolens Hipp. ſanguinem debilem appellare, nam eadem vſus eſt etiam lib. de

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 577 sur 636

Mar.n.13. diæta 2. vers.250. vbi vina dulcia, & tenuia sanguinem debilem facere ait, nec impropriè omninò, quia sicuti fortis dicitur ille, qui non solum aduersarijs resistere potest, sed etiam omnes actiones facilè, & promptè facit, ità vice versa sanguis debilis non modò ex quacunq. leui occasione alteratur, sed etiam corpus debile, & laboribus ineptum reddit. A sanguinis igitur imbecillitate homo decolor redditur, quatenus propter eam non diffunditur ad cutim colorandam, & potissimum ad superiores partes, vndè facies præ alijs decolor redditur. Huiusmodi enim sanguinis debilitas consistit non solum in fluxibilitate quadam ob fibrarum penuriam, sed etiam in spirituum defectu, quorum ope ad omnes corporis partes æqualiter diffunditur; tam ad superiores, quam ad inferiores, ac si omnis grauitatis sit expers, ijsque deficientibus propria grauitate deorsum tendit, vndè partes superiores sanguine destitutæ decolores fiunt, & ideò nullo signo euidentiori distinguitur pallor proueniens ex sanguinis imbecillitate ab eo, qui à cachochimia pituitosa dependet, quam manus eleuatione. si enim manus in sublime eleuata statim decolor fit, deorsum verò inclinata colorem subito recipit, hoc est signum certissimum imbecillitatis sanguinis. Cognoscitur præterea ex aspectu, quia sanguine detracto si rubeus est, & tenuis, pallor à sanguinis imbecillitate prouenit, si pituitosus à cachochimia. Ab eadem sanguinis debilitate spiratio densa inter ambulandum oritur, eorum propria, qui delassati magno conatu iter faciunt, diuersa tamen ratione à præcedenti, nam cum (vt proximè dictum est) duplex vitium in huiusmodi sanguine concurrat, spirituum penuria, & fibrarum defectus, sicuti ex spirituum penuria color decolor redditur, ità fibrarum defectu inter ambulandum spiratio fit densior. Nam certum est ex sanguinis fibrarum copia robur contingere animantibus, & ideò animalia, quæ sanguinem multis fibris refertum habent cæteris fortiora, & animosiora existere, quod etiam adnotauit Arist. lib. 2. de Part. Anim. c. 4. & è contrà debiliora, vndè nō est mirū, si homines, qui sanguinē minus fibrosū habent, sint debiliores, & indeābulando respirationē densam edere cogātur, vt dicitur in tex.

Vers. 157. *Sanguinis fluxiones statis temporibus fientes, siticulosæ, si sanguinem, &c.*

Quamuis plurima morborum genera sanguinis consuetas euacuationes suppressas consequantur, longa tamen obseruatione cognouerunt Coi-Medici, epilepsiam læthalem superuenire, quotiescunq. ex euacuationis suppressione ægrotantes siticulosi fiunt, quibus nulla alia salutis spes relinquitur, præterquā si denuò sanguis fluere incipiat, cuius quidem euentus ratio assignari potest, quia sanguinis euacuatio suppressa multitudinē in corpore parit, quæ diù retenta sanguinem crassiorem reddit, & ad melancholiæ naturam accedentē, cuius proprium est (vt pluries demonstrauimus) neruosū genus inuadere. Quarè si tunc superna petere contingat: indè, aut apoplecticus affectus producitur, aut conuulsificus, hic quidem, si acrimonia plus lædere aptus sit: si verò corpulentia, eo casu apoplecticus affectus expectandus erit potius. Quia igitur sitis, & motum humoris versus partes superiores, & insitam acrimoniā significat, idcò epilepticum affectum indicare solet, atque hunc potius, quam conuulsionē veram; tum ob partem affectam, quæ est totum caput, tum ob materiæ copiam, quæ particularem conuulsionem efficere non potest. Mar.n.19. Hæc eadem sententia legitur in Prorr. vers.256. hunc in modum. Sanguinis eruptiones statis temporibus fientes, siticulosæ, difficiles, & exolutoriæ; si sanguinem non effuderint, in comitialem morbum finiunt.

Vers. 159. *Ex hæmorrhoide parum apparente, vertigines ortæ, paruam, ac modicā, &c.*

Huius Coacæ hic est sensus, si alicui hæmorrois aliqua appareat in sede, cū nihil huiusmodi antea passus sit, & non longè post vertigines superueniant, huic paraplegiā imminere significatur, & ratio est, quia hæmorrhois apparens illam sanguinis plenitudinem attestatur, quam soluere per fluxum hæmorrhoidarum natura tentauerit, idque perficere non potuerit, vndè in caput translata vertigines factæ sunt; quæ quotiescunq. essentiam in cerebro habent, vt in hoc casu, nec per consensum excitantur à partibus inferioribus, apoplectici affectus prænūtiæ existunt. Huic igitur imminenti malo occurrendum esse, ait Hipp. venæ sectione, quæ plenitudinem iam partes superiores infestantem tollat. Nostri hoc casu venas sedis aperirent, an pari iuuamento haud scio, scio quidem quotiescunq. partes superiores afficiuntur, vt in hoc casu, in quo vertigines infestare supponuntur, Hipp. venas superiores perpetuò secuisse, nulla procatarticæ causæ ratione habita; eiusque praxim sequi tutius esse existimo, quam consuetudinem recentiorum inani ratiocinatione inuentam.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 578 sur 636

A *Verſ.161. Palpitantes per totum, num etiam voce intercepta moriuntur?*

Per palpitationes hoc in loco Hipp. intelligere exiſtimo ſaltus quoſdam chordarum, quę à muſculis exoriuntur, tactui, & oculis conſpicuæ, abſquè membrorum contractione contingentes: quos recentiores medici motus conuulſorios appellarunt. Id enim ſuadet tùm motus ſimilitudo, tùm materia, quæ hoc in loco tractatur. Incipit enim tradere prænotiones ad conuulſionem pertinentes, quarè cum huiuſmodi motus à vera conuulſione parum recedant (ſunt enim conuulſiones incipientes, à vera conuulſione tantummodò differentes magnitudine,) meritò à principio tractatus conuulſionis de huiuſmodi motibus agendum erat. Quæ quidem veritas vlterius confirmari poteſt ex hiſtoria phrenitici cuiuſdam lib. 3. Epidem. ſect. 3. verſ. 195. regiſtrata; cui cum ſecunda die factæ fuerint palpitationes per totum, nocte conuulſiones, tertia exacerbata ſunt omnia, & quarta mortuus eſt. Quod verò interrogando inquit num etiam voce capti moriuntur, id ſumma ratione factum eſt, quia etiam ſi id ſæpius contingat, vt ex citata hiſtoria patet, non tamen eſt omninò neceſſarium; cum fieri poſſit, vt motus dicti præcedant, acri vapore, & maligno neruorum principium irritante, non tamen vocis priuatio adſit: eò quod non concurrat humoris præſentia: aut non tanta fiat in ſpiritibus animalibus perturbatio, vt vox etiam intercipiatur; vtroquè enim modò hoc ſymptoma fieri; in hoc caſu exiſtimo, videlicet ab humorum copia facultatem opprimente, & à vehementi agitatione ſpirituum; vt in epilepſia contingit, imò non eſſet abſurdum dicere, in hoc caſu vocis priuationem epilepſiam referre, quam præfati motus præmonſtrent, & ſicuti prædictæ palpitationes quarundam partium conuulſiones antecedunt, quæ ſunt particularis quædam epilepſia. Nam ſicuti ſeſe habet apoplexia ad paralyſim, ità epilepſia ad conuulſionem, vt cunctis notum eſt.

B

C *Verſ.162. Tremores conuulſorij ſientes in ſudoribus reuerti ſolent. Iudicatio &c.*

Quandò motus illi, quos præcedenti coaca palpitationes appellauit, in tantum augentur, vt iam artus ipſi trahantur, verum leuiter, inſtar tremoris, tunc tremores conuulſorij ab Hipp. dicuntur, tremores quidem, quatenus artus frequenter mouentur inſtar tremoris; conuulſorij verò, eò quod per neruos, & muſculos fiunt in conuulſionis modum. Fiunt autem huiuſmodi motus, quemadmodum etiam perfecta conuulſio, irritata motrice facultate per neruos diffluente, irritaturq. vel ab acri materia, irritante, vel à copia aggrauante; quæ duæ cauſæ in textu, ſudore diſtinguntur, quandoquidem non eſt rationabile, hos motus cum ſudore fieri ab acri materia, qui potius copiam atteſtatur, quia igitur hoc ſymptoma à materia copioſa dependet, meritò timenda eſt recidiua, non quidem neceſſariò, quia ſi tota materia ſuperueniente rigore diſcutiatur, & euacuetur, perfecta iudicatio ſequetur; quæ reſpiciens Hipp. vſus eſt

D hac voce φιλυπισροφα, ideſt amans recidiuæ, quaſi ſæpius contingat, non tamen perpetuò, ſuperrigent autem (ſubiungit) ardore laceſſiti circà ventrem, à quo humor attenuatus, & ad motum concitatus rigorem facit, è contrà verò ſi idem humor in cerebrum delatus ibi accumuletur, adeò, vt ſomnum diuturnum, & profundum inducat, conuulſio expectanda eſt, & & grauitas frontis, quæ & poſteriorum, & anteriorum capitis partium repletionem concomitantur, indèq. difficilis mictio, quatenus vel ob cerebri alienationem vrina intercipitur, vel materia à capite ad vrinæ vias deſtillante vrina acrior fiat, vndè dyſuria, ſinè ſtranguria fiat. Quemadmodum capite repleto, & excalefacto euenire dicebat Hipp. lib. 2. de Morbis verſ. 113. Nec incongruum videri debet, ſopori conuulſionem aſſociari, quia eadem materia replendo cerebri ſinus ſoporem facit, quæ ex diuturnitate temporis, & calore febrili acrimonię particeps reddita, vellicando ſpiritus animales, ad exactam conuulſionem excitare poteſt huiuſmodi, quæ conuulſionem ſoporoſam appellauit lib. 1. Præd. verſ. 150. Hipp.

E

Verſ.165. Conuulſiones ſine febre in ſtrangulatis ab vtero factiles ſunt.

Conuulſio quatenus eſt ſymptoma deprauati motus, ex ſe non eſt periculoſa: quia omne periculum in cauſa ipſius conuulſionis conſiſtit, quarè cum hæc in hyſtericis cauſam habeat vaporem ab vtero neruorum principium laceſſentem, etiam ſi eorum minera ſit malignus ſuccus, non tamen malum inſignè indè prouenire poteſt: quia vterus ab ijs non ità læditur, vt indè mors prouenire poſſit, eò quod cum ſit à natura deſtinatus expurgationi, non plethoriæ modò, ſed etiam cachochimiæ, ijs aſſuetus eſt, eam tamen conditionem appoſuit ſine febre, quia cum febre timendum eſſet de vteri inflammatione, quæ ſtrangulationem cum febre

indicare

ndicare solet,ex quo patet,præsentem coacam corrigendam esse per prorreticum vers.189.
Mar.n.17. vbi eandem referens sententiam, quod hoc in loco habetur ἀπύρετοι, ibi scriptum est ἄπυρος, hoc est sine febre.

Vers. 166. *Conuulsoria sine sudore sputa defluentia, febrienti leuia sunt.*

Ex coaca præsenti antiquos Hipp. expositores lectionem prorretici vers.195. correxisse manifestè patet, quamuis Galenus temeritatis eos redarguat,eorumquè lectionem,vt absurdam reijciat, quæ tamen cum hac coaca penitus conuenit, & si rectè perpendatur longè rationabilior est prorretico,materia enim,quæ vtroquè in loco tractatur, quæ est de conuulsorijs affectibus; hæc ad conuulsionem referenda esse iuxtà coacæ lectionem apertè demonstrat, Ad quid enim de sputis febricitantium eo in loco tractatur? vt prorretici dictat lectio? Coacæ igitur lectione recepta sensus erit. Conuulsoria sputa,ideſt,quæ vrgente conuulsione ab ore ægrotantis defluunt,leuia esse, eò quod conuulsionem ab humorum copia,nō ab eius prauitate ortum habere arguunt, quæ præterquam quod à febrili calore plerunquè dissipari potest, artisq. beneficio etiam non difficulter tollitur, sputa prædicto modo defluentia spontè ad inferiora descendere significant;vndè conuulsionis solutio expectanda est.Quæ quidem materia, si per œsophagum in ventriculum descendere contingat,nō erit mirum,si aluus indè
Mar.n. 3. profluat, iuxtà Hipp. doctrinam lib.de Aer. & locis vers.49. & magis peculiariter lib. de
Mar.n.7. Morbo sacro vers.160.vbi de epilepticis tractans,profluuia alui apprehendere ait,si fluxus in ventrem fluxerit. Aut aliò conuersa ad articulos absessus faciat,vt ait Hipp.in contextu,dubitanter tamen,quia hæc non omninò necessaria esse cognouit. Quod verò additum est,sinè sudore, summa ratione factum est, quia si humorum copia adeò vigeret, vt sudores insuper cierentur, tantum abest, vt hæc leuia dici possint, vt extremam perniciem minentur,caloris extinctione,aut animalis facultatis oppressione,quæ morbum in apoplexiam fortè permutet.

Vers. 168. *Quibus conuulsis oculi intentè relucent, neque apud seipsos sunt, & diutius &c.*

Conuulsio, siuè primaria, & principalis sit affectio, siuè symptoma alterius morbi,solet esse modò breuis,modò diuturnior pro ratione materiæ,à qua excitatur,quæ si tenuis fuerit,breui; si crassior,longiori tempore absoluitur morbus. Quia igitur fixi oculi, intentèq. aspicientes indicant causæ firmitudinem, quandoquidem hoc symptoma ad naturam cathochi proximè accedere videtur, qui à crassiori materia dependet, ideò ex hoc signo morbi arguitur longitudo aliorum respectu, qui à tenuiori materia dependent. Scintillantes verò,& præter naturam splendidi oculi signum sunt mentis non firmæ; quatenus animalis spiritus feruorem quendam præseferunt, qui quidem quandò causam non habent extrinsecus, vt iratis contingit,intemperiem calidam in cerebro vigere ostendunt, à qua mentem læsi necesse est. Hæc
Mar.n.18. repetuntur in Prorret.vers.202.

*Vers.*169. *Quæ conuulsorio modò exacerbantur,cum stuporis detentione,parotides excitant.*

Huius coacæ expositionem inuenies in Prorretico vers.275.

Vers. 170. *Tremulis, anxiosis,parui iuxtà aurem tumore, conuulsionem significant.*

Quamuis tremor fieri possit,& ab humorum copia naturam aggrauante,& à neruosi generis imbecillitate, prior tamen causa in hoc casu locum habet, verum hæc eadem conuulsionem efficit, diuersa tamen ratione, in tremore enim materia morbifica naturam aggrauat tantummodò,vt ferè succumbat, neruiq. laxantur,& imbecilles redduntur; & ideò materia tremoris humidior est,quam ea, quæ conuulsionem parit, in qua natura aggrauata irritatur, non succumbit,eò quod neruosum genus non laxatur,velut in tremore, materia igitur tremoris cum tenuis sit,humida, & expers acrimoniæ,non est apta parotidum productioni,nisi calidus,& acris humor concurrat,cuius quidem præsentiam indicat anxietas,quæ ab acri humore ferè ortum ducit, siuè ab ore ventriculi commorso oriatur, siuè à toto corpore oppresso, cuius duplicis materiæ argumentum habemus lib.1.Epidem.sect.2.vers.101. vbi hæc leguntur. Quibus autem grauitates totius capitis adsunt, & morsus oris ventriculi, & anxiosi sunt, hi biliosa,& pituitosa vomunt. Inquit Hipp.si tremulis simul,& anxiosis paruæ assurgant parotides,conuulsio expectanda est, quotiescunquè aluus non benè habet, quarè tria ad id necessariò concurrunt, primum vt parotides excitentur, dum enim humores à loco ad locum mouentur acriores fiunt, vt pro tremore conuulsionem inducere possint,secundò, vt parotides paruæ sint,quia tunc signum erit,absessus humorum copiæ non respondere, vndè eorum

recur-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 580 sur 636

A recursus expectari debeat, quæ si magnæ essent, morbum in totum tollere possent. Tertium, & postremum, vt aluus malè habeat, cuius rei signum erit modò adstrictio immodica, modò eius nimia laxitas, nisi alia adsint peculiaris affectionis inditia. Nam in affectibus partium superiorum nihil peius ferè concurrere potest, quam inferioris ventris mala dispositio: cuius gratia parti affectæ materiæ subministratur, quæ morbum fouet, & geminat.

Vers. 176. At repentinas conuulsiones soluit febris, alui fluxus.

Quatuor sunt modi peculiares, quibus conuulsiones soluuntur, febris acuta superueniens, quæ prius non aderat; aut eadem exacerbata, vrinæ copia cum sedimento vitri speciem referente. Alui fluor, & somni placidi, quos omnes recensuit Hipp. in præcedentibus, nunc verò prædictos solutionis modos, particularibus conuulsionibus tribuens, subiungit, conuulsiones repentinas solui febre superueniente, & alui profluuio, insinuans, quæ non repentè in-
B uadunt alijs duobus modis frequentius solui, cuius distinctionis ratio posita est in causa materiali ipsius conuulsionis, quæ si fuerit humor admodum crassus, & frigidus promptius soluetur vrinarum copia, cum copioso, & crasso sedimento, aut mediante coctione, quæ per somnum perficitur, è contrà verò, si materia paulò tenuior fuerit, frigida tamen, à superueniente febre dissipabitur melius, si tenuis, & acrimoniæ particeps per diarrhæam expurgabitur potius. Quoniam verò materiæ qualitatem inuasionis modus indicat, cum sit rationabile, derepentè inuadentes à tenuiori materia excitari, & quæ paulatim, à crassiori potius; ideò summa cum ratione dicitur in præsenti coaca, conuulsiones repentinas, & à febre superueniente, & ab alui fluxu tolli.

Vers. 177. In conuulsionibus vocis interceptio diù durans, mala est, parua autem, &c.

Præsens coaca transmutationem continet conuulsionis in paralysim, quæ quidem fit,
C quandò materia morbifica, quæ lacessendo neruorum irritat facultatem, vlterius progrediendo, neruorum substantiam penetrat, factaq. in neruorum porositatibus obstructione, transitus animalium spirituum intercipitur, vndè sensus, & motus tollitur. Huius transmutationis prænuncia est vocis interceptio, quatenus resolutionis principium, seù præludium esse consueuit, fit enim quandò humor aliquis neruorum cauitates inuadere incipit, cuius rei signum primò in voce apparet, quia huic plures neruorum propagines inseruiunt, vndè vix fieri potest, vt læsio aliqua neruos, aut eorum principia contingat, quin prius in lingua, & reliquis vocalibus instrumentis signa appareant. Hac ratione linguæ tremulæ delirij signa esse consueuerunt, vt superiori sect. vers. 128. adnotatum est, vocisq. tarditas apoplecticos, & epilepticos affectus præcedit vers. 236. Patiente igitur neruorum genere, vt in conuulsione contingit, si vocis priuatio superueniat, resolutio timenda est, vel totius corporis, quæ apoplexia dicitur,
D vel alicuius partis tantum: affectio, quæ communiter paralysis vocatur, illa quidem, si vocis priuatio diutius perduraverit, hanc enim fortasse significare voluit, dum dixit malum, quod quidem in morbo læthali summam dispositionem salutis importat, vt alibi adnotauimus, si verò vocis priuatio momentanea fuerit, expectanda erit particularis resolutio, v.g. linguæ, aut brachij, aut dextrarum partium, quia in hoc casu minor adest materiæ copia, & robur maius naturæ super eam, cum hæc imperfecta quædam crisis, seu absessus dici possit, cætera in textu proposita sicuti sunt notissima, ità adnotanda veniunt, & illud maximè, quia de paralysi partis dextræ peculiariter fit mentio, quia, vt experientia quoquè manifestat, hæc affectio communiter partes dextras inuadere solet.

Vers. 192. Si verò dissipentur, neque tuberculo foras conuerso, ac collecto: neque pure &c.

Hanc sententiam exposuimus in prognosticis, vbi ijsdem ferè verbis descripta est. Quarè
E hic verborum significationem afferre libet, vt pateat hæc omninò conuenire, cum prognostico. Inquit ergò, si verò dissipentur, ideſt si rubores in faucibus, ceruice, & pectore comparentes euanescant: neque tuberculo foras conuerso, ac collecto: quod euenit quandò ad suppurationem absessus tendat: neque pure leniter, ideſt facilè & sine labore excreato, neque in diebus iudicatorijs hæc apparuerint, pernicioſæ sunt, quia materiam ad interiora recessisse indicant, & potissimum ad pulmones, vbi inflammationem omninò læthalem parit, nisi suppuratione mediante æger saluetur, quod quia rarò contingit, interroganter loquutus est, num etiam suppurati fiunt? cætera partim ex se manifesta sunt, partim nota fient ex ijs, quæ adduximus in Prognostico.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 581 sur 636

Vers. 199. *Quibus verò anginæ ad pulmonem vertantur, partim in diebus septem &c.*

Hæc postrema verba omisit auctor Aphorismorũ, & sententiam reddidit imperfectiorem, quia non necessariò intereunt, aut suppurati fiunt illi, quibus angina ad pulmones conuersa est; vt in Illustris. D. Horatio Sessa Regiensi anno elapso adnotaui, qui angina correptus, morboq. ad pulmones conuerso, nec obijt, nec suppuratus factus est; sed per excreationem copiosam pituitosæ materiæ liberatus est, quamuis tandem abscessus facti sunt ad aures, verum cum apparuerunt, iam sanus erat; ità vt à Ciuitate Fani Romam se contulerit, vbi parotides apparuerunt, & suppurarunt.

Vers. 205. *In angina dolores ad crura, citrà notas, cum febre, pernicioſi.*

In angina, quæ ex se læthalis morbus est, & acutissimus, abscessus omnes citrà leges naturæ facti, periculum augentes, salutem omninò desperatam faciunt, cum scilicet priori morbo perseuerante alterius morbi superadditio fit. Idq. significare voluit Hipp. dum dixit, in angina non ex angina, & per illa verba, sine signo (id est salutari) & cum febre, verum etiam si plura mala superuenire possint prædictæ conditionis: doloris tamen tantummodò mentionem fecit: capitis quidem in superiori coaca, ad crura verò in præsenti, eò quod hæc duo potissimum ab eo obseruata fuere, ad crura verò obseruauit in anginosa lib. 5. Epid. vers. 509. cui dextra manus, & crus doluit, febrisq. tenebat eam debilis, quinta die, aut sexta mortua est, & in Polemarchi vxore lib. eodem vers. 357. cui tumor quinta die factus est, & dolor in genu sinistro, & cum subleuata videretur, septima tandem, aut nona, voce intercepta, mortua est. Quarè frustrà quærimus, cur abscessus ad loca prædicta sint læthales, quia non magis in his, quam in alijs læthales deprehenduntur: dummodò angina supersit, febreq. perseuerante fiant, vt dictum est superius.

Mar. n. 36.
Mar. n. 15.

Vers. 207. *Ex anginosis citrà notas attenuatis, dolor ad pectus, & ad aluum &c.*

Hic de ea anginæ specie loquitur Hipp. in qua & tumor cum rubore ad fauces conspicuus apparet, qui si absquè signo euanescat, hoc est derepentè, & absquè concursu signorum, quæ morbum remitti, & ad salutem tendere ostendunt. Dolorq. concitatus ad pectoris regionem, & ad aluum irruat, pus tandem per aluum egeritur. Nam dolor ille primùm ad pectus firmatus, & indè ad ventrem procedens, indicat, inflammationem à faucibus ad œsophagum translatam esse, vbi ad suppurationem conuersa, dolorem exhibet pectori: cuius regione œsophagus omninò respondet, aut ad ventrem, in quo, aut quia ibi suppuratio fiat, aut quia pus in transitu mordeat, dolor concitatus excitatur. Modus quidem solutionis non admodum frequens, qui tamen succedere possit ob colligantiam, quam fauces habent cum œsophago, & ventre tunica interiori mediante, quæ omnibus his partibus cõmunis est, sicq. colligimus anginam primæ speciei, in qua musculi laringis interiores afficiuntur ad pulmones translationem habere, eam verò in qua & fauces, & collum simul rubent, quia inflammatio exterioribus partibus communicatur, ad latus secundum rectitudinem partis læsæ decumbere. Eam denique, quæ internas tantummodò fauces occupat, ad œsophagum, & infernum ventrem abscedere, in quibus quidem transmutationibus vis naturæ elucet, in colligantia partium affectarum, & earundem rectitudine: vt non sit mirum, si sæpius salutares fiant. Additum verò est in textu, aliter autem quid tale soluitur, hoc est talis affectio alio etiam modo solui potest, quia sicuti, quibus ad pulmones conuertitur morbus, aliquandò absquè suppuratione euadunt, cum scilicet pituitosa multa expuunt, ità quibus ad ventrem, non semper puris excretione sanantur, sed adsunt etiam alij modi peculiares: fortasse per deiectionem, aut vomitionem pituitosorum, vel etiam per coctionem materiæ in ventriculum delapsæ.

Vers. 211. *Ex angina sputa viscosa, crassa, valdè alba, quæ violenter educuntur &c.*

Sputa, quæ hic describit Hipp. semper mala sunt, quia humoris sinceri, & proprio sero destituti contumaciam, cum caloris naturalis imbecillitate ostendunt, vndè solutio morbi absquè temporis longitudine sperari non potest, quarè in morbo acutissimo, qui citò vires suas exercet, salus omninò desperata est: quod in hoc casu vox κακον importat. Quod si cum huiusmodi sputis aluus deorsum feratur vehementer, superna purgatio omninò supprimitur, vndè æger ab humoris crassitie & visciditate, spiritu intercepto, suffocatur, & moritur: instar eorum, qui ex apoplexia intereunt, hoc est, cum maxima spirandi difficultate, & ster-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 582 sur 636

A & stertore, quod autem ait: Et omnis eiusmodi maturatio mala est, maturationis nomen impropriè, & per similitudinem vsurpat, maturationem sputorum crassitiem appellans: eò quod maturatio vera, & ipsa fit incrassando, etiam si hæc ex temperatura, & permixtione mutua succorum dependeat, quæ naturæ est opus; illa verò ex consumptione propriæ serositatis, idq. à calore præternaturali prouenit.

Vers. 216. Pleuritici, quibus à principio sputationes valdè purulentæ sunt, tertia die &c. Mar. n. 21.

Libro 3. de Morbis vers. 275. de pleuriticis loquens Hipp. hæc habet. Quibus autem statim sputa varia sunt, & dolores valdè acuti, hi tertia die moriuntur, hanc autem transgressi sanescunt. Qui verò sanus non fit septima, aut quinta, aut decima, hic suppurari incipit, ex quo loco præsentem coacam desumpram fuisse existimantes non nulli, vocem παμπυοι, idest valdè purulentæ, in παντοῖαι, idest variæ transmutationes, coacam hoc pacto restituendam B esse crediderunt: Quibus pleuriticis à principio sputationes variæ sunt, &c. Verum cum vtriusquè loci vulgata lectio verum, & rationabilem sensum admittat; vanum est textum lacerare, & eò magis, quia indè vitiosa redditur coaca. Nam sputorum varietas sola etiam à principio celerem mortem indicare non potest: sed potius morbum paulò longiorem: quatenus hæc humorum diuersitatē ostendit, quos citò natura superare non potest, nec varij humores citius naturam prosternunt, quam vnicus, & sincerus: imò quia varij humores aliquo modò sunt inter se contrarij, vnus actionem alterius quoquo pacto hebetat, vt eorum neuter vehementer agat. Malè igitur dixisset Hipp. Quibus à principio sputa varia sunt, tertia die moriuntur, quod si tertio de morbis id asseruit, doloris acutiem addidit. Nam sputorum varietas cum acuto dolore celerem mortem indicare potest, quatenus sputi varietas humorum varietatem indicat, quos citò à natura superari est impossibile, & ideò si C morbus celeriter moueatur, & breui tempore ad summum vigorem perueniat, ad mortem citò terminari necesse est, non simpliciter quatenus varij peccant humores, sed quia cum morbi acutie vigent. Cum igitur simplex sputorum varietas celerem mortem indicare non valeat, præsentem coacam iuxtà vulgatam lectionem interpretari oportet. Inquit ergò sputa admodum purulenta à principio pleuritidis apparentia, mortem tertia, aut quinta die indicare, verùm adnotare oportet per purulentum sputum non intelligi illud, in quo pus expuitur, sed puri valdè simile, huiusmodi verò sputum à principio apparens coctionis non est opus: cum hæc paulatim, & per certos gradus procedat, de huiusmodi enim sputo tractans lib. 3. de Morb. vers. 196. hæc habet, hæc autem patitur homo, minimum diebus quatuordecim, ad summum vna, & viginti, & per hoc tempus tussit vehementer, & vnà cum tussi purgatur, primum saliua multa, & spumosa, septima verò, & octaua die vbi fe- D bris in vigore fuerit, si humida sit peripneumonia, crassior prodierit: sin minus, non. Nona verò, & decima cum virore pallida, & subcruenta, duodecima autem vsquè ad decimam-quartam multa, & purulenta, hæc enim coctionis est opus, illa verò corruptionis, de qua inferius hoc eodem lib. & sectione hæc leguntur. vers. 332. Qui in peripneumonijs siccis pauca concocta edunt, horrenda res est. Quia igitur huiusmodi sputa à morbi principio apparentia, humorum corruptionem cum caloris intensione, & putredine ostendunt, meritò citam mortem expectare oportet, videlicet tertia, aut quinta die, quod si æger ob virium robur præfatum tempus pertranseat, cum materiæ morbificæ expulsione, & natura victrice, perfectè sanus fieri poterit, quod significabit manifesta leuatio morbi eodem tempore contingens, si verò æquali robore, & morbus, & natura procedant, suppuratio expectanda est septima, aut nona, aut vndecima die: quia impossibile est, humores calidos, & ex E inflammatione putrescentes in loco calido, & suppurationibus maximè apto, diutius permanere: quin aut in ægri perniciem corrumpantur, natura morbo cedente: aut eadem reluctante suppurentur, in qua si naturæ robur vigeat: quod optimæ puris conditiones indicabunt, æger suppurationem euadet, sin minus, tandem morietur, quæ quidem suppuratio eò citius continget, quò humor ipse calidior erit, & acutior morbus, & ideò mirum non est si in hoc casu tàm citò suppuratio contingat, quia pleuritis acutissima supponitur, quæ ægrotantem in primo circuitu interimere solet.

Vers. 220. Quibus suprà aurem rubor, & similiter velut pleuritici calescunt, &c.

Fœsius, qui postremus Hippocratem transtulit, præsentem coacam in multis vitiosam

ratus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 583 sur 636

ratus hoc pacto corrigendam censet,ex lib.2.& 3. de Morb. pleuriticorum, quibus in dorso rubor excitatur,& humeri incalescunt,& aluus biliosa,& graueolentia exturbat,ij die vna, & vigesima periculum subeunt,quas si superauerint seruantur, quæ quidē correctio sententiam constituit veram, & rationabilem, verum an hæc dicere voluerit auctor hoc in loco, imaginarium est, & certè difficile est credere, in tàm breui oratione tot transcriptoris errata contigisse, vt Fœsij est opinio, vt cunquè sit lectoris permittitur arbitrio hanc, vel vulgatam lectionem sequi, cum non sit inconueniens,talem etiam pleuritidis ideam constitui, in qua omnia ab Hipp.in præsenti textu recensita concurrant, & fortassè id verificabitur in ijs pleuritidibus, quæ à destillatione à capite ortum ducunt, de quibus lib.de loc. in hom. fit mentio,ex quo dici posset,materiam partim ad pulmones descendisse, quæ sit pleuritidis causa, partim in capite detentam abscessum ad aurē feciſſe, quod sicuti non contingit,nisi quandò materia copiosa est, ità hac vigente morbum in longum tempus protrahi, non est inconueniens, & per varias iudicationes procedere.

Vers. 221. Pleuritides siccæ,& sine sputo difficillimæ sunt, horrendæ verò hæ, &c.

Non sat fuit Hippocrati dixisse, pleuritides siccæ, quia addidit etiam,sine sputo, quod idem significare videtur, hoc autem ab Hipp.factum esse existimo, vt sub præsenti coacæ comprehenderet non solum eas siccas pleuritides, quæ ex siccitate dependent, & propriè siccæ dicuntur,quia nunquam sputo iudicantur,de quibus lib.1. de Morb. sect.2.vers.238. tractatur,sed eas etiam,quæ crudæ sint adeò,vt nihil expuatur,per similitudinem quandam siccæ appellantur,ambò hæc enim graues sunt,& læthales: vndè Hipp.lib.3. de Morbis de his hoc facit iudicium, sunt inquit, & siccæ pleuritides sine sputo, verum hæ difficiles sunt, & ratio est,quia cum vnica spes pleuriticis sit in facili sputorum eductione, quæ coctione fit mediante,nihil grauius eis euenire potest,quā vt nihil expuatur,& eò magis si inflammatio in parte thoracis superiore constiterit, ex sui natura expurgationi per superiora aptissima, ex quo maior cruditas, & contumacia morbi arguitur, quam si partes inferiores occuparet,in qua mirum non est,si ægri non expuant ob partis affectæ conditionem. Quarè non eo sensu hæc sunt recipienda, vt asserat Hipp.omnes pleuritides horrendas esse,& summo periculo plenas,quæ partes occupant superiores: quia id nec verum est,nec Hipp.doctrinæ consonum, sed ex siccis pleuritidibus,& sine sputo,eas esse grauissimas esse intelligimus,in quibus dolores partes occupant superiores,huncq.verū esse præsentis sententiæ sensū ex eo confirmatur: quia Hipp. hanc postremam coacæ partem à superiori per aduersatiuā particulam δὲ distinxit,quā copulatiuam faciens interpres clarum, & verum sensum obscurauit.

Mar.n. 25. Mar.n.20.

Vers. 225. Bulla subluuida fiente in lingua,in principio, qualis est ferri intincti &c.

Bulla in lingua pleuriticorum excitatur, quandò materia in loco inflammationis adeò conculcata est, vt nē serositas quidem exudare possit,sed tumore ob tensionem carnes comprimente ad partes superiores exprimitur,cuius portionem lingua suscipiens,tùm quia rara est,& spongiformis, tùm etiam ob colligantiam, quam cum partibus spiritualibus obtinet, bullam contrahit subluuidam colore,qualem recipit ferrum ignitum,si in oleo extinguatur, qui quidem color indicat serositatem esse sanguinis nigri,& melācholici: qui cum ex natura tardioris sit motus,non est mirum,si morbum faciat paulò longiorem, ità vt eius iudicatio ad decimumquartum producatur, siuè ad salutem terminandus sit, siuè ad interitum. Huiusmodi pleuritici prout plurimum sanguinem expuunt, facta in carnibus disruptione ab impetu humoris in loco inflammationis conculcati, has verò pleuriticorum prænotiones conuenire omninò cum doctrina in libris de Morbis tradita, manifestum fiet vnicuiquè ea consideranti.

Vers. 242. Prauum autem penitus est flauum,meracum,& viscosum,& album, &c.

Quę hic de sputorum malitia traduntur satis manifesta sunt, euidentēq. habent rationē, quę apud scriptores satis constat,huius tamen sententiæ occasione adnotare oportet,etiam si extrema huescere in morbis,peius sit,quam eadē nigrescere,non ob id sputorū,aliorumq. excretorum color liuidus peior est nigro. Et ratio est, quia liuor in solidis partibus oritur facultate emoriente, non illius partis modò, sed quæ totum regit corpus, nigrescunt verò eademmet particula sola ad sphacelum tendente,quæ etiam si tandem sphaceletur,& decidat,non ob id homo moritur.At in sputis, alijsq. excrementis contrarium euenit, quia cum

vterquè

A vterquè color ab eadem cauſa proueniat, quantò niger liuido intenſior eſt, eò cauſam arguit peiorem, quæ in hoc eſt exuſtio, propter quam humores eorum conſumpto ſero, ſinceri, & meri redduntur, & quia aliquandò excreta nigra apparent, quæ ſunt humoris melancholici ſoboles, & ex conſequenti longè mitiora præfatis, vt hæc excluderet, non dixit ſputum ſimpliciter nigrum eſſe peſſimum, ſed quod ità meracum eſt, vt nigrum appareat, huiuſmodi enim ſputum abſquè magno incendio totum ſerum abſumente fieri non poteſt. Quarè liuor in ſputis, huiuſmodiq. alijs excrementis, eſt via quædam ad nigredinem, nam excrementa vi caloris exuſta antèquam exactè nigreſcant colorem liuidum contrahunt: & ideò nonnulli perperam exiſtimarunt ſputa liuida caloris extinctionem ſignificare, quia ſi hoc verum eſſet, ſæpè liuida nigris peiora eſſent.

Verſ. 245. *At ſanguine non multo permixtum, flauum, in principio quidem ſalutare &c.*

B In principio tale ſputum, etiam ſi non concoctũ, ſalutare eſt, quia meatuũ laxitatem indicat, cum virtutis expultricis robore, & humoris benignitate, qualis eſt ſanguis bilioſo humori aſſociatus, verum ſeptima die apparens, aut etiã vlterius, quo tempore ſputum concoctum apparere debet, non eſt tutum; quia cruditatem, & cõcoctricis facultatis imbecillitatẽ ſignificat, quippèquę humorem benignum, & ob tenuitatem concoctioni aptiſſimum nondũ concoquere potuerit, cruditatem enim ſignificat, quia dum ſanguis concoquitur, ſanguineum colorem deponit, & ad albedinem accedit. Hæc ſententia legitur quoquè in Prognoſtico, ſed hic breuioribus abſoluitur verbis: etiam ſi eodem omninò ſenſu.

Verſ. 248. *At mucoſa, & fuliginoſa, & citò colorantur, & ſecuriora ſunt.*

Ità ſe habet lectio ex Græco contextu, quam alterare non eſt neceſſe, quandò hoc modò eũ ſenſũ admittat, quem Duretus propriè ei accõmodauit. Docuerat enim Hipp. ſigna ſalutaria, quò citius apparẽt, eò etiam meliora eſſe, & è cõtrà mala, quò citius emergũt, peiora eſſe, excipiuntur verò mucoſa, & fuliginoſa, quæ & citò colorantur, & ſimul ſecuriora ſunt, q prædictis nõ cõtingit, quæ cũ mala ſint, & citò apparere, & ſimul ſecuriora eſſe nõ poſsũt.

C *Verſ.* 250. *Omne verò ſputum non ſoluens dolorem, malum eſt, ſoluens autem, bonum.*

Præſens coaca multum difficultatis præſtitit interpretibus, ob aliam Hipp. ſententiam ad finem lib. Prognoſticorũ regiſtratã, vbi inquit: Probè tamen id noſſe expedit de coniecturis certis, & alijs ſignis, & non ignorare, quod in omni anno, & omni tempore mala malũ, bona bonũ ſignificant. Quæ ſi vera ſunt, quomodò ſputa ex propria natura ſalutaria, mala hoc in loco dicuntur, quia nõ ſoluunt dolorẽ: & his cõtraria bona, quia illum tollunt? Ad hanc igitur difficultatem reſponderem, ſignorum alia ſimpliciter eſſe ſigna: alia verò eſſe, & ſigna, & cauſæ, quæ tantummodò ſigna ſunt, bona ſemper bonum, mala malũ ſignificant. At quæ ſigna ſunt, & cauſæ ſimul, ſæpè vt ſigna mala apparent, quæ tamẽ vt cauſæ ſalutẽ afferre poſſunt, huius generis ſunt exeuntia omnia; hæc enim quatenus bonam, aut malam affectionem ſignificant; & bona, & mala ſigna euadũt, quia verò per eadẽ morbifica cauſa excernitur foras, ideò bonum portendunt, malũ verò quandò per ea nõ excernitur, quod in corpore peccat, & hac ratione ſputa, quę non ſedant dolorem, etiam ſi optimas præſeferant cõditiones, nihilominus mala ſunt, vt in textu ait Hipp. è contrà verò ſputa mala, v.g. nigra, ſi dolorem ſoluunt; etiam ſi prauam ſubeſſe affectionem arguant, eam tamen per huiuſmodi excretionem tolli, eiuſdem affectionis cauſa educta, ſignificant, vndè bona ſigna euadunt. *Mar. n. 27.*

D *Verſ.* 277. *Peripneumoniæ ex pleuritide tranſmutatæ ſtabiliores ſunt, his quæ &c.*

Cum dicat Hipp. 7. aphor. 11. ex pleuritide peripneumonia malum, manifeſta apparet in dictis Hipp. contradictio, ſi iuxtà cõmunem interpretationem dicamus ex præſenti coaca peripneumoniæ ex pleuritide tranſmutatæ ſecuriores ſunt, his quæ ab initio, & quia non facilè ad textus permutationem confugio, quod nõ nullos expoſitores feciſſe inuenio, quod affirmatiuè legitur, negatiuè accipientes, non obſtante communi codicum græcorũ conſenſu; pro contradictionis ſolutione, vocem illam ἀσφαλέστερα, quam vertunt ſecuriores, exponem ſtabiliores, & firmiores, ſicuti enim σφαλερὸς fallacem, & inconſtantem ſignificat, ità eius contrarium ἀσφαλὲς, ſtabilem, conſtantemq. ſignificabit, vndè ἀσφαλέστερα hic erunt peripneumoniæ, quæ exitum firmiorem, & ſtabiliorem habent: ad differentiam earum, de quibus in ſuperioribus coacis tractatum eſt, quæ quoniam frequenter tranſmutantur, modò in abſceſſus ſuperiores, modò in inferiores, modò in ſuppurationem, aliosq. exitus habent in-

E

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 585 sur 636

©BIUM

certos,& varios;meritò instabiles,& inconstantes dici possunt.Inquit igitur Hipp.peripneumonias pleuritidis succedaneas firmiores esse ijs, quæ à principio inuadunt, & ratio est, quia hæ nullam earum transmutationum subire possunt, quas primogeneas subire adnotatum est superius, idquè ob virium robur, quod in illis transmutationibus requiritur, quod
Mar.n.23. in his adesse non potest, nam vt dictat Hipp. lib. de Affectionibus vers. 246. quando alter morbus alteri succedit,æger à priori morbo adeò debilitatur, vt subsequenti vix resistere queat,& ideò illũ tamdiù ferre nõ potest,quòusq; abscessum faciat,aut ad suppurationẽ deueniat,hæc enim nõ nisi tẽporis lõgitudine euenire nõ solẽt.Rectè igitur dictũ est,peripneumonias expleuritide trãsmutatas stabilioris esse iudicij, quã eas, quæ à principio fiunt,quia aut cum bonis, & salutaribus signis ad salutem terminantur, aut sinè his ad interitum.

Vers. 278. *Corpora exercitata,ac densa citius à pleuriticis,ac peripneumonicis &c.*

Mar.n.24. Quia labor siccat, & corpus robustum facit, vt lib. 2. de Diæta vers.417. testatur Hipp. hinc fit,vt corpora exercitata eà ratione celerius à pleuritide, & peripneumonia intereant, quia densa redduntur,& compacta,& ideò synonimis videtur vti Hipp.dum inquit, corpora exercitata;ac densa,cum satis fuerit dixisse corpora densa tantum, aut solum exercitata, verum hæc absquè ratione addita non sunt: hoc enim dicendi modo infert,corpora densa, tùm ratione naturalis temperamenti,tũ ex vitæ genere citius interire,quã his cõtraria,cuius
Mar.n.21. quidem sententiæ rationem ab eodem Hipp. colligimus lib.1. de Morb.sect.2.vers.141 dicente. Quum verò morbus conspicuus factus fuerit,& aut pus,aut sanguinẽ, aut vtrumquè expuerint,qui quidem iuniores sunt, cum corpus ipsorũ sit robustum, ac densum,nõ æqualiter depurgari possunt ab vlceribus, quorum pus in superno ventriculo consistit. Nam pulmo non valdè trahit ad arterias, vt qui densior sit, & arteriæ cùm tenues,& arctæ sint,pus non suscipiunt, nisi modicum, & rarò; quarè necesse est, pus in thorace coaceruari,& crassum fieri, ex quibus concludendum est, corpora densa, & compacta citius ex præfatis morbis interire,quia sputorum eductioni ineptiora sunt.

Vers. 281. *Peripneumonicis,quibus lingua tota alba, ac aspera fit, ambæ pulmonis &c.*

Linguæ coloratio in peripneumonicis,quæ modò in tota lingua apparet,modò iuxtà medietatem tantum,prout pulmo,aut totus inflammatus est,aut eius medietas sola,rectitudine partis affectæ seruata;indicat,non per vapores à parte inflammata eleuatos vnà cũ spiritu per respirationem exeunte linguã in morbis variè affici, & colorari,sed per exhalationes ascendentes per fibras musculorum, & tunicæ interioris laringis, quæ linguæ cõmunicatur. Colorem verò,quem lingua contrahit in hoc morbo album esse,nemo ambigere debet,nam præter summi præceptoris auctoritatem ratio euidens id cõfirmat. Quia etiam si peripneumoniæ essentia in inflãmatione consistat, cuius materia est sanguis,non tamen sincerus peccat in huiusmodi morbis,sed modò bilios us,modò pituitosus,& quandoq.melancholicus,& sicuti in pleuritide pro maiori parte sanguis bilios us peccat, ità in peripnumonia rarò pituitosus non abundat,cuius diuersitatis causa referri potest,tùm in partis affectæ substantiam, tùm eiusdem vsum, & officium,cũ enim pulmones rariores sint, latus verò densum,& compactum,hinc fit vt pulmonis inflãmatio à pituitoso: pleuritis verò à bilioso sanguine excitetur, nam membranæ lateris densitas crassiorem sanguinẽ non facilè admittit. Pulmonum verò raritas est causa,cur bilis difficulter in ipsis consistat,& si Hipp.pulmones inflammari à
Mar.n.26. bile defluente lib.de locis in hom.testatur,id à simplici bile euenire non existimauit,sed bilis tantũmodò mentionẽ facit, nõ pituitæ,quia cũ fluxio à capite feratur,quod pituitæ metropolim vocauit,absq; pituitæ permixtione fluxionẽ alicuius humoris fieri nõ posse,tãquã omnibus notũ tacuit. Ratione vsus pariter pituitosis morbis maximè subijciũtur pulmones, quia cũ aeris frigidi attractioni destinati sint,humores in eo cõtenti ex frigidi occursu facilè pituitescũt,vt mirũ nõ sit,si quolibet humore in ipsis peccãte,lingua sępius aliquã albedinẽ contrahat,nisi humor adeò à pituitæ natura remotus sit,cũ coq.pituitæ portio adeò exigua vigeat,vt colorem album linguæ impartiri non valeat. Id enim aliquandò euenire cognouit Hipp. & de hac particulatim egit lib.3.de Morb. v.188. vbi acutissimam describens
Mar.n.16. peripneumoniã,in ea linguã flauã primum fieri ait, & postea nigram, verũ, quia huiusmodi casus rarò contingunt,ad ea,quæ frequẽter eueniunt;respiciens Hipp.linguã albo colore infici dixit nõ hoc tãtũ in loco,sed vbiq; imò linguæ peripneumonicæ mentionẽ sæpius facit,

eam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 586 sur 636

A eam intelligens, quæ cũ pallore albicat, quod quidem expreſsè nobis ſignificauit lib.7.Epid- Mar.n.50.
verſ. 90.in hiſtoria Cydis filij eius linguæ conditionem exponens, lingua (inquit) qualis eſt peripneumonicis cum pallore albicans. Quoniam verò Hipp. hoc in loco mentionem facit alarum pulmonis,ſupernæ, mediæ, & infernæ; vir eruditiſſimus colligit,hominibus Hipp. ſæculo tres alas pulmonum datas fuiſſe, quibus natura in dies declinante noſtris temporibus vna deficiat,ſed ridicula mihi videtur hæc opinio, & tanto viro indigna. Nam præterquam, quod hominum complexiones,nè dum corporis ſtructuram, nihil diuerſitatis habent hoc ſæculo,ab Hipp.temporibus,quod lib.3.de Morb.verſ.231.ſufficienter demonſtrauimus, Hipp. hoc in loco alas pulmonis non diſtinguit inter ſe numero, quaſi pulmo tres alas habeat, ſed ſuppoſita eius diuiſione in dextrã partem,& ſiniſtram, quarum vtraquè ſimilitudine quadam ala dici poteſt,vtriuſquè alæ diuiſionem rurſus faciens in partem ſuperiorem,mediam,& infe-
B riorem, dictas indicans partes, ſuperiorem alam vocat partem alæ ſuperiorem, mediam, & ſic inferiorem infimam alæ partem.Et hanc expoſitionem manifeſtant verba ipſius cõtextus, & potiſſimum vbi inquit; At totam vnam partem dolentibus,hoc eſt, quibus vnius lateris ala tota iuxtà ſupernam, mediam, & inferiorem partem inflammata eſt, omnia ſcilicet, & clauiculã,& partes circà mediam coſtam,& ad ſeptum tranſuerſum dolore afficiuntur,&c.

Verſ. 287. Siquidem igitur aortæ valdè inflammatæ ſunt, vt ad latus aſſideant;hæc &c.

Aortæ ab Hipp. vocantur vaſa,quæ à corde deriuata,per pulmones diſſeminantur, & colligere licet ex lib.de locis in homine verſ.204.vbi hæc leguntur. Quum in pulmonem fluxerit Mar.n.24.
à capite per gutur,& aortas: pulmo tanquam natura rarus trahit in ſe humorem,quantũ eius Mar.n.27.
capere poteſt; & vbi influxerit,maior fit,& paulò infrà verſ.294. & in aortis, quod influit detentum,vtpotè cum anguſta foramina aortæ habeant,anguſtum ſpiritui locum exhibent, qui-
C bus verbis cum vaſa aſperæ arteriæ deſcribantur,hæc aortas vocari certum eſt,quo etiam nomine appellauit,& arterias,& reliqua omnia,quæ à corde exoriũtur,per pulmones diſtributa, nam libro de Corde verſ.66. ità inquit. Reſtant dicendæ cordis pelliculæ latentes, opus digniſſimum cognitione: ſunt enim,& alię in ventriculis pelliculæ,velut aranearum telæ,extentæ,quæ vndèquaquè oſcula cingunt,& ſtrias, ac ſegmenta in ſolidũ cor inſerunt, hæ mihi neruiipſius viſceris,& vaſorum principia aortis eſſe videntur,cum igitur aortæ dicantur vaſa omnia pulmonem conſtituentia,Hipp.vt inflammationem pulmonis non ſuperficiariam tantummodò,ſed interiorem etiam viſceris ſubſtantiam occupantem ſignificaret;dixit: ſi aortæ valdè inflammatæ ſunt, id enim abſquè totius pulmonis affectione euenire non poteſt, cum igitur per hanc in magnã molem pulmones attollantur,pectoris cauitatem replentes lateri adiacent, ex quo fit, vt aortæ poroſitates,& anguſta foramina, quæ in pulmonis ſuperficiem deſi-
D nunt, occludantur, vt naturali ventilatione priuentur, indèq. corporis reſolutio ſequatur, leuioresq. exterius in latere apparent.Qui quidem reſolutionis modus Ariſtotelis opinionem, confirmare videtur,qui cor neruorum principium,& originem ſtatuit,& eò magis,quia Hipp. teſtatur,corde ſimul patiente totum corpus reſolui,& immobile inſenſibileq.reddi, nihilominus hæc Ariſtotelis opinioni nihil fauere exiſtimo,quia etiam corde non affecto reſolutionem fieri apertè teſtatur Hipp. Galeni quidem opinionem penitus euertere non dubito, qui reſolutionem quamlibet in cerebri, aut neruorum affectionem refert. Hippocratis igitur fundamentis inſiſtentes rationem reddere conabimur, cur pulmone ità inflammato, vt lateri aſſideat,corporis reſolutio ſequatur,ſicuti non vnica eſt reſolutionis cauſa,ità plures reſolutionis differentiæ in eius doctrina reperiuntur, principalis tamen eſt illa, quæ venarum ſequitur interceptionem, ſub qua ſpecie continetur hæc, de qua hoc loco agitur. De hac igitur tractans
E libro 2.de Morbis verſ.82. (eadem enim appellatione βλιθος hic, & ibi eſt vſus) generationis Mar.n.8.
modum expoſuit hoc pacto. Poſtquam venæ pituitã in ſeipſas attraxerint, neceſſe eſt præ pituitæ frigiditate ſanguinem nunc magis ſiſti, & perfrigeratum eſſe,quam priori tempore: dum autem ſanguis non mouetur,fieri non poteſt,vt non etiam corpus quieſcat,ac torpeat. Quies igitur ſanguinis eſt immediata huius morbi cauſa; quatenus ſpiritus animales,à quibus motus animalis perficitur,quieſcente ſanguine motũ habere non poſſunt,quod quidẽ reſpiciẽs Hipp. venarum interceptiones huiuſmodi affectiones aliquandò appellauit. Hoc igitur ſtante magna pulmonis inflammatio reſolutionem corporis inducere poteſt, quotieſcunquè per eam adeò intumeſcit, vt lateri totus aſſideat, primò, quia prohibita ſanguinis euentatione in-

parte sphacelus producitur, quem externus liuor ostendit, in quo sanguis corrumpitur, & congelatur, sanguine verò in aliqua parte congelato, vt dictum est superius, animales spiritus per partem illam, aut ei proximè transeuntes, quodammodò, & ipsi congelantur, vt ad motum efficiendum ferri non possint, indèque pars motu priuatur, non ea tantum, vbi viget congelatio, & sphacelus, sed aliæ etiam omnes, quæ spiritibus participant per illam partem affectam transeuntibus, & id confirmatur experientia in partibus externis, quæ sphacelum contraxerunt, eas enim motu, & sensu priuari videmus, nulla affectione in neruoso genere, aut eius principio existente, quod si pars, quæ sphacelatur princeps fuerit, aut principi inseruiens, totum corpus motu, & sensu priuari necesse est, vt in proposito casu euenit, in quo sanguinem in latere, & pulmone congelari supponimus qui cordi principi famulatur. Altero modò motus, & sensus priuatio in hoc casu euenit, quatenus pulmones lateri incumbentes perspirationē occlusis eorum porositatibus cordi tollunt, cuius defectu sanguinem in eo sisti necesse est, ex quo fit, vt quibus totus pulmo præfato modò inflammatus fuerit, ità vt ad vtrumquè latus allabatur, cor etiam simul afficiatur, quod significare voluit Hipp. dum dixit vnà cum corde, non vt intelligeret, cor simul cum pulmone inflammatum esse: nam fieri potest, vt pulmo totus inflammatus sit, absquè quod cordi inflammatio cōmunicetur, nam cum summo robore præditum sit, à morbis se facilè tuetur, ex quo credit Hipp. cor à nullo morbo corripi posse, vt 4. de Morbis aperte testatur vers. 40. Quia igitur dum totus pulmo inflammatus ad vtrumquè latus allabitur, cor naturali ventilatione destitutum compatitur, non est mirum, si totum corpus resoluatur, & iaceat æger frigidus, sensus omninò expers, vt ait Hipp. in textu, deficiente vitali spiritu, qui materia est animalis, nequaquam verò si vnum tantum latus afficiatur, nam eo casu pars tantum è directo posita resoluitur, ob rationem priori loco assignatam, ægriq. diutius viuunt, quia in hoc casu non compatitur cor, quod ventilationē habet à parte sana pulmonis, ex quibus patet quanti referat ad vitæ conseruationē transpiratio, quæ per extremas porositates perficitur, quando hac deficiente, etiam si, quæ respiratione mediante fit cordis refrigeratio, non deficiat, homo tamen neque moueri, neque diu viuere potest, certum est enim totum negotium in hanc referri ab Hipp. & ideò subiungit: si verò non valdè inflammatæ sint, vt non assideant, dolor quidem fit per totum, non tamen resoluuntur, neque liuores habent.

Mar. n. 13.

Vers. 322. Quicunquè sanguinem spumosum spuunt, à dextrum hypocondrium &c.

Aphorismo non repugnat præsens coacta, dum statuit eos, qui sanguinē spumosum expuunt cū dextri hypocondrij dolore, ab hepate expuere, aphorismus verò à pulmonibus excerni ait, cū nō sit incōueniēs, sanguinē ab hepate affecto prodeūtē per pulmones educi, vt in explicatione aph. sect. 5. n. 13. adnotauimus, quo in loco præsētē sententiā citauimus, & exposuimus.

Vers. 327. In morbis pulmonis valdè rubicundæ sanguinis stillæ malæ sunt.

Rubedo sanguinis, de qua hic mentio fit, à caloris interni vehementia contingit, quarè in morbis pulmonum huius sanguinis stillicidium est malum, non modò quatenus semper secum difficultatem affert, sed etiam, quia maximum internum subesse incendium indicat, quod pulmonis morbos ferè incurabiles reddit. Nam à peripneumonijs, aliisq. pulmonum morbis ij tantummodò seruantur, quibus inflammatio leuis est, & calor moderatus.

Vers. 328. Cum rauedine sputa viscosa, salsuginosa, mala; si verò etiam quid &c.

Sputa viscosa, & salsuginosa simul, mala sunt, & signo, & causa, signo quidem, quia indicant, salsedinem hanc non esse ex permixtione bilis cum serositate, quæ salsedinē longè miriorem producit, sed exustione mediante genitam, quæ longè grauior est. Mala sunt etiam, vt causa, quia huiusmodi sputum aptius est partes, quibus adhæret exulcerare, tùm quia pertinacius adhæret, tùm etiam, quia erodentē facultatem maiorem habet, ex quo euenit, vt materia hæc in pectus si delabatur, aliquod insigne malum consequatur, quod in hoc casu maximè timendum est propter rauedinem, quæ cum ad caput asperæ arteriæ pertineat, fluxionem illuc tendere indicat. Quarè si interim tumor in parte exteriori pectoris eleuetur, malum erit, quia si ad suppurationem deueniat, ob materiæ acrimoniam periculum est, nè intrò rumpatur, si euanescat, & ad partes superiores materia conuertatur, quod colli dolor tumore euanescente excitatus indicabit, longè pejus erit, tùm qualitate materiæ, tùm ratione recursus ad partem principem, qui semper est pessimus.

Vers.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 588 sur 636

A *Verſ. 330. Raucedo cum tuſſi, & aluo liquida pus edit.*

Quotieſcunquè catharrus malignus in pulmones deſcendit, & non expurgatur, temporis progreſſu in pus conuertitur, vndè æger ſuppuratus fit, ſuppuratos enim fieri homines dicit Hipp. lib. de locis in hom. verſ. 80. quando minus excreant, quam influit: & eò magis, quò materia ſuppurationi aptior fuerit. In hac igitur prognoſi tuſſis catharrum deſcendentem in pulmones oſtendit, raucedo eius feritatem, aluusq. tandem liquida expurgationem eius prohibet, vndè in pectore retentum pus fit, quod tandem in ſputo apparet. Mar. n. 26.

Verſ. 331. Quibus in peripneumonia vrinæ craſſæ in principio, acindè antè quartam &c.

Huiuſmodi vrinæ craſſæ à principio inflammationum venoſum genus multis ſcatere excrementis, indicant; aut materiam in loco inflammato minimè fixam eſſe, & ex conſequenti morbum mitiorem, etiam ſi in hoc caſu vrinæ magnam craſſitiem habere non poſſint, niſi ſimul, & venarum cachochimia concurrat, & ideò ſtante hac vrinarum craſſitie in principio

B morborum, purgationem faciendam eſſe iubet Hipp. 4. acut. verſ. 32. eò quod cachochimia viget, quam medicamento purganti ceſſuram eſſe vrinarum craſſities indicat, & quamuis hæc ſententia intelligenda ſit in febribus, nihilominus etiam in inflammationum principijs ſimiliter eſſe purgandum, quotieſcunquè vrinæ ſtatim craſſæ apparent, demonſtrauimus alibi. Quia igitur hæc vrinarum craſſities copiã humorum per venas vagari oſtendit, ſi antèquam aliqua ſenſibilis eorum euacuatio facta ſit, attenuantur (terminum quartæ diei ſtatuit Hipp.) ſignum eſt, humores præfatos per venoſum genus vagantes ad locum inflammationis confluxiſſe, morbum ex ſui natura periculoſum adeò augentes, vt eum ſuperare, ſit impoſſibile, vndè meritò dixit Hipp. læthale, quod etiam ſi de ſola peripneumonia prolatum ſit; in alijs tamen inflammationibus ſimiliter verificari poterit, quia in omnibus eadem viget ratio, plus tamen, Mar. n. 44.

C aut minus, prout inflammatio à principio grauior, & periculoſior fuerit, & ideò quia inter inflammationes internas peripneumonia illuſtris eſt, & ſæuitia, & frequentia, Hipp. ſententiam eius peculiarem fecit. Animaduertendum verò, ſi vrinæ à principio craſſæ ſimul, & paucæ fuerint, & grumoſæ, eaſdem attenuari morbi progreſſu, malum non eſſe, auctoritate aphoriſmi 69. quartæ ſect. ob rationes in eius expoſitione aſſignatas.

Verſ. 332. Qui in peripneumonijs ſiccis pauca concocta educunt, horrendares eſt.

Quod de ſputis hic legimus, idem inferius ſect. 3. verſ. 258. de vrinis tradetur his verbis. Vrinæ quæ derepentè citrà rationem pauliſper concoquuntur, malæ ſunt. In peripneumonia enim ſicca, in qua ſcilicet nullum omninò ſputum apparet, ſi æger ſtatim matura expuat, certè id erit derepentè, & omninò præter naturæ leges, quæ paulatim concoquit, vndè primo ſigna inchoatæ coctionis apparent, indè verò temporis progreſſu abſolutæ, & perfectæ. Quod

D autem hoc in loco addidit, pauca indicat nobis, dictionem illam ὀλίγον, quam ad coctionem referentes illius ſententiæ interpretes vertunt, pauliſper concoctæ, fortaſſe melius referri ad vrinas ita vt non ſolum præter rationem concoctæ appareant, ſed etiam in pauca quantitate, & certè hæc interpretatio mihi rationabilior eſſe videtur, quia aliquando vrinæ derepentè concoctæ apparere poterunt, quæ ſi copioſæ erunt, malæ dici non poterunt, quia morbum non concoqui, ſed iudicari oſtendent, ſimiliter parum concoctas apparere vrinas, non erit adeò præter naturam, quam ſi exactè concoctæ appareant, vt de ſputis hoc in loco ait Hipp. de quibus maximè timendum eſt, quia hæc non eſt vera concoctio: ſed potius putrefactio quædam à calore præter naturam vehementius, & derepentè in materiam morbificam agente. Taliter affectis ſi rubores per pectus diffundantur, ſignum erit, partes interiores omnes ob vehementiam inflammationis, & corruptionis iam ſphacelum contraxiſſe. Nam vt in

E externis inflammationibus obſeruatur, quandò inflammatio in ſphacelum tranſmutatur, rubor inflammationis ſphacelum præcedentis paulatim ad proximiora ſerpit, & diffunditur: quarè in præſenti caſu rubores exterius diffuſi inflammationis ſerpentis indicia erunt, & ex conſequenti interioris ſphaceli, cum nullo modò ſperari poſſit huiuſmodi rubores factos eſſe per tranſlationem humoris morbifici ad exteriora, quæ materiæ obedientiam, & naturæ robur requirit, quorum nullum cum præfato ſputo vigere poteſt. Mar. n. 45. Mar. n. 26.

Verſ. 335. Febres intermittentes ob ſuppurationem, plerãque ſudorificæ ſunt.

Febres intermittentes libentius ſudores effundere ſolent, quam continuæ: nam earum minera extrà venas diffuſa eſt, & in parte, quæ externæ cuti facilè communicatur. Quia verò

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 589 sur 636

©BIUM

empyematicis familiaris est sudor, quandò inter signa suppuratorum enumerantur lib. de loc.
Mar. n. 26. in Hom. vers. 308. eos promptius sudare rationabile est à febribus intermittentibus, quam ab alijs. Nec alicui nouum videri debet, in empyemate febres excitari intermittentes, quæ
de. n. 11. de genere hecticarum communiter censentur, quia si empyema fieri potest sine febre, quid prohibet in eo febrem excitari de genere putridarum, & quæ intermittens sit? nihil certè, quarè intermittentes febres dixit Hipp. ad differentiam continuarum, quibus non adeò familiaris est sudor, quemadmodum intermittentibus ob rationem à principio assignatam.

Vers. 336. Suppuratis surditas obortæ cruentam egestionem sequi, vias aut sitim &c.

Surditatem tollere multa superuenientia symptomata solent, vt passim in Hipp. doctrina apparet, quorum plurima recensentur in illa sententia registrata lib. de Iudicat. vers. 1, 8. Qui-
Mar. n. 11. bus in febribus aures obsurduerunt, his non soluat à febre insanire necesse est. Soluit autem sanguis è naribus erumpens, aut aluus biliosa egerens, aut dysenteria accedens, aut coxarum, aut genuum dolor, hoc igitur in loco cruentam egestionem meminit, quæ dysenteriæ nomine significatur lib. cit. de eadem sanguinis egestione surditatem tollente prædictionem legimus hoc in loco v. 134. quæ se habet hoc modo. Post modicas sanguinis eruptiones, & nigrorum egestiones in acuto surditas, malum, sanguinis egestio hæ s pernicios a, verum surditatem soluit, ex quibus patet, quantum consortij habeant inter se, surditas, sanguinisque, & nigrorum egestio. Cum igitur tot symptomata surditatem in morbis consequantur, cur in empyemate eadem sola cruenta egestio, & in fine, nigrorum excretio subsequatur, causam afferre non facile. Ego tamen dicerem, surditatem in morbis, capitis repleti signum esse certissimum, & maximè illius partis, quæ auribus proxima est, in quibus duplex humor potissimum abundare solet: biliosus, ratione ipsiusmet partis, quæ excretioni biliosi excrementi ipsius cerebri à natura destinata est; quod aurium sordes manifestant, quæ & colore, & sapore bilem æmulantur, & sanguineus, ob vicinitatem venarum iugularium, quæ propè aures ad caput ascendunt; quoniam verò biliosum humorem in empyematicis adeò abundare non est rationabile, vt ab eo surditas excitetur, consequens est, à sanguine id fieri, qui etiam si in toto corpore non abundet propter eius extenuationem, à calore tamen alui excalefactum, & à tussis frequentia agitatum in supernis partibus peccare est, satis rationabile. Ab alui enim
Mar. n. 11. calore caput repleri empyematicis nos docuit Hipp. lib. 1. de Morb. sect. 2. vers. 26. tussientibus facies sanguineo colore suffusa, & venæ iugulares intumescentes, per tussim caput non mediocriter repleri indicant. Capite igitur repleto sanguine, quod surditas superueniens indicat, alterum duorum sequi necesse est, aut sanguinis fluxum è naribus, aut dysenteriam cruentã, illam quidem magis, si sanguis simul etiam tenuitate, & acrimonia peccet, hanc verò si crassior fuerit, quia igitur in empyematicis sanguis crassus est propter extenuationem, per quam tenuior pars semper consumitur, non facilè narium venas petit, sed grauitate deorsum tendens, potius ad aluum prærumpit, sanguinolentamq. excretionem facit: qua sedata nigrorum dejectio tandem succedit, sanguine propter extenuationem ad atræ bilis naturam redacto, hac enim ratione longo tempore extenuatis nigrorum egestio familiaris est, qua superueniente, ægrotantes postridiè moriuntur: vt ipse Hipp. 4. aphor. 23. testatus est.

Vers. 339. Horrore affecti frequente, vt suppurationem deueniunt, & febris &c.

Crebri horrores suppurationis signa existunt, & febris pariter, quæ horrorem concomitatur, ut suppurationis causa. Quia dum materia in pus vertitur, putrescit, & ex eius putrescentia eleuantur vapores, qui per venas transeuntes horrorem inducunt, & hoc pacto horrores frequentes signa euadunt suppurationis. Febris verò dicitur causa suppurationis, non solum, quia eam concomitatur adeò, vt ab ea dependere videatur: sed etiam, quia eam adiuuat non parùm, ex quo euenit, vt suppurationes cum febre citius perficiantur, quam illæ, quæ absque febre fiunt, febris verò suppurationem accelerat, calorem augendo, quemadmodum suppurantia faciunt medicamenta exterius adhibita.

Vers. 341. Ericæ cervicis spiritum s. facit hydropi siccus.

Non est, vt vocem σκληρον, quæ durum propriè significat impropriè accipientes sic cum interpretemur, cum iuxtà propriam significationem receptã, sententiam, & claram, & veram constituat, hoc igitur pacto vertenda est ex græco contextu sententia, ortophnoã faciunt hydropica durã, cuin scilicet venter ad eam repletionem deuenit, vt durus ad contactum sit, nõ

potest

A poteſt reſpirare æger niſi erecta ceruice, ob compreſſionē factam ſpiritalibus partibus. Idque ſignare voluit Hipp. inter Coacas ad medium ventrem pertinentes, nè quis exiſtimaret, ob ſpirandi difficultatem in partibus ſpiritualibus aliquam vigere affectionem, cum hæc ab hidrope ortum habeat.

Verſ. 342. Conuulſiones omnes quidem moleſtæ ſunt, & dolores in principio intenſos, &c.

Hic ſpaſmata (quam vocem conuulſiones tranſtulit interpres) intelligimus ruptiones, quæ in neruoſis partibus contingunt: proportione reſpondentes ijs, quæ in carnoſis fiunt, & rigmata proprio vocabulo appellantur. Fiunt autem à cauſis, tum externis, veluti à percuſſionibus, & caſu: tum ab internis, ab humorum ſcilicet fluxu, à quo pars confeſtim, & violenter diſtendatur. Cum igitur ſpaſmata omnia à violentia magna ortum ducant, vehementiſſimos dolores à principio fieri neceſſe eſt, quo tempore continuitatis fit ſolutio; quo tranſacto dolores remittuntur: quia efficiens cauſa hæc non ità viget. Verum ſubiungit Hipp. quibuſdam horum temporis progreſſu dolores exacerbantur, id enim ſignificant verba illa ἐπιτείνεται ἐπιτεινόμενα, dicendi modus illi regioni fortaſsè vſitatus, quaſi dolores redeuntes, malum egrotantibus memoriæ reducant. Quo ratione autem huiuſmodi dolores quandoq. redeant, quandoq. non, demonſtrauit Hipp. lib. 1. de Morb. ſect. 2. v. 55. vbi loquitur hunc in modum. *Mar. n. 16.* Quum caro afflicta fuerit, aut conuulſa, aut percuſſa, &c. quæ ſequuntur.

Verſ. 348. Sanguinem ſputi bus confert, & ſine febre, & tuſſiant, &c.

Quæ in hac Coaca referuntur, æquè nota ſunt, & rationabilia, illud tamen modò dubitationem facit, quia ſputum attenuari inter bona ſigna adnumeratur, quod potius malum cenſeri debet, quandoquidem tenuitas in excretis cruditatis inditium eſt certiſſimum. Cæterum dum ait Hipp. ſputum attenuari, intelligit ſputum apparere non ſanguinis puri, & recentis, ſed humoris tenuioris quidē, ſed à ſanguinis natura remoti: quod ex eo colligitur, quia cum mala ſigna prædictis contraria enumeraret, huic ſputo contrarium refert, ſanguinem ſemper recentem expuere? Verum cur dixit intra decimum quartum diem? quia eo tempore tranſacto non amplius bonum eſt ſputum tenue, ſed craſſius eſſe debet, & inchoatæ coctionis argumentum, quæ vltrius protrahi non debet. Neceſſe eſt igitur, vt antè diem decimum quartū ſanguinis puri excretio ceſſet, & eius loco ſputum tenue expuatur, nam huiuſmodi ſputum indicat non ſolum ſanguinis excretionem ceſſaſſe, ſed etiam in poſterum amplius non eſſe fluxurum, quod quidem timendum eſſet, ſi ceſſata ſanguinis excretione nihil expugnetur, id enim euenire conſpicitur in iis, qui pus inter talia ſanguinem expuunt, in tempore enim intermedio nihil expuunt, quia ſanguis ad eam egrediens intus colligitur, qui poſtea per nouam exacerbationem expuitur. Verum etiamſi tempus ſtatuatur decimæ quartæ diei, non tamen tollitur, quin ante illud tempus idem ſalubriter contingat, quia quò citius ſanguinis recentis fluxus ceſſat, & eius loco ſputum procedit tenue, quod poſtea craſſeſcat, & concoctum appareat, eò melius eſt.

Verſ. 355. Ex peripneumonijs ſuppurationibus ſeniores magis pereunt, &c.

Cum à pluribus cauſis ſuppurationes contingant, quas omnes enumerauit Hipp. lib. 1. de Morbis, eas ſeniores magis occidere, quæ à peripneumonia ortum ducunt, cæteras verò iuniores, non hoc in loco tantummodo ſtatutum eſt, ſed etiam lib. cit. de morbis ſect. 2. v. 124. *Mar. n. 20.* quo in loco humis erectus rationem adduxit non minus veram, quam rationabilem: quam quidem, quia in textu vniuſquiſq. videre poteſt, hic referre ſuperfluum duximus.

Verſ. 356. Quibus ſuppuratis, dum concutiuntur multus ſimul pus de humeris ſit, &c.

Qui pus in thorace habent iuxtà puris concluſi copiam interſe differunt: eorumq. triplex B eſt differentia, quas quidē diſtinguere docemur in præſenti Coaca, mediante ſcilicet puris intrinſecus concuſſione fluctuantis, quæ quidem concuſſio quomodò facienda ſit, nos docuit *Mar. n. 45.* diligenter Hipp. lib. 2. de morbis ſect. 2. v. 30. & lib. 3. v. 358. Nam ſi ex concuſſione plurimus ſonitus, magnuſq. percipiatur, ſignum eſt, non multum puris intus contineri. Si verò fluctuationis ſonitus percipiatur quidem, verum exiguus, eo caſu maior copia puris arguitur, dummodò ſimul æger difficilè ſpiret, facieiq. rubor adſit, & potiſſimum ad malas, id enim additum eſt, quia puris quantitas adeò exigua eſſe poſſet, vt ad ſonitum magnum efficiendum non ſufficeret, verum eo caſu, nec ſpirandi difficultas, nec malarum rubor apparet, quæ perfectæ ſuppurationis indicia ſunt. Tertio loco ſunt illi, quorum pectus purè repletum eſt, & in

his

his nullus strepitus ex concussione percipitur, maximaq. adest spirandi difficultas, & liuidi vngues, hique pernitiosè habent, horum omnium ratio partim experientia eorum, quæ exterius apparent, partim ex doctissimo Dureti commentario elici potest.

Sectio III. Coacarum prænotionum.

Vers. 1. *Quibus hepaticis multum est sputum cruentum, siuè subpurridum, &c.*

Sicuti superius vomitionem appellauit excretionem sanguinis ex pulmonibus egredientis, quia confestim, & larga manu procedit, ità rationabile est, hoc in loco sputum dici excretionem à ventriculo per œsophagum procedentem, eo quod non copiosa confestim fiat, sed in pauca quantitate in sputi modum: in quo expuitionum frequentiam attendens, multum sputum dixit, nec impossibile videri debet vulgaribus Medicis, qui omnem eductionem à ventriculo mediante vomitu fieri existimant, aliquandò in ventriculo contenta, naturalis facultatis solo impulsu; animali, quæ vomitum facit, ociante, sursum ad os ferri, quia id quotidè obseruatur in ijs, quorum ventriculus humoribus scatet, qui continuis expuitionibus vexantur, & potissimum vbi vomitus instat: affectio, quæ pryelismus græcè appellatur. Verum vt cumque sit, siuè per gulam, siuè per asperam arteriam excretio fiat, hæc semper mala est, hepaticis (siuè Hippocratico vocabulo eos intelligamus, qui hepatis dolore cum tumore laborant, siuè communiori denominatione quoscunq. quorum hepar quolibet morbo affectum est) quando fuerit sanguinis puri, aut subputridi, aut bilis meracæ: tum ratione excretæ materiæ, tum regionis, per quam excretio fit. Nam etiamsi sanguinis euacuatio plurimas hepatis affectiones tollere potest, nam de sanguinis fluxione è naribus in hypocondriorum inflammationibus, vt cætera taceam loca, superiori sectione v. 39. ità statutum est: contingit autem his in primo circuitu etiam sanguinis eruptio è naribus, & valdè prodest. De sanguinis verò excretione per aluum ità leginus eadem sect. v. 77. Quibus dolores hypocondriorum, oris ventriculi, hepatis, partium circà vmbilicum, hi sanguine per aluum egesto seruantur, non autè egesto moriuntur. Nihilominus per os excerni naturæ dominatu non solet, quæ sanguinem ob tenuitatem ascendentem per venam cauam ad caput venis narium apertis educit, aut grauitate per portam descendentem protrudit ad aluum. Malitiam verò sanguinis sub putridi non est, vt exaggerem, quandò hic toto genere præter naturam est, vnde malus & signo, & causa, quod etiam de bilioso sputo asserendum est, cuius maracitas semper mala est, in hoc verò casu pessima: quia non nisi à summo calore produci solet, quarè omnes prædictæ excretiones malæ sunt, imò pessimæ, quia imminentem pernitiem attestantur, ob morbi sæuitiam, & naturæ inexpellendo inconstantiam, & imbecillitatem.

Vers. 5. *Hepatis derepentè circum circà dolentibus, febris accedens dolorem soluit.*

Hæc est sententia, quæ in aphorismis descripta est hoc modò: quibuscunquè circà hypocondrium dolores fiunt absque inflammatione, his febris accedens dolorem soluit. Nec quidquam deest, cuius gratia correctione aphoristica egeat. Nam quæ aphorismo apposita est condictio, vt sinè inflammatione hoc fiat, in Coaca continetur sub illa voce derepentè. Dolores enim ab inflammatione dependentes, cum tenues sint à principio, & paulatim augeantur, derepentè inuadere dici non possunt. Viscus pariter affectum, quod in aphorismo communiori vocabulo, & per antonomasiam hypocondrium appellauit, hic proprio nomine designatur hepatis: cum igitur huiusmodi dolores fiunt, aut à flatu concluso, aut à frigidis succis in cauitatem visceris confluentibus, febris superueniens, quippè quæ, & flatus discutere humoresq. coctioni, aut expulsioni aptos reddit, dolorem soluit.

Vers. 6. *Qui sanguinem spumosum spuunt, hypocondrium dextrum dolentes, de hepate, &c.*

Eadem sententia superius in tractatu de sanguinis excretione registrata est, de qua eo in loco nostram sententiam aperuimus.

Vers. 13. *Quibus verò ab hepate tussis adhuc prompte oboritur, & pedes tument, &c.*

Mar. n. 8. Hæc eadem sententia legitur in prognosticis v. 118. his verbis, quibuscunq. ab hepate aquæ inter cutem oboriuntur, his tusses, tussiendiq. promptitudo accedit, & nihil memorabile expuunt, & pedes tument, & venter non egerit nisi dura & coactus, & circà aluum fiunt tumores, aliqui in dextra, aliqui in sinistra parte, tum consistentes, tum considentes quidem

locis

locis inuicem collatis, quæ apparent difficultates facilè tolluntur. Horum verò rationes, quia ab vtriusque libri expositoribus sufficienter afferuntur, hoc in loco referre non oportet.

Vers. 17. In biliosis alui turbata egerens pauca, genitura similia, mucosa, &c.

In biliosis pituitosa abundare non solent, nisi ob maximã partium naturalium imbecillitatem, quæ causa est, vt aliqui ex his in hydropem desinant, quibus scilicet dictarum partium imbecillitas adeò crescit, vt diarrhœa insuper pituitosa accedat, quæ merè symptomatica sit, qualis supponitur in hoc casu excretione pauca, & dolorosa. Constat enim nil paucum criticum esse, quod quidem malum tantò facilius succedit, quantò partes hypogastrij affectas esse, dolor earum significat, & vrinæ difficultas, quæ liberaliter effusa hypogastrij dolores iudicare solet, vt Hipp. adnotauit 6. Epidem. sect. 2. text. 36. & humoris aquosi copiam tollere, vndè hydropis generatio dependet.

Vers. 21. In hydrope sicco sui significationem præmittente, circà intestinum, &c.

Hydropis sicci nomine Hipp. non intellexisse eum ventris tumorem, quem flatulentus spiritus facit: de quo posteriores sub nomine hydropis pertractarunt, & tympanitim appellarũt; sufficienter demonstrauimus in explicatione illius sententiæ, Hydropum duæ naturæ, &c. lib. Acut. sect. 4. v. 373. quippè qui hydropis nomine dignam eam affectionem tantummodo existimauit, in qua adest congregatio aquosi humoris, sed hydropem siccum ab eo dici illum, qui siccitatis symptomata adiuncta habet, quæ ab aquæ præsentia non tolluntur, & ab Hipp. infernis v. 57. referuntur, sunt autem alui siccitas, spherulas stercori capillo similes excernẽtis, febres, sitis, & tusses siccæ, & quia (vt eo in loco testatur) huiusmodi hydropes ex aliqua ægritudine præcedente ortum ducunt, hos vt significaret dixit in præsenti Coaca, in hydrope sui significationem præmittente. Verum & si huiusmodi hydropes varijs affectionibus succedere soleant, frequentissimè tamen ab aluo affecta exoriuntur, de qua 4. Aphor. 11. legimus: Quibus tormina, & circa vmbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter soluitur, in hydropem siccum firmatur. Ea igitur in naturalibus partibus siccitate vigente, quæ ab aquæ præsentia non tollatur, sed ab eius qualitate in dies augeatur, vndè colliquatio, & aquæ generatio crescat in dies; Si dolor circà tenue intestinum superueniat, signum erit, ibi affectum inflammationis participem inductum esse, qui malum geminet, additione voluulosæ affectionis, quam harũ partiũ inflammationes inducere solent. Mar. n. 62.

Vers. 24. Hydropicis circà venas, aqua in aluum prolapsa solutio fit.

Hanc sententiam explicauimus in aphorismis sect. 6. num. 14.

Vers. 27. Dysentericis vomitus biliosus à principio, malus est.

Quia duplicem morbi mineram cum humorum copia attestatur, cui non dominatur natura quæ suas euacuationes à principio perficere non solet, nec per contrarias regiones, quare huiusmodi casus eò grauior erit cholera morbo sæuissimo, & acutissimo, quò dysenteria simplici diarrhœa periculosior est, & molestior v. 28. Quibus ex dysenteria acuta humor ad purulentiam denenit, his id quod superstat valdè album, ac multum erit. In dysenteria excrementa purulenta sæpè apparent, idque duplici ratione, vel quia vlcera diuturna effecta sanguinolenta non amplius educunt, sed pus, vel quia pituitosa materia, quæ dysenteriam affluxu, & fecit, & fouet, coctione mitigata excernitur criticè, & quia per criticam euacuationem terminare non solent morbi diuturni, cum id acutorum sit peculiare, ideò Hipp. vt priorem modum excretionis puris excluderet, qui in morbo diuturno tantum euenit, dixit in dysenteria acuta. Distinguuntur etiam præfati modi interse materiæ qualitate, & quantitate, quia, quod ab intestinorum vlceribus emanat, non est adeò album, neque copiosum, quemadmodum est pituita concocta. Distinguntur tandem loco, siuè excretionis modo, quia pus ab vlceribus excretum, etiamsi non necessariò admixtum sit excrementis alui, cum ipsis tamen confusum egreditur, at materia criticè expulsa à toto, omninò segregata ab excrementis secedit, natura enim eius excretionem tentans, expultricem intestinorum excitat, quæ prius propria expellit excrementa: deindè ea, quæ aliundè confluunt, cuius excretionis ordo pariter in purgationibus à pharmaco obseruatur, ex quo fit, vt hæc materia alijs superstet excrementis, non leuitate, sed quia vltimo loco excreta est.

Vers. 32. In intestinorum læuitatibus, cum animalculis dolores tormine soluti, partes, &c.

Lyenteriæ essentia in celeri assumpti alimenti excretione consistit, ex quo fit, vt non exa-

ctam

ctam coctionem adipiscantur; modò plus, modò minus alterationis subeuntia pro magnitudine, & diuturnitate efficientis causæ. Si enim hæc fuerit frigida, & humida ventriculi intemperies, aut materia à capite descendens, cibos à ventre expellens, excernuntur ferè omninò quales fuere assumpti, nec dolorem, nec malum aliquem sensum inferentes. Si verò lienteria fiat, quia alimenta statim, ac ingesta sunt, corruptionem quandam acquirunt; ex qua acriora reddita naturam statim ad expulsionem irritant, siuè corruptionis causa sit mala ventris dispositio, siuè fluxio in ventriculum materiæ corrumpentis, exeunt cibi non parum quidem à priori statu permutati, non tamen concocti, & quia ex corruptione acrimoniam contraxerunt, absque dolore non excernuntur, imò dum in intestinis morantur, cruciatus inducunt, & tormina per ventrem discurrentia, dum descendunt. In hac lienteria pariter vermes generantur, quos ex putrescentia chylosæ materiæ generari notum est. Cum igitur in præsenti coacamentio fiat, tum dolorum, tum lumbricorum, eam lienteriæ speciem intelligimus, quam facit ciborum corruptio. Inquit ergò si dolores soluantur tormine, hoc est, si dolores peculiares ventris partes occupantes tormine mediante soluantur, leui dolore per intestinorum anfractus veluti fluctuante, partes circà articulos tumefaciunt, facta materiæ translatione ab intestinis ad articulos, quæ quidem translatio naturæ familiaris est. De ea enim lib. 6. Epid. sect. 4. v. 7. legimus. Cui intestinum in dextra parte dolebat, & articulari dolore correptus est, erat quidem quietior, postquam autem hic curatus est, magis dolebat. Ab eadem q. translatione ratio dependet illius sententiæ lib. de Iudicat. v. 144. Qui ab alui profluuio multo tempore detinentur vnà cum tussi, non liberantur, nisi dolores vehementes in pedibus inciderint. Non est ergò à ratione alienum, soluto intestinorum dolore in lienteria circà articulos tumores fieri. Subiungit postea Hipp. ex talibus squamæ rubicundæ instar pustularum: & hi vbi exudarunt, velut flagris cæsi rubefiunt, quæ omnia sunt effectus serosæ materiæ, quæ acrimoniæ, & salsedinis sit particeps. Nam de hac eadē materia suprà legimus sect. 1. v. 329. Quibus salsuginosa sputa, ac tusses supprimuntur, his corpus velut à pustulis rubescit, verum antè obitum exasperatur, huiusmodi. succi in lienteria generantur, dum corpus colliquescit, & (vt adnotauit Hipp. lib. de Affect. v. 275.) simul cibi per multum tempus in ventre non concoquuntur, & simul à ventre calido præter naturam calescit, & ideò inter symptomata lienteriæ grauioris, rubores eleuatos in facie, & maculas solares adnumerauit lib. 2. Prædict. sect. 2. v. 129. quæ quidem omnia sunt effectus serositatis copiosæ sanguini permixtæ, quæ salsedinis sit particeps, hæcque facillimè generatur in lienteria, in qua caloris naturalis imbecillitas summa viget, cum excessu caloris præter naturam: vt ex Hipp. superius adnotatū est.

Mart. 25.

Map. 31.

Vers. 48. *In vrinæ stillicidio voluulus accedens, septima die perimit, nisi febre, &c.*

Hanc sententiam exposuimus 6. Aphot. 44.

Vers. 50. *Qui ex vulnere impotentes fiunt corpore, febre quidem accedente citrà, &c.*

Ex percussione (quam troma hoc in loco dicit Hipp. & communiter significat quidquid violentia extrinsecus corpori incidit) duo potissimum symptomata, eaque grauissima contingunt. Conuulsio inquam, & paralysis, illa quippè neruosis partibus inflammatione, aut alia simili affectione correptis, hæc verò ijsdem neruis ab humorum influxu obstructis, aut sphacelo corruptis, & sicuti conuulsionem præcedere vehemēs dolor solet; ità paralysis prænuncius est stupor, siuè mēbrorum impotentia, quod quidem euenit, quandò pars ab humorum influxu turgere incipit nondum obstructione in ipsis neruis inducta. Quotiescunq. igitur à tromate huiusmodi stupor superuenit, timēda est paralysis, facta humoris translatione ad neruorum porositates; nisi febris superueniat, quæ humores iam fluxos dissipet. Verum quia febris in huiusmodi casibus duplici ratione superuenire potest, vel ob partis sauciatæ inflammationem, & humorum putredinem: vel quia humores ob violentiam illatam commouentur, & incalescunt. Sicut hoc modò superueniens febris impotentiam præfatam soluere potest, ità priori contingens, tantum abest, vt quidquam prosit, vt ægrum in salutis desperationem ferè constituat. Distinguuntur verò prædictæ febrium ideæ non magnitudine tantum, (vt aliàs indicatum est) sed etiam inuasionis modo, quia quæ ob inflammationem, aut humorum putredinem accenduntur, rigorem habent precedentem, nequaquam verò illæ, quæ ex humorum agitatione sola excitantur. Sunt enim de genere ephimerarum, quæ cum rigore nunquam ferè inuadunt. Summa cum ratione igitur dictum est in præsenti coaca: hos exorta

febre

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 594 sur 636

A febre rigoris experte ſeruari, non exorta verò apoplecticos fieri. Verum nè exiſtimes, bonum eſſe ſimpliciter, febrem rigoris expertem tromatibus ſuperuenire, quia id tantum intelligendū eſt, quandò præceſſit ſtupor, aut impotentia. Notabilis eſt hoc in loco denominatio paralyſis particularis, quam apoplexiam partis appellat, quemadmodum etiam aphor. 51. ſect. 6.

Verſ. 55. Siderationes derepentè exolutorio modò fientes, febre inſuper temporis, &c.

Λελυμενοι, hoc eſt in ſolutionis modum fientes apoplexiæ, hoc in loco vocantur ab Hipp. quæ ſtatim à principio ad ſalutem tendere videntur, inſpecta reſpirationis facilitate, alijſque ſignis ſalutaribus ei annexis: quibus ſi febris poſt aliquod tempus ſuperueniat, pernitioſæ fiūt, & læthales, & ratio eſt, quia cum huiuſmodi apoplexiæ ortum ducant à materia qualitate potius, quam quantitate peccante, febris ſuperueniens non poteſt eſſe de genere earum, quæ ab humorum agitatione, & feruore ſimplici dependent: quales eſſe conſueuerunt illæ; de

B quibus præcedens coaca inſtituta fuit, in qua, & ſudores, & difficilis reſpiratio copiam humorum atteſtantur, vt non ſit mirum, ſi febris inſuper accedens eas frequenter ſoluat. Quarè cum febris in apoplexia hic deſcripta non poſſit ortum habere à copia humorum agitatorum, neceſſe erit, eam referre in putredinem humorū cerebrum laceſſentium; quæ caſum læthalem conſtituit, vt in expoſitione 5. aphor. ſect. 5. abundè demonſtratum eſt à nobis.

Verſ. 56. Quibus ex aliqua egritudine ad aquam intercutem res deuenit, &c.

In hac coaca comprehenduntur omnia ſigna, quæ indicant, morbos ad hydropem tendere, quæ quidem non omnia in quolibet morbo apparent, ſed alia in hoc, alia in illo conſpiciuntur, pro diuerſitate loci affecti, vndè hydropes emergunt: Quibus enim hepate affecto hydrops ſuccedit, ijs rationabile eſt, præcedere aluos ſiccas, præcordiorum diſtentiones, febres item, ſitim, tuſſes ſiccas, ſpirandi difficultates, & ventris ex paucis egeſtis repletiones. Si-

C militer qui lumborum, aut iliorum morbos conſequuntur, hæc ſigna dabunt. Dolores, & tumores circà ventrem, & circà laterum mollitudinem, & iuxtà ſpinæ muſculos, & crurum grauitates, & ciborum abſtinentias. Omnibus verò commune ſignum erit vrina non bona, quia ſi hæc talis eſſet ad hydropem non fieret tranſitus. Signa hæc igitur tranſmutationis morborum ad hydropem exiſtunt, quæ etiamſi communiter præcedant, eorum tamen plurima hydropem iam genitum concomitantur: & ideò inter ſymptomata hydropicorum adnumerantur, vt ex lib. Prog. v. 112. conſtat & ex coaca ſuperius v. 2. deſcripta cōſtare poteſt.

Verſ. 62. Leucophlegmatias alui profluuium ſedat.

Leucophlegmatia, de qua hic mentio fit, quæ eadem eſt, cum pituita alba latinorum, Hydropis nomine ab Hipp. nunquam appellata eſt, vt ſufficienter demonſtrauimus in explicatione illius ſententiæ 4. Acut. regiſtratæ. Hydropum duæ naturæ, &c. & ideò longè diuerſa eſt,

D præſens coaca à ſuperius deſcripta v. 20. hunc in modum. In aqua intercute incipiente alui profluuium aquoſum fiens citrà cruditatem morbum ſoluit, & ideò in hac alui profluuium aquoſum eſſe debet, in leucophlegmatia verò pituitoſum potius: quia in hac pituita abundat. Hæc eadem ſententia pluribus in locis regiſtrata eſt eodem planè ſenſu, videlicet lib. 1. de Morb. v. 124. Septima aph. 29. & de Iudic. v. 143. ex quibus locis colligere eſt, huiuſmodi alui profluuium copioſum eſſe debere, ità vt in hoc Coaca deficiat, niſi diarrheæ nomine cum auctore diffinitionum medicinalium copioſiorem, & diuturnam alui fluxionem intelligamus. Vigente enim ea humoris copia, quæ totum genus carnoſum repleat, exigua; imò etiam mediocris euacuatio critica eſſe nō poteſt: ſed ſymptoma potius exolutæ facultatis erit, ſubiungit verò hic. At triſtitiæ cum ſilentio, & hominum auerſationes leuiter affectos conficiunt (id enim propriè ſonant verba Græci contextus) quaſi dicat. Sicuti leucophlegmatias diar-

E rhæa ſoluit, ità vice verſa triſtitiæ cum ſilentio eaſdem incipientes confirmant, ac perficiunt, & ratio eſt, quia triſtitiæ corpus refrigerant: eo autem refrigerato cruditates augentur, quæ ſunt huius morbi materia proximior. Sicque patet, cur hoc in loco de pituita alba tractetur: quia ſcilicet triſtitiæ, & animi deiectiones, de quibus præſens tractatio inſtituta eſt, leucophlegmatias augent, & perficiunt.

Mar. n. 6.

Mar. n. 11.

Verſ. 65. Ex inſania ad raucedinem cum tuſſi, fit abſeſſus.

Quia mania ab atrabile cerebrum irrigante prouenit, ſi hæc à cerebro detruſa in aſperam arteriam dilabatur, tuſſis cum raucedine excitatur, maniaque ſoluitur, facta maniæ tranſmutatione in tuſſim, quod eſt abſceſſum facere. Raucitatis verò meminit, quatenus hæc materiam

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 595 sur 636

riam maniam efficientem tussim excitare indicat, non pituitam simplicem, qua cerebrum nunquam caret, hæc enim etiamsi tussim excitet, raucitatem tamen non producit, nisi acrimonia mediante exasperandi facultatem habeat, à qua raucedo dependet, ex quo fit, vt tussis cum raucedine ferina sit, & ad tabem sæpius perducat. Quia igitur aliquādò maniæ supervenire potest tussis à materia pituitosa destillante, quæ maniā nō tollat, ideò raucitatē apposuit.

Vers. 66. In furiosis conuulsio accedens obscuritatem facit.

Obscuratio oculorum, quam Hipp. ἀμαυρωσιν, vocat duplici ratione in morbis supervenire solet. Primò ob exhaustum, & extinctionem spirituum animalium, & splendoris oculorū proprij: vndè oculi velut mortui apparent, quod in moribundis quotidiè obseruatur. Altero modò fit obscuritas oculorum, quandò spiritus animales à cerebro ad oculum transmissi, à præsentia nigri humoris, aut vaporis nigri obscuri, caliginosiq. redduntur; vndè ægris tenebræ obseruantur. De animali spiritu à nigris vaporibus infecto fidem facit coaca illa v.208. præsentis sectionis: oculorum caligines mensibus comparentibus soluuntur. De ea verò spirituum obscuritate, quam facit humoris nigri præsentia præsens coaca decernit. Inquit enim In furiosis conuulsio accedens obscuritatem oculorum facit, quod quidem euenit, quandò fit metastasis humoris nigri à cerebro ad neruosum genus, vndè maniæ succedit conuulsio. Huiusq. translationis humorum indicium præbent oculi primū, tum quia propè cerebrum siti sunt, tum quia cum puriſſimi esse debeant, à qualibet causa citissimè perturbantur, & obscurantur, ex quo euenit, vt quotiescunq. in morbis conuulsio superuenit, quæ ab atrabile ortum ducat, oculorum obscuratio ferè præcedat, idque ex multis Hipp. locis constat, potissimum verò ex Coaca illa v.325. sect 1. Obscuratio oculorum cum exolutione breui conuulsionem inducit. Amauriosis autem ab exhausto hic locum non habet, vbi sermo est de mania, quæ etiamsi ab humore exusto generatur, quia tamen febre caret, non adeò humores exhaurire, & spiritus potest, vt oculi proprio splendore, & spiritibus omninò priuentur.

Vers. 67. Mentis emotiones taciturnæ, non quiescentes, oculis circumspicientes, &c.

Quid ἔκστασις, nomine intelligamus, & qua ratione contingat, explicauimus super Coacam sect. 1. v. 123 eiusque duplicem differentiam adnotauimus: quarum altera causam habet humoris nigri præsentiam, totam cerebri substantiam inficientis, vndè symptomata emergunt melancholica. Altera verò intemperiem æqualem ipsius cerebri adiunctam habet, & hæc phrenitidis consectaria est, & febris perpetuò eam concomitatur, etiamsi lenta admodum, quod priori non euenit. In hac pariter vires in totum effractæ languent, vndè ægri immobiles ferè iacent, dimissis palpebris cum exiguo pulsu, & admodum languido; vt Galenus animaduertit: respirationem q. edunt paruam, & raram, innato calore deficiente. In priori autem vires magis constant, ità vt ægrotantes, etiamsi taciturni sint, hùc, & illùc tamen moueantur, oculis fixis circumspicientes, respiratioq. his potius magna est, & rara: qualis delirantibus esse solet, & de hac intelligendus est Hipp. in præsenti coaca, quia cum ad paraplegiam transmutetur, ab intemperie æquali ortum habere non potest, sed à præsentia humoris nigri, qui à cerebro ad neruos metastasim faciat: vndè pars aliqua corporis, & motu, & sensu priuatur. Aliquandò etiam euenit materiam præfatam in cerebro agitari, quæ indè vehementius incalescens ægrotantem in furorem adducit: in qua quidem agitatione, si aluus turbetur, eò quod pars eiusdem humoris tenuioris, aut materia pituitosa à capite inferius descendat; diarrhæa excitatur, quæ morituris in nigrorum excretionem transmutatur: quo tempore natura morbo succumbens materiam morbificam destituit, quæ propria grauitate deorsum ruens per eandem viam prorumpit ad aluum, hoc est enim, quod ait Hipp. ijs circà iudicationem nigra prodeunt. Locus illustris ad confirmandam Hipp. denominationem huius vocis iudicari aliquandò ad interitum vsurpari. Cum non sit rationabile, morbum adeò læthalem ad salutem terminari per excretionem nigrorum, quam diarrhæa præcesserit. Sed alia etiam loca id confirmant, videlicet infrà v. 157. & 237. sect. 1. v. 358.

Vers. 70. Quibus sanis hyeme circà lumbos frigiditas, & grauitas ex leui causa, &c.

Tot corporis partibus lumbi consentiunt, tum ob venam magnam lumbis adiacentem, tum ob neruos, qui à vertebris lumborum propagantur, atque etiam ob vicinitatem, quam habent cum plurimis particulis toti corpori famulantibus; vt ex lumborum affectione de parte principaliter affecta certitudo haberi non possit, vndè euenit, vt si quid certi ex lumborum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 596 sur 636

rum affectionibus determinandum ſit, quamplurimæ exceptiones requirantur, quæ vnius parti-
culæ morbum ab alio diſtinguant. Hipp. ergò, vt prognoſim ſaltem pro maiori parte ve-
ram ex frigore, & grauitate lumborum conſtitueret, quatuor conditiones neceſſarias veluti
exceptiones quaſdam appoſuit in textu. Prima eſt, vt æger alioqui ſanus ſit, nec aliquam
affectionem circà lumbos habeat. Secunda, vt ſit tempus hyemale. Tertia conditio eſt alui
adſtrictio. Quartaque & poſtrema eſt, vt ventriculus ſuum munus probè obeat. His enim
omnibus concurrentibus lumborum frigiditas cum grauitate, aut coxendicum morbum, aut
genuum dolorem, aut vrinæ ſtillicidium præmonſtrare fortaſsè poterit. Hæc enim omnia,
ab vnica cauſa ortum habere poſſunt, quam frigiditas cum grauitate circà lumbos vigere ſup-
ponit. Hæc autem eſt deſtillatio materiæ pituitoſæ à capite per lumborum partes. A pri-
ma quippè conditione, quæ hominem alioqui ſanum ſupponit, plurima reijciuntur, quæ lum-
borum frigiditate præcedente inuadere conſueuerunt, v. g. vteri peruerſio in mulieribus,
quam lumborum frigiditas concomitatur, vt Hipp. teſtatur lib. 2. de Morb Mul. ſect. 2. v. 73. Mar. n. 34.
Per ſecundam conditionem, quæ tempus hyemale ſupponit, in quo pituita maximè abun-
dat, omnes alios humores à pituita excludit, à quibus lumborum frigiditas frequentiſſimè
excitatur. Notum eſt enim, bilem, & ſi caliditſima ſit, dum agitatur, & mouetur, in ſanguine
frigiditatis ſenſum inducere, idq. quotidiè obſeruatur in paroxiſmis febrium: quod etiã Hipp. ii 3
animaduertit 1. de Morb. ſect. 2. v. 120. rigoris febrilis naturã deſcribens, imò lũbi inter cæte-
ras corporis partes maximè, & primum rigores febriles perpetiuntur. Vulgaris eſt enim
ſententia: Rigores incipiunt mulieribus quidem à lumbis magis, &c. quia igitur hyeme bilis
rarò ità abundat, vt frigiditatis ſenſum lumbis inducat, ideò huiuſmodi frigiditatis cauſa à
coaca excluditur per hanc vocem hyeme, & aliæ omnes, præter eas, quæ à pituita depen-
dent. Tertia conditio erat alui adſtrictio, hoc in loco appoſita, quia ſicuti hæc humores ad
vrinæ vias tendere ſignificat, vndè ſtranguria præmonſtrari poteſt, ità eiuſdem ſolutio pitui-
toſum alui profluuium indicare poteſt. Quarta denique conditio erat, vt venter ſuperior,
ventriculus inquam, quem ſuperiorem appellat, lumborum reſpectu) munus ſuum optimè præ-
ſtet, nec in eo cruditates vigeant; à quibus ſæpè & rigores, & frigiditatis ſenſus in lumbis ipſis
excitantur, ob conſortium, quod inter ventriculum, & lumbos obſeruatur, cuius gratia à cra-
pula, & à cibis flatuoſis dolores lumborum excitantur, vt ipſemet Hipp. 4. Acut. verſ. 310. Mar. n. 57.
adnotauit. Prædictis igitur quatuor conditionibus ſi frigiditas circà lumbos, & grauitas ex
leui cauſa (hoc eſt, quæ non ſit ex ſe ſufficiens hæc inducere) contingat: his aut coxendicum
morbus, aut nephritis, aut vrinæ ſtillicidium fortaſsè continget, frigidus enim & pituitoſus
humor à capite deſcendens hæc tria frequentiſſimè inducere ſolet. De coxendico enim
morbo ex deſtillatione à capite excitato ſententia eſt Præceptoris lib. de loc. in hom. ſect. 2.
verſ. 190. Dolorem renum pariter à deſtillatione pituitoſa oriri certum eſt, ſi eandem mate- Mar. n. 19.
riam, quæ ſtillicidium vrinæ faceret, in renibus firmatam abundare contingat. Nam de vri-
næ tandem ſtillicidio à capite ortum habente plurima adſunt Hipp. teſtimonia: illuſtriſ-
ſimumq. in illa ſententia à principio lib. 2. de Morbis regiſtrata. Multum vrinæ emittitur, vbi
caput nimium incaluit: liqueſcit enim in eo pituita, liqueſcens autem ſecedit partim ad na-
res, partim ad os, partim per venas, quæ ducunt ad pudendum, quum autem ad pudendum
peruenit, mingit homo, & patitur, quemadmodum ab vrinæ ſtillicidio. de vrinæ ſtillici-
dio occaſione præſentis coacæ, quid mihi in mentem venerit, aperiam. Cum ſæpius ob-
ſeruauerim, ex præcedente frigiditate lumborum cum grauiditatis ſenſu ſeminis profluuium
contigiſſe, quod Gallica lue infectis ſatis familiare eſt, quodq. nouum ſymptoma credidit
poſteritas, in hanc deueni ſententiam, non ignotum fuiſſe antiquis, ſed ſtranguriæ nomine illud
denominaſſe. Nec id me hercule abſque ratione. Nam cum maxima pars morborum à
grauiori, & moleſtiori ſymptomate denominaretur, non impropriè huiuſmodi ſeminis pro-
fluuium ſtranguria, ſiuè dyſuria appellatur, in quo ægrotantes de dolore, & difficultate in mi-
iendo tantummodò conqueruntur, vrinaque ſtillatim excernitur, & hoc ſymptoma tanti eſt
in hoc morbo, vt eo ſedato, profluuium ſeminis curare plerique ægrotantium negligant. Non
enim mihi videbatur rationabile hoc ſeminis profluuium ſymptoma omninò peculiare mor-
bi Gallici eſſe, quandoquidem innumeros eo correptos obſeruaui, in quibus nulla huius mor-
bi ſuſpicio adeſſe poterat: non ſolum ex parte congreſſus, aut contagij infectorum, ſed neque

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 597 sur 636

geneseos. Verum si cætera huius morbi symptomata cognouerunt antiqui, vt omnes concedunt, qomodò hoc non cognouerunt? Nec mihi obijciatur gonorrhæa antiquorum, quia hæc toto cælo differt à gonorrhæa Gallica dicta, in illa enim semen merum excernitur, & ideò extenuat, vt breui tempore eos ad tabem perducat, quod contigisse Satyro cuidam in Thaso narrat Hipp. lib. 6. Epid. sect. 8. v. 62. In hac verò non semen propriè, sed materia potius pituitosa, seminis portioni aliquandò permixta excernitur, cum participatione aliquandò cæterorum humorum, quod excretorum color attestatur, & multis sedato vrinæ ardore per annos perseuerare absque vllo incommodo obseruatur. Hoc igitur symptoma cognouerunt antiqui, & à seminis profluuio propriè dicto & nomine, & curatione distinxerunt, hoc gonorrhœam appellantes, illud verò sub dysuriæ, aut stranguriæ specie reponentes.

Vers. 73. Quibus infernæ partes affliguntur, pruritibus fortibus prius obortis, his arenosa vrina fit, & supprimitur, qui verò ex his pernitiosè habent, his mens obtorpescit. B

Præsens coaca cum superiori copulanda mihi videtur, ità vt sententia sit, sicuti præfata mala ex frigore lumborum cum grauitate expectãda sunt in sanis, quibus scilicet nulla pars læsa est euidenter, ità quibus pars aliqua, eaque capite inferior affligitur, frigiditate cũ grauitatis sensu præcedente vrinæ fabulosæ excretiones expectare opertet, & aliquãdo suppressiones: verum hæc pruritus fortis antecedit. Quæ quidem sententia in hunc sensum recepta satis rationabilis est, & experimento comprobata. Materia enim pituitosa à capite ad lumborum regiones delapsa, quæ typus coacæ præcedentis fuit; non facilè in arenulas concrescit, quemadmodum euenit ei, quæ à partibus naturalibus procedit, in quibus ob insitam caliditatem, moram trahens adeò exuritur, vt dispositionem fabulosam (vt ità dicam) contrahat, & ideò in præcedenti casu dolorem renum inferebat, in hoc verò arenosam vrinam facit, quam quidem pruritus fortes præcedere, ait Hipp. quia dum materia arenosa à renibus per vreteres C descendit in vesicam, & indè per colem egreditur, pruritum facit in illis partibus, vt experientia demonstrat: propter exiguitatem enim dolorem manifestum non inducit. Verum si aliquandò contingat, arenam copiosam esse, & mucis agglutinatam meatibus vrinarijs insinuari, vrina in totum supprimitur, quæ quidem suppressio, si diù perdurauerit, eiusque occasione humorum confluxus ad renes fiat, qui tandem recursum ad caput faciant; tunc casus læthalis, & pernitiosus redditur, cuius signum erit, quia mens obtorpescit, torporem verò mentis faciunt humores dicti, non deliria, aut conuulsiones, ob copiam serosæ materiæ, quæ ob vrinæ suppressionem ipsis admiscetur. Alioqui enim affectiones ex lumbis ad collum, & caput transeuntes apoplectico modo conuulsoriæ sunt, & mentem mouent: vt Hipp. præcedente sect. v. 105. adnotauit.

Vers. 79. Dolores circà latus in febribus, consistentes citrà notas, venæ sectio læserit, siue D *cibum auersetur æger, siue hypocondrium sublime habuerit.*

Dolores circà latera fieri sæpissimè à materia tenui, & biliosa ventriculum obsidente iam demonstrauimus in expositione coacæ v. 83. primæ sectionis. Quibus in febre dolore lateris fiente aluus multa aquosa, ac biliosa egerit, hi alleuantur, & de eodem tractatur in præsenti, statuitque Hippocrates huiusmodi dolore oppressos à phlebotomia plurimum lædi. Læduntur verò pluribus de causis, & primò quia vigente cachochimia, eaque biliosa, quantum purgatio iuuat, siue alui excretio (iuuat autem plurimum, vt ex citata coaca patet) tantum sanguinis euacuatio lædit, siue sponte accedat, siue arte secta vena procuretur. Si talia enim educantur, qualia peccant, confert, & facilè fertur, si verò contraria, è contrario. Hos præterea lædit phlebotomia, quia cum humor noxius tenuitate peccet, sanguine misso, adhuc tenuior redditur: quarè accedente febre, quæ succos exurit, & tenuitas augetur, & E acrimonia, venæque per phlebotomiam inanitæ cachochimiam biliosam trahentes, morbum geminant. Præterquamquod per venæ sectionem ventriculus magis debilitatur, & acribus ichoribus repletur, quod quidem palàm faciunt, & lypothimiæ, & vomitiones à venæ sectione contingentes, vndè commune præceptum est ventriculo laborante à venæ sectione abstinendum esse, quæ si affecto simpliciter ventriculo tantopere lædit, quæ læsio expectanda erit, quandò causas morbificas adeò exacerbat? Hanc igitur conditionem addidit Hippocrates in febribus, quia absente febre lædetur quidem æger, non autem ad interitum, quemadmodum dum febris adest. Dicere etiam possumus, eam adiunctam esse, vt per hanc

exclude-

A excluderentur laterum dolores à flatu excitati. Hi enim præsente febre non admodum vigere possunt. Nam etiamsi pro curatione doloris laterum à flatu, venæ sectio non sit necessaria, non tamen adeò pernitiosa erit, quemadmodum in supposito casu. Quamuis hi dolores excludantur per illa verba ἰσχνῶς ἑστηκότας, idest tenuiter consistentes. Dolores enim à flatu circa latus excitati vehementes sunt, ob causæ efficientis efficaciam, vndè impetum facientia flatus aliquando ipsemet Hippocrates appellauit, & affectæ partis conditionem, quæ, & cauitatem non habet, & sensu exactissimo prædita est. Sed etiam scio prædicta verba alium sensum recipere posse, ità vt dolores tenuiter consistentes eos intelligat, qui non admodum fixi sunt, & stabiles. Nam huius conditionis sunt reuera dolores laterum à materia in ventriculo existente excitati, vt experientia me docuit, confirmante ratione, quia enim bilis per acres quosdam vapores sursum elatos dolores in latere facit, non semper
B eundem locum obsident: quemadmodum faciunt illi, qui à materia in parte fixa dependent, vt meritò leuiter consistentes dici possint. De huiusmodi doloribus, & ab eadem causa excitatis agens Hippocrates in Prorret. vers. 31. Raros circà latus dolores in confirmationem huius interpretationis dixit. Addidit verò sine signis, hoc est sine illis signis, quæ laterum dolores, per excellentiam pleuritici, siuè laterales dicti, concomitantur, vt puta tussis, sperandi difficultas, febris acuta, & reliqua huius morbi propria, quod quidem ità accipiendum est, vt non adsit ille signorum concursus, quæ pleuriticum dolorem constituunt. Nam in doloribus etiam lateris à biliosa materia ventriculum obsidente, aliquandò tussis adest, aliquando spirandi difficultas; verum non omnia simul, nec febris acuta est, vt experientia cognoui. Subiungit tandem Hippocrates, siuè cibum auersetur æger, ob eandem materiam os ventriculi infestantem, quæ cum calida sit, quantum sitim inducere, tantum
C appetentiam destruere solet: quandò eò vsque in parte moram trahit, quòusque propriam temperiem ventriculo, & eius osculo communicare possit. Hæc est enim ratio, cur materia biliosa in ventriculo peccans, aliquandò appetentiam tollat, aliquandò non. Siuè hypocondrium sublime habuerit propter hepatis venas, sanguine bilioso repletas, vndè bilis continuò ad ventriculum demandatur, quarè verba hæc, siuè cibum auersetur æger, siuè hypocondrium sublime habuerit, idem sonat, ac si dixisset, siuè materia hæc biliosa sedem iam diù habeat in ventriculo, siuè ab hepate in eum transmittatur, semper venæ sectio suspecta est. Et hæc adnotare vellem recentiores Medicos ad secandam venam adeò audaces, considerareq. quoties contrà præsentem coacam in ægrotantium pernitiem eos errare contingat. Dum non in hoc morbo tantum, sed in quolibet alio, dummodò febris adsit, statim ad venæ sectionem deueniunt, quod non solum Hippocratis doctrinæ non conuenit, sed ei om-
D ninò aduersatur, qui venæ sectionem propter febrem adeò timuit, vt sæpè eius gratia à venæ sectione abstinendum esse existimauerit, quemadmodum non ex præsenti coaca tantummodò constat, sed ex alijs multis locis. Illustris de hac re sententia est libro secundo Epidem. sect. 5. vers. 10. quæ ità habet: Si verò vlcus fuerit, internas venas secato, si non febricitet. Et paulò infrà vers. 18. Quicunque derepentè (inquit) voce destituuntur, si sine febre fuerint, ipsis venam secato. In cuius confirmationem suprà hoc libro sectione secunda, vers. 72. legimus. Quibus derepentè, dum sinè febre sunt, hypocondrij, & cordis dolor, & circà crura, ac infernas partes, & aluus in tumorem eleuata, soluit venæ sectio. Qui casus etiamsi satis conueniat cum præsenti, & partes sint ferè eædem, nihilominus totalis curatio reponitur in venæ sectione, quia non adest febris: qua præsente pernitiosa omninò censetur, cuius quidem diuersitatis ratio ex eo dependet, quia febris non solum bilis præsentiam atte-
E statur: quandò febres omnes, diarijs exceptis, ex bile originem habere existimauit Hipp. idque explicatum est à nobis lib. de Nat. hum. v. 271. sed eandem feruescere indicat. Quarè in hoc casu propter febrem venæ sectio plurimum lædit, tum ratione signi, quia bilem vigere, ac feruescere indicat, tum ratione causæ, quatenus humores per venæ sectionem attenuati à febrili calore eò vsque attenuantur, vt sanguis totus ferè in biliosum succum transmutetur, quandò bilis nihil aliud est, quam sanguis attenuatus, & immodicè excoctus, siuè accensus à calore, & hæc ratio est, cur illi, quibus sanguis fluxit immodicè, à febribus biliosis corripiantur, quod adnotauit Hipp. ab initio lib. 2. de Morb. Mul. quæ omnia attendens prudens senex

Mar. v. 3.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 599 sur 636

venæ sectionem in febribus putridis (has febres ex bile appellat ipse) adeò suspectam habuit, vt pro earum curatione nullibi eam admiserit. Quæ quidem præceptoris doctrina, quam fideliter à Galeno recepta fuerit, qui illud axioma constituit; saluberrimum esse in omni febre putrida sanguinem mittere, vnusquisque videre potest, similiter quantum Hipp. præceptis pareant Medici recentiores, qui in quolibet morbo sanguinem audacter mittunt, quotiescunq; adest febris, tanquam hæc præcipuum indicans sit sectionis venæ, quam summum prohibens habuit Hipp.

Vers. 106. Quibus tempora secantur, conuulsio ex contrarijs, sectioni partibus oboritur.

Conuulsionem musculis temporalibus sectis superuenire nullus admirabitur, qui eorum structuram, & cerebri vicinitatem considerauerit, omniũ enim, qui in corpore sunt musculorũ pluribus neruis participant, quia eos validissimos esse expediebat, quorum gratia proprias noxas neruorum principio statim communicant, vndè conuulsio excitatur. Cur verò in parte oppositа id eueniat, rationem adduximus in præcitata sententia lib. 7. Epidem.

Vers. 109. Quibus cerebrum vulneratur, febris plerunq. ac bilis vomitus accedit, &c.

Huius coacæ explicatio petenda est ex lib. 7. Epid. v. 378. quo in loco abundanter explicauimus. Nec inutile erit inspicere ea, quæ super v. 62. lib. 1. de Morb. diximus.

Vers. 125. Moriuntur maximè ex vulneribus, si quis cerebro sauciatus fuerit, &c.

Illud maximè significat enarratarum partium vulnera non adeò lethalia esse, quia ex eis aliquos seruari contingat, quod expressum video lib. 2. Prædict. v. 260. per hæc verba: vulnera magis lethalia sunt, quæ in venas crassas, in collo, ac inguinibus infliguntur, deindè in cerebrum, & hepar: postea quæ in intestinum, & vesicam. Sunt autem hæc omnia pernitiosa valdè: non tamen ità, vt nemo ex his euadat, velut putatur. Nam & loci, qui hæc nomina habent, multum inter se differunt, & iidem modi: multum etiam differt corporis ipsius hominis structura, &c. quæ abundè proprio loco à nobis explicata sunt.

Vers. 129. Moriuntur autem, qui in intestinis vulnerati sunt, siuè ex tenuibus, &c.

Quamuis Græca omnia exemplaria, tam publicata, quam manuscripta τὰ ἐντός νεῦρα, legant. Corn. tamen ἔντερα, legendum censuit, & ideò ad intestinorum vulnera coacam reduxit, quem postea alij expositores sunt secuti. Mihi tamen placet magis communem lectionem sequi, & eò magis, quia non est verisimile, hic loqui de intestinorum vulneribus, de quibus paulò antè prænotionem constituit, si intestinum quoddam ex gracilibus dissectum fuerit, non coalescit, idem enim est non coalescere, & lethale esse. Præterea falsum esset dicere æquale periculum esse, & in tenuibus, & in crassis, cum in tenuibus tantummodò coalescentiæ impossibilitatem agnouerit. Lectione igitur in suo robore permanente dicamus. Moriuntur autem hi, quibus interiores nerui vulnerati sunt, siuè ex tenuibus fuerit aliquod, siuè ex crassis, interiores neruos intelligentes eos, qui interius ad viscera procedunt, eorumq. ligamenta fiunt, & certè si vulnera exteriora adeò differunt ab interioribus, quæ penetrantia vocant, non æquale periculum erit in vulneribus neruorum exteriorum, cum illis, quæ interiores neruos lædunt, & ideò cum de vulneribus exteriorum neruorum tractauerit, de interioribus etiam dicendum erat. Sicuti ergò neruis exterioribus vulneratis claudicatio fit, vt paulò superius statuit; quæ est priuatio vsus illius membri, quod à neruo dissecto sensum, & motum recipiebat, ità verisimile est ex interiorum neruorum sectione viscera, quibus inseruiunt, proprijs functionibus priuari, quibus cum diù vita carere non possit: necessariò mors expectanda est, idque faciliori negotio contingit interioribus neruis, quam exterioribus, eo quod medicamentis localibus eorum inflammatio prohiberi, & coalescentia adiuuari non potest, quemadmodum in exterioribus. Hancque lectionem confirmant ea, quæ his subnectuntur: Minimè verò (inquit) moriuntur vulnerati in partibus corporis, vbi hæc non sunt, aut ab his quam longissimè absunt, quod de intestinis affirmari non potest, quippè quæ per corpus non disseminantur, quemadmodum faciunt nerui, & hoc subiunxit Hipp. quia cum sectio neruorum interiorum oculis non percipiatur, necesse est per coniecturas id assequi, & ideò cum vulnus in parte erit, per quam neruos procedere nouimus, vulnus illud suspectum sectionis alicuius nerui interioris fiet, è contrà verò, si vulnus ab ipsis quam longissimè distare cognouerimus.

Mart. n. 19.

Vers.

A *Vers. 134. Morbi hi antè pubertatem non fiunt, peripneumonia, pleuritis, podagra, nephritis, varix circà tibiam, fluxus sanguineus, cancer non congenitus, &c.*

Cum duo potissimum ad vnuscuiusq. morbi productionem concurrant, materia scilicet, & subiecti dispositio, hinc euenit, vt pueri à præfatis morbis non corripiantur, eo quod vtraque causa in ipsis deficit. Quod quidem facili negotio demonstrari poterit, si dictorum morborū idea consideretur, cum enim exempli gratia ad pleuritidis, & peripneumoniæ generationem concurrat, sanguis biliosus, & carnis densitas, neutrum puerili ætati conuenit, & ideò à prædictis morbis pueri non corripiuntur, quemadmodum nec ab alijs in textu recensitis ob rationes à Dureto adductas: cuius doctissimo commentario illud obijcere cogimur, non strenuè satis defendi præceptorem contrà eius calumniatores, qui se obseruasse iactant pueros podagra, alijsque morbis correptos, à quibus immunes Hipp. facit. Dum huius nouitatis causam reijcit in viuendi rationem intemperantiorem, quam Hipp. sæculo. Nam etiamsi non ignorem

B hanc fuisse Galeni, & aliorum etiam doctissimorū philosophorū opinionem: concedamq. antiquos simpliciori ciborum apparatu contentos fuisse, negari tamen non potest, eam viuendi rationem suos habuisse limites, quos sæpè pertranseuntes illius ætatis homines innato appetitus stimulo concitati, varios errores committerent, à quibus nihilominus lædebantur; quam nostri à nostris. Vndè Hipp. morborū causas referens lib. 4. de Morb. ad tres reduxit, *Mar. n. 24.*
ad errores in victu, ad aerem, & cælum, necnon ad violentiam exterius illatam, speciatimq. de ipsis morbis tractans, plurimos eorum à crapula, & ebrietate fieri testatur. Vide Apoplexiæ speciem quandam, cerebri corruptionem, inflammationem pulmonis, & eius erysipelas, Pleuritim, choleram morbum, icterum secundum & tertium, morbum Typhos ab eo vocatum, alioſque innumeros, vt ex eius libris colligere licet, ex quibus constat homines Hipp.

C sæculo adeò continentes non fuisse, vt est vulgaris opinio, quam etiam lib. 1. de Morb. confutauimus. Quarè si errores etiam tunc committebant homines, quorum gratia tot morbis corripiebantur, quomodò asserere possumus, pueros Hipp. ætate à morbis in textu recensitis vexari non consueuisse, quia eorum victus naturæ leges non excederet, Alijs igitur armis Hipp. patrocinium suscipiendum est? Ego autem dicerem, quasdam ætates, aut sexus à nonnullis morbis immunes esse, vel quia eorum materia in illis communiter non abundat, vel quia sufficiens non adest corporis dispositio, aut propter vtramq. causam. Quandò ob materiæ defectum, aut dispositionis tantummodo id fit, rarò quidem à prædictis morbis corripiuntur, non tamen omninò tuti erunt, quia illius causa efficiens aliquandò introduci poterit ab erroribus in victu, à cæli constitutione, à regionis situ, & ab alijs similibus, exempli gratia. A
morbo sacro non corripiuntur biliosi natura, vt Hipp. lib. de Morbo sacro v. 106. testatur, & *Mar. n. 1. Mar. n. 5.*
D nihilominus historiam narrat lib. 5. Epid. v. 167. Apellei cuiusdam Lariſsæi, qui cum corpore biliosus esset, diu ab hoc morbo vexatus tandem interijt: idque contigisse innuit, dum illius conditiones tradens inquit, erat vorax multi cibi, ex quo varijs cruditatibus congestis, materia morbo subministraretur, etiamsi id naturali tēperamento reluctaretur. Quotiescunq. verò vtraque morbi causa deficit, humor scilicet, & corporis dispositio, impossibile ferè est, talem morbum inuadere, quia etiamsi ob errata materia producatur, deficit corporis dispositio: sinè qua morbus introduci non potest. Huius conditionis sunt pueri ad morbos pleroſque in textu relatos, & ideò ab illis penitus immunes censendi sunt: ità vt si aliquis puerum aliquo prædictorum morborum correptum se vidisse affirmet, eum in morbi cognitione deceptum fuisse potius asserendum est, quā Hipp. sententiæ detrahendum, neque id absurdum est, cum facilis sit in eorum cognitione hominum lapsus. Nam exempli gratia quispiam videbit

E puerum articulari morbo correptum, & podagricum eum dicet, aut latus dolentem cum febre, & pleuriticum existimabit, & sic de alijs. Non auderem tamen asserere, pueros à prædictis morbis adeò immunes esse, vt impossibile sit omninò ab eis corripi. Cum fieri possit, puerum ob maximum aliquem temperamenti excessum, corpus eam dispositionem ad præfatos morbos acquisiuisse, vt magno, longoque in ratione victus accedente errore in morbum ei alioqui minimè conuenientem incurrat. Sed id adeò rarum erit, vt Hipp. sententiæ veritati detrahere non possit. Quibus verò vnica tantum deest causa, frequentius eos corripiet, nec ob id falsus erit Hipp. qui hæc in pluribus verificari intelligit: non necessariò in omnibus.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 601 sur 636

Vers. 142. *Voluulus cordapsus appellatus, non congenitus.*

De cordapso Hipp. nullibi quod sciam mentionem facit, præterquam hoc in loco, vt non sit facilè determinare, quid hoc nomine intelligi velit. Nam etiam si pro tenioris intestini morbo à posterioribus medicis vsurpatum fuisse inueniam, de hoc tamen Hipp. intellexisse mihi persuadere non possum, quia dum inquit, non cognatũ, supponit hunc morbum principiũ aliquandò in vtero habere. At quis dicet, ileum morbum omnium ferè acutissimum ab vtero initium habere? Præterea cum is à cruditatibus sæpissimè ortum ducat, quas pueri propter edacitatem facillimè incurrunt, non videtur à pueritia rationabiliter excludi, nec pariter verisimile est accipi pro eo morbo, quem latus vermis inducit, quia talis affectio cum omnibus congenita sit ipsomet Hipp. teste lib. 4. de Morb. sect. 2. vers. 172. malè dixisset Hipp. non congenitus, quarè ego dicerem, Hippocratem cordapsi nomine intelligere affectum quendam musculorum, per quem eorum chordæ vehementer trahuntur, doloroſumque tractus sensum incutiunt, qui quidem affectus vulgari nomine *granchio* appellatur, fit autem à flatulento spiritu in musculis concluso, cuius causæ illud euidens argumentum est, quia statim fit, & statim soluitur, & quia huiusmodi flatus in ipsis musculis generatur ob caloris imbecillitatem, carnisq. densitatem ibi retinetur, & conculcatur; quorum nullum pueris conuenit, quibus, & caloris copia, & carnis raritas data est, ideò hic affectus pueris non contingit, nisi contrariam dispositionem in vtero contraxerint, idq. experientia confirmat, nec denominatio hæc morbo impropria est, cum enim χορδὴ, dicuntur fides, seù chordæ instrumentorum musicalium χορδαλγὸς non ineptè dicetur distentio hæc tendinum musculorum, quæ chordas præfatas distentas maximè æmulatur.

Mar. 127.

Vers. 148. *In mulieribus aquosa antè partum prodeuntia, malum.*

Hæc sententia inferius reposita est vers. 187. in cuius expositione nonnulla adnotabimus.

Vers. 150. *Dolores ex laterum mollitudine ad intestinum tenue transeuntes, grauiores &c.*

Vterus & si vsui præstantissimo dicatus sit, qualis est speciei conseruatio, nihilominus sensu exquisito non est præditus, nec eius substantia alterationibus ità subiecta est, quemadmodum plures aliæ particulæ dignitate vtero inferiores: ex quo fit, vt nõ adeò à præsẽtia humorũ lædatur, quẽadmodũ cæteræ partes, idq. à prouida natura factũ est, quia cũ in vtero cõgregari, & per illũ expurgari omnia excrementorũ genera deberent; nimis frequenter ægrotasset, & doluisset, hæc veritas multis cõfirmari posset: sufficiet tamen id, quod quotidiè obseruatur, dum ex corruptis in vtero, aut semine, aut sanguine menstruo, à solis vaporibus cæteræ partes adeò infestantur, vt nulla sit, quamuis remotissima, quæ eorum læsionem non persentiat, hinc apoplexiæ, spasmi, cardialgiæ, syncopes, aphoniæ, suffocationes, aliaq. huiusmodi mala ab vtero contingentia, à quibus partes corporis afficiuntur, vtero ipso, in quo corrupta materia residet, sæpè nè dum leuiter dolente, quæ indicant vterũ à leui causa nõ laborare, ità vt nõ doleat, nisi materia in eo contenta acris admodum fuerit, aut inflammatione teneatur, quamuis partes vtero consentientes dolore vexentur: & inter eas lumbi, & lateris mollitudo, ex quo fit, vt rarò ægrotet vterus, quin alteram earum partium dolere contingat, idq. euenit tùm ob sensum exquisitum, quo hæ particulæ participant, tùm etiam propter colligantiam magnam, quam cum vtero habent, lateris mollitudo quidem mediantibus vteri ligamentis: lumbi verò ob venam lumbarem, quæ vtero communicatur. His stantibus dum in præsenti coacta supponitur, à puerperijs ex abortu non ritè expurgatis, & in vtero retentis lateris mollitudinem dolere, non vterum ipsum; materiam vterum obsidentem acrimoniæ expertem esse, & ex consequenti frigidiorem, & crassiorem cognoscimus, qualem esse materiam puerperiorum ex abortu verisimile est, quia excremẽta, & reliquiæ sanguinis, quo nutritur fœtus, minori tẽpore retenta sunt, quã quæ ex naturali partu secedunt, rationi enim consentaneum est, quò diutius retinentur, eo calidiora, & acriora fieri, quia igitur horum puerperiorum materia frigidior est; ideò morbus protrahitur, iuxtà vulgatũ illud 6. Epid. sect. 1. in Cranone antiqui dolores frigidi, si igitur huiusmodi dolor lateris mollitudinem derelinquens, εἰς τὸ λεπτὸν, idest ad tenuem (locum inter vmbilicum, & pubem, ità vocatum, quia in ea parte tenuia intestina resident) conuertatur, materiam morbificam ab vteri cauitate in eiusdem substantiam; & tunicas abscessisse, coniectandum est, materia enim crassa, & frigida longius abscedere non solet, & quia excluso fœtu in proprium locum se contrahens vterus, tàm altè non se extendit,

nisi

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 602 sur 636

A nisi in magnitudine augeatur, asserendum erit, materiam dictã in vteri tunicis tumorẽ præter naturam excitasse, qui dolorem vtero incutiat, & in magnitudinem augeat, ità vt ad regionem tenuioris intestini de se significationẽ præbeat, qui quidem tumor attenta eius materia, quæ est puerperij suppressio, locoq. affecto, quæ sunt vteri tunicæ, & eius generationis modo, qui est per abscessum à loco ignobiliori, qui erat vteri cauitas, ad digniorem, qui suat eius membranæ, necessariò difficilis, & pernicios⁹ erit, vt ait Hipp. in textu.

Vers. 154. *Vterum gerentibus dolores capitis soporosi, cum grauitate fientes, &c.*

Plerunquè malos esse in grauidis dixit dolores capitis soporosos cum conuulsione: quia cognouerat, aliquandò huiusmodi doloribus conuulsiones superuenientes opem attulisse, iuxtà prorreticum vers. 153. præsentis coacæ æmulum: vterum gerentibus capitis dolores soporosi cum grauitate fientes, mali, fortassis autem his etiam conuulsorium quid pati prodest, sententia inferius ad verbum inter coacas registrata vers. 182. vbi adnotare est, dubitationis notam illam fortassis, non esse referendam ad conuulsionem, ac si dixisset fortassè aliquandò conuulsio superuenit, sed ad illud verbum prodest, intelligentes superuenientem conuulsionem aliquandò prodesse: quod præsenti coacæ non aduersatur dicenti, plerumquè mali sunt, in eoq. tantum videntur differre, quia præsens coaca pro maiori parte ad malum terminare significat. Prorreticum verò plerumquè prodesse, indicare videtur, ratioq. huius diuersitatis à conuulsionis causa dependet, nam si hæc materia fuerit neruosum principium præsentia infestans, conuulsio superueniens semper mala erit. At si causa conuulsionem efficiens fuerit vapor tantummodò, pro maiori parte salutaris erit, quæ attendens prudentissimus Hipp. hanc sententiam diuersis vocibus construxit, nam in coaca, qua statuit, conuulsionem plerumquè malam esse, vsus est voce propria conuulsionis, quæ pro maiori parte à materia dependet. In prorretico autem, & in coaca inferius vsus est voce σπασμώδεσι, hoc est, quid conuulsorium, quo nomine motus potius quosdam conuulsorios intelligit, quam perfectam, & absolutã conuulsionẽ, qui quidem motus ab acri potius vapore neruos feriente, quam à materia dependent, & ideò huiusmodi motus plerumquè iuuant materiam ipsam discutiendo, & dispergendo, ex qua interpretatione manifestum sit, longè rationabiliorem esse lectionem prorretici citati, quam codices manuscripti retinent, conuenientem lectioni coacæ inferius descriptæ ὠθέλει legentes, quam impressi ὠφελεῖ legentis, quamuis hanc retinuerit Cornarus interpres non in prorretico tantum, sed etiam in coaca, & ideò vbiquè transtulit, conuulsorium quid pati contingit.

Vers. 156. *Quibus dolores pertinaces ex muliebribus, circà supernam partem, &c.*

Muliebribus purgamẽtis, siuè menstruales sint, siuè puerperiales (vtraquè enim hac voce γυναικεία denotari possunt) nulla via commodior est, quam per pudendum, & ideò omnis translatio materiæ earum ad quamlibet partem suspecta semper erit, potissimum verò si partes principales petat, huius exemplum habemus in præsenti coaca, in qua referuntur mala, quæ eueniunt, quandò muliebria sursum conuertuntur. Huiusq. conuersionis primum signum ponitur dolor circà ventris partes superiores, ad regionem scilicet ipsius ventriculi, cuius affectionis testimonium erit aliud symptoma superueniens, quod voce ἀνακώδεις indicauit, significat enim leuem quandam anxietatem, quæ potissimum oritur, quando os ventriculi ab acribus humoribus mordetur, labefactataquè indè eius coctione laxatur aluus, ex qua euacuatione nulla ægrotanti leuatio contingit, quia per eam non humor peccans educitur, sed cibi corrupti ab occursu prædictorum humorum, vndè viribus collabentibus plurimorum malorum additio fit, quæ morbo ad vigorem producto apparent, in ijsq. non naturalis modò facultatis labes eluescit, sed aliarum etiam principum facultatum, cerebri inquam, & cordis, vndè cataphora succedit, & virium imbecillitas maxima ex importuna vasorũ inanitione, quã diarrhæa facit. Hinc pariter sudatiũculæ, & perfrigerationes, quæ sibi inuicẽ sæpius succedentes (id enim significant verba illa, tales recidiuæ plerumquè fientes) vires in totum exoluunt, vndè mors citius opinione contingit.

Vers. 161. *Dolor ventris post partum, in his purulenta purgat.*

Puero excluso, si dolores ad vteri regionem diù perseuerent, nec in alia parte de se significationem faciant, purgationes puerperij in vtero retineri significant, nam dolores vteri ab alia causa prodeuntes varias corporis partes infestare solent, & potissimum lateris mol-

litudi-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 603 sur 636

lirudinem, & lumbos, verum huiusmodi humores in vteri cauitate diù permanere non possunt, quin putrescant, & puris naturam æmulentur, & ideò dolores ventris inferioris, scilicet post partum, purgationem purulentam significant.

Vers. 163. Menses non supprimi commodum est, ex talibus comitiales morbi fiunt, &c.

Adduci non possum, vt credam in hac coaca referri accidentia suppressorum menstruorum, tùm quia hæc nec semper contingunt, nec frequenter: tùm etiam quia mensibus suppressis multa alia symptomata superueniunt, quæ tacere non erat conueniens, quarè existimo potius continuari sermonem earum mulierum, quæ abortum fecerunt, de quibus dixerat: Torpidæ, & præsertim in motibus, cum impotentia, fractæ circà iudicationem vexatæ, anxiosæ, multũ exudant, & quia subsequenter de ijsdem inquit: alui his humectæ, malum nunc quid illis sit vtile referens subiungit: muliebria nõ supprimi, cõmodũ est, per muliebria quæ hac voce γυναικεια græcè dixit intelligens, non periodicas menstruales purgationes, sed puerperia, denominatio Hipp. vsitata. Nam superius in eadem significatione vsus est vers. 148. in mulieribus (inquit) aquosa antè partum prodeuntia, mala, & infrà vers. 200. Torpidæ exolutiones, difficiles quidem ex partubus contingunt, & mentem emouentes, non tamen pernicioſæ, sed & muliebrium copiam significant. Puerperia igitur in prædictis non supprimi, commodum est, cum per hæc quidquid mali intus latet, educi possit. Quod si fortè contingat, aut comitialem morbum, siuè conuulsionem, aut alui fluxum diuturnum, aut hæmorrhoides expectare oportet, prout humor decubitum facit, videlicet in caput, vel ad aluum, vel deniquè ad venas, quæ sunt in sede. Hæc enim suppresso puerperio superuenire frequenter solent. De conuulsione enim legimus lib. 2. Epid. sect. 5. vers. 9. si puerperis conuulsio fiat, febrem excitato, & cerato multo tepido in vesicam immisso colluito. De alui fluore suppressioni puerperiorum accedente testimonium habemus lib. 1. de Morb. Mul. sect. 2. vers. 205. imò longè rationabilius est alui fluxum puerperiorum suppressioni superuenire, quam menstruorum, ob acrem qualitatem, quæ maior est in purgationibus puerperiorum, quam menstruorum, ex lochiorum tandem suppressione hæmorrhoidarum fluxum moueri, non minus rationabile est, tùm ob nixum, quem in partu adhibent mulieres, ex quo venæ illæ turgent adeò, vt sæpè rumpantur, tùm etiam ob naturam humoris peccantis, est enim sanguis niger, & crassus, qui tempore grauiditatis accumulatur in corpore, tenuiori in fœtus alimentum consumpto, cuius excretioni huiusmodi venæ sunt dicatæ, vndè non est mirum, si maior pars mulierum, quæ partum sunt expertæ, ab hæmorrhoidibus vexentur.

Mer. p. 60.

Vers. 165. Prægnantibus præcordij dolor, malum, & alui his subeuntes, malum, &c.

Dum fœtus in vtero nutritur, quod tenuissimum est, & dulcissimum in sanguine, vt lib. de Nat. Pueri vers. 470. dictat Hipp. trahit, vndè necesse est partes crassiores in venis vtero propinquioribus colligi, quæ post partum sunt materia puerperiorum, si ergò hic humor antè partum ad hepar refluat, in eoq. dolorem excitet, malum est, ob visceris nobilitatem, quod malum grauius fiet, si insuper alui fluor accedat, hepatis enim sanguificationem vitiari indicabit, malum etiam erit, rigorem superuenire, qui sistrophicæ inflammationis prænuntius esse solet. Minus malum autem erit, si cum alui fluore ventris dolor adsit, & limosa purgentur, nam ventris dolor alui fluxum non à vitio sanguificatricis dependere indicabit, sed per eum humorem noxium expurgari, qui cum acrimoniæ sit particeps, in transitu dolorem facit, quod in eo fluxu non euenit, qui à vitiata sanguificatione dependet, fuscus verò excretorum color cum mediocri consistentia (talia limosa vocat) coctionis minimè expertia ea esse indicat, huiusmodi enim color ità sese habet ad nigrum sanguinem, qualis albus ad alios humores, & ideò ad eorum concoctionem indicandam albus color requiritur, ad nigrum verò satis erit fuscus, medius scilicet inter album, & nigrum, his igitur rationibus huiusmodi excretio minus mala erit, quia cum vitiosum expurgetur, euacuatio non adeò molesta erit, & matri, & fœtui. Non tamen bona simpliciter dici potest, quia nulla euacuatio vtero gerentibus omninò tuta esse potest, ex hoc loco colligimus diarrhæas dolorosas aliquandò salubriores esse non dolorosis.

Vers. 167. Quæ ex talibus facilè pariunt, post partum vehementer molestantur.

Contingit aliquandò mulieres, de quibus in præcedenti coaca factus est sermo, facilè pa-

rere,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 604 sur 636

A rere, eò quod fœtus à prægressa euacuatione tenuior quidem factus sit, non tamen debilior, partesq. ad vterum pertinentes inanitæ facilius cedant in partu, ità vt exitus puero expeditior reddatur. Has igitur facilè parientes post partum vehementer affici, ait Hipp. quia fortasse purgatio puerperiorum his secundum naturam non procedit, tùm ratione motus humorum in contrarium, nempe ad hepar, tum quia facilis partus purgationem non adeò concitat, quemadmodum laboriosus facit. Harum enim purgationum efficientem causam retulit Hipp. *Mar. n° 43.* in violentiam, & dolorem partus lib. de Nat. Pueri vers. 518. vbi hæc leguntur. Post hæc aquositas, & mucus sanguinolentus, tùm à capite, tùm à reliquo corpore secretus præ violentia, & dolore, ac calore, atquè hic viam struit purgationi à partu consequenti. Quarè cum hæc in facili partu non concurrant, non est mirum, si purgatio à partu diminutè fiat, quæ causa fit, vt mulier post partum grauius molestetur, quam, quæ cum difficultate parit.

Vers. 168. *Prægnantibus tabescentibus quibus rubor in facie fit, stillationes &c.*

B Quia prægnantium peculiarem coacam facit Hipp. ideò ratio etiam afferenda est quæ illis particulariter contingat. Cum tabes maximè fiat ijs, quibus sanguis natura tenuis datus est, si contingat mulierem vtero gerentem in tabem incurrere, eiq. rubor in facie appareat, signum erit, sanguinem tenuem in capite redundare; quod facilè est in vtero gerentibus, quibus menstruorum purgatio cessauit, & potissimum in primis mensibus grauiditatis, quo tempore accidentia ex retentis mensibus dependentia maximè vigent, quæ, procedente vlterius grauiditate, & puero vberius alimentũ trahẽte, cessant, si ergò mulieri grauidæ, cui ob assignatam causam facies rubet, stillatio sanguinis è naribus fiat, cessat rubor, quia sanguinis abundantia in capite redundans tollitur. Idq. peculiare est grauidarum, & simul tabe laborantium. Quia in alijs sanguinis stillæ non sunt sufficientes eam capitis plenitudinem tollere, quæ faciei ruborem inducat, cum hæc larga hæmorrhagia opus habeant, sufficiunt verò in tabidis vtero gerentibus, in quibus rubor faciei à sanguinis tenuitate potius, quam ab eius copia dependet. Tabidis enim sanguis non abundat. Dixit autem in vtero gerentibus, quia in alijs tabidis frequenter genæ rubent, non à capitis repletione, sed à pulmone affecto: quarè in his, aut stillæ non contingunt, aut rubores illos tollere non possunt.

Vers. 169. *Quibus ex partu prodeunt alba, his verò suppressis cum febre surditas, &c.*

Pro præsentis sententiæ explicatione nonnulla adduximus ad prorreticũ 48. sect. 2. v. 105.

Vers. 172. *Tales purgationes indurant; singultus in his, malum.*

Alba mordacia locos indurant, quia in transitu exasperando partes tumefaciunt, concurrentibus eò humoribus. At perseuerante fluxu durities augetur, vel excitata in parte inflammatione, vel humoribus ipsis in parte conculcatis, & exiccatis, idq. frequenter obseruatur in D praxi. Nam mulieres ab huiusmodi fluxibus vexatæ diutius, scirhum vteri tandem incurrunt, aut cancrum, à quo è medio tolluntur, in his singultus superueniens malus est, quia vteri affectionem eò peruenisse significat, vt ventriculus quoquè in consensum trahatur. Post hæc in græco contextu quædam adnotantur, quæ quoniam asteriſco notantur, ideò tanquam suspecta ab interprete prætermissa sunt, à nobisquè prætermittantur, cum nihil cum prædictis cohæreant.

Vers. 178. *Quibus aluo tumefacta, ad pudendum rubor deuenit, mensibus albis &c.*

Tumor ventris hic potius cum alijs in textu recensitis, humorum collectionem in vtero ad suppurationem tendentium attestatur, in qua quidem si calor innatus præualet, excretio puris albi, & mediocris consistentiæ consequitur: ægrotansq. à morbo liberatur, at si calor putredinalis superet, loco suppurationis putredo viget, & partium solidarum inflammatio excitatur, cuius signum est rubor pudendo communicatus. Putrilagineq. tandem erumpente, E alba, & tenuia excrementa confestim exeunt: quæ menses albos humidos vocat, quorum excretio tantum abest, vt quidquam opis afferat, vt potius mala geminet, in virium imbecillitate, & febris productione, quæ ab vlceribus in vtero excitatis cum aliqua inflammatione fouetur, quòusquè ægrotans extrema macie consumpta intereat.

Vers. 180. *Vrinæ tenues subnebulosæ in medio enæorema habentes, rigorem denunciant.*

Cum hic de vrinis tractatio, non habeatur dicendum est, hæc præfatis annectenda esse hoc sensu. Dixerat superius conuulsiones mulieribus cessare, si menses statim à principio compareant sine febre, modò subiungit, si in his vrinæ fuerint tenues cum contento nebuloso, per

vrinæ

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 605 sur 636

vrinæ substantiam diffuso, rigorem fieri; à quo scilicet conuulsio tollatur, & ratio est, quia præfatæ vrinæ tenuium, & calidorum humorum præsentiam attestantur: quibus natura dominetur adeò, vt eorum euacuatio expectanda sit. non per vterum per mestruas purgationes, per quas conuulsionis solutio in præfato casu attendebatur: quia cum materia peccans diuersa sit, & in diuersis locis peccet, per diuersam etiam regionem expurgari necesse est, & ideò quia in priori casu materia erat crassior, & circa vterum consistebat, eius expurgatio per menstruas expurgationes expectanda erat. In hoc verò, quia materia tenuis est, & in venoso genere abundat, per cutim expurgari necesse est, idq. rigore mediante, huiusmodi enim humoribus nulla alia via commodior est, tùm ratione vicinitatis, tùm etiam tenuitatis, meritò igitur huiusmodi vrinæ conuulsionis solutionem rigore mediante denunciant. Subungit indè Hipp.

Vers. 181. *Si à quarta die sanguinis fluxus fiat, diuturnitatem significat, &c.*

Quæ etiam cum superioribus sunt copulanda, quia enim paulò ante dixerat, si à principio conuulsionis menses compareant, conuulsionem solui, nunc docet, quid contingat, si non statim menses erumpant, sed temporis progressu, atque si post quartam diem menstruorum fluxus superueniat, morbi longitudinem, aluiq. perturbationem, & crurum œdemata expectanda esse, & ratio est, quia à principio, quo tempore materia adhuc in motu est, alicuiq. particulæ nondum infixa, facilè remouetur: quæ temporis progressu aucta, & neruosis partibus conculeata, maiori tempore eget, nec facilè dissipatur, imò per insensibilem discussionem, & concoctionem in totum aboleri non potest: vndè necesse est, vt partim per aluum expurgetur, partim decumbat ad crura, vndè tumor in ijs excitetur. Cæterum admonere oportet, Hipp. non asserere, menstruorum fluxum die quarta transacta superuenientem alui fluorem, & crurum tumores iudicare, sed eum, qui conuulsionem soluat. Quarè menstruorum eruptio triplici modò conuulsionem soluere potest, solum si cum vrinis crassis, & à principio conuulsionis contingat, mediante rigore, si vrinæ tenues fuerint, cum contento nebuloso, in medio pendente, tertio, & postremo si temporis tractu, hoc est, post quartam diem menses erumpant, quo casu, nec ipsi ad solutionem sufficiunt, quia & alui fluorem, & pedum, siue crurum tumorem simul concurrere necesse est.

Vers. 182. *Vterum gestantibus capitis dolores soporosi, cum grauitate fientes, mali &c.*

Huius coacæ expositionem elicies ex enarratis suprà vers. 154.

Vers. 184. *Quæ ante partum in choleræ modum erumpentia doluerint &c.*

Quibus mulieribus dolores cum alui perturbatione sursum, & deorsum simili ijs, qui à cholera morbo infestantur, antè partum contingunt, hæ quidem facilè pariunt, ob rationes paulò suprà vers. 167. verum si post partum febris superueniat, eam malignam esse necesse est, idq. duplici ratione, primò, quia hæc prauam subesse cachochimiam ostendunt, quæ si à prægressa euacuatione adeò magna, & violenta expurgari in totum non potuit, signum est, causam adhuc intus latere, quæ eam foueat, secundò, quia deriuata ad aluum materia puerperij, purgatio non procedit, cuius retentio malignæ cachochimiæ malitiam geminat. At verò in tanta humorum prauitate si febris accendatur, non maligna esse, non potest, huiusquè prauitatis signum erit, si fauces ex vomitu malè habeant.

Vers. 187. *Aquosa antè partus erumpentia, mala.*

Aquosa, & serosa excrementa, quæ inter vtramq; membranam fœtū inuoluentē à natura toto gestationis tēpore adseruantur, vt tempore partus humectando in transitu lubricū, & facilē exitum puero præstent: si antè partum educantur, malum est, quia difficilis, & laborioſus redditur partus, verum cum huius humoris excretionis non vnica sit causa, ita non semper æquè mala erit, si enim id à nimia eius copia contingat, minus mala censenda est, quia difficilem partum tantummodò reddit. At si id ab eiusdem acrimonia contingat, longè peius erit, quia vlterius cachochimiam acrem subesse indicat, quæ in partu laborioso raro febrem non accendit, quæ ob rationem superius assignatam semper maligna esse consueuit. Hæc igitur considerans Hipp. non dixit, hæc partum difficilem reddere, sed mala esse, vt vtrumquè malum comprehenderet. Præfatas causas distinguemus inspecto ipsius ægrotantis temperamento, prægressa viuendi ratione, & excretionis modò, quia si tenuis, & biliosa fuerit mulier, acribusquè, & calidis, tùm cibis, tùm potibus vsa fuerit; humorq. in transitu dolorem, & mordacitatem

A citatem inducat; ab acri eius qualitate excretionem factam esse cognoscemus, si verò contraria concurrant signa, in humoris abundantiam præproperam eius eductionem referemus.

Vers. 188. Ante partum rigorem habere, & partus citrà dolorem periculosi.

Partus faciles, & sine dolore contingunt, propter abundantiam humoris potissimum, à quo partes fluxibiliores, & laxiores redditæ fœtum facillimè excludunt, qui quidem humor si in vtero etiam peccet, & indè ad vterum tempore partus feratur, cuius signum erit rigor antè pueri egressum superueniens, tunc partus facilitas mala erit, quatenus indicat, totum corpus serosis scatere humoribus, qui agitati plurium malorum causa esse possunt.

Vers. 189. Vterum gestantibus aphtipheræ fluxiones malum, conuulsoriæ, exolutæ, &c.

Fluxiones à capite, quæ & fauces, & ora aphtis replent, omnibus periculosa sunt, quia & tabem, & dysenterias, & lyenterias læthales inducere solent, verum tantò periculosiora sunt grauidis, quantò prædicta symptomata his infensiora sunt, in his verò conuulsiones superue-
B niunt, & exolutiones, dum eadem vlcera ventriculum serpendo corrumpunt, quæ dum inflammantur, caloris, & frigoris vicissitudines inducunt, de quibus in textu. His adde, quæ Duretus nobis tradidit in commentario præsentis coacæ.

Vers. 190. Sed & difficiles sunt prægnantibus tumores circà tenue, quales circà scrotum etc.

Prosequitur Hipp. narrationem symptomatum, quæ grauidis superueniunt. Tumoremquè proponit ad regionem tenuioris intestini, quem locum descripsimus superius vers. 150. super pubem, sub vmbilico inter vtramquè lateris mollitudinem indicantes, subter situari vterum, in vtero gerentibus maximè, in quibus ad vmbilicum, & vlterius etiam se extendit. In hac igitur parte tumores aliquandò exoriuntur insignis magnitudinis: hosq. assimilauit Hipp. ijs tumoribus, qui in scroto contingunt, sunt enim magnitudine insignes, & satis eleuati ob par-
C tis laxitatem, & eius aptitudinem extensioni Huiusmodi igitur tumorem intelligit Hipp. quem quidē ad vterum ipsum pertinere satis demonstrat, tùm regio tumoris, tùm eius magnitudo, & eminentia, nulla enim particula ibi situata in eam magnitudinem eleuari potest præter vterum, qui siuè ab aliqua inflammatione intumescat, siuè ab aliquà re in eo con-lusa eleuetur, tumorem exterius conspicuum facit. In grauidis verò huiusmodi tumor fieri non solet, nisi aut propter inflammationem, aut propter fœtum ipsum; qui dum à naturali figura in globum efformata recedet, caput, aut membrum aliquod extollendo, tumorem prædictum foris con-
D spicuum producit, idq. sæpissimè apparet in vtero gerentibus, sed hic tumor statim euanescit, membro in proprium locum redacto. Quarè si diutius perseueret, vt in coacâ supponitur, necesse est asserere, aut tumorem illum ab vteri inflammatione dependere, aut fœtum, eleuatum membrum in suum locum denuò reducere non posse, eò quod violenter coarctetur, & angustietur, cuius angustiæ causa sit alter fœtus cum eo in vtero contentus, & ideò ait Hipp. Num tales tumores gemellorum partum significant? num & conuulsionem tales tumores faciunt? quia si ab vteri inflammatione dependent, conuulsio expectanda est, si à fœtus coarctatione, & comprehensione, gemellorum partum significant. Huiusmodi tumoribus eam conditionem apposuit Hipp. orthopnæam, siuè difficultatem respirationis inducentes, vt eos excluderet, qui in musculis abdominis fiunt, in his enim orthopnæa non fit, quemadmodùm in ijs, qui ad vterum spectant, & insignis magnitudinis existunt, compressione enim septum transuersum angustiant, vndè spirandi difficultas consequitur.

Vers. 193. Quæ suspiriosum efferunt spiritum in febribus, abortiunt.

Cum à pluribus causis suspiriosa, & interrupta respiratio contingat: ea tantum modò si-
E gnum præbere certum abortus potest, quæ aut animalis facultatis imbecillitatem consequitur, aut à magno incendio interius concepto ortum habet, in illa enim fit abortus, quia naturali fotu membranarum arctè continentium fœtus priuatur, ijsdem propter imbecillitatem laxatis, & in seipsas concidentibus. In hac verò, quia à caloris interioris vehementia, & crassorum vaporum copia suffocatur, vtramquè verò causam complexus est Hipp. priorem quidem in coaca paulò superius descripta vers. 159. quæ ità habet, etiam colliquatio præter rationem in vterum gestantibus abortum facit. Colliquatio enim, idest extenuatio ingens in morbis imbecillitatem arguit, iuxtà determinationem 28. aphor. 2. alteram verò causam respexit in præsenti, in qua febris adiuncta interruptæ respirationis causam esse internum incendium nos docet, ex quibus patet falsò Hipp. repetitionem imputari in hac sententia, quem-

admodum

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 607 sur 636

©BIUM

admodum etiam iniustè reprehenditur à quibusdam, eò quod solœcismo in verbis vtatur, A
constat enim, eum grammaticæ regulas non affectasse, communem regionis loquendi modum
secutus, in quolibet enim idiomate solœcismos vsurpari, & regulas orationis peruerti in
multis, iam satis constat. Quarè impudentis hominis est, tantum virum quasi inconsideratè
loquentem redarguere.

Vers. 196. *Ad manum torpidæ, obaridæ, sitis exortes, menses multos emittentes &c.*

De mulieribus à diuturnis, immodicisq. vteri purgationibus consumptis præsens coaca
instituta est, in qua hæc proponuntur signa, & primò torpor ad manum, qui quidem in cutis
dispositione consistit, hæc enim cum proximum sit tactus instrumentũ, dum in naturali con-
stitutione, & temperie consistit, sensum exactè percipit. At si immodicè consumpta, & exic-
cata fuerit, sensum diminutè fieri, & torpidam reddi, necesse est. Hac igitur ratione torpor ad
contactum corporis extenuationem consequitur: quemadmodum etiam eiusdem cutis ari- B
ditas, quam secundo loco recenset, dum inquit: obaridæ. Subiungit tertio loco sitis exortes,
vt eam extenuationem excludat, quæ à calida, & sicca intemperie ortum ducit, hæc enim
absquè siti non solet fieri, ex quo sequitur, eam intelligere extenuationem, quæ ex defectu nu-
trimenti euenit, & ab exhausto, cuius causam efficientem inferens ait, menses multos emit-
tentes, hoc igitur modò affectæ mulieres ἐκπυΐσκω, ideſt suppuratæ fiunt, qua quidem voce
quamlibet puris collectionem intelligimus, hoc autem in loco accipitur pro ea, quæ sit in vte-
ro ipso, vndè materia exiens purulenta mulierem suppuratam facit, id autem euenit: vel
quia menses in vtero retenti, & concluſi ad suppurationem deueniunt: quod quidem fit,
quandò menses diutius perseuerantes vterum reddunt imbecillum, ità vt ab humoribus in
ipsum confluentibus non citò, & exactè se expurgare possit, quarè in eo moram trahentes
corrumpuntur, & in materiam purulentam conuertuntur, vel quia ijsdem humores in transitu C
vlcera excitant, à quibus pus exiens suppurationis speciem præbet, idq. potissimum in exte-
nuatis contingit, in quibus humores propter extenuationem acres, & mordaces redduntur.

Vers. 199. *Prægnantes præagrotantes, antè partum superrigent.*

Mulieres grauidæ, si antèquam pariant, febre corripiantur, antè fœtus exclusionem super-
rigent; hoc est febre adhùc perseuerante, rigor apprehendit, & ratio est, quia febris tempore
partus aduenies causam habet copiam actium, & seroſorum humorum, qui grauiditatis tem-
pore accumulantur in venis, hi igitur dum partus instat, versus vterum mouentur, per ipsum
expurgandi, à quorum motu rigor excitatur, apparetq. maximè in febrientibus, quia partes
febrili calore excalefactæ frigoris sensum, quem prædictorum humorum motus facit, magis
persentiunt, quam dum in naturali dispositione consistunt. Rigor igitur in hoc casu superue-
niens signum erit, mulieri partum instare, quia præfati humores versus vterum non mouentur, D
priusquam hora partus adueniat.

Vers. 201. *Quæ in partu os ventriculi prædoluere, paulò post pariunt.*

Hoc est aliud instantis partus signum, oris ventriculi dolor, quia si partus tunc maximè fit,
quandò vterus totus ad pudendum descendit, hocq. argumento obstectrices instantem pueri
exitum cognoscunt, oris ventriculi dolor laboribus partus superueniens signum imminentis
partus erit, quatenus hic contractionem facit viscerum ad interiora, ex qua contractione vte-
rus deorsum pellitur, & sic acceleratur partus. Hanc viscerum contractionem fieri in dolore
ventriculi quotidiè obseruatur, propter quam costæ molles, quas mendosas posteriores vo-
carunt, concidunt naturali viscerum fulcimento destitutæ, vndè Hipp. lib. de Artic. vers. 255.
sect. 3. in fracturis costarum ventriculi damnat inanitionem, quæ costæ dependentes ma-
Mag. p. 51. gis dolent, quas quidem costarum depressiones animaduertentes mulierculæ medicæ, hanc E
doloris causam existimantes, eas manu subleuant, hoc modò cardialgiæ mederi profitentes,
summa cum ratione igitur adnotatum est à Medicis Cois, mulieres parturientes cardialgia
superueniente, non longè post partum edere.

Vers. 202. *Horrores, lassitudines, capitis grauitates, colli dolores, menses extrudunt &c.*

Omnia symptomata in præsenti coaca recensita, plenitudinem humorum, aut eorum agi-
tationem atteſtantur, vndè duplici casu superuenire possunt, vel quandò menses instant, de
quibus coaca illa instituta est, horrorem habentibus lassitudinem affectis, capite grauatis,
menses erumpunt, nam eo tempore, & copia humorum adest, quæ est menstruorum materia,

ad mo-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 608 sur 636

A ad motumquè concitantur, vndè eorum excretio inſtat. Apparent etiam præfata ſympto-
mata in morbis, quandò critica euacuatio imminet, quam rigor præcedit, dum materia com-
mouetur ad excretionem, eodemq. tempore tuſſicula excitatur, vel quia pars dictæ materiæ,
dum à capite deſcendit, ruit in tracheam arteriam: vel quia in præfata humorum commo-
tione vaporum copia eleuatur, quæ partes ſpirituales irritando, tuſſiculas mouet, non diſ-
ſimiles ijs, de quibus ità legimus 6. Epidem. ſect. 2. verſ. 38. Tuſſes ſiccæ parum irritantes
in febre ardente non ſunt pro ratione ſiticuloſæ, neque linguæ reſiccatæ, non feritate,
ſed ſpiritu.

Verſ. 205. Menſes in principio apparere, malum.

Menſes in principio morborum apparere tantummodò malum eſt, quia ſymptoma,
B eſt naturæ ab humorum copia, aut prauitate oppreſſæ, quemadmodum ſunt omnes eua-
cuationes diminutæ, quæ quidem omni tempore inutiles cenſentur: vndè vetus illud: nihil
paucum criticum, ſed in principio peſſimæ ſunt: quatenus malum eſt, naturam à cauſis
morbificis opprimi eo tempore, quo omnia, aliorum temporum reſpectu, leuiora eſſe con-
ſueuerunt.

Verſ. 206. Inſaniæ febres acutas turbulentas cardialgico non bilioſo ſoluunt.

Febres acutas cum vigilijs, & turbulentia, quæ humorũ perturbationem conſequuntur, ſu-
perueniente mania ſine febre ſolui, non eſt nouum. Nam humor, qui febrem accendit, ſi feruo-
re extincto, in cerebrum feratur, & in eo firmetur, delirium parit: non tamen læthale, quia ſinè
febre eſt. Sic Meton. lib. 1. Epid. ſect. 3. Aegrot. 3. poſt indicationem delirauit humore, qui in
capite ex hæmorragia pręgreſſa permanſerat, in cerebro ſe inſinuante. Hipp. igitur in hac coa-
ca ait, febres acutas turbulentas, mania ſolui: non ità tamen, vt intelligamus, maniam eſſe ve-
C ram febris ſolutionem, ſed quia deſinente febre, mania ſuccedit, idq. euenire ait in cardialgia
non bilioſa, eſt enim cardialgia oris ventriculi dolor cum morſu; quæ duplici modo inuadere
ſolet, vel quandò os ventriculi à præſentia humoris bilioſi læditur, vel quandò acres vapores
ad ipſum aſcendentes illud mordent, & hæc cardialgia per conſenſum à poſterioribus appel-
lata eſt: Hipp. verò cardialgiam non bilioſam dixit, & quamuis à qualibet corporis parte va-
pores prędicti cardialgiã excitare poſſint, frequentiſſimè tamen ab vtero id contingit, tùm quia
maximus eſt harum partium inter ſe conſenſus, tùm etiam quia vterus cũ ſit excrementorum
proluuiei ſatis deditus, frequentiſſimè ab eo vapores maligni eleuantur, à quibus variæ partes
corporis læduntur. De hac igitur cardialgia intelligit Hipp. quæ ſcilicet ab acribus fit vapori-
bus ab vtero ex ſuppreſſis in eo puerperijs eleuatis: de his enim præſentes coacæ inſtitutæ
ſunt, & in hanc cauſam ſymptomata omnia in textu enarrata referri poſſunt, quemadmodum
D colligimus ex ijs, quæ de hac re lib. Morb. Mul. ſect. 2. verſ. 307. ab Hipp. referuntur, ibi enim *Mar. n. 70.*
ſymptomata recenſens, quæ à puerperij purgationibus ſuppreſſis eueniunt, hæc tandẽ in præ-
ſentis ſententiæ confirmationem concludit: & cardialgia vexatur, & eructat, & mente aliena-
tur, & delirja fiunt maniaca. Quarè cum mulieri, cui ſuppreſſæ ſint puerperij purgationes, fe-
bris acuta ſuperuenit, cum maxima perturbatione, & cardialgia, abſquè bilioſi humoris præ-
ſentia, de mania timendum eſt, quæ ſoluta febre mulierem inuadat.

Verſ. 207. In ſterilibus vomitus ad conceptionem prodeſt.

Sicuti non vnica eſt ſterilitatis cauſa in omnibus, ità non omnibus ſterilibus ſanguinis vo-
mitus euenire poteſt, ſed ijs tantummodò, quibus à copia humorum impeditur conceptio;
quarè rectè dictum eſt, ſanguinis vomitum ad conceptionem conferre, quia ijs tantum euenire
poteſt, in quibus ſanguis abundat. Dixit prodeſt, non ſterilitatem tollit: quia ſæpè hoc præ-
E ſidium non eſt ſufficiens omninò ſterilitati tollendæ, ſed alio inſuper auxilio eget.

Verſ. 215. Celerrimam autem mortem ſignificat liuidus, & malè olens vomitus &c.

Præſentem coacam diligenter explicauit Valeſius in prognoſticis: vbi ad verbum ferè *Mar. 12.*
repetita eſt.

Verſ. 216. Qui anxiè ſe iactantes, citrà vomitum exacerbantur, malè habent.

Hæc ſententia legitur in Prorreticis verſ. 101. in cuius expoſitione nonnulla adnotauimus. *Mar. n. 10.*

Verſ. 218. In nigris vomitibus ſurditas non nocet.

Quia in prorretico verſ. 10. dixerat Hipp. in capitis dolore vomitus æruginoſi cum vigi- *Mar. n. 2.*
lijs, & ſurditate citò inſaniam adfore prænunciant; nè quis exiſtimaret tanto peius eſſe ſur-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 609 sur 636

ditatem vomitui nigro superuenire, quam æruginoso, quanto ille hoc deterior est; in hac coaca nos admonet, in nigris vomitibus surditatem non nocere, hoc est, signi malitiam non augere, eò quod ratio dispar est in vomitu nigro, & æruginoso. Nam vomitus æruginosus semper malam causam arguit, quia huiusmodi humor absque magno viscerum incendio non generatur, liuidus enim color introducitur in humoribus exustione mediante, quæ exurentem causam supponit, vt sect. 2. vers. 242. adnotauimus, nec eius expulsionem tentat natura, nisi admodum irritata, & coacta, ex quo euenit, vt semper malum sit, huic surditatem superuenire, indicat enim, eosdem humores caput infestare iam cœpisse, quæ quidem in vomitu nigro non concurrunt, qui potest esse melancholiæ naturalis, bile æruginosa longè benignioris, & quæ naturæ imperio vtiliter excernatur, & ideò si eius excretioni surditas superueniat, verisimile est id fieri non translatione eiusdem humoris in caput, quia natura dum humori peccanti dominatur, id fieri non permittit, sed propter vapores crassos in ipsa vomitione ad caput eleuatos, vel etiam aliquandò ob agitationem in cerebro factam succorum, qui naturaliter in eo abundant, ex qua ad meatus auditorios concitati surditatem inducant. Maximam verò fieri agitationem in cerebro per nigrorum vomitum, rationabile est, qui semper laboriosus, & difficilis esse consueuit. Idq. quotidiana experientia confirmari potest eorum, qui violentia vomunt, ijs enim à vomitu aures obsurdescunt.

Vers. 223. Abscessus iuxtà aures maximè anxiosis.

In Prorretico vers. 270. vbi hæc sententia registrata est hæc præcedentibus copulantur hoc pacto, in anxiosis quibusdam vigilijs abscessus circà aures maximè, quæ quidem lectio firmiorem prædictionem reddit. Nam etiam si anxietas ad parotides significandas plurimum possit, ratione tùm partis affectæ, tùm humoris peccantis, quatenus affectio est oris ventriculi, quo laborante pituita rarò non abundat, anxietasque ipsa absque acrimonia fieri non solet, quæ duo ad parotidum generationem concurrere pluries adnotatum est à nobis. Nihilominus si vlterius vigiliæ adsint, quæ caput malè affectum ostendunt, eruptionis parotidum certiores erimus. Quarè verborum series hoc pacto constituenda est. Anxiosis vigilibus abscessus iuxtà aures maximè fiunt, indè verò alteram constituit coacam dicens.

Vers. 225. Anxiosis aluo turbata, suppressa, breui velut culicum punctura &c.

Qua lectione recepta coacæ ratio etiam euidenter apparet, quia nec rationi conuenit, nec experientiæ, ex aluo turbata, & derepentè suppressa omnibus exanthemata erumpere in cute culicum morsibus similia, & indè ad oculos abscessus lachrymosos fieri, est quidem rationabile, anxiosis hæc fieri, in quibus acrimonia humorum adest, & tenuitas, quorum excretio per aluum inchoata si derepentè supprimatur, eosdem ad cutim abscedere, satis rationabile est, ibique exanthemata excitari; symptoma humori peccanti satis conueniens, à tenui enim & seroso humore huiusmodi exanthemata excitari iam notum est, qui quidem cum varias petit partes, vt supponitur hoc in loco, signum est, à natura non sufficienter regi, vt mirum non sit, si eius portio oculos petens, in ijs lachrymosum pariat abscessum, huiusmodi enim humor facilè oculos inuadit, ità vt eo in corpore abundante ob calidam, & siccam constitutionem inter alios morbos ophtalmias maximè vigere obseruatum sit.

Vers. 231. Purgationes valdè rubicundorum, nigrorum, à veratro, malæ sunt, &c.

Vomitus rubri duplex conditio proponitur hic ab Hipp. altera valdè rubicundi, hoc est intensæ rubedinis ad nigrum tendentis, quem rubrum obscurum vulgus appellat, fit autem huiusmodi color in vomitionibus admixtione sanguinis crassioris, & nigri. Alter verò vomitus ruber est, in quo rubicūda spumosa, & pauca educuntur, qui quidem à sanguine tenuiore prouenit, qui à nonnullis rubra bilis appellatur: & facilè in spumam eleuatur, vt in venarum sectionibus apparet, nam sanguis extractus in superiori parte rubicundus est, & plerunquè spumosus. Harum igitur vomitionum sicuti prior mala est: quia sanguinis crassioris excretio per vomitum fieri non potest, nisi maxima violentia naturæ illata; ità vt vel aliqua insignis vena circà viscera, vbi huiusmodi sanguis maximè viget, disrupta sit, vel quia facultas retentrix viscerum à maligna medicamenti qualitate exoluta sit, ità vt facultati attractrici ipsius resistere non potuerit, sanguinem enim in superpurgationibus à medicamento tandem trahi non experientia modò cognoscimus, sed Hipp. etiam testimonio confirmatur lib. de Nat. Hum. vers. 112. His igitur rationibus vomitus valdè rubicundorum nigrorum à veratro sunt mali. Ruber

verò

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 610 sur 636

A verò ſpumoſus nequaquam ſi paucus fuerit, nam ſanguis hic tenuis exiſtens abſquè violentia, & ſinè læſione internarum partium, reſeratis venarum orificijs, ſinè potius per poroſitates exudando egreditur; quod parua eius quantitas atteſtatur, imò quibuſdam aliquandò prodeſt, exponens verò Hipp. quibus huiuſmodi vomitus proſit, recenſet eos, quibus per interualla pectus dolet, & qui frequenter et rigentes à rigore exudant, & deniquè eos, quibus teſtes intumeſcunt. His autem omnibus ſanguis tenuis eſt, & ſeroſus, cuius cauſa ad ea ſymptomata diſpoſiti ſunt, quæ afferuntur in textu. Nam pectoris dolores frequenter his fiunt, quia, ſanguis cum acris ſit natura, & in ea maximè parte ob cordis vicinitatem calidior reddatur, dum hùc, & illhùc mouetur, dolorem excitat, & eò magis, quantò hæ partes alijs ſunt ſenſibiliores, & certè nihil experientia notius eſt, quam huiuſmodi naturas à pectoris punctionibus vexari, & indè facilè in tabem incidere. At verò ſanguine ſeroſo ſcatentes frequenter rigere, & exudare iam ſatis perſpicuum eſt, nam ſanguis huiuſmodi ob tenuitatem facilè alteratur, B & agitatur, agitatus verò rigorem facit, & à rigore incaleſcit, excalefactus verò tandem in ſudorem liqueſcit, cum ſeroſus ſit natura. Iiſdem naturis teſtes intumeſcere ait: quia ſanguinis ſeroſitas partes inferiores grauitate petens, ſcrotum replet, & hernias aquoſas dictas producit, quibus igitur ſanguis tenuis, & ſeroſus abundat, iſ à vomitu rubro, pauco, & ſpumoſo iuuantur, quia humor abſquè naturæ incommodo educitur, & ille, qui in corpore abundat. Duo tamen incommoda præſtare adnotauit Hipp. quia duritias, ideſt, tumores duros facit, & ſuppurationes magnas auertit, idq. certè non immeritò: quia ſi tumores molles fiunt ab humoris tenuioris præſentia, vel craſſiori attenuato, ſi tenuis humor helleboriſmo educitur, meritò tumor durus redditur. Prohibentur etiam indè ſuppurationes magnæ, quæ caloris copia, egent, quia ſanguine per vomitum excreto, quod reliquum eſt humoris, adeò refrigeratur, vt C amplius ſuppurari non poſſit, hocquè ſuppurationis impedimentum adnotauit Hipp. in Allicarnenſi 7. Epid. ſect. 2. verſ. 464. quem ex dolore auris mortuum eſſe teſtatur, eò quod caput à venæ ſectione refrigeratum, ſuppurationem perficere non potuerit, in qua tota ſalutis ſpes poſita erat. *Mar. n. 54.*

Verſ. 243. Celerem etiam ea, quæ ex indiſcreta pinguedinem quandam habens &c.

Celerem ſolutionem duplici ratione morbi habere conſueuerunt, vel quia placidi ſunt omninò, & ſalutares, vndè Hipp. de his verba faciens libũ Prognoſt. verſ. 306. dicebat, etenim placidiſſimæ febres, & ſignis tutiſſimis innitentes quarto die deſinunt, aut prius, vel quia acutiſſimi ſunt, & motu velociſſimo mouentur, naturamq. vehementer exagitant: quæ tamen, morbo præualet, & dominatur. In illis præter alia ſigna ſalutaria, vrina ſtatim à principio optima apparet, quam in præcedenti coaca deſcribens inquit. Vrina in febre albam habens, & læuem ſubſidentiam firmatam, celerem dimiſſionẽ ſignificat, ſed melius in prognoſtico eam deſcripſerat verſ. 263. his verbis: optima verò eſt vrina, quum fuerit alba ſubſidentia, & læuis, & æqualis per totum tempus donec iudicatus fuerit morbus, ſignificat enim & ſecuritatem, & morbum forè breuem, in cuius loci explicatione ſufficienter demonſtrauimus ibi Hipp. non cenſere, vrinam illam optimam eſſe, eò quod perfectæ coctionis ſit nota: ſed quia morbi mitiſſimi, & ſalutaris indicium eſt, quemadmodum etiam in coaca facit. In ijs verò morbis, qui propter acutiem, & vehementiam celeriter iudicantur, vrinæ apparent, quales in præſenti coaca deſcribuntur, ſunt autẽ indiſcretæ, & confuſæ, quæ tamen clareſcunt, pinguedinemq. quandam in ſuperficie habent. Pinguedo enim vrinis ſuperſtans magnum interius incẽdium vigere ſignificat, à quo morbi vehementia, & acuties dependet, quia verò confuſa exiſtens exaqueſcit, hoc eſt, clareſcit, ſignũ eſt, naturam morbificæ materiæ dominari, at ſuprà diximus, quandò morbus eſt vehemens, & motus celeris, naturaq. materiæ morbificæ dominatur, ſolutionem citò expectari, quia morbi acuties, & vehementia naturam adeò ſtimulat, vt morbum diù ferre nõ valeat, quæ quoniam ſuperior eſt morbo, illum ſtatim vincit, & exoluit. His igitur rationibus vrina prædicta celerem morbi iudicationem ſignificat, etiam ſi ab optima vrina, plurimum recedat. Quod verò ad pinguedinem ſuperſtantem vrinæ attinet, minimè prætereundum eſt, quod experientia me docuit, obſeruaui enim ſæpius in ægrotantium vrinis craſſitudinem quandam in eius ſummitate, qualis apparet in vrinis, quæ diutius adſeruatæ ſunt, hancquè pinguedinem quandam appellauit, vt indicaret, non intelligere eam pinguedinem, quæ verè pinguedo eſt, & in guttas diſperſas per vrinæ ſuperficiem conſpicitur, malignæ- *Mar. n. 20.* *Mar. n. 11.*

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 611 sur 636

què colliquationis signum exiſtit, hæc enim ſicuti in deſcripta vrina apparere non poſſunt, ità ſalutis ſignum illam fieri, eſt impoſſibile.

Verſ. 244. At ſubrubra, & ſubſidentiam ſubrubram habens, & lævem, ſiquidem &c.

Huius ſententiæ ſenſus adeò manifeſtus eſt, vt fruſtrà in eius explicatione tempus teratur. Nonnulla tamen ex dictis oriuntur dubia, quorum ſolutio præteriri non debet, & primò quomodò hic aſſerat Hipp. vrinam ſubrubram cum ſubrubro ſedimento die ſeptima liberare, ſi intrà primum ſeptenarium appareat: cum libro Prognoſt. verſ. 168. dixerit, hanc eandem longiorem quidem morbum ſignificare, quam eam, quæ aliquandò puram mingitur, aliquandò cum alba ſubſidentia, valdè tamen ſalutarem eſſe? quia ſi diuturnior eſt, quomodò ſeptima liberatur, nam hoc modo, quæ varia eſt, die quarta liberaret, quod oprimæ tantum vrinæ conuenire dixerat? Secundò ſi vrina cum ſubrubro ſedimento non antè ſeptimum iudicat, quomodò, quæ nubeculam habet ſubrubram eodem tempore liberare dicitur inferius. Nam cum nubecula longè inferior ſit ſigno coctionis ſedimento, longiorem etiam morbum nubecula indicare debet, quam ſedimentum. Pro dictarum difficultatum ſolutione ſciendum eſt, coctionis notas, quæ vrinam faciunt meliorem, aut deteriorem à triplici vrinæ parte deſumi, ab eius ſubſtantia, colore, & contento, per ſubſtantiam intelligo craſſitiem, & tenuitatem; quæ tantum ad coctionem, & cruditatem iudicandam faciunt, vt ſola tenuitas cruditatem atteſtari poſſit: cum nullibi crudam vrinam dixerit Hipp. quæ tenuis non fuerit, vt aliàs demonſtrauimus. Cum igitur vrina coctionis ſignum præ ſeferre incipit, primum color mutatur: coctione verò vlterius progrediente mutatur ſubſtantia, & tandem contentum, quarè vrina, quò pluribus horum participat, eò melior cenſenda eſt. Et ideò fortè melior erit vrina, quæ ſit boni coloris, cum contento mediocris bonitatis, quam ea, cui bonus color deficiat, etiam ſi contentum habeat optimum, vel ſaltem bonitate non erit ei inferior. Vndè vrina boni coloris, nempè ſubruffa cum nubecula ſubrubra æqualis bonitatis erit cum ſubrubra, ſedimentum ſubrubrum habente. Nam quod bonitatis detrahit nubecula reſpectu ſedimenti, id coloris bonitate reparatur. Cum ergò inquit Hipp. vrina, quæ in quarta nubeculam habet ſubrubram, ſeptimo liberat; ſupponit eam coloris eſſe optimi, & hoc pacto difficultas poſtremo loco propoſita tollitur. Ad alteram verò difficultatem reſpondeo: Vrinam primo loco propoſitam, quæ ſcilicet albam habet ſubſidentiam, & lævem, firmatam, hoc eſt, conſtanter talem, ea ratione celeris ſolutionis præ cæteris dici, quia aliquandò eo ipſo die, quo talis apparere incipit, ſolutio morbi contingere poteſt, aut ſaltem non longè poſt. Id pateat ex hiſtoria Herophontis, Cleanactidis, & Melidæ 1. Epidem. item Cherionis, Periclis, & Nicodemi lib. 3. in his enim vbi ſubſidentia alba in vrinis apparuit, non longè poſteà morbi iudicatio ſecuta eſt. Quæ quidem iudicationis celeritas, ſicuti non ſemper cum hac vrina contingit, quandoquidem aliquandò vltrà ſeptimam diem morbus producitur cum huiuſmodi vrina à principio apparente, ità vrina ſecundo loco recenſita, quæ ſcilicet modò ſedimentum laudabile habet, modò non habet, aliquandò celeriorem iudicationem indicabit, aliquandò tardiorem, & id quatenus huiuſmodi vrinæ ſigna ſunt, aut coctionis, aut naturæ morbi benignioris. Aliàs enim indicauimus, vrinam non ſemper conſiderari, vt ſignum coctionis, aut cruditatis, ſed ſæpè morbi conditionem atteſtari. Quarè quando vrinæ à principio tales apparent, morbi naturam indicant, cum verò morbi progreſſu tales fiunt, coctionis ſigna euadunt, & eo caſu, quæ primo loco recenſita eſt, quia perfectiſſimam coctionem atteſtatur, citiſſimam iudicationem ſignificat, & aliquandò etiam eo ipſo apparitionis die, vt proximè dicebam. ſecundum locum in celeritate obtinet, quæ modò ſedimentum habet optimum, modò non habet, hæc enim priori paulò longiorem ſolutionem indicabit, exemp. g. poſt ſecundum, aut tertium diem pro ratione motus morbi, qui quò celerior fuerit, eò citius cum hac vrina iudicabitur. Tertio loco ſuccedunt illæ, de quibus fit mentio in contextu, quæ ſi quarta die appareant, iudicationem ſeptima præmonſtrant, quæ tamen differunt ab ea, quæ ſecundo loco recenſita eſt: quia hæc quoquo tempore apparet, celerem iudicationem ſignificat, illæ autem niſi in primo quaternario conſpiciantur, celeritatem hanc iudicationis non oſtendunt. Qualis verò ſit vrina ſubrubra cum ſubrubro ſedimento, & qua ratione ſalutaris ſit, & ſi paullò diuturnior, explicabitur infrà verſ. 253.

Verſ. 248. Cæterum tenuis, & biliosa, & vix tenuem ac ex quam ſubſidentiam &c.

Quæ

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 612 sur 636

A Quæ hic afferuntur vrinarum conditiones non eo ſenſu accipiendæ ſunt, vt in vna tantummodò vrina ſimul concurrant omnes, & quæ talis fuerit, morbi longitudinem ſignificet, & ratio eſt, quia contradictionem implicat vrinam tenuem, & bilioſam; quæ tenuem, & exiguam habet ſubſidentiam, modò in melius, modò in peius mutari. Nam cum in melius mutata fuerit, non amplius erit tenuis, & bilioſa, quæ per ſe mala eſt ſemper, præterea poſtrema illa verba: hæc autem diutius conſequens, &c. de alia vrinæ ſpecie à ſuperiori diuerſa prolata, fuiſſe manifeſtum eſt. Quarè omnia diſiunctim accipienda ſunt, ità vt doceat in hac coaca Hipp. & tenuem, bilioſamquè, & quæ exiguam habet, & tenuem ſubſidentiam, & quæ pariter in melius, & in peius mutatur, omnes diuturnum morbum ſignificare. Idq. penitus rationabile eſt, experientiaquè verificatur. Tenuis enim & bilioſa ea ratione morbi longitudinem ſignificat, quatenus cruda exiſtens longum tempus ad coctionem requirit, de cauſa enim loB quens Hipp. in Prognoſt. dictat, periculum eſt enim nè ſufficere homo poſſit, donec vrina fuerit concocta, & ſicuti coctiones celeritatem iudicationis, & ſecuritatem, ità cruda, in malos abſceſſus conuerſa, & morbi longitudinem, & recidiuam ſignificat, verum ſi tenuitas ſola cruditatem atteſtatur, & ex conſequenti morbi longitudinem, cur addidit, & bilioſa? quæ ad iudicationis celeritatem potius, quam ad longitudinem conducere poteſt? Reſpondeo, bilioſam addidiſſe, quia non omnis vrina tenuis longitudinem morbi ſignificat, nam mortem aliquandò indicabit v. g. ſi tenuis, & nigra fuerit, albaq. & tenuis non ſemper cruda eſt, ſed aliquandò critica, quandò ſcilicet copioſa mingitur, cuius rei teſtimonium habemus libro 1. Epidem. ſect. 2. verſ. 156. vbi ità inquit Hipp. Aquoſæ vrinæ multæ tenues poſt iudicationem, & ſubſidentia bona facta eſt, etiam alijs probè iudicatis, & ratio eſt: quia vrina aquoſa multa tenuis, & decolor aliquandò apparet etiam concocto morbo, propter admixſtionem copioC ſæ humiditatis, quæ & colorem bonum obſcurat, mediocremq. eius craſſitudinē tollit, quam coctione mediante ei impartita eſt, quod quidem dici non poteſt de vrina tenui, & bilioſa, quæ ſemper cruda eſt, & ex conſequenti morbi longitudinem ſignificat, de hac enim loquens Hipp. lib. Prænot. ſect. 175. dicebat, quamdiù verò fulua fuerit vrina, & tenuis morbum in *Mar. n. 11.* concoctum eſſe ſignificat, & ex conſequenti longum, vrina pariter, quæ tenue, & modicum ſedimentum habet, & ipſa diuturna eſt, quia exiguitas ſedimenti, & eiuſdem tenuitas indicat, naturam toti humori morbum efficienti minimè dominari, ità vt illius pars coctionem quandam contraxerit, pars verò cruda adhùc perſiſtat, quod quidē euenire neceſſe eſt, quia morbi minera vnica non ſit, ſed plures. Nam vt ex ijs, quæ in explicatione 22. aphor. ſect. 1. adduximus colligere licet, humor in vno, eodemq. loco eſſe non poteſt partim crudus, partim concoctus, cum concoctio à partis diſpoſitione proueniat, & hæc in permixtione, temperaturaquè mutua cōſiſtit, quam humor in ea exiſtens contrahit neceſſariò, quod etiam ſenſus teſtimonio confirmari poteſt, Hipp. enim morbos deſcribens, qui in quadam tempeſtate vagarunt in Thaſo, & eorum ſolutiones lib. 1. Epid. ſect. 2. teſtatur: vrinas plurimis fuiſſe tenues, & modicam ſubſidentiam habentes, ex recrementis tenuibus, ac bilioſis. Iudicationesq. eorum morborum pluribus, varijsq. euacuationibus contigiſſe narrat. At omnibus receptum eſt, vbi plures morbi minere exiſtūt, per plures etiā varias euacuationes iudicari. Quarè vrinæ paruā, & tenuē ſubſidentiā habentes morbi longitudinem atteſtantur, quatenus plures partes affectas eſſe indicant, quibus omnibus citò ſuccurrere non poteſt natura. Vrina deniquè, quæ frequēter in melius, & deterius mutatur, mala eſt, quia morbi inconſtantiam, naturæq. inſtabilitatē ſignificat, quibus inuicem dimicantibus, modoq. hoc, modo illo præualentibus vrinarum frequens mutatio fit, modò ad peius, modò ad melius, quam quidem vrinarum permutationem deſcribens E Hipp. 4. Acutorum v. 155. hæc habet, coniectare verò ex vrinis oportet id, quod futurum eſt, *Mar. n. 46.* ſi enim craſſiores, & pallidiores fuerint, meliores ſunt, ſi verò tenuiores, ac nigriores, deteriores, ſi autem tranſmutationes habent, temporis diuturnitatem ſignificant, & neceſſe eſt, vt morbus, & ad deterius, & ad melius inæqualitatem permutet. Hac igitur ratione vrinæ huiuſmodi permutationem habentes morbi longitudinem ſignificant. De ijſdem verò intelligens ſubiungit, ἐπὶ πλεῖον δὲ τῶν τὸ ἐπάκρου λούουσιν, ideſt in hac verò viciſſitudine diutius permanens, prædicta vrina periculo non vacat, quia naturam cum morbo longo tempore reluctantem non ſuperare, à parte affecta, quæ difficulter curetur, euenire ſuſpicandum eſt. Similiter ſi in iudicatione multum temporis abſoluatur, quia naturæ ſegnitiem arguit, idquè

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 613 sur 636

euenire solet, quandò natura morbum non exactè superauit eo tempore, quo ad crisim concitatur.

Vers. 255. Periculosa vrina est biliosa non, subrubra.

Etiamsi nulla febris earum, quas nos putridas appellamus, absquè bilis præsentia fieri possit: vt in expositione lib. de Nat. Hum. vers. 272. defendimus; nihilominus non omnes vrinam biliosam reddunt, sed illę tantummodò, in quibus bilis plurimum viget, & ideò quotiescunquè in febribus, alijsq. morbis vrina biliosa apparet, bilis copiam subesse cognoscimus. At nullus morbus à bilis copia dependens, caret periculo, nisi bilis, aut ex sui natura mitis fuerit, aut mitigata pepasmo, quibus casibus vrina subrubra redditur, meritò igitur vrina biliosa semper periculosa est, quotiescunquè alio colore est prædita, quam subrubro, nam alij colores bilis acrioris, aut exustæ copiam attestantur, quæ morbos discrimine plenos facit, ex hoc loco colligere licet, vrinam subrubram à bile fieri, quandò hanc biliosam vocat Hipp. ex quo videre est, quam benè Galenus cum præceptore conueniat, dum vrinam subrubram ex permixtione seri sanguinis reddi lib. Prog. 3. tex. 27. testatur indè colligens, morbum salutarem indicare, quia humoris integerrimi exuperantia est. Nam Hipp. fundamentis conuenientior ratio erit, quia vrina subrubra bilis præsentiam indicat, mitificatæ per coctionem, quam subrubra subsidentia manifestat, ideò vrina subrubra cum sedimento subrubro morbum salutarem indicat, longiorem tamen, quam ea, quæ sedimentum habet album, læue, & æquale, quia hæc morbum leuiorem, & mitiorem, humoremquè naturæ subiectum attestatur, quam quæ subrubra est, & similem subsidentiam habet, quæ quoniam bilis copiam præsupponit, tàm citò iudicari non potest, imò longior etiam erit, si in morbo tardioris motus contingat, idq. significare voluit Hipp. superius, dum de hac vrina tractans dixit, siquidem antè septimum diem prodeat, septima die liberat, post septimum verò tardius, aut omninò post aliquod tempus diuturnius.

Vers. 256. Et quæ ex compactis quibusdam innatantibus, subsidentiam habet &c.

Vbi legit interpres ex προφωδεος plurimi contextus habent ex προφωδεων, meliori fortasse sensu, vt in prorretico indicauimus vers. 267.

Vers. 259. Vrinæ, quæ derepentè citrà rationem paulatim concoquuntur, malæ sunt.

Præsentis coacæ expositionem elicies ex ijs, quæ adduximus in expositione coacæ vers. 332. sect. secundæ.

Vers. 262. Alba verò, & pellucida diffusa vrina mala est, maximè si in phreniticis &c.

Albedini splendorem, & perspicuitatem adiunxit, nam alba simpliciter non dici potest mala, quia cruditatem morbi, non prauitatem attestatur, quemadmodum facit alba, & perspicua, quæ absquè interno incendio generari non potest. Dixit verò pellucida diffusa, hoc est, statim excreta, ad differentiam illius, quæ statim micta lucida non apparet, fit tamen indè clarescens, postquam refrigerata est; deposuitq. contentum, quæ tantum abest, vt mala dicatur, vt inter bonas conditiones hæc reponenda sit, imò vrina, quæ postquam depositionem fecit, non exactè clarescit, perfectam coctionem indicare non potest, etiam si contentum sit optimum. Mala est igitur huiusmodi vrina alba, & perspicua, quia humorum crudorum colliquationem attestatur, verum pessima est in phreniticis, quia bilioſi humoris, imò omnium succorum anadrome ad caput ostendit.

Vers. 266. Pernitiosa est vrina nigram subsidentiam habens, & nigra. In pueris &c.

Vrina nigra, siuè substantia, siuè contento, pernitiosa communiter censetur, nō adeò tamen, quin cum vrina nigra aliquis euadat. Nam 3. Epidem. sect. 3. legimus, mulierem illam morosam cum vrinis nigris seruatam esse, imò per vrinas nigras quartanæ febres non rarò iudicantur, & huius diuersitatis ratio est: quia etiam si hæc humoris nigri præsentiam supponat, huius tamen malitia non est eadem, cum longè deterior sit niger, & exustus humor, qui proprio vocabulo à posterioribus atrabilis dicitur, melancholia naturali, quæ fex sanguinis dici posset, imò vtriusquè humoris non semper est æqualis conditio, cum leuior ille sit, quem natura iam superauit, eo qui crudus adhuc persistit. Quarè humor ille omnium pessimus erit, qui talis per exustionem sit genitus, & qui nullam coctionem subierit. Huius verò præsentiam indicat vrina, quæ non substantia propria nigra sit tantum, sed etiam contento, in altero enim nigredine deficiente non parum malitiæ signo detrahitur. Nam si v.g. vrina nigra fuerit, & eius

conten-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 614 sur 636

A contentum ſit nigrum; ſignum eſt, humorem nigrum aliquid coctionis contraxiſſe, cuius gratia contentum à nigro colore parum receſſit, ſimiliter ſi vrina non fuerit nigra, contentumq. habeat nigrum; ſignum erit, humorem nigrum non eſſe atram bilem exuſtione genitam, ſed humorem melancholicum propriè dictum: qui ſicuti multo ſero diluitur, ità vrinam diuerſo colore à nigro infectam reddit: contentumquè tantummodò nigrum facit, hac enim ratione nubeculæ nigræ non læthale ſignum ſunt, ſed quartanæ prænunciæ, eneoremataq. nigra phrenitidis, vt paulò inferius Hipp. nos docebit. Hipp. igitur vt vrinam abſquè vlla exceptione pernicioſiſſimam deſcriberet, dixit eam eſſe, quæ ſubſidentiam nigram habet, eſtq. & ipſa nigra, & quia huiuſmodi vrinæ nigræ aliæ ſunt craſſæ, aliæ tenues (quamuis ſciam tenuitatem cum nigredine latuiſſe Galenum, qui libro de vrinis vrinam nigram, & tenuem reperiri non poſſe exiſtimauit, non tamen latuit præceptorem, qui eas in multis febre ardente laborantibus obſeruauit in Thaſo ſect. 2. lib. 1. Epid. verſ. 174. earumquè prauitatem experti ſunt Mulier Thaſia apud frigidam decumbens, mulier moroſa, Apollonins Abderita, & mulier puerpera in Cizigo, quæ cum vrinis nigris, & tenuibus mortuæ ſunt: vt ex illorum hiſtorijs patet lib. 3. Epid. ſect. 3. Quoniam igitur, vt dicebam, vrinæ nigræ, aut ſunt nigræ ſimpliciter, ideſt craſſæ, aut nigræ tenues, ſubiungit Hipp. in pueris vrina nigra, & tenuis magis pernicioſa eſt, quam craſſa. In adultis verò (vt lib. Prog. additur) nigra ſimpliciter, hoc eſt, nigra mediocris craſſitudinis peſſima eſt omnium. Nó enim hoc in loco comparantur vrinæ tenues ſimpliciter in pueris cum vrinis nigris in adultis, quaſi ſummum prauitatis obtineant tenues in pueris: ſicuti nigræ in adultis, id enim & rationi, & experientiæ penitus repugnat. Nam pueri frequenter vrinas albas, & tenues mingunt, non modò dum ſani ſunt, ſed etiam dum ægrotant, idq. propter cruditates, quas continuò generant ob ingluuiem, quarum gratia morbi à
C cruditatibus, & à pituitoſis ſuccis geniti ipſis ſunt familiares. Quarè de vrinis nigris loquens Hipp. ait. In pueris magis pernicioſa eſt tenuis, quam craſſa, indè q. ſubiungit, contrarium verò de tenuibus, quam de craſſis, hoc eſt contraria eſt enim ſignificatio vrinarum tenuium, & craſſarum, inferens, ſi nigra tenuis in pueris deterior eſt, quam craſſa: vice verſa craſſa in viris, & mulieribus erit deterior, quam in pueris, cuius quidem diuerſitatis ratio dependet à cauſis, quæ vrinam nigram tenuem faciunt, hæc autem meo iudicio triplex eſſe poteſt, vel copia ſeroſitatis, quæ vrinam ità diluat, vt craſſitudinem præſeferre non poſſit, nigredo tamen non tollitur, eò quod etiam ſeroſitas nigredinis particeps ſit, vel propter partis denſitatem, in qua materia morbifica continetur, à qua vrinæ nigredinem contrahunt, vel tandem ob caloris vehementiam, à quo humores quoquo pacto ſublimantur; vndè vrina tenuis redditur, nigredine permanente, quam ex aduſtione contraxit. Priorem cauſam conſpicimus in ijs, qui
D cachexia melancholica cum viſceris imbecillitate laborant, ob caloris enim viſcerum imbecillitatem copia ſeroſitatis producitur, quæ nigro humori permixta vrinam nigram, & tenuem conſtituit. Secunda cauſa concurrit in omnibus excretis, quæ à principio dum crudus eſt morbus, tenuia apparent, vndè methodici cruditatem ad ſubſtantiæ, ſiuè athomorum denſitatem referebant, coctionem verò ad eorum raritatem, cuius gratia excrementa per hanc quidem craſſiora redderentur, per illam verò tenuiora. Tertiam deniquè cauſam tenuitatis in vrinis nigris, quæ erat caloris vehementia, manifeſtauit Hipp. lib. 1. Epidem. ſect. 2. conſtitutione tertia, in qua febres ardentes factæ ſunt cum vrinis nigris, & tenuibus, prægreſſam tempeſtatem deſcribens hęc habet. Poſt canem vſquè ad arcturum æſtas calida, æſtus magni non ex acceſſione augeſcentes; ſed continui, & violenti: à quibus cauſis humores exuſtionem talem ſint conſecuti, vt vrinæ non modò nigræ redderentur, ſed etiam tenues. Cum igitur hæ
E ſint cauſæ, propter quas vrinæ tenues, & nigræ redduntur, quia à puerorum temperamento plurimum recedunt: ideò huiuſmodi vrinæ in illis ſunt peſſimæ, eò quod abſquè fortiſſima, & vehementiſſima cauſa fieri non poſſunt, Naturalis enim facultatis robore, quæ huic ætati data eſt, viſcerum imbecillitatem non facilè contrahunt, quæ tenuitatis vrinarum prima cauſa erat. Raròq. corporis habitu conſtant, vt vix ad eam denſitatem reducatur, vt vrina tenuis à ſecunda cauſa reddatur. Et deniquè propter humidi ſubſtantifici copiam, quæ ijs data eſt, humores à caloris vehementia difficilè ità accenduntur, vt vrinas nigras, & tenues mingant. His igitur rationibus læthaliores ſunt pueris vrinæ nigræ, & tenues, quam nigræ, & craſſæ, cuius contrarium in adultis euenit ob cauſas prædictis contrarias. His ſic explicatis,

noſtræ

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 615 sur 636

©BIUM

Mar.n.10. noſtræ interpretationis veritas eluceſcit, quæ etiam Hipp. teſtimonio confirmari poteſt, lib. enim 7.Epid.ſect.1.verſ.186.in hiſtoria vxoris Hermoptolemi inquit, vrina autem erat, quæ in pueris ſemper peſſima eſt. Hanc enim nigram, & tenuem fuiſſe ex multis coniectare licet, & primò ex lingua liuida ab initio, lingua enim lotium indicare decretum eſt Hippocraticum lib.6.Epidem. ſect.5.verſ.20. vndè rationabilius eſt procedente morbo vrinam nigram redditam eſſe,quam albam,& tenuem. Secundò ex nigra deiectione ad finem excreta, quæ nigrum humorem abundare ſignificat, à quo vrina nigredinem contraxerit, & denique ex accidentibus ferè omnibus in hiſtoria enarratis, peculiaribus eorum morborum, in quibus vrinæ nigræ, & tenues obſeruantur, vt ex hiſtorijs ſuperius citatis colligere licet eorum ægrotantium, qui cum ijſdem ſymptomatibus vrinas nigras,& tenues minxerunt. Quod ſi, quæ in expreſſionem præſentis doctrinæ in prognoſtico ſcripta ſunt, huic interpretationi non facilè accommodantur,mallem potius prognoſticum ex præſenti coacа corrigi, quam auctori falſa, & rationi,experientiæq. reluctantia imputare.

Verſ. 268. Et grandinoſa genituræ ſimilis effuſa, eadem verò etiam laborioſa.

Vrinas grandinem, & genituram æmulantes appellat eas, quæ contentum grandini, & genituræ ſimile habent: in albas ſcilicet ſpherulas inſtar grandinis concretum, nec inconueniens eſt,idem contentum grandinoſum ſimul,& genituræ eſſe, quia vtriuſquè contenti eadem eſt materia,pituita nempè à caloris vehementia denſata, & conglobata, contentum verò grandinoſum non ſtatim, ac vrina micta eſt apparet: ſed poſtquam ſepoſita refrigerata eſt, nam ſtatim effuſa genituræ ſimile potius conſpicitur, dum actualis calor illud diffundit,nè in ſpherulas dictas concreſcat, eadem ratione,propter quam omnia vrinæ contenta non prius apparent, quam vrina refrigerari incipiat, hancq. contentorum diuerſitatem nobis indicauit Hipp.dicendi modo,quo vſus eſt, & grandinoſa genituræ ſimilis effuſa, hoc eſt contentum facit grandinoſum,poſtquam ſepoſita eſt, genituræ verò ſimile ſtatim excreta,Hujuſmodi verò conglomiratio contenti vrinarum prouenit à caloris exceſſu, qui pituitoſam materiam exaſſando eſt cauſa,vt vrinæ contentum, quod pars materiæ peccantis ſupponitur,in ſpherulas dictas concreſcat, quemadmodum à caloris vehementia cruda fieri ſputa demonſtrauimus in expoſitione illius ſententiæ lib.6.Epidem.ſect.3. verſ. 58. ſputa rotunda in peripneumonicis delirium ſignificant. Tales vrinas obſeruauit Hipp.in Philiſco lib.1.Epid.ſect.3.de quibus ità ſcriptum eſt, vrinæ variæ, quæ habebant enæoremata rotunda, genituræ ſimilia, diſperſa, rotunditas enim hoc in loco ad totum contentum ſimul glomeratum referri non poteſt: quia hoc pacto non diceretur diffuſum, & diſperſum, ſed ad eius partes inuicem diſcretas,& in ſpherulas paruas efformatas. Huiuſmodi ergò vrinæ pernicioſæ ſunt, quia peſſimum eſt pituitoſo humore vigente in corpore calorem febrilem adeò accendi, vt ſucci conglomerentur in ſpherulas dictas,quæ tantò peiores ſunt furfuraceis, lamineis, farinaceiſquè, quantò in partes craſſiores efformata conſpiciuntur, vt à nobis demonſtratum eſt in expoſitione illius Prognoſtici verſ.169. At ſubſidentiæ in vrinis, &c. ità vt ſumma cum ratione pari paſſu cum nigris incedere dicantur,quamuis non ignorem,huiuſmodi contentum grandinoſum tantam exuſtionem minimè indicare,quantam nigra antèdicta: non caloris remiſſione, ſed ob materiæ copiam, & qualitatem, quæ exuſtioni reſiſtere magis potuit. Ideò verò ſubiungit, τοὶ δὲ αὐτὸ επιπονον, quibus verbis duplex ſenſus accommodari poteſt, alter erit, vt intelligamus præfatas vrinas malas eſſe, ſi cum labore, & dolore excernantur, ità enim επιπονα ουρα vrinas laborioſas interpretabatur Ruffus in expoſitione illius prorretici ἢ ἴρα δ' επιπονα, πονηρὸν, idquè euenire in hoc caſu ſatis rationabile eſt, vbi pituitam à calore exaſſari ſupponitur: vndè vrina acrimoniæ particeps reddita, in tranſitu dolorem facere non eſt inconueniens. Poſſunt etiam altero ſenſu interpretari, ità vt aſſerat Hipp. vrinas præfatas læthales eſſe, & laborioſas,quatenus morbum oſtendunt laborioſum, idq. non immeritò,cum enim ad tantum exuſtionis pituitoſi ſucci deueniunt,vt huiuſmodi vrinæ excernantur, æger quietus, & abſquè labore degere non poteſt, idq. Philiſcum præfatum expertum fuiſſe nouimus, quem cum prædictis vrinis plures noctes laborioſas habuiſſe legimus in illius morbi hiſtoria.

Verſ.276. Cruenta verò in principio micta,diuturnam,turbata cum ſudore,recidiuam,&c.

In hac coaca breuiſſimis verbis quatuor ex vrina prædictiones inſtituit admodum illuſtres,

idquè

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 616 sur 636

A idquè verbis adeò manifeſtis, vt nodum in ſcirpo quærat, qui circà eas difficultatem moue-
re ſtudeat, inquit enim, cruentã vrinam à principio morbi redditam longitudinem ſignificare,
& ratio eſt, quia cum morbi coctione mediante terminentur, & hæc à facultatis naturalis ro-
bore fiat, ſi hæc imbecillis fuerit, certum eſt, coctionem citò abſolui non poſſe, huiuſmodi ve-
rò vrinas cruentas facultatis naturalis imbecillitatem ſignificare nos docuit Hipp. lib. de Nat.
Hum. verſ. 268. dum inquit. Quibuſcunquè vrinæ cruentæ ſunt, iis venæ laborant, certum eſt *Mar. n. 26.*
enim, venarum affectionem nihil aliud ſignificare, quam ſanguificatricis imbecillitatem, vt in
eius loci explicatione demonſtrauimus. Meritò igitur ait Hipp. vrinas cruentas longitudi-
nem morbi ſignificare, ſi à principio appareant, quæ quidem conditio appoſita eſt, vt omnis
huiuſmodi vrinæ coloratio tollatur, quæ ab alia cauſa originem habeat v. g. à calore ſangui-
nem adurente, aut colliquante, hæc enim etiam ſi contingere poſſint, à principio tamẽ morbi
B non apparent, in quo omnia leuiora eſſe conſueuerunt. Ait ſecundo loco, vrinam perturba-
tam, quæ craſſitudinem confuſam habet, cum ſudore recidiuam ſignificare, huiuſmodi enim
vrina cum non ſit concocta, infidam febris ſolutionem oſtendit, & potiſſimum ſi hæc ſolutio
mediante ſudore contigerit, per quẽ humores tenues excernuntur: vrina verò præfata craſſo-
rũ humorũ abundantiam ſignificat, qui quandò intus remanent poſt iudicationem, recidiuam
expectare oportet. De vrina perturbata, & alba, qualis iumentorum, de qua tertio loco fit
mentio, aliàs determinatum eſt, capitis dolorem, vel præſentem, vel imminentem ſignificare,
verum circà huiuſmodi vrinam illud animaduertendum eſt, Hipp. hoc in loco colorem album
adiunxiſſe, non tanquam neceſſarium omninò, quia de huiuſmodi vrinis tractans lib. 7. Epid.
ſect. 2. verſ. 461. denſitatis, & perturbationis tantummodò mentionem fecit. Imò inter *Mar. n. 54.*
exempla, quæ ad huius rei confirmationem adducit, Poliphanti meminit, qui ex capitis dolo-
C re vehementiſſimo mente motus, conuulſus mortuus eſt, cuius vrinam deſcribens inquit, vri-
na prodijt rubicunda, conturbata, velut iumenti, quarè quotieſcunquè vrina craſſa eſt, & adeò
conturbata, vt nihil deponat, cuiuſcunquè coloris ſit, capitis dolorem indicare ſolet, quatenus
humorum agitationem oſtendit, qui cum à natura non regantur, facilè caput petunt, dum à
calore febrili eleuantur. Hocrantem in loco albedinem addidit, vt certius ſignum doloris ca-
pitis, nam cum hic color pituitoſorum humorum copiam atteſtetur, quorum fons caput eſt,
ſi agitentur, facilius in caput feruntur, quam cæteri humores, qui hoc conſortium cum cerebro
non habent. Pelliculoſam tandem vrinam, in qua ſcilicet partes quædam craſſiores, & albæ
inſtar membranarum continentur, conuulſionem ſignificare ſuperius etiam teſtatus eſt Hipp.
hoc eodem opere ſect. 1. verſ. 109. quo in loco huius rei euidentem rationem afferre conati
ſumus, & ideò eadem repetere nunc ſuperfluum eſſet.

D *Verſ. 282. Vrina aquoſa, aut turbata friabili aſperitate, aluum liquidam fore &c.*

In hac coaca deſcribitur vrina cruda, ſeù inconcocta, non propter humoris contumaciam,
ſed ex viſcerum imbecillitate proueniens, hæc autem eſt, vel aquoſa, & colore, & tenuitate,
vel perturbata; quæ ſcilicet poſt ſeparationem contenti adhùc turbida remanet, quæ conten-
tum habeat inæquale, & aſperum in ſuperficie, eiusq; conſiſtentia adeò friabilis ſit, vt ex vri-
næ commotione etiam leuiſſima ſtatim per ipſam vrinam diffundatur. Hæc enim ſicuti vri-
næ concoctæ penitus contraria eſt, quę præter colorem bonum, & ſubſtantiam vrinæ media-
crem, ſubſidentiam læuem, æqualem, & ſibi ipſi cohærentem habet, ità hæc, quia conditiones
penitus contrarias habet, omninò cruda, ſiuè inconcocta dicenda eſt, & ſicuti, quæ optima eſt
à ſolidarum partium robore dependet, ità vice verſa hæc earum imbecillitatem indicabit.
Nec eſt à ratione alienũ, ſolidis partibus imbecillitate laborantibus, à quibus ſanguificationis
E opus dependet, vrinas produci, quarum contentum facilè diſſoluatur, quòd friabile hic appel-
lat Hipp. nam experientia demonſtrat eos, qui viſcerum imbecillitate laborant, ſanguinem
adeò laxum, & debilem generare, vt à vena extractus non coeat, aut tenuiſſimam, & facilè diſ-
ſolubilem conſiſtentiam contrahat, huiuſmodi verò ſanguine in corpore exiſtente non eſt mi-
rum, ſi vrinæ contentum eiuſdem friabilitatis appareat, cùm igitur præfata naturalium inſtru-
mentorum imbecillitas vigeat, meritò laxatur aluus, eadem ferè ratione, propter quam, qui-
bus in febribus ſanguinis multitudo vndèquaquè fluxerit, his in refectionibus aluos humecta-
ri legimus 4. aphor. 27.

Verſ. 285. *In tertianis cum horrore, velut nubeculæ nigræ, horroris incuſſantis &c.*

Hoc

©BIUM

Hoc in loco eas vrinas intelligit Hipp. quæ contentum habent instar nubeculæ nigræ, de qua libro 4. Epidem. facta est mentio his verbis, ἐνάωρημα νεφελίου ὑπομέλανος δοκέντος παχὺς ἔχειν, idest enæorema, quod nubeculæ subnigræ crassamentum habere videbatur. Has vero febrium inuasiones errabundas, & cum horrore inuadentes præmonstrare voluit, dum inquit, horroris inconstantis indicia sunt, horroris quippè inconstantis esse dicuntur illæ febres, quæ propter humorum diuersitatem varijs diei horis cum horrore accedunt, iuxtà naturam humoris in illa accessione prædominantis, notum est enim, vnicuiquè humori constitutum esse tempus, in quo moueatur, vndè si modò præualet bilis, accessio fit circà meridiem, quo tempore naturæ instituto bilis mouetur, si cras pituita prædominium habeat, accessio ad noctem extendetur, & sic de reliquis eodem modo, atquè hoc pacto febres erraticæ fiunt, quæ ob pituitæ præsentiam cum horrore inuadunt semper. Hanc humorum varietatem indicat contentum instar nubeculæ nigræ in illis febribus, quæ à bile, & pituita impermixtis dependent; talesq. sunt tertianæ horridæ. Typus enim tertianus bilis præsentiam attestatur: inuasio autem cum horrore, pituitam pariter vigere ostendit: sicq. concursus humorum omnium indicatur, si præfatum contentum in vrina appareat, quod nigri humoris est soboles. In tertianis igitur, horridisq. febribus contentum instar nubeculæ nigræ erraticas, & cum horrore accedentes febres præmonstrat, quemadmodum nubecula nigra in febribus erraticis quartanam indicat, vt paulò antè dictum est à Præceptore, quatenus in varietate humorum errabundas febres efficientium nubecula nigra apparere incipiens, humorem melancholicum cæteris iam præualere ostendit.

Vers. 292. At rubicunda valdè, & florulenta, subsidentiam cum virore pallidam &c.

Cum superius Hipp. vers. 252. omnem colorem in vrina biliosa damnauerit, vt summo discrimine plenum præter subrubrum, non possumus dicere, vrinam hanc valdè rubicundam, & floridam à bile colorari, cum morbum præmonstret minimè periculosum, præterquam quod diuersitas coloris ipsius contenti humorum diuersitatem ostendit, quarè ipsius vrinæ color ad sanguinis serositatem referendus est, cui bilis copia non exigua associetur, quæ subsidentiam reddit cum virore pallidam, leuem, & sinceram. Sinceram quidem, quia à sanguinis serositate infici non potest, eò quod cum natura sit tenuis, subsidentiam non facit, læuem verò, quia natura ipsi dominatur, & ideò morbum salutarem promittit, verum quia serositas sanguinis viget, quæ sanguificatricis facultatis imbecillitatem ostendit, non citò exacta in humoribus concoctio sperari potest, ità vt morbum in longum tempus protrahi necesse sit, turbulentumq. reddi, tùm ratione serositatis, quæ dum vehementer incalescit, facilè euaporat in caput, tùm etiam propter bilis copiam, quæ huiusmodi morbos ex sui natura producit, subiungit verò, & qui in alium transmutatur, ob tenuitatem materiæ morbificæ, quæ à loco ad locum facilè transmutatur, & humorum diuersitatem, quorum alter alteri temporis progressu cedit, vndè morbi varij insurgunt.

Vers. 295. Alba verò aquosa, subsidentiam, crassas polentæ partes referentem &c.

Subsidentiam crassiores polentæ partes referentem à succorum exustione dependere aliàs demonstrauimus, quæ quidem exustio duplici ratione contingit, vel quandò humores per venosum genus transfluentes tantum incendij contrahunt, vt eorum pars crassior quasi exusta in particulas quasdam paruas incrassetur, quæ cum vrina excernātur, vel quandò in aliqua parte concluduntur, quæ summo flagret incendio. Quandò humores primo modo exuruntur, fieri non potest, vt eorum pars crassior exustionem patiatur, quin tenuior aliquo modo coloretur. Secus euenit cum in aliqua parte conculcati exuruntur, nam cum pars necessariò inflammetur, non est inconueniens (idquè quotidiè obseruatur sæpè) vrinas aquosas, & tenues mingi: etiamsi humores in inflammata particula consistētes exustionem patiantur. Idq. euenit, quandò humores in parte inflammata fortiter infixi sunt, vndè tenuiores eorum partes vi caloris extrahuntur, & cum vrina excreti eam tenuem, & aquosam reddunt. Nam sicuti, qui arte chymica extrahuntur liquores, prout plurimum nullum retinent colorem eorum, à quibus extrahuntur, sed aquei sunt, & tenues, ità non est inconueniens constipatis in parte inflammata humoribus aquosas vrinas apparere, quibus portio exusti humoris permixta subsidentiam faciat, quæ exustionis sit indicium. Meritò igitur huiusmodi vrinas dolorem significare ait Hipp. cum absquè aliqua interna inflammatione non contingāt, à qua dolor excitatur,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 618 sur 636

A ent, periculumq. denunciant, quia huiusmodi inflammationes nunquam periculo vacant. Si vrina clara fuerit, hoc est, cum virore pallescens cum eadem sublidentia, significat, exustionem vigere in humoribus, non in aliqua parte constipatis, sed per venosum genus vagantibus, & quia exustio in humoribus non potest sine periculo consistere, ideò etiam hanc periculosam esse ait. Sed & diuturnam, quia etiam si hæc ratione coloris minorem cruditatem indicet, quam alba, & aquosa, quia tamen in hac humores sunt conculcati in parte, citius coquuntur, quam in illa, in qua humores peccantes per venosum genus discurrunt, quæ enim concoquuntur concluſa esse oportet & quietem habere, vt ait Hipp. lib. 6. Epid. sect. 2. vers. 55. longitudinem verò morbi significare intelligimus cum Galeno in com. 31. aphor. sect. 7. Sæger seruari debet, nam citò mori cum huiusmodi vrinis nihil prohibet.

Vers. 299. Vesica intercepto, tum alias, tum cum capitis dolore, habet quid conuulsorium.

B A quacunque causa vrina in morbis acutis intercipiatur, necesse est semper aliquam particulam affici, quæ neruoso generi consentiat. Nam si fuerit vesica, quia neruosa est, neruorum principium statim in consensum trahit. Si renes ipsi, quia ad partem posteriorem siti sunt, quæ neruis participat magis, & quia spinali medullæ adiacent, facilè affectionem neruoso generi communicant, vnde symptomata conuulsoria superueniunt, & eò magis id timendum est, si capitis adsit dolor, qui humorum translationem ad caput faciliorem reddit.

Vers. 301. Tremor ifera senioribus etiam sic superueniens, capitis fortasse ejiciunt.

Hoc pacto conuertenda est præsens coaca ex Græco contextu ad verbum, in qua docemur, tremores in senibus in febre cum renum dolore, & vrinæ suppressione calculorum excretionem indicare. Per tremores enim intelligit concussionem illam membrorum, quæ in magnis rigoribus apparet, quæ à bilis copia, & virtutis robore dependet, quorum nullum cum ætati senili conueniat, si aliquandò senibus accidat in febre, suspicandum est, tremorem hunc non rigoris febrilis effectum esse, sed potius calculi vreterem transeuntis, qui vehementius irritando tremorem inducat, idque magis suspicandum erit, si renum dolor, & vrinæ suppressio præcesserit, id enim important voces illæ in Græco contextu ἐφίστασαι.

Vers. 306. In biliosis vrinæ intercepto breui cocedit

Quia omnis excusatio tollitur interceptæ vrinæ ab illis causis, quæ morbum mitiorem reddunt, siuè pituita crassior fuerit, siuè frigiditas, siuè partium resolutio: quæ biliosis corporibus non facilè conueniunt. Quarè in his vrinæ suppressio semper malam arguit causam, & læthalem, & quæ citò interimat, propter naturam prædominantis humoris, quæ morbos acutos, & celeris motus ex sui natura producit.

Vers. 312. Quibus vrinæ pauca, crassiusculæ, non sine febre, copia ex his progressa tenuis, &c.

D Hanc sententiam exposuimus sect. 4. aph. 69.

Vers. 320. Alui egestio optima est mollis, cohærens, accompacta, subfulua, non valdè, &c.

In expositione præsentis sententiæ lib. Prognost. demonstrauimus, duas optimæ egestionis conditiones superadditas hoc in loco, videlicet: vt sit colore subfulua, & minimè graueolens, non esse necessarias; cum absque illis optima esse possit. Nam grauis odor, colorumq. varietas ab assumptis euenire possunt, idque confirmant sanorum egestiones, quæ plerunq, & odore, & colore ingestis quibusdam respondent. Et ideò vniuersaliter de alui excrementis loquendo, conditiones in prognosticis appositæ sufficiunt. De ægrotantibus verò si loquamur, non erit inconueniens, has quoque addere, quia cum ijs alimentis non vtantur, à quibus fœcum color, aut odor alterari solet. Si in illis, vel malè oleant, aut colorem à fuluo diuersum habeant, ab aliqua præternaturali causa id euenire necesse est, quarè optima erit si inodora fuerit, & colore subfulua ex bile, quæ in morbis rarò non abundat, quæ cum pauca est, & mitis, fæces quidem colore inficit, non tamen molles eas reddit, vt in sanis euenire dicebamus in Prognostico.

E *Vers. 322. Commodum est, lumbricos rotundos exire simul, vbi ad iudicationem tendit.*

Item de vermibus per morbos acutos apparentibus composuit Duretus. In principio eorum excretionem malam esse, circà iudicationem verò salutarem. Verum huius rei causam clariorem, & apertiorem exposcerem, pro qua supponendum est, vermes non semper generari in eo morbo, in quo apparent: sed sæpissimè, qui antè diutius in intestinis latitarunt, superueniente morbo excernuntur: idque duplici modo euenit: vel quia à materiæ prauitate

ipsis

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 619 sur 636

ipsis infensa expelluntur; eadem ratione, propterquam à medicamentis expelluntur, vel excernuntur naturæ impulsu, quando ipsis, alijsq. humoribus dominatur. Primo modo malum est signo, in fine est bonum, & signo, & causa, nam triumphantis naturæ indicium est, quæ id, quod noxium est salubriter expellit, at verò in ipso morbo vermes produci, in adultis semper malum est; quia chilosæ substantiæ putredinem indicat, non tamen pernicioſum omninò, & ratione loci, & ratione materiæ, nec non gradus ipsius putredinis. A

Vers. 323. In acutis spumosa, circumbilicosa alui egestio, mala.

Pro huius coacæ explicatione petenda sunt ea, quæ adduximus ad prorreticum vers. 71.

Vers. 326. Alui intercepio, parua, nigra, velut caprarum sit rcora, ad necessitatem &c.

Quæ hic de siccis alui excrementis afferuntur, satis nota sunt ex ijs, quæ super prorreticum adduximus vers. 59. & ideò hoc in loco illud tantummodò in memoriam reuocetur: prauitatem harum egestionum dependere à loco, vbi generantur, eorum enim paruitas in tenuioribus intestinis egestiones crassescere, & indurari ostendit, quod quidem maximam siccitatem interiorum consequitur, quæ naturaliter perpetuò madescunt, vndè tantam siccitatem in morbis intestina absquè aliqua inflammatione contrahere non possunt, quæ quidem inflammatio quantum periculi in se habeat, iam satis notum est. B

Vers. 328. Viscosa, meraca, aut alba alui egestio, mala est.

Pituitosæ deiectionis prauitas exprimitur in præsenti coaca, quæ quidem duplex est, alia viscosa, & meraca, alia simpliciter alba, viscosa deiectio tunc mala est, quandò sincera est: tunc enim summum in interioribus incendium significat, quæ pituitæ humiditatem exiccando absumit, eamq. viscosam reddit eodem modo, quo oximel viscosum reddere sputum, si
v. 28. valdè acre fuerit Hipp. 3. Acut. vers. 68. adnotauit, conditionem verò appositi; vt & meraca sit: quia non est inconueniens, pituitam in intestinis viscosam reddi à stercore, aut alio humore calido eius humiditatem absumendo, quæ nihil mali portendat. Mala est etiam simpliciter alba, quia si hæc pituita fuerit, summam corruptionem contraxisse indicat, dum enim internus calor in pituitam agit, si humiditas ità vigeat, vt à calore absumi non possit, corrumpitur, & per corruptionem, & splendorem, & lentorem amittit, albedinemq. intensiorem contrahit, quemadmodum euenire obseruamus in melle, & saccaro, alijsq. huiusmodi, quæ per agitationem alba redduntur, eorum enim continuitas ab aere intercluso per motum tollitur, albedoq. introducitur: eadem ratione, propter quam spuma proprio liquore semper albidior apparet, quia igitur, quod in his præstat motus, in pituita putredinalis calor efficit, ideò huiusmodi alui excrementa admodum alba mala sunt, quia prædictæ causæ præsentiam atteſtantur. Quod si absquè pituita albedo in alui excrementis appareat, signum erit humores omnes, à quibus fæces colorari solent, ad partem aliquam principem receſſisse, quod quanti referat omnibus est notum. C D

Vers. 329. Mala est, & abundè fermentata, subpituitosa.

Quia & hæc à calore vehementi causam habet, fermentata enim dicuntur alui excrementa, quæ mollia existentia, bullis quibusdam ferè insensibilibus per totam substantiam referta sunt, quæ non solum eius consistentiam, siuè continuitatem auferunt: sed eam in maiorem molem attollunt, idq. à calore vehementi oritur, dum in crudos succos agit. Quia igitur in crudorum succorum abundantia calorem vehementem interius vigere malum est: ideò fermentata valdè, & copiosa alui excrementa, subpituitosa, mala dicuntur.

Vers. 329. Praua item ex torminosis, subsidentia subliuida, purulenta cum bilioſa.

Quia non facilè est intelligere, quid velit Hipp. per vocem illam, ἐκ τροπιαδέων, ideſt ex compactis, & quomodò ex compactis subsidentia purulenta liuida fiat, ideò libenter prorretici lectionem secutus, quod ἐκ στροφάδων habet, hoc est, ex torminosis; dicerem hunc esse præsentis coacæ verum sensum. Post ventris tormina, si alui excrementa liquida reddantur, in quibus subliuida purulenta subsideant, pernicioſum esse, ratioq. veritatis sententiæ à causa torminū omninò dependet, quæ si fuerit simplex humor, aut flatus, nihil periculi præsefert, si verò ab aliquo interno abscessu dolor dependeat, casus admodum periculosus est. Quia post ventris tormina diutius affligentia in alui excrementis apparere subsidentiam purulentam, subliuidam, tuberculum aliquod magnum interius ruptum esse indicat, quod sicuti semper malum est, ità salutis omnem spem tollit color liuidus purulentæ materiæ, quæ vt spem E

aliquam

A aliquam in nobis concipiat, alba leuis, & inodora esse debet. Quod si vlterius aliquid bilioſi adfuerit, eò magis periculum augetur, & mortis celeritas indicatur, nota sunt enim, quæ de hac re statuta sunt à præceptore lib. Prænotionum vers. 211. ex suppurationibus (inquit) quæcunquè dum sputum adhùc bilioſum est, suppurantur, pernicioſæ valdè sunt, siuè bilioſum illud in parte, siuè simul cum pure expuatur: & hoc potissimum si morbo ad septimum progresſo, suppuratio ab hoc sputo procedere incipiat, timor autem est eum, qui talia expuit, moriturum esse decimaquarta die, terminus admodum breuis suppurationum, quæ in longum tempus mortem protrahere solent, & quod de suppurationibus pectoris dicitur, cęteris etiam conuenit, quia in omnibus eadem ratio viget. *Mar. n. 14.*

Vers. 330. Sanguinem splendidum egerere, malum est, tùm aliàs, tùm si quis dolor &c.

Splendidum sanguinem dixit, vt excluderet dyſenteriam illam sanguinolentam, quam pe-
B culiarem facit Hipp. 4. de Artic. eorum, qui altero crure mutilati sanguinis repletionem contrahunt, nam sicuti hæc sanguinis excretio salutaris est, ità splendore caret.

Vers. 331. Spumoſa, circumbilioſa alui egeſtio, mala est, sed, & morbum regium &c.

Quæ sit egestio circumbilioſa, explicauimus in Prorretico vers. 71. huic verò aliquandò morbum regium superuenire, non est inconueniens, quia cum huiuſmodi egestio ab interno incendio ortum ducat, si hoc in hepate inflammato vigeat, morbum regium accedere, est rationabile; quod innuere visus est in Prorr. dum dixit: num his hepar doloroſum est?

Vers. 334. Tenuis, ſpumoſa alui egeſtio, aquoſam cum virore pallidam habens &c.

Huiuſmodi excretiones frequenter apparent in morbis acutis: in quibus cum summo interiorum incendio crudorũ, & seroſorum humorũ copia viget, nam in superna eorũ parte spuma quædam paruis consita bullis superstat: pars verò inferior aquoſa, & colore bilioſo leui-
C ter infecta est, & hanc aquoſam partem subsidentiam vocat, quia spumoſæ parti substat.

Vers. 338. Mala quoquè ſicca, friabilis, decolor, tùm aliàs, tùm ſi aluum humectet.

Cum febrilis calor eò progreſſus est, vt non modò sicca reddantur alui excrementa, sed etiam eorum humidum substantificum dissoluendo cohærentiam eorum omninò tollat, vndè friabilia reddantur, malum est, sed eorum malitia augetur, si vlterius etiam coloris sint expertia, hoc est, nullũm ex coctionibus colorem acquisierint, sed illum seruent, quem assumpta habebant (id enim importat vox ἄχλοον, ideſt coloris expers) nam hoc est signum maximæ imbecillitatis calidi innati, cuius ope coctiones perficiuntur: quæ quidem imbecillitas eò maior apparebit, si sicca aluus humectetur, commune symptoma viscerum imbecillitate laborantium, quod quidem læthale omninò signum euadit, si antè nigra prodierint, nam læthalis signi malitiam auget.

D *Vers. 341. Liquida, ſubtenuis alui egeſtio, perfrigeſcens, non ſine febre, mala eſt.*

Quid nobis dicendum occurrerit super hanc sententiam adnotauimus in Prorr. vers. 178.

Vers. 347. Læthale autem ſanguinem multum grumoſum fundere.

Rectè dixit grumoſum, non sanguinem simpliciter, memor illius aphor. 27. sect. 6. quo omnem sanguinis excretionẽ per inferiora probauit: per superiora damnauit, sanguis enim infernè erumpens, si rectè, & naturæ legibus feratur, siuè ab hæmorrhoidibus, siuè ab hepate copia redundante, vt in mutilatis altero crure euenire nuper dicebamus, siuè per vterum in mulieribus, nunquam excernitur grumoſus, sanguinem enim in transitu grumeſcere duplici ratione contingit, vel ipsius sanguinis vitio; vel expultricis imbecillitate, quæ sanguinẽ è venis egreſſum non statim expellit, sed permittit concreſcere in inteſtinis, quorum neutrum si adsit, sanguis nunquam excernitur grumoſus. Meritò igitur sanguinem grumoſum exire læthale est, si
E in magna copia fundatur, quia aut sanguinis vitium, aut facultatis imbecillitatem arguit, quæ in magnis euacuationibus casum læthalem semper constituunt.

Vers. 349. Malæ item omnes variegatæ, & quæ abundè colorantur.

Variegatæ deiectionis malitia iam satis nota est, & explicata in Prognoſticis, verum prauitate nullo modo ei inferior est, quæ quò diutius procedit, eò colore intenſior redditur, nam sicuti humores, dum concoquuntur, miteſcunt, & coloris intenſionem deponunt: ità si eorum color intendatur, alterationem concoctioni oppoſitam contrahere, significatur, quæ est corruptio, vndè quò maior copia humorum educitur, eò grauior redditur morbus.

Vers. 350. Egeſtiones deſinentes in meracas ſpumoſas, omnes quidem exacerbant &c.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 621 sur 636

Interni æstus soboles est transitus deiectionum in spumosas, & meracas; vt mirum non sit; si per eas omnes morbi exacerbentur, exacerbantur autem maximè, qui à capite læso dependent, nam ità legimus in Prorretico primo sect. 3. quibus sopor fit, spumosis prodeuntibus, his febris exacerbatur acuta, conuulsionem verò vehementer exacerbari consentaneum est rationi, nam, interno feruore augescente, humores acriores fiunt, & ad irritandam facultatem neruorum aptiores redduntur, ex talibus quoquè parotides emergunt, tùm quia caput indè repleri necesse est, tùm quia materia parotidum producitur, quæ bilis est pituitæ permixtione incrassata, aut pituitosus succus aliquo modo attenuatus, quibus enim pituitosæ excretiones in spumosas meracas desinunt, ijs parotides erumpere verisimile, non autem quibus biliosæ spumosæ redduntur, quarè cum id cognouerit Hipp. particularem propositionem fecit dicens, ex talibus, non his, parotides emergunt, hæc sententia legitur in Prorretico nũ. 15. v. 168. sect. 3. hunc in modũ, meracæ desinentes purgationes omnibus quidem exacerbatoriæ sunt, his verò etiam valdè, ex talibus etiam circà aurem abscessus emergunt, quorum verborum occasione aliam, nec minus rationabilem interpretationem adiunximus eo in loco. A B

Vers. 353. *Valdè rubicunda, in febre, delirium.*

Valdè rubicunda egestio ex bile prouenit summum feruorem perpessa, si cum febre contingat, qua quidem in corpore dominante, & agitata, impossibile est indè caput non lædi, siuè à vaporibus, vndè deliriũ excitetur, quod paraphrenitis dicitur, siuè ab humore ipso ad superna delato, à quo inflammatione intercedente delirium fit, quod phrenitis vera appellatur.

Vers. 354. *Alba stercoracea morbo regio, difficilis est, item q. liquida, quæ sepositа &c.*

Albæ deiectionis ictericorum malitiam confirmat coaca sect. 1. vers. 50. ictterici multum fœdati moriuntur, alba verò egestio in his præcedit, liquida verò, quæ post aliquod tempus ruborem contrahit, & ipsa difficilis est, quia cum ictericorum bonus, aut malus exitus à viscerum dispositione dependeat, alba stercoracea contumacem eorum obstructionem attestatur, liquida rubescens eorum feruorem indicat, à quo bilis acrior in dies generatur, vndè eius excretio nihil commodi affert, sed ægri conditionem in dies deteriorem reddit. C

Vers. 355. *In sanguinis eruptionibus viscosa egestio nigris variegata, maligna est: &c.*

Inter ea mala, quæ ex hæmorrhagia succedunt, nullum deterius est, quam caloris extinctio, nam indè, aut mors cita succedit, aut in cachexiam. & hydropem transitus fit. Hanc verò caloris extinctionem indicant potissimum excretiones alui, nigris variegatæ, quæ ab ipso sanguine refrigerato, & corrupto nigredinem contrahunt, viscositatem verò addidit, quæ eiusdem refrigerationis contestis est, eamq. colorationem excludit, quæ ab exusto humore aliquandò prouenit, nam etiam si huius humoris excretio semper mala habeatur, vt signum malæ dispositionis corporis hunc humorem producentis, malitiæ tamen signi æquiparari nõ potest, quod caloris extinctionem proponit, hanc igitur causam nigredinis excludit viscositas, quæ cum humore exusto conuenire non videtur, addidit pariter maximè autem albidis, in quibus nec exustus humor, nec melancholia naturalis abundare solet: à quibus si præfata nigredo proueniret, non adeò maligna esset. D

Vers. 357. *Aluus turbata paucis & frequentibus ad egerendum surrectionibus, maxillas etc.*

Aluus turbata, quæ pauca, & sæpè egerat, multos vapores ad caput dimittit, qui in tenuem quendam humorem concrescentes caput ipsum lædunt, obseruarunt verò Medici Coi, buccas trahere, & spasmum cynicum dictum inducere, quod quidem ratione nõ caret, aliàs enim demonstrauimus, acrem, & tenuem materiam neruos proprietate quadam inuadere, quæ quoniam in hoc casu exigua est, totum neruosum genus lædere non potest, quarè neruos faciei tantummodò inuadit: quia in anteriore sunt capitis parte, quam vapores per venas leuati inuadere solent maximè, sicuti posteriorem infestant illi, qui per neruos feruntur, sed & illud boni præstat huiusmodi deiectio, quia rubores faciei tollit materia ruborem faciente ad aluum deriuata, eadem prorsus ratione, propter quã biliosas deiectiones surditatem tollere nouimus. E

Vers. 358. *Stercoracea cum contentione egestio, alui affectionem significat.*

Deiectionem μετα τόνου, ideſt cum robore vocat eam, quæ maximo nixu perficitur, idque euenire solet, aut quãdò stercoris durities expultrici facultati resistit: aut quando materia viscida, & tenax intestinis adhærens facultatem stimulat ad expulsionem, cui ob tenacitatem non facilè cedit. Symptoma quod tenesmos propriè dicitur. Quotiescunq. igitur, nec stercoris duri-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 622 sur 636

A durities,nec materiæ viſcoſitas ad hoc ſymptoma concurrit, vitio facultatis inteſtinorum id euenire dicendũ eſt,idque ſignificare voluit Hipp.dum dixit:Alui laborem ſignificãt.Vtranq. verò cauſam excludit per illud verbum:Stercoracea,quo ea deiectio ſignificatur, quæ nec nimis dura eſt, nec liquida, & viſcoſa:vt teneſmi ſuſpicio haberi poſſit.

Verſ. 359. Pituitoſa verò acutè cum cardiogmo,dyſenteriam ſortaſſis, aut lumborum, &c.

Non omnes alui deiectiones calidæ, & acres aptæ ſunt inteſtina abradere, & dyſenteriam excitare:ſed illæ tantummodo,quæ caliditati craſſitiem adiũctam habent, nam ſæpe obſeruamus,bilioſa alui profluuia longo tempore perſeuerare etiam bilis acerrimæ,nulla facta in inteſtinis læſione.Pituita igitur acris, & ſalſa propter craſſitiem aptiſſima eſt dyſenteriam parere,eo quod tranſitu iuteſtinis adhęrens acri facultate ea exulcerat.Quandò igitur pituitoſæ excretiones celeriter,& frequenrer cõtingunt(id enim ſignificat aduerbium illud acutè) ſi-
B gnum eſt,pituitam acrem eſſe,& calidam,vndè frequenter mouetur,celeriterq.procedit.Cardiogmon verò adiunctum indicat materiã morbificam acrimoniæ participem reddi; non per ſimplicem admixtionem bilis,dum per inteſtina permeat, ſed etiam in ipſo ventriculo, cuius cauſa cardiogmon inducit,ita enim certa,& firma fit ſignificatio dyſenteriæ. Dolorem verò lumborum etiam prẹmonſtrare poterit compatientibus ipſis lumbis affectioni inteſtinorum ob vicinitatem.Verum quia id non eſt perpetuum, ideò particulam fortaſſis adiunxit.

Verſ. 360. Talibus alui circumtenſio ad neceſſitatem liquida demittens, citius &c.

Pro huius coacæ explicatione petẽda ſunt ea, quæ in Prorrheticis adnotauimus ver.142.

Verſ. 371. Cum ſopore,& capitis dolore ſupercaleſcere,pernitioſum.

Sopor cum capitis dolore ſummam capitis repletionem indicat, quia non interiores modo,ſed exteriores etiam partes opprimi ſignum eſt,externis enim partibus tãtummodo læſis
C nõ fit ſopor,quemadmodum interioribus tantũmodo affectis dolor nullus excitatur. Quando igitur in tanta capitis repletione corpus incaleſcit,id à materia in cerebro putreſcẽte euenire cenſendum eſt,vnde extremum ægrotanti exitium impendet.Nam ſi ſimplex cerebri repletio,quæ ex infernis excretionibus ſuppreſſis contingat,perniciem affert, quid cenſendum erit, vbi materia copia replens calorem inſuper ex putredine contraxerit?Vſus eſt autem hoc verbo ſuperincaleſcere,vt lentam febrem ſignificaret:qualis eſt, quæ à materia pituitoſa in cerebro putreſcente ortum ducit,ità enim excluditur febris magna, quæ morbis pituitoſis ſuperueniens ſalutem non rarò ægrotanti affert.

Verſ. 372. Viſcoſæ,bilioſæ magis abſceſſus iuxtà aurem faciunt.

Quia hæc eſt vera, & propria parotidum materia,vt ſæpius Galeni teſtimonio comprobauimus,quarè ſi hac deorſum erumpente,aluus ſupprimatur(hæc enim ad antèdicta referri de-
D bẽt,vbi dè ſuppreſſis deiectionibus ſubuiſcoſis loquebatur) veriſimile eſt,ad caput progredi, & indè ad aures abſcedere,& parotidas excitare. Parotidas verò deiectionibus ſuppreſſis excitari, non eſt inconueniens, quandò eaſdem ſuperueniente alui fluore diſſipari ex Clazomenij hiſtoria lib.1. epid. ſect. 3. ſatis conſtat.

Verſ. 375. Quibus ex flammeis, & valdè rubicundis ſolutis,graueolens larga ſub &c.

Qui poſt egeſtiones ſplẽdidas,& valdè rubicũdas graueolẽtia,& ſubrubra largiter deijciũt, hi nè inſaniant,timendũ eſt,cũ enim hæc excrementorũ mutatio ope coctionis non fiat, quod eorũ fætor demonſtrat:aſſerendũ eſt,id euenire, quia humorum pars calidior,à qua color ille flammeus,& valdè rubicundus dependet;ſurſum fertur in caput, vbi delirium excitat humori peccanti cõueniens:qui cũ exuſtus ſit,& admodum feruens,non eſt mirum,ſi maniam faciat.

Verſ. 379. In aluo bilioſa,molli,ſtercoracea egerente,ſopores ſuperuenientes, tumorem &c.

E Aluus bilioſa, & mollis,ſi ſtercoracea ſtatim egerere incipiat, bilis tranſlationem in caput ſignificat, non morbi remiſſionem. Nam vt res ægrotanti benè eant, ab aquoſis, & tenuibus ad craſſiores paulatim tranſitum fieri oportet, iuxtà Hipp. ſententiam: Incraſſari oportet deiectiones morbo ad iudicationem tendente, facta igitur humorum tranſlatione ad caput,ſi ſimpliciter bilioſi fuerint,deliria fiunt, ſi pituitæ admixtio adſit, ſopores potius excitantur: quod in hoc caſu euenire ſupponit Hipp. (præſtat enim hic pro χαυμάλα κωματα ex Mar.n.24.
Prorrhet.verſ. 288. reponere,quod etiam Duretum feciſſe inuenio)quia igitur ſopor frigidæ, & pituitoſæ materiæ concurſum indicat,ratio apparet, cur indè parotides ſuccedant. Bilem enim,& pituitam ſimul materiam parotidum conſtituere,iam ad nauſeam indicauimus.

Verſ. 380. Bilioſas egeſtiones ſurditas ſedat, & ſurditatem ſedat bilioſa alui egeſtio.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 623 sur 636

©BIUM

Huius sententiæ enarrationem habes 4. aph. 28. vbi iisdem omninò verbis registrata est.

Vers. 381. *Pustulæ serpiginosæ supra inguina ad laterum mollitudinem, ac pubem &c.* A

Aluum malè affectam intelligimus illius actionis vitium, quæ excrementorũ excretioni dicata est, de ea enim præsentes coacæ institutæ sunt, quæ illud habent cum cutis dispositione cõsortium, vt & ex ijs, quæ in cute erumpunt, alui status dignoscatur, & ex bona, aut malâ huius dispositione, de his, quæ ad cutim erumpunt, iudicium feratur, vndè 2. aph. 15. legimus, vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excretiones inspicere oportet, nam si biliosæ fuerint, corpus vnà ægrotat, &c. ex quo docemur, non semper erũpentibus ad cutim tuberculis excretiones præter naturam esse, quæ aluum malè affectam indicent, cum sæpè criticè erumpant, ità vt nihil mali intus relinquatur, at pustulæ serpiginosæ, cum causam habeant humores acres, & exustos: qui nullo modo per coctionem mitificati fuerè, criticè erumpere non possunt, & ideò malè affectam esse aluum semper indicant, & potissimum si in illis partibus fiant, quæ afferuntur in textu, cuius affectionis signum est: quia excrementa iuxtà naturæ B leges non procedunt; sed biliosiora, & liquidiora quam par sit, quæ interioris mali sunt soboles, eorum viscerum, quæ cum partibus dictis consortium habent.

Vers. 388. *Lethalis quoquè omnis, quæ sensum ægri fugiens, exit.*

Mar. n. 10. Hæc sententia ità legitur in Prorretico vers. 102. A ventre tenuia non sentienti prodire ei, qui est apud seipsum, pernicioſum; velut hepatico, quæ lectio sicuti perfectior est, ità eius explicationem in eum locum adduximus.

Vers. 390. *Malæ sunt etiam egestiones valdè rubræ, æruginosæ in quartanis, & tales &c.*

Hæc coacæ eundem recipit sensum cum ea, quæ superius sect. 2. vers. 132. registrata est, quam cum Duretus satis appositè explicauerit, de ea nihil mihi dicendum restat.

Vers. 392. *Exolutiones alui repentinæ, præter rationem in diuturnitate temporis &c.* C

Aluum derepentè exturbari non paulatim, vt cuique solet ijs, quibus alimenti distributio vitiatur, & absquè præcedenti causa, quæ aluum moueat, mortale est in diuturno morbo consumptis, quotiescunquè ea concurrunt symptomata, quæ virium exolutionem sequũtur, qualia sunt in præsenti coacæ vocis priuatio, & tremor, hic quidem earum, quæ corpus ipsum regunt, illa verò vocalium instrumentorum imbecillitate, & materiæ defectu, vndè res ægrotantis ad extremum redactas esse docemur, quod vt significaret Hipp. ἀλεθρίην dixit.

Vers. 394. *Tenues nigrorum egestiones horridæ, meliores talibus sunt, tales prosunt &c.*

Quæ longo tempore extenuatis eueniunt alui exolutiones, semper suspectas habere oportet, verum (vt in præcedenti coaca dicebamus) certam mortẽ præsagiunt, si signa effractarum virium concurrant, qualia erant tremor, & vocis priuatio. Nunc verò eaſdẽ cũ nigris, & aquosis cõparans, has prædictis meliores esse testatur, quandò illæ perpetuò læthales sunt, hæ verò aliquandò salubriter procedunt, & maximè in ea ætate, quæ vigorẽ præcedit, & ratio est, quia D excretiones omnes etiam si pessimæ sint conditionis, si tamen cũ viriũ tolerantia contingant, aliquandò salutares esse possunt, vndè Hipp. 4. aphor. 47. dicebat excreationes in febribus nõ intermittentibus liuidæ, & cruentæ, & graueolentes, & biliosæ omnes malæ sunt, at probè secedentes bonæ, & per alui egestiones, & per vrinas &c. & ratio est, quia dum probè secedunt, signum est humorem noxiũ per eas expurgari, notũ est enim vulgare illud, si talia deijciantur, qualia oportet, confert, & leuiter fertur, sin minus, è contrà, quotiescunquè igitur nigra excretio est humoris melancholici in corpore abundantis, tunc commoda est, è contrà verò praua sunt nigræ egestiones, quæ tales sunt, aut ex atra bile, aut exassato humore proprio fero consumpto, quia malam præsupponunt causam, quæ per euacuationẽ humoris non tollitur, commodæ ergò sunt, quæ in hac coaca proponuntur, quia nigræ sunt ab humore melancholico in E corpore dominante, quod & excretorum tenuitas, & eorũ excretio cum horrore arteſtantur, quia nec bilis atra, nec exassatus humor tenuia sunt. Deiectiones enim nigras ab atra bile describens Hipp. 4. aph. 31. eas atro sanguini assimilauit, qui crassus est. Propter eandem crassitiẽ à commodis deiectionibus excluduntur illæ, quæ nigræ sunt ab humore nigro superassato, & proprio fero destituto, de quibus locutus est 4. aph. 23. hunc in modũ, quibuscunquè ex morbis acutis, aut ex diuturnis, aut ex vulneribus, aut aliàs extenuatis atra bilis, siuè qualis sanguis niger subierit, postridiè moriuntur, à præfatis enim causis omnibus sanguis niger redditur: quatenus per eas humorũ sit dissipatio in genere venoso, cui reparatio sufficiens non succedit, vndè tenuioribus partibus euanescentibus, tandẽ solũ remanet, quod crassissimũ est, & niger-

rimum,

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 624 sur 636

A rimũ, quia igitur huiuſmodi humor craſſus eſt natura, ideò à tenuibus excretionibus excluditur; excluditur etiam per vocem illam, horridæ, quia cũ horror non fiat ſinè humorũ abundantia, quod etiam teſtatus eſt Hipp. 3. de Diæta verſ. 133. & potiſſimũ humoris pituitoſi, à quo horror dependet, dum excretiones cum horrore fiunt, ſtatim cognoſcimus has ab humorum exhauſtu euenire nõ poſſe. Quarè, & deiectionũ tenuitas, & earũ excretio cũ horrore, eas ab humore melancholico prouenire indicant, quæ quoniã aliquandò ſalubriter procedunt, nec adeò malam cauſam præſupponunt, vt prædictæ: ideò meliores dicuntur, ſubiungit verò: Tales proſunt maximè in ætate antè vigorẽ, hoc eſt, frequentius ab huiuſmodi excretionibus nigris tenuibus iuniores ſanantur, quã in alijs ætatibus conſtituti, quia in hac ætate non adeò abundat exuſtus humor, nec ille, qui ab exhauſto procedit, ob caloris abundantiam, cum humidi copia, quemadmodum in ætate vigoris, & conſiſtentiæ, & ſenectutis. *Mar. n. 2.*

B *Verſ. 396. Pruriginoſæ affectiones omnibus nigrorum egeſtionem ſignificant, &c.*

De ijs, qui ex morbo extenuati ſunt, loquitur Hipp. in præſenti coaca, quemadmndũ etiam in antèdictis, in quibus duplex humor prædominari potiſſimum ſolet. Pituita propter calidi innati penuriam, & viſcerum imbecillitatem, & melancholicus humor, ex tenuioris partis ſanguinis conſumptione, inſtar fęcis cuiuſdam in venoſo genere congeſtus. Si igitur in hac humorum diſpoſitione prurigo ſuperueniat, ſignum eſt, præfatos humores acrimoniam quandã contraxiſſe; vndè pituitoſus humor attenuatus, & ſalſedinis particeps effectus, iuxtà tenuiorẽ partem ad cutim abſcedat, pars verò craſſior vnà cum melancholico ſucco naturam ſtimulando prorumpat ad aluum, vndè egeſtio nigra fiat, iuxtà naturã, & colorem humoris prædominãtis, qui eſt melancholicus humor, cuius quidem portio tenuior partes ſuperiores petẽs vomitum grumoſum faciat, vomitum quidem propter leuitatem, grumoſum verò, hoc eſt, ſanguinis in

C grumos cõcreti, quia hic humor eſt naturæ ſanguinis, & à venis procedit, imò eſt verè ſanguis, ſed ob ſpirituum penuriam vitioſus, & ideò in via grumeſcit. His igitur rationibus pruriginoſæ affectiones in ijs, qui ex morbo extenuati ſunt, nigrorum egeſtionem ſignificant, & vomitum grumoſum. Appoſuit autem particulam in omnibus, vt ſciamus, hæc in omnibus ætatibus verificari æqualiter, non in quibuſdam ætatibus maximè, quemadmodum de ſupradictis quibuſdam ſtatutum eſt.

Verſ. 397. Et tremula affectiones cum morſu, & capitis dolore, nigras deiectiones, &c.

Morſus oris ventriculi cum capitis dolore prouenit ab humore in ventriculo agitato, & ſupernas partes petente, ex quo fit, vt hęc duo ſymptomata futuri vomitus ſigna firmiſſima exiſtant, quibus ſi tremor aſſocietur, humorem peccantem eſſe nigrum indicabit, nullus enim alius ſuccus in ventriculo agitatus tremorem inducere ſolet præter hunc, qui aceti acerrimi

D inſtar tales euaporationes dimittit in caput, vt indè neruorum principium concutiatur. Alias enim indicauimus, nullum alium humorem ità infenſum eſſe neruoſis partibus, quemadmodũ melancholicus ſuccus, vndè non eſt mirum, ſi ventriculi tunicas feriendo, aut dimittendo vaporationes acres in caput, tremor ſuccedat, qui vt effectus ab vnica cauſa dependẽs humoris nigri præſentiam indicat, qui quidem humor ob grauitatem infrà deſcendit, poſtquam leuiores partes per vomitũ expurgatæ fuerint, & egeſtiones nigras facit. Quod ſi quis velit etiã ab acerrima bile, videlicet à porracea, & æruginoſa tremores excitari poſſe, vndè non neceſſariò expectandus ſit nigrorũ receſſus, huic reſpondebo, etiamſi à prædictis humoribus tremorem fieri poſſe concedatur, non tamen veritas præſentis coacæ tollitur, quia de conſumptis, & extenuatis à morbo hic loquitur Hipp. in quibus biliſoſi humores præfati abundare non poſſunt, ſed tantummodò pituitoſi, & melancholici, quarè pituitoſis per vomitum excretis nigri hu-

E moris proruptio fit ad aluum, naturali eius grauitate adiuuante.

Verſ. 399. Quibus in alui turbatione exacerbatio fit circa crisim nigra inferne &c.

Aliud ſignum affertur futuræ nigrorum deiectionis in cõſumptis ex morbo, de quibus ſemper locutus eſt in præcedẽtibus coacis, ij enim ſunt, quibus huiuſmodi nigræ excretiones ſunt familiares, hoc autem eſt, quandò taliter affectis aluus perturbatur, cuiusq. fluxu perſeuerante derepentè aliqua exacerbatio fit, nam ad finem nigra exeunt, & ratio eſt, quia quotieſcunquè in emaciatis aluus laxatur, perſeuerante fluxu, omnia remitti ſolẽt, etiamſi ex virium exolutione contingat, ſi igitur eo tempore morbus exacerbetur, ſignũ eſt, nouum humorẽ deterioris conditionis commoueri, cuius excretio tandẽ expectanda eſt, cęteris omnibus pręegreſſis parum antè mortem, iuxtà doctrinam aphoriſticã, quibuſcunquè per morbos acutos, vel diu-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 625 sur 636

turnos, aut vulnera, aut quemuis aliũ modum extenuaris nigra bilis, aut veluti sanguis niger, per interiora subierit, postridiè moriuntur; idq; significare voluit hoc in loco Hipp. dum dixit, sub crisim, hic est enim illustris locus, in quo crisis nomen ad interitum vsurpatur, iuxtà significationem huius vocis eodem Hipp. 1. de lib. de Affect. vers. 77.

Mar. n. 8.

Vers. 403. *Durities circà ventrem cum dolore, in febribus cum horrore cibum &c.*

Hanc de tumoribus ad ventrẽ sententiã legimus hic sect. 2. v. 91. ijsdem ferè verbis conscriptã, sensu tamen penitus contrario, nam quod hoc in loco ait Hipp. non suppurant, ibi legit ad suppurationem deuenit, & ideò expositores, vt loca inter se consentientia reddãt, huic coactæ negationẽ detrahunt, ego autẽ vtriusquè loci verã, & germanam lectionem recipio, eorumq; contrarietatem in diuersitate verborũ circà purgationẽ consistere existimo, quæ enim in præsenti coacta leguntur ὀλίγα ξυγχυρωμένα καθαρσίου δεῖται ὀλίγου, hoc est parum humectata ad purgationẽ aluo, hoc est, quæ quidẽ pauca excernat, sufficientia tamen ad purgationem, non suppurant, in præcedenti coacta scripsit ὀλίγα ξυγχυρωμένα καθαρσίου δ' οὐδέν, idest, si parum humectata aluo, purgationem non faciat, hoc est, sufficientem copiæ humorũ, ad suppurationẽ deuenit, & ratio est, quia laxata aluus, cæteros solutionis modos auertit, per quos huiusmodi tumores dissipantur, v. g. hæmorrhagia, vrinæ crassioris profusio, qua mediãte affectiones vẽtris inferioris solutas fuisse in Perintho lib. 6. Epid. sect. 2. v. 62 narratur, & si quæ alia est euacuatio horũ tumorũ iudicatoria, & quia euacuatio per aluũ nõ est sufficiẽs copiæ humorũ, ideò, qui in tumore continentur ad suppurationẽ deueniunt, quod quidẽ attestantur symptomata recensita in contextu, & potissimũ illa tria, Dolor cũ duritie, febris, & horrores frequẽtes iam hæc sunt peculiaria eorũ tumorum, qui tendunt ad suppurationẽ, in huiusmodi igitur tumoribus leuis, & exigua per aluũ purgatio si sufficies est, suppurationẽ prohibet, vt præsẽs cocta testatur, si verò paucior sit, quã cõuenit, suppurationẽ auertere non potest, imò quia cæteros solutionũ modos prohibet, quodãmodò suppurationẽ adiuuare dicitur, vt dictũ est in præcedẽti.

Vers. 406. *Ex aluo liquida delapsura, sputa diuersa, sudores, vigilantes, vtilia &c.*

Hæc symptomatũ congeries humorũ calidorũ agitationem significat, qui capiti minantes mõniæ tumorẽ incutiant, calidi enim humores hũc, & illhùc agitati, & modò interiorẽ alumn, modò corporis superficiem petentes (vt liquida aluus, & cutis color ruber indicat) tandẽ conuertuntur in caput iam dolore conflictatũ, iuxtà illud, si quæ pars antè morbũ doluit, in ea firmatur morbus, & quia in illa mutua conuersione modò ad ventrẽ, modò ad superficiem corporis, pars eorũ tenuior colligitur, & quod remanet à calore exuritur, hinc est, vt natura atræ bilis contrahat, & mania vera materia fiat, difficultatẽ verò spirandi apposuit, tanquã signum, illos macies decubitus, modò ad cutem, modò ad aluũ symptomaticos esse, & naturam indè magis affligi, quod quidẽ signum admiratione dignũ est, pro distinguendis abscessibus malis à bonis, nam facto abscessu si difficultas spirãdi, quæ prius adfuit, perseueret, inutilis habẽdus est abscessus, si supersederit, perniciosus, è contrà verò si tollatur spirãdi difficultas, & homo benè spiret, benè sperandũ est, cuius rei exemplũ proponitur in secunda parte præsentis sententiæ, vbi testatur Hipp. quòd si post hæc cutis colore cloro inficiatur, & æger benè spiret, talis abscessus ad cutim non erit malus, dummodo aluus probè egerat, ità vt nec adstricta sit nimis, nec humidior, quã par sit, fluat, solet enim natura ab humorũ congerie, veluti ebullitione quadã bilosos segregare, & ad cutim eosdẽ expellere, vndè cloro inficitur colore, instar eorũ, qui morbo regio laborant, qua quidẽ expulsione peracta symptomata remittũtur, æger benè spirare incipit, & aluus probè egerit, quia signũ est, eam partẽ humoris, quæ magis infestabat ab internis partibus, & nobilioribus ad exteriores, & ignobiliores criticè expulsam esse, contrà verò, nisi symptomata remittantur, æger q; difficilè spiret, signum est, huiusmodi cutis infectionem factam esse, quia bilis peremptã generationem habet in visceribus malè affectis, ex quo necesse est aluum, aut sicca, & exusta egerere, ob caliditatẽ, siccamquè intemperiem, aut liquida pauca, & bilosa, propter eorundem viscerum imbecillitatem.

Vers. 409. *Bilosis aluus turbata, parua frequenter egerens &c.*

Hanc sententiã explicauimus superius v. 7. vndè hìc nihil remanet nobis super eam dicendũ, eũ eadẽ fit omninò, non enim diuersitatẽ magnã facit vox illa ὁμοίως, idest, genitura similia, cuius loco hic legimus, hoc est, distendẽtia, quasi hæc aluũ tumidam reddant, cùm non sit inconueniens, ventrem inferiorem propter caloris innati imbecillitatem flatuum copiam producere, à quibus intumescere incipiat, priusquam aquosus hydrops producatur.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 626 sur 636

INDEX EORVM,

Quæ ſcitu digniora viſa ſunt in Notationibus.

A

ABORTVS à diarrhœa, non à vomitibus. cur. 459. e.
Abſceſſus in febre, & poſt febrem. 146. a. Qui liberant, etiam præſeruant, ſi adſit communio partium, & humoris. 152. b.
Recurſus peſſimus. 327. d. Iudicatorij, qui ſint. 329. b. Fiunt morbo remiſſo ſine euacuatione. 560. c.
Acetum neruoſis partibus inimicum. 282. a. Aceto acrimonia remittitur. 275. d. Acetoſa in ventriculo multa mala excitant. 382. c.
Accidentium quædam ſtatim ſunt in ſummo, alia poſt. 254. d.
Acrimonia humorum non ab hepate calido, ſed à ventre. 262. b.
Acutorum morborum principium quamdiù duret. 436. a. Acuties morborum quomodo dignoſcatur. 319. d. Acutis morbis venæ ſectio conuenit, & purgatio. 385. e. Acuto morbo laborantibus poſt purgationem non eſt mittendus ſanguis. 387. c. Acutorum morborum terminus eſt dies decimus quartus. 319. a.
Adipoſum contentum in vrinis quid ſit. 324. e.
Adſtringentia in quibus fluxibus cõueniant. 392. c.
Aer inter vnum, & alterum cæleſtem orbem. 104. a. Aeri maximè tribuit Hippocrates. 159. c.
Aeſtate veſtibus ſordidis, puris hyeme vtendum. 28. e. Aeſtas impedit ſanguinis miſſionem. 155. c. d. Aeſtate à plenitudine citius morbi fiunt. 119. d.
Album oui refrigerat, & ſubducit. 255. e.
Alimenti conditiones quæ ſint. 3. c. Alimentum forte quod nam ſit. 3. e. Alimenti vires. 123. c. Alimentum æquale ex cibis, vel ex ſorbitione, non eſt idem. 2. c.
Alimenta ingeſta calefaciunt, & refrigerant. 354. b.
Allium flatus generat, & diſſipat. 407. c.
Aluo fluente non eſt mittendus ſanguis. 415. d. Alui excretorum mutationes bonæ. 439. c.
Anaſarca non eſt hydrops. 411. c.
Anginæ ſpecies. 170. c. Angina laborantes quandò læthaliter ſunt affecti. 555. b. Angina laborantibus repellentia, & frigida obſunt. 389. b. Anginæ remedia Hipp. defenduntur. 171. c. Anginæ remedia recentiorum damnantur. 172. a. Anginæ plures decubitus. 574. d. Anginoſis vena ſub mamma ſecatur, cur. 553. d.
Animo deficiente cur refrigerentur extrema. 206. b. Animi, & corporis conſenſus. 146. e. Anima eſt quid immortale. 59. b. Animalium ſpirituum generatio. 365. a.
Anni diuiſio. 117. c. Anni tempora augent excrementa proportionata in debilibus tantum. 185. d. Annorum clymatericorum vis vndè. 148. c.
Anodyna etiam toto corpore repleto, & impuro. 274. b.
Antiqui erant, vt nos, intemperati. 162. b.
Anxietas duplex eſt. 497. d. 498. e.
Aphoriſmorum cenſura. 425. e.
Apij vires in folijs, & radicibus. 111. e.
Apoplexia à plenitudine, & ab humore frigido. 169. b. c. Apoplexia ab humore calido quomodo. 169. a. Apoplexia à vino quomodo fiat. 169. d. Apoplexia à plenitudine non fit leuior à febre. 170. b. Apoplecticis ſanguis mittendus. 388. a. Apoplexia correpto cerebrum conuellitur. 69. d. Apoplexia partis, quæ ſit. 587. a. Apoplexiæ eſſentia in ſanguinis ſtatione. 168. d. Apoplexiæ cauſa non eſt in cerebro. 168. e.
Appetitus ſimilis, vel diſſimilis quomodo procedat. 569. c.
Aqua calefacta refrigeratur impenſius. 130. a. Aquæ frigidæ, & calidæ cognitio. 128. a. Aquæ potabilis vſus externus. 127. b. Aquæ frigidæ aſperſione anxietas tollitur. 128. d. Aqua quomodò bileſcit. 94. a. Aqua in potu capite affecto. 318. c. Aquæ potus in victu exſiccante. 266. a. Aquæ nomine melancholia videtur intelligenda. 34. e. Aqua apud Hipp. non eſt humor melancholicus. 35. a. Aqua, & humor melancholicus ſunt humores oppoſiti. 35. c.
Aquilo excitat fluxiones acriores, quam Auſter. 158. d.
Ardens febris triplex ratione foci. 208. c. Cum refrigeratione extremorum, & ſinè. 205. d. e. 208. A. Non fit ex peripneumonia. 161. d. Etiam ſi à cacochymia, rarò iudicatur diarrhœa. 562. b.
Arteriarum pulſatio morbum longum ſignificat. 317. a.
Arthritis à cauſa calida. 217. d. Arthritidis ſigna. 215. e. Arthritidis, & podagræ diſcrimina. 215. e.
Articuli cur fluxionem recipiunt. 77. c. Articularium dolorum ſpecies. 215. a.
Aſtrologia ad Medicinam quantum conferat. 90. d.
Attenuata corpora an' egeant minori reſpiratione. 20. b.
Attractio fit ſinè villis. 74. a.
Attractoriæ ſorbitiones quæ. 385. b.
Auctor ſequitur lectionem communiorem, & cur. 101. d.
Augmentum morbi quid in Hipp. 204. e.
Auribus laborantibus à calido, ideſt, à bile vomitus

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 627 sur 636

©BIUM

tus non conducit. 203.d. Laborantibus à pituita, vomitus bonus. 203.e.

B

Balneum pro vomitu, nõ pro deiectione. 353.d. Bilis frigidior sanguine. 166. a. Sola est causa febris, & etiam pituita. 165. e. Sine admixtione crassi humoris non exulcerat. 171. b. Sola non facit febrem. 26. a. Purganda qua parte magis hæret. 208.e. Sola purganda in febre, non pituita. 83. d. Prohibet sanguinis missionem. 155. d. Huius, & pituitæ generatio in eodem corpore, quomodò. 283.e. Bile excedente pituita generatur non à Ventriculo. 283. e. Bilis quandoque Lumbricos non necat. 518. a. Bilis euacuationes spontaneæ ægrè sedantur, & cur. 86. b. Bile in ventriculo stabulante pectoris morsus. 525. d. Bile excreta lateris dolor minuitur. 527. d. Bilis incalescit commotis alijs humoribus, non è contra. 25. e. Bilis nomine etiam atra intelligitur. 246. b.
Brassica biliosa subducit. 112. a.

C

Cacochymia prohibet venæ sectionem, sed non melancholica. 515. a.
Cœna prandio liberalior antiquis. 379.c.
Calida in actu moderatè refrigerant. 114. e. Calida pars frigiditatem magis sentit. 165. c. Calida cum cibis assumpta flatus generant, perse autem dissipant. 409. a. Calidæ naturæ ab inedia incalescunt intrinsecus. Frigidæ contrà. 354. c. Calefacientia quomodò prohibent, nè corpus incalescat. 211. c. Calor in internis partibus viget, quando extrema sunt frigida. 205. d.
Cancer occultus quis sit. 469. b.
Cantharides in potu demptis extremis. 417. c.
Capitis vulnera quando inflammantur. 471. c. Caput morborum radix. 72. d. Capitis lotiones in materia calida. 317. e. Capitis dolores in febre solutiones. 487. a. Dolor à cacochymia augetur à venæ sectione. 188. c. Capite à fluxione laborante vomitus conducit. 403. d. Capite vulnerato apoplectici affectus superueniunt. 368. d. Febris superuenit diuerso tempore. 370. a. 471. d. Capitis purgatio quibus fiat. 202. c. Capitis optima dispositio toti maximè confert. 464. c.
Carnes graues ad stateram. 110. c. Caro densa, & rara duplex est. 31. c.
Caseus recens, an vetus flatuosior sit. 407. d.
Causon inter febres non reponitur. 447. c.
Cedma quid sit. 215. c. Cedmata, & coxendicus morbus differunt. 213. d.
Cedria iuuat, & impedit conceptionem. 270. c.
Cerebro concusso Apoplexia. 478. b. Cerebro sano existente, delirium. 191. c. Laborante, delirium. 190. d. 192. a. Vulnerato quæ subsequantur. 163. a. Inflammato, non necessario delirium cur. 188. e.
Chiramis quid sit. 273. a.
Choleræ morbo quando conuenit vomitus. 410. b. Cholera non fit à retentrice debili. 336. a. An permittat purgantia. 212. c.
Chylus non expellitur à Ventriculo. 119. e.
Cibi abeunt in excrementa, nisi concoquantur. 185. c. Faciunt magis ad alterandum, quam medicamenta. 174. a. Primò assumpti, postremò descendunt. 119. a. Exsiccant tripliciter. 113. c. Habent tres sapores. 392. a. Non sunt dandi febricitantibus. 210. e. Primi, qui assumuntur, debent esse graniores. 221. a. Primi, qui assumuntur debent esse amici fundo Ventriculi. 221. d. Qui vomitum adiuuent. 222. a. Quandoque post sorbitiones. 222. d. Qui facilè concoquuntur, in bilem transeunt. 198. d. Quem progressum faciant in corpore. 199. b. Minus corrumpuntur sorbitionibus, & minus aluum mouent. 479. a. Debent esse debiles antè coctionem, fortes verò post. 3. d. Optimorum conditiones tres. 4. b. Cibo dimisso quæ diæta seruanda sit. 406. e.
Clysteres debent esse acres. 105. e. Injiciendi descenso cibo, & quandoque antè. 390. b.
Coctio, & cruditas non reperiuntur in omnibus morbis. 432. a. Coctio dum fit, purgandum non est. 433. b. Coctio in morbis quando expectanda. 135. a.
Coitus in nutricibus non est damnandus. 42. a.
Colliquatio causa plenitudinis. 120. e. A calore quomodo fiat. 158. e. Colliquata pars quando non laborat. 116. a.
Color in excretis varius non semper à diuersis excretis. 331. a.
Conceptio vt fiat, quæ requiruntur. 250. a. Quæ conceptionem impediunt. 247. d. Vt fiat, quæ requiruntur in viro. 62. d. Vt plurimum fit circà pleniluniũ. 63. a. Conceptio finè menstruis purgationibus ob ætatem. 305. b. Præsentibus mensibus albis, & rubris. 325. e. Fit incipientibus, aut desinentibus mensibus, cur. 250. b. Desinentibus mensibus magis fit, cur. 62. c. 252. d.
Concoctio materiæ morbificæ duplex est. 347. a. Attendenda tantum in deiectionibus, & vrinis. 141. d. Concocta tria dicuntur. 431. a. Concocta non per superiora expurganda. 140. c.
Concussio in complicato hepate, non in agglutinato pulmone. 182. d.
Consueta tantum ægris danda. 220. e.
Conuulsio non est contractio, sed concussio. 366. a. Fit à spiritibus animalibus. 366. c. Fit à repletione, & inanitione. 366. e. 470. b. Non fit à repletione neruorum, sed corporis. 469. e. A copia excitata leuis est. 572. b. Conuulsionis ab inanitione, quæ sit origo. 278. a. Conuulsio ab humore melancholico in febre. 518. e. A vomitu, non à deiectione fit. 445. a. Remittitur ægro ad mortem tendente. 193. c. Quatuor modis soluitur. 573. a. Transit in paralysim. 573. c. Conuulsionis consideratio. 365. e. Conuulsiones à capitis vulneribus, in parte oppositа. 367. b. Infrà caput, è directo, & cur. 367. c. Conuulsiones puerorum febrem iudicant. 424. c. Remedijs calidis & siccis augentur. 489. d.

Cor-

INDEX.

Cordapſus cognatus quis morbus. 594. a.
Coriandri vires contrariæ. 224. a.
Corrigentia potius à medicamento, quam cum ipſo aſſumenda. 184. b.
Coxendicus morbus quis, & quomodo fiat. 213. a. b. Coxæ dolor curatur ſectione venarum poſt aures. 352. d.
Craſſa mulier, quæ non poſſit concipere, & quæ poſſit. 65. a.
Criſis quando fiat. 396. c. Rarò noſtris temporibus. 174. b. Citò fit duabus de cauſis. 603. c. Significat etiam mortem. 588. e. 618. a. Abſque ſenſibili euacuatione. 379. b. Criſim quomodo faciat motus Solis, & Lunæ. 397. b. Criſim, quæ ſolent præcedere, ſine hac ſunt peſſima. 497. b. Criticorum dierum ratio inquiritur. 396. b. Hi ſoli faciunt bonam iudicationem. 488. b. In puerperis non ſunt numerandi à partu. 486. b. Criticis diebus quæ ſuperueniunt, diuturniora ſunt. 398. c. 557. e.
Cruda quæ ſint. 66. e. Neque forti, neque leui pharmaco purganda. 435. b. Crudi humores fiunt à diſgregatione. 431. d.
Cruenta expuitio tripliciter fit. 155. e.
Cucurbitularum vſus, & abuſus. 8. b.
Cucumeris ſemen vrit. 110. d.
Curatio requirit euacuationem primo à parte proxima, deindè à remota, contrà Gal. 137. e.
Curſuum ſpecies, ac vires. 115. c. Circulares. 122. c.
Cutis laborat à pituita. 220. c. Illius rubedo in Cachexia. 282. c.

D

Decimeſtris partus quis. 61. d.
Decoctiones exſiccantes ad exſiccandum minus aptæ. 266. c.
Deiectiones ſubdio expoſitæ. 308. a.
Deliriorum tres ſpecies. 533. b. Cum riſu, an periculoſum. 471. e. Cum febre, & alui fluxu eſt melancholicum. 391. d. Continuum à quo fit. 190. a. Ab inflammatione non eſt continuum. 189. e. Delirium quomodò iudicetur à pulſu. 556. d. Excitatur à diuerſis partibus, vt etiam Lethargus. 542. c. Hepate inflammato. 490. c. A Capite. 190. d. Secto oſſe vſque ad cauitatem. 474. b.
Deſtillationis cauſa duplex. 158. a. Illius materia quæ ſit, contrà Neotericos. 158. e. Calidæ remedia. 317. c. Frigidæ remedia contrà Neotericos. 317. c. Deſtillatio cur morituris ſuperuenit. 245. c.
Diæta tenuiſſima periculoſa, & optima. 426. c. Diæta debet eſſe contraria anni tempori, & regioni. 429. c. Diæta exſiccans. 266. b. d. Diætæ permutatio ſanos, & ægros lædit. 2. d.
Diarrhoea in pleuritide, & peripneumonia quandoq. bona. 466. e.
Dies in morbis quomodo numerandi. 394. e. Numerandi ab ortu Solis. 395. b. Dies decimus quartus inter impares. 393. e.
Diſgregatio quid ſit. 432. a. Eſt cauſa cruditatis humorum. 431. d. Eſt cauſa deſtillationis. 158. a. Eſt cauſa immediata febris. 25. a. Fluxionis. 76. b. Quas habeat cauſas. 158. b. 26. b.
Diuretica aluum ſiſtunt. 392. c.
Dolor ſedatur, & tollitur à torpore. 458. e. Eo præſente non eſt purgandum. 414. b.
Dubius morbus qui. 160. e.
Dulce à pingui diſtinguitur, quidquid Galenus. 194. a. Dulcia non omnia bileſcunt. 111. d. Dulcedo ſputi ſuppurationis ſignum. 177. c.
Dyſenteria morbus longus. 161. a. Non fit niſi ab humore craſſo. 539. c. 615. a. Dyſenteriam ſedatam quæ conſequantur. 401. c.

E

Ebrietati apoplecticæ ſalutaris eſt febris, ſi ſtatim ſuperueniat. 456. b.
Ἐκτόμου mentio. 271. c.
Elaterium eſt omne medicamentum purgans, ſiuè ſuprà, ſiuè infrà. 81. e.
Emaciati plurima bile abundant. 245. d. 617. b.
Enæorema in vrinis quid ſit. 323. d.
Epilepſia quando fiat. 70. b. Fit etiam in corpore bilioſo. 337. b.
Epithemata, & cardiaca quando conueniunt in febribus. 207. a.
Error Medicorum in curatione Apoplexiæ. 169. e. In curatione coxendici morbi. 214. a.
Eryſipelas in grauidis an curandum. 234. c.
Euacuatio prodeuntis humoris. 342. e. Ad hypothimiam vſquè. 144. d. Per ſuperiora moleſta. 194. e. Prodeuntis humoris quãdoque non prodeſt. 245. d. Facienda primo per partem affectæ proximam. 186. c. Quo die fit, quæ diæta ſeruãda. 378. a. 415. d. Sedata febre cur ſit neceſſaria. 347. c.
Exacerbatio in morbis duplex eſt. 426. e.
Excrementa ventris propria, & aliarum partium. 142. c. Alui propria quomodo ab alijs diſtinguantur. 142. c. Excrementorum alui obſeruanda ſubſidentia. 478. e. Sapor. 360. d. Cruda quomodo fiant. 432. b. Alui, velut caprarum, quid ſignificent. 495. c. Alba quid ſignificent. 496. b. c. d. Excreta cum ingeſtis debent eſſe æqualis ponderis. 201. a. Excretiones malæ quando ſupprimendæ. 141. a. Excretionis per aluum completæ ſignum. 145. d.
Expiratione aer deorſum, inſpiratione ſurſum fertur. 400. b.
Expurgationis viæ quandoque incertæ. 141. e.
Exſtaſis mala, & quid ſit. 527. b. Duplicem habet cauſam. 534. c. 588. c. Exſtaſis generatio. 533. e. Exſtaſis grauior, & leuior delirio quando ſit. 473. c.
Extenuantium alimentorum facultates. 124. d. Extenuantia implere etiam poſſunt. 126. a.
Externa tantum refrigerantur à phlogoſi interna. 385. a.
Extremorum refrigeratio an læthalis. 205. b. 206. c. Fit à defectu ſanguinis. 205. c. Grauior eſt tepore. 206. e. Liuor nigredine peior. 576. e. Frigiditas à quibus cauſis. 385. a. Extremis frigidis

frigidis frigefactoria admouenda. 207. c. Frictiones nequaquam. 207. e.

F

FAbæ ad dysenteriam, & suppurationem. 418. c. Faciei pallor in conualescentibus vndè. 231. c. Gracilitas quid significet in morbis. 425. b.
Famem vini potio soluit. 440. b.
Faucium exulceratio mala, non sic labiorum. 361. b.
Fauonius an salubris. 92. e. Placidus salubris. 93. d. Vernus frigidus, Autumnalis calidus. 93. a.
Febris causæ quæ sint. 24. d. Fit à bile commota. 25. d. A sola bile disgregata. 25. d. Non fit sinè disgregatione, disgregatio verò fit sinè febre. 25. b. Fit à bile sola, & etiam à pitnita, quomodo. 165. e. Ab humore segregato, non tamen semper. 24. e. Omnis à bile, quomodo intelligendum. 23. a. Febrium species diuersæ quomodo generentur. 27. a. Febres cur alternis diebus habeant accessiones. 27. e. Febris cum intermissione aliquando læthalis. 449. a. Continua intermittens facta an periculosa. 449. b. Continua tertio die ingraue scens periculosa. 448. d. Quæ longior, tertiana, an quotidiana. 23. d. Intermittens cum horrore quandoq. maligna. 374. a. Quæ exacerbatur per dies pares, est difficilis. 524. b. Quot modis exacerbatur diebus paribus. 524. c. Febris intermittentis numerandi dies, non accessiones. 374. b. 489. c. In gracili ab inedia augetur. 85. c. Febris à Voluulo mala, in Voluulo bona. 471. a. Vertiginosa mala est. 536. a. Cum tussi, non est ficuloſa. 344. e. Quæ cum tussi exacerbat, maligna. 536. e. Quomodo desinit. 26. e. Curatio requirit bilis purgationem. 24. b. Ea sedata euacuatio est necessaria. 347. c. Soluta citrà manifestam euacuationem. 543. b. Febricitanti non sunt dandi cibi. 210. e. 83. e. Oua nocent. 355. c. Calida exhibenda. 173. e. Calida in forma solida non ità obsunt. 399. e. Sanguinis missio obest. 591. c. Medicamenta lenientia obsunt. 84. a. Victus humidus confert. 428. e. Magis prodest dysenteria quam diarrhoea. 543. e. Non confert hæmorrhoidarum fluxus. 565. b. Febre ardente laborantibus alui fluxus an conferat. 540. b. Febris non est sedanda in pleuritide. 80. e. Febris ab apoplexia liberat, si magna sit, & à principio inuadat. 170. a.
Filij cur parentibus dissimiles. 38. b.
Flatus non sine calore. 411. d. 290. e. Generatur à sicco, non ab humido. 408. c. Morborum omnium causa. 103. c. e. Quas partes magis infestet. 6. d.
Fluxionis causæ tres. 76. a. Fluxio bilis à frigiditate, pituitæ à calore. 76. c.
Fœtus in vtero respirat. 39. c. Sugit lac. 49. e. Ore, & vmbilico nutritur. 125. d. Fœtus alius perfectus, alius etiam maturus. 46. a. Septimo die formatus animatur. 51. c. Septem dierum obseruatus ab Hipp. 50. e. Non nascitur vltrà diem ducentesimum octogesimum. 61. a. Mortuus quomodo dignoscatur. 64. c.
Fomenta antè sputi excretionem non vsurpanda. 204. c.
Fontibus ex mari, & ex vaporibus origo est. 44. b.
Fontanellarum abusus declaratur. 152. d.
Forte medicamentum exhibendum, si vires sint validæ. 84. d.
Frigus est causa caloris in cerebro. 158. d. Aluum citat, & cohibet. 309. d. Refrigerat, & calefacit. 310. a. Frigida aqua exhibita sinè signis coctionis. 189. c. In arthritide, & podagra. 217. e. Ad articulos. 218. a. Aluum mouet. 198. b. Frigida actu fluxionem prohibent, non excitant. 172. b. 218. d. Assumpta humiditatem an congelent. 114. d. An aluum moueant. 114. d. Frigefactoria ad corpus in febre ardente. 207. c. Frigiditas corporis duplex, positiua, & priuatiua. 553. a. Frigiditas marmorea quas habeat causas. 553. b. Frigidi ad tactum sunt calidiores. 356. c.
Fructus post cibum damnantur. 225. a.
Funambulationis vires. 118. c.
Furfurum succus pro fermento. 109. e.
Furoris remedia quæ sint. 473. b.

G

GAlenus agens de doloribus articulorum corripitur. 219. c.
Gallica tubercula purgationem an prohibeant. 414. a.
Genitura humidior, & bona, & mala. 464. d.
Gonorrhœa antiquorum quid sit. 32. c. Differt à gallica. 590. a. Gonorrhœam stranguriæ nomine intelligunt Antiqui. 589. e.
Gracilitas quomodò corporibus inducatur. 29. c.
Grauidarum tempora contemplabilia non semper eadem. 313. a. Menses sunt solares, an lunares. 55. a. Diæta morbo acuto laborantium quæ. 234. d. Vomitus, primis tantum mensibus. 363. e. Grauidæ fluxibus albis detineri possunt. 281. d. Si spontè purgentur, quæ laborent, & quæ non. 253. d. Grauidis quæ superueniunt, non semper contemplabilia. 312. c. Grauiditas, quæ citius, quam par sit, persentitur, mala est. 314. c.
Grauitas corporis purgationem indicat. 208. d.
Grossorum vsus pro absterſione, & adstrictione. 271. d.

H

HAemorrhagia an quolibet die soluat morbum. 327. b. 351. a. Quartæ dicitur ægrè iudicet. 343. e. Incipiente morbo, & progresso. 487. c. Hæmorrhagiæ expositi. 349. d. Hæmorrhagiam non semper sistit animi deliquium. 358. c.
Hæmorrhoides quomodò præseruant à pleuritide. 154. c. Hæmorrhoidales venæ in febre non sunt aperiendæ. 565. c.
Hecticam febrem non nouit Hippocrates. 83. b.
Hepar tribus modis intumescit. 331. d. Oedemate laborat.

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 630 sur 636

INDEX.

laborat. 482. d. Si inflammetur, lini ſemen cum oleo apponendum. 393. c. Ad delirium maximè facit. 332. c. Hepatis dolor quomodò dignoſcatur ab illo Ventriculi diſtinctus. 198. e. Hepatis affecti ſignum eſt oris Ventriculi dolor. 558. 2.
Hippocrates Aſtrologiam non calluit. 99. a. 510. d.
Homines nunc non ſunt imbecilliores Antiquis. 191. c. Nec intemperatiores. 593. b.
Hora exacerbationis non ſemper reſpondet morbo. 341. c. Quando morbum indicet. 341. e.
Horror incipit à partibus exterioribus. 347. e. 519. d. Symptomaticus quis ſit. 519. d.
Humectationis completæ ſignum. 145. d.
Humores tenues ad rénes, craſsi ad aluum. 539. c. Humorum potentiæ, & cognationes conſiderandæ. 7. a. Humorum non idem eſt locus in corpore, qui extrà. 35. a.
Hydrops verus illæſo hepate. 77. a. 264. a. Poſt magnas ſiccitates. 151. c. Non generatur ſine calore. 264. b. Nunquam ſine aqua in cauitate. 264. b. Fit à Liene ſinè hepate. 477. e. Ab anaſarca inſanabilis. 160. d. 411. d. Hydropicorum tuſsis, quæ mala. 316. b. Hydropis veteri ſpecies. 262. c. Hydropicorum vulnus calefaciendum. 359. e. Hydropici deſperati ſi non ſolum crura, ſed etiam ventrem habeant tumidum. 264. d.
Hyoſciami doſis quæ. 273. a.
Hypocondrium quid. 331. c. Quibus cauſis attollitur. 328. d. Reuulſum quid. 332. a. Hypocondriacæ affectionis conſideratio. 185. b. 562. c. Hypocondriacum delirium quomodo fiat à pituita. 562. d. Hypocondrio elato, & murmurante lac non eſt dandum. 464. a.
Hypoſtaſis vrinarum quid. 324. a.

I

Icterus antè ſeptimum bonus, & malus. 421. a. Cum rigore antè ſeptimum bonus. 402. a. Autumno generatur. 149. a. In febre ardente imperfectè iudicat. 421. d. Ictero remiſſo purgatio admitti poteſt. 172. d.
Impares dies, & iudicatorij idem ſunt. 394. b.
Inedia inimica febri. 377. e. Inediam quæ ſymptomata conſequantur, & curatio. 406. b.
Inflammatio ſemper cum plenitudine, & quandoque cum cacochymia. 386. d. Inflammatis partibus quando purgandum. 387. a.
Intemperies ſola morbum non facit. 83. b. Sinè materia minimè potens. 4. b.
Inteſtina non habent villos obliquos. 74. b. Inteſtinorum, & articulorum conſenſus. 586. b.
Itinerantibus quæ ſymptomata ſupereueniat. 404. c.
Iura in febribus improbantur. 115. a.

L

Lactis materia ex Ventriculo. 313. e. 353. e. 364. a. 269. c. 41. a. Materia duplex. 42. b. 71. b. Lac non fit ex ſolo ſanguine. 42. c. Non fit ex ſanguine ab vtero. 48. c. Alio modo generatur in grauidis, alio in enixis. 41. e. Concepta mola non generatur. 41. d. Modus generationis ipſius. 460. a. Defectus lactis cauſæ. 460. b. Lac minuunt cucurbitulæ dorſo applicitæ. 314. a. Lactis effectus. 338. d. 463. b. Lac dare quid ſit. 463. c. Lactis exhibendi conditiones modernorum. 259. b. Lactis exhibendi modi. 235. b. 363. b. 463. c. Errores in illius exhibitione qui fiunt. 259. a. Lacti varia miſcentur. 338. d. 363. d. Lac coctum, & non ſerum in febre ardente. 383. c. Lac, & ſerum coctum pro exſiccatione. 363. c. Lac febrienti exhibitum. 298. a. Lac exangues cur lædat. 287. a. Lienoſis non conducit. 287. a. Lactis coagulatio à quibus fiat. 16. c.
Læthalis morbus an curandus. 234. c. Læthalem morbum aliqui ſuperat. 265. d.
Lapis in renibus quando, & etiam in veſica. 95. d. e. In veſica magis in viris, quam in mulieribus. 96. e. Lapide laborantes à renibus vrinam craſſam reddunt. 96. c. Attenuantibus, & incidentibus læduntur. 96. a.
Lateris dolor quandoque eſt in Ventriculo. 590. d. Quandoq. tranſit ad delyrium, & quandoq. bonum eſt. 356. e.
Legumina flatuoſa ſunt, macerata, & viridia nequaquam. 408. a.
Lenientia medicamenta electiuè. 85. b. 112. a.
Lethargus à pulmone. 184. c. A capite, & pulmone. 542. b.
Lienoſi qui ſint. 230. d. 415. c. Sunt aquoſi. 200. c. Lien ſucco craſſo nutritur. 200. d. Liene affecto non ſemper extenuantia exhibenda, ſed pituitoſiſsima quandoque. 82. e.
Ligaturarum effectus duplex. 278. d.
Lingua denſa phreniticorum propria. 490. d. Peripneumonicorum alba. 578. d. Nigra quid, & quando indicet. 551. a.
Localia medicamenta antè totius euacuationem. 217. e.
Lumborum dolor quas habeat cauſas. 495. e. Frigiditas cum grauitate quid portendat. 589. a.
Lumbricorum excretio bona, vel mala. 611. e.
Lyenteriæ duplex modus. 586. a. Lyenteria non ex defectu caloris, ſed ex corruptione. 517. d. Lyentericis ructus acidus prodeſt. 306. a.

M

Mandragoræ facultates contrariæ. 87. a.
Mania ab humore frigido. 467. c.
Manus venas Hipp. nunquam ſecuit. 181. b.
Marinæ aquæ vſus. 130. c.
Maſculi generationem iuuantia. 65. c.
Maza attenuat. 109. d.
Meconium non quælibet papaueris pars, ſed ſemen. 265. d. Duplex eſt. 419. a. Illius facultates. 263. a.
Medici antiqui modernis maximè præſtant. 511. b. Medicus ergà Deum benè ſe habet. 11. a Frequenter viſitare debet. 11. d.
Medicamentum debet eſſe morbo par, non inferius. 203. c. Purgans an trahat ratione ſimilitudinis.

©BIUM

tudinis. 18.a. Illius virtus eſt in ſpiritibus. 18.c.
Mel aluum ſiſtit, & citat. 111.c. Bileſcit. 111.d.
Melancholia nomine ſanguinis, & bilis comprehenditur. 36.a. Melancholici lędũtur ab adſtringentibus. 391.e. cur ſero abundent. 35.b.
Menſtruæ purgationis neceſſitas. 238.a. Suppreſſio ab vtero concluſo. 229.d. Suppreſsio non fit ab vteri procidentia. 240.a. Menſes fluunt ſecundum naturam tribus tantum diebus. 244.d. Bilioſi, & fluxus vterinus bilioſus differunt. 245.c. Bilioſi quomodò cognoſcantur. 246.a. Menſium dignotio per lintea. 248.a. Eruptio quando graviditati ſit mala. 462.a. Pauciores ratione vteri, & totius corporis. 295.c. Menſes ducentia medicamenta quæ. 269.d.
Mente conſtare, & benè ſe habere ad oblata, quomodo intelligenda. 442.a.
Milium intrò, & extrà adhibitum. 110.c.
Molæ generatio 268.a. Ea concepta mammæ attolluntur ſinè lacte. ibidem.
Morbi quando habent quid diuinum. 479.d. Habent triplicem exitum. 346.e. 357.a. Qui coctione terminentur. 135.a. Calidi non iudicatur coctione. 347.b.
Morbilli quid ſint. 309.a. Illis ſanguinis miſsio non conuenit. ibidem.
Mors magis ſignificatur ab accidentibus, quam ab eſſentia morbi. 459.c.
Motus adiuuat vomitum, impedit deiectionem. 353.b.
Mouere quid ſignificet. 434.e.
Mulier viro calidior. 238.b. Podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint. 219.a. 468.a. Non concurrit ad generationem. 250.d. In vtero ferius, extrà citius viro perficitur. 58.e. Carnearior, quam vir. 346.d. 125.b. Maximè lumbricis obnoxia. 517.e. Quæ in partu laborat magis, poſt partum laborat minus, & è contrà. 597.a. Non ita laborat calculo, ſicut vir. 97.a.
Mulſa cruda non eſt flatuoſa. 381.d. Cocta affectis viſceribus. 397.e. Cocta in febre ardente. 383.a.
Mutationes in morbis an commodæ. 357.a.
Mutilatus habet omnia, quæ ſanus. 37.a.

N

NArcotica quas vires habeant. 132.e. Quomodò dolores prohibeant. 175.a. Quomodò corpus conſeruent. 211.c.
Nares humidiores an ſint in bonis ducendæ. 464.d.
Nephriticorũ dolores in diuerſis partibus. 304.b.
Neruus cerebrum productum. 364.d. Nerui ex arterijs generantur. 365.c. Non laborant in coxendico morbo. 213.b.
Netopi mentio. 271.b.
Nigræ alui excretiones bonæ, an malæ. 616.d.
Noctu liquores ſub dio. 307.e.
Nomades habent articulos fluuidos. 101.e.
Nox ad ſubſequentem diem, non ad præteritam referenda. 397.d.
Nubecula in vrina quid ſit. 323.d. In vrina rarò conſpicitur. 324.a. Comprehendit enæorema, & hypoſtaſim. 323.b.
Nuces maturæ aluum mouent. 113.a.

O

OBſtructionis viſcerum ſymptomata. 397.e. Octaui menſis termini qui ſint. 57.b. Morbi non ità graues, vt aliorum menſium. 58.b.
Oculorum vlcera mala quæ lata, & quæ profunda. 330.c.
Ocymi vires contrariæ. 224.b.
Odores contrà ſyncopem. 359.c.
Oleum pro vomitu, & deiectione quomodo. 410.a. Oleo acrimonia hebetatur. 275.b.
Opium quomodò concoquat. 76.c.
Oris Ventriculi dolor fluxum, & fluxurum ſanguinem ſignificat. 566.c.
Orobacea contenta in vrinis quæ. 324.c.
Oua alimentum forte. 4.a. Adſtringunt, & increſſant, etiam ſorbilia. 255.c.

P

PAnis repletio peſsima. 223.d. Panis in iure, cibus leuis. 222.c. Panis contritus an cibus, vel ſorbitio. ibidem.
Paralyſis, & conuulſio ſimul. 302.d. 519.a. 567.a. Paralyſis inflammato pulmone. 579.e. Paralyſis ab humore melancholico. 472.b. A capitis vulnere in parte oppoſita. 369.a.
Paribus diebus febris quæ exacerbatur, cur difficilis. 524.c.
Parotides à bile, & pituita fiunt. 507.d. Triplicitur ſalubriter ſubſident. 549.b. In ijs diarrhoea, aut dyſenteria ſuperueniens, bonum. 548.c.
Partus non fit alimenti defectu. 44.e. Illius naturalis cauſa eſt fœtus maturitas. 45.a. Illius tempus eſt dierum ducentorum octuaginta. 336.c. Partum expertis menſes ſuppreſſi ſunt intrà vterum. 240.c. Quandoque non recipiuntur intrà vterum. 243.d. Partus purgamenta alba quæ ſint. 499.d.
Pectore laborante expectorantia quandoque incommoda. 381.e.
Peplium contra flatus. 249.d.
Peripneumoniaex phrenitide. 161.c. Quæ ex pleuritide ſtabilior. 577.e. An fiat à bile. 578.d. Fit etiam in vno latere tantum. 79.a. Quæ ſit ex febre ardente, eſt cum delirio. 183.d. Quæ ab angina, citius ſuppuratur primigenia. 457.a. Sputi eductione curatur, non ſic pulmonis Eryſipelas. 181.a. Peripneumonicis aluum ſubducit Hippocrates. 194.b. 466.e. Ipſorum lingua non ſemper alba. 578.e. Ipſorum ſputum in declinatione bilioſum eſt. 334.e. Peripneumonia non expurgata, abſceſſus, non autem à pleuritide impurgata. 485.c.
Peruerſionis vteri cauſæ. 242.a. Peruerſio partium non à conuulſione, ſed à paralyſi fit. 449.d.
Peticulæ aſpredinum nomine nequaquam intelligendæ. 308.c.
Phrenitis quibus partibus affectis fiat. 190.e. Illam tria præcedunt. 491.a. Illam futuram quæ

quæ indicent. 550. c.
Piſcium conſideratur grauitas. 111. a.
Pituita quæ excernitur, frigida ſentitur. 19. a. Hepate exiſtente calido non generatur à Ventriculo. 284. a. Ea ad ſpinalem medullam fluente tabes, & hydrops. 227. c. Tranſit in melancholiam. 562. d.
Plenitudinis ſymptomata. 22. b.
Pleuritis eſt paſſio ſolius lateris. 79. a. In vno latere non in ambobus. 78. c. An in pleura, vel in pulmonibus. 77. d. Infrà ſeptum tranſuerſum. 380. a. Sanguinea. 195. c. Cum ruptionibus. 195. b. Sicca, & ſine ſputo differunt. 167. b. c. Vera à non vera differt materia, & loco affecto. 77. e. Triplex ex ſputis. 195. a. Pleuritidis curationes variæ. 176. d. Pleuritis, & peripneumonia ſicca vario modo curantur. 167. c. In pleuritide, dolore aſcendente ſecanda vena. 380. c. Cum ſputo cruento non eſt mittendus ſanguis. 156. a. b. Dolore deſcendente purgandum. 380. d. Pleuriticorum, & peripneumonicorum qui facilius intereant. 578. d. Pleuriticis vna pars tantum inflammata, & aliæ proximæ dolent. 166. d. e.
Pluuialis aqua ſalubris. 95. d.
Podagra quæ ſit. 215. a. Differt ab arthritide. 216. a. Aegrè curatur. 216. c. Non fit à coitu. 468. c. Illius curandæ difficultas. 217. b.
Poma fortiora quam pro humana natura. 118. e. Probantur cum cibis. 119. a. Non ſunt corruptibilia. ibidem. Aſſumenda prima menſa non poſtrema. 119. c.
Potus in principio acceſſionis magis lædit, quam ſorbitio. 379. c.
Prædictiones faciendæ medijs interrogationibus. 511. d. Cronicorum, & acutorum morborum vndè habendæ. 439. e. Certiores in morbis longis. 334. d.
Præfocatio vteri ab inedia. 245. a.
Præſeruationis gratia non purgandum infrà. 137. c. Euacuandum per partem longinquam. 22. a.
Prorretica non ſunt collecta ex particularibus. 498. c.
Prurigo in hydropem à Thermis. 335. e.
Ptiſſana duplici modo paratur. 122. e.
Puer egreditur antè ſecundinas. 260. a. An ploret antè quadrageſimum diem. 59. c. Quos morbos non incurrat. 593. e. Podagra non laborat. 219. a. Illius mala ætatis beneficio mutationem faciunt. 340. c. Illi potus concedendus. 97. b.
Puerperis vinum vetus, & meracius obeſt. 255. b. Oua noxia. 255. c. Exhibitum ſcamonium. 297. e.
Puerperia ſunt duorum generum. 256. c. Excreta quomodò conducant vtero. 287. d. Eorum ſuppreſſorum cauſæ. 255. e. Eorum ſuppreſſio diſtinguitur. 256. d. Eorum tempus non eſt idem in omnibus. 268. d. Iis ſupreſſis ſecanda vena. 257. e.
Pullus naſcitur ex luteo, nutritur ex albo. 47. a.
Pulmo non facilè dimittit. 161. e. Eo affecto ſomnus, & delirium. 375. b. Inflammato paralyſis. 579. d. Ipſius Eryſipelas triplex eſt. 180. b. Ipſius Eryſipelas differt à peripneumonia. 180. e. Ipſius hydrops ſine vitio viſcerum. 183. a. Eiuſdem conſenſus cum auribus. 328. c.
Pulſus cauſæ quomodo diſtinguantur. 557. b. In hypocondrio quid ſit, & à quo fiat. 556. a. Ex morbo proueniens quid indicet. 556. b. In capite per eſſentiam, & per conſenſum. 529. a. Illum obſeruabat Hippocrates. 512. b.
Purgatio ſimpliciter prolata per inferna intelligitur. 416. d. 434. c. Tam ſuprà, quam infrà quomodò fiat. 416. c. Per inferiora in præſeruatione damnatur. 122. d. Sic in principio morbi. 203. d. 573. b. 435. d. 436. e. Fit in vigore morbi. 173. d. Non antè quartam diem. 390. d. Non prohibetur ab anni tempore calido. 105. c. Cur difficilis. 135. d. Ipſius opportunitas non à morbi tempore, ſed à coctione habetur. 173. a. In inflammatione potior venæ ſectione quandoque. 386. c. In morbis acutis poſt phlebotomiam eſt neceſſaria. 385. e. Purgatione peracta an ſecanda vena. 387. c. Quo die fit, prandendum non eſt. 378. a. 415. d. Purgatio per inferiora quando inutilis. 413. a. Partibus infrà ſeptum affectis conuenit. 414. d. Ictericis, & lienoſis an conueniat. 414. c. Partus, & à partu non eſt eadem. 40. b.
Purgandum rarò in acutis. 436. c. Quandoque per ſuperiora. 444. a. Per ſuperiora quando fit, & quando per inferiora. 173. c. 414. d. In principijs ſurſum, in declinationibus deorſum. 373. a. Vrina craſſa exiſtente, etiam cum cruditate. 433. a. Purgandum non eſt ſemper vrina craſſa exiſtente. 433. b. Neque purgandum quando humores agitantur. 437. c. Neque præſente magno calore. 104. d. Neque in colliquatione, neque in malignitate. 433. c.
Purgantia, quæ conueniunt in pleuritide. 381. b. In minori doſi cum aperientibus. 176. b.
Pus in thorace contentum quomodo dignoſcatur. 583. e. Puris ſputum à plenitudine. 22. b.
Puſtulæ in febribus læthales. 537. b. Earum varietas in bonitate, & malitia. 139. a. Illis diſparentibus conuulſiones. 374. c.
Putredo non eſt cauſa febris, ſed effectus. 25. b.

Q

QVartæ diei conſideratio. 334. a. Quartâ die quandoque tuta euacuatio. 344. a. Hæmorrhagia mala. 343. b. 541. b. Septenorum eſt index. 516. e.
Quartanæ curatio narcoticis. 174. e. Tranſmutatio. 322. d. Continua periculoſa. 448. d.

R

RAphanus alimentum, & medicamentum. 111. e.
Raritas cutis, & carnis non ſunt ſimul. 346. b. Rarum corpus non ſemper diſſipatur magis. 125. b.
Recidiuæ ſignum robur à morbo. 422. e.
Regionis calidæ incolæ ſapientiores. 100. e. Quomodò fortiores. 108. e. Intrà frigidi, extrà cali-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 633 sur 636

109.a. Regiones reſpondent elementis, & anni temporibus. 99.d.
Remediorum varietas commendatur. 12.e.
Repletio,& inanitio purgationē impediunt. 136.a.
Reſpirationis differentiæ. 321.c. Difficultas duplex 188.a. Illam ſoluit hæmorrhagia. 566.b.
Reuulſio ſtatim facienda. 342.c. Debet eſſe euacuatio copioſa. 342.d. In duplici caſu locum habet. 342.b. In curatione,& præſeruatione. 22.b. 137. b. Tantum in præſeruatione. 22.b. 186.d. Etiam præſente morbo. 353. a. Reuulſio fit vi vacui. 351.d. Ad partes internas damnatur. 138.c.
Rigor omnis à vaſis. 349.a. Quomodo incipit à vaſis. 348.d. Eius cauſæ 166. a. Incipit à partibus poſterioribus. 347. d. In febre ardente, in alijs febribus non. 450. b. Sextæ diei prauus. 520.c. Rigor ſine febre ſubſequente ex Hipp. 162.c.
Rubor faciei in hydrope. 187.b.
Ructus conducunt ſtomacho. 356. b. Acidi, quando ſanant lyentericos, & quando non. 306. c. Fiunt à calidis. 306.a.

S

SAlſi cibi aluum mouent. 95.a. Salſa aqua ſiſtit. 94.e.
Sanguis non eſt natura calidus. 68.e. Debilis quis. 570.a. Spumoſus à pulmone, & hepate. 580. c. Si ſubſtantia peccet, eſt cauſa continui delirij. 190. b. Si à natura excernatur in cacochymia. bonum. 560. e. Siſtitur ab humoribus acribus. 169.a. A plenitudine. 169.b. Ab humoribus frigidis. 169.c. Deficit in partibus extremis, cur. 205. c. Cohibetur à figura ampla. 312. a. Si excernatur, qui remanet fit ſeroſus. 277.d. Si excernatur immodicè morbi calidi, & frigidi ſuccedunt. 276. e. Febris ſuperuenit. 276. e. Illius vomitus ab hepate. 272. a. Ab hepate per pulmones excreti exempla. 457. c. Eo fluente non eſt mittendus ad reuellendum. 279.a. Neque in cacochymia. 18. d. In curatione mittendus à parte proxima. 21. c. Secta vena qui nam prior egrediatur, bonus, an malus. 18. e. Quadrupliciter euacuatur. 199. a. Sanguinem mingere, & ſangnineum non eſt idem. 514.b.
Sanus homo quæ requirit. 4.e.
Sapientiſſimi hominis temperamentum. 106.e.
Scamonium in pauca quantitate ad aluum ſubducendam. 297.e.
Semē generatur in partibus principalibus, perficitur in toto. 38.a. Perficitur in teſtibus. 33.c. Nō habet virtutem procreatricē à teſtibus. 32.e. Vterum ingredi à minima cauſa prohibetur. 294. b.
Senes diæta exſiccante vti debent. 28.d.
Septimeſtris partus quot dies requirat. 54.b.
Serum expurgatur duplicitur, per veſicam, & per inteſtina. 73. b. Sero deſtituti humores praui ſunt. 140. d. Serum non quolibet anni tempore vſurpandum. 384.a. Pituitam ducit. 84.a.c.
Siccandum, & humectandum quòuſque ſit. 145.d. Siccitas an faciat morbos breues. 91.e.
Signa quando conſideranda. 144.b. Mala, an ſemper mala. 577. d. Quando mortem, & quando morbi longitudinem ſignificent. 422. a. Signum exiguum, & morbus magnus. 125.a.
Similitudo filiorum vndè. 102.c. 106.c.
Singultus non fit à ſola ſiccitate. 465.c. A purgatione an ſemper malus. 475.e.
Somnus calidis naturis conuenit, etiam meridianus. 351.a. Qui criſim perfectam indicet. 340. d. Turbulentus, & excitatio turbulenta differunt. 529.d.
Sopor à bile quomodo fiat, & quomodò vigilia. 519. c. 375.e. Quomodò fit in principio, vigilia autem in ſtatu eiuſdem acceſſionis. 376. b. Soporoſus benè iudicatus. 519. c. Soporoſi quomodò excitandi. 322.a.
Sorbitiones etiam maximè nutriunt. 178.c. Refrigerant febricitantes temperamenti calidi. 354.d. Augendæ circà iudicationem in morbis pectoris. 393. a.
Spiritus in ſanguine quomodò deficiant. 169. a. Spiritu animali deficiente partes extenuantur, 227.b. Spiritus turbidus cur malus. 525.e.
Splenici à bile. 149.c.
Sputum attenuari quandoque bonum. 583.c. Sputa rotunda delirium ſignificant. 350.c.
Statio ſanguinis à quibus cauſis fiat. 168.e.
Sterilitatis cauſæ. 294.a. d. 462.d.
Stillæ ſanguinis an ſemper malæ. 398.e. 531.c.541. b. 568.d. Illas varia ſymptomata conſequuntur. 399.b. Vndecimæ diei malæ. 568.e.
Strumæ morbus colli peſſimus. 69.c.
Stupor dolorem ſoluit. 132. d. Qua ratione hoc præſtet. 458.e.
Sudor in morientibus quando. 359.b.
Suffocatione vrgente pituita à capite defluit. quomodo. 245.b.
Suppreſſionis menſtruorum cauſæ tres. 241.a. Suppreſſio ſexti menſis, an curabilis. 242.d. Cur ſexti menſis ſpontè inſanabilis. 243. a. Integra aliquando ſine vitio oris vteri. 295. c. Integra ab vtero, tantum ratione oris. 295. d. Suppreſſis menſibus ſterilitas cur. 294.e. Quando ſecanda vena. 258. a. Vena ſecta non conducit, ſed obeſt. 258.c. Aperientia obſunt. 241.b.
Suppuratio à pleuritide duplex eſt. 196. e. A pleuritide, & peripneumonia minus mala. 79.e. Sinè dulcedine ſputi, & cum amarore. 177. c. Suppurati qui citius pereant. 177. d. Suppuratis à deſtillatione vomitus vtilis. 404.a.
Surſum purgans non facit abortum. 164.c.
Symptomatum ratio potior quam morbi, quandoque. 400.a. Quæ ab erratis, an viginti quatuor horis ſedentur. 3.a.
Syncopis remedia. 316.a.

T

TAbe affectos, & tabi diſpoſitos contrario modo purgare oportet. 444.b.
Tetani ab atra bile cognitio, & curatio. 403.a.
Thermales aquæ debilibus incommodæ. 287.b.
Temperamentum an mutari poſſit. 108.b.
Tempora morbi tria ſunt. 203.b. Tempora ex morbis præuidemus, vt etiam è contra. 150.e. Tem-

Magnus Hippocrates cous Prosperi Martiani medici romani Notationibus explicatus. - page 634 sur 636

INDEX.

porum magnas mutationes cauere oportet, in curationibus tantum. 97.c.
Tettucij aquæ vſus. 131.a.
Totius euacuatio non ſemper præcedit balneum, & ſudores. 174.c. Totius refrigeratio an ſit granior extremorum refrigeratione. 206.d.
Tranſitus morborum, vel ad partes fortiores, vel ad debiliores. 20.b.
Tubercula, quæ bona, & quæ mala. 138.e.
Turgentia quid ſignificet. 437. d. Quarè pro purgatione requiritur. 438.b.
Tuſſis in febribus, quæ ſitim leniat. 345.a.
Tympanitis non eſt hydrops. 411.a.

V

VAriolæ, & morbilli idem ſunt, & earum curatio. 309.a.b.
Varietas excretorum ſpontanea, & artificialis mala, & bona. 446.a.
Venæ ſecandæ delectus vndè. 298.e. Venarum principia quinque. 72.b. Quomodo dicantur oriri à capite. 21.b. Ipſarum anathomes duplicem habet finem. 74.c. Venæ partes attollunt, & deprimunt. 129.a. Venæ ſectio in febribus ſuſpecta. 277.b. Vitanda. 591.c. A quibus impeditur. 155. d. Non eſt ſecanda poſt purgationem. 387. d. 388.d. Non eſt æquè tuta cum febre, ac ſine ea 560.a. Secanda eſt à principio morborum. 388.d. Quandoque in declinatione. 181.d. Vena ſiniſtræ partis cur quandoque eligenda. 299.b. Venæ ſectio minus debilitat, quam purgatio. 387.c. Conuenit fluxione vigente tantum. 154. e. Bile dominante quando vſurpanda. 477. b. Conuenit etiam in morbis frigidis. 477. a. In hydrope. 412. a. Prohibet ſuppurationem. 375. d. 603. b. Vſurpanda in cacochymia malancholica. 515. a.
Venefici morbi. 233.e.
Venter quid ſignificet. 346.c.
Ventis expoſita ſunt tranquilla, quæ contrà, contrà. 109. b.
Ventriculus vt non læditur, ſic non expellit. 119. e. Ipſius vitio quæ excretiones. 121. a. Etiam ſinè vomitu per os expellit. 584. b. Ventriculo dolentes venæ ſectio lædit. 590.d.
Ver calidum, & humidum non temperatum. 100.a.
Veratrum album mouet deorſum. 444.b.
Veſicæ calor dupliciter facit ad generationem lapidis. 95.e.
Vigilia à cibo quando noxia. 114.c.
Villorum vſus. 74. b. Non ſunt neceſſarij pro operationibus naturalibus. 74.a.
Vinum in pectoris affectibus. 184. e. Aptiſſana dandum. 171.c. 176.d. Non aquoſum à cibo quid præſtet. 407.a. Nigrum tenue liene affecto. 376. e. Dulce aluo quibus ſecedit. 111. d. Anſit flatuoſum. 223. c. Actu frigidum in vlceribus. 131. d. In mente motis non conuenit. 188.a. 192.c. Ipſius abſtinentia contrà podagram. 468.b. Vinorum varietas ad vomitum facit. 150. d. Vinum in febribus concedi poteſt, quomodo. 266. c. Non ſemper prohibetur quia calidum. 416.a. In melancholicis damnandum. 371.b.
Virgines citius, & grauius ægrotant ex menſibus. 237.d. Non purgantur per venas colli veteri. 239.b. Illis menſes ſuppreſſi nõ ſunt intrà vterum. 240.c. Etiam occultantur intrà vterum. 243. d. Illis medicamentum dandum non eſt. 288.b.
Viſcerum tumor quomodo dignoſcatur. 283.b.
Vlcerum differentiæ, & curationes. 8.c. Vlcus emmoton quale ſit. 460. e. Linamento egens quod ſit. 229.a. Vlceris calloſi curatio. 86.c.
Vnum tantum humorem peccare peius quam multos. 446.b. 575.b.
Vndecimeſtris partus quis. 61.d.
Voluuloſis ſi febris, aut dyſenteria ſuperueniat, an bonum. 424.a.
Vomitus malus qui ſit. 140.a. Vt ſit facilis, quem ciborum ordinem requirit. 222.a. 30.e. Vel ſtatim à cibo, vel longè poſt. 116. e. In curatione partium ſuperiorum. 122. d. Capite affecto vtilis. 318.b. Pro præſeruatione præfertur deiectioni. 19.d. 122.d. Exiguus non ſemper malus. 499. c. A pulmone. 475.b. In ieiunio ad gracilitatem comparandam. 30. d. Sine flatu, & concoctorum malus. 140.b. 434.b. Crudorum non ità malus, vt deiectio. 140. d. 141. c. 434.d.
Vrinæ varietas conſideratur. 325. a. Eius inſpectio non tantum in febribus. 517.b. Ad plura cognoſcenda facit. 483.c. 543.d. 604. d. Ad præcognoſcendam phrenitidem. 491. a. Vrina ſanorum qualis. 513.c. Qualis in progreſſu coctionis. 604. b. Eius bonitas primo ex colore, mox ex contentis habetur. 604.b. Cum ſubſidentia alba optima, cur. 604.c. Sedimenti varia. 484.b. 530.b. Difficilis cauſæ quæ ſint. 477. c. Non trahitur à renibus, ſed à Veſica. 73. c. Cum arena calculi ſignum, renum, aut veſicæ. 455. a. Deſtillans quas habeat cauſas. 513.e. Vrinæ ſuppreſſio duplex. 502.e. 522. c. Duplex materia. 200. e. Excretio cur quarta die ſalutaris. 344.b. Vrina denſa quæ. 500. c. Grumoſa quæ. 452. a. Pelliculoſa quæ. 530. a. Pinguis quæ. 603.e. Vrina craſſa exiſtente ſemper purgandum etiam crudo morbo. 433. e. Vrina concocta mala quando. 496.e. 545.d. Concocta ſola morbum ſoluit. 543. d. Craſſa ſi attenuetur, an bonũ. 581.c.b. Aquoſa imminente hæmorrhagia. 531.e. Nigra, & tenuis conſideratur. 607.b. Tenuis, & bilioſa morbi longi ſignum. 605. a. Sub rubra à bile. 606.b. Qualis iumentorum in dolore capitis. 609.b.
Vſtio lino crudo quomodo facienda. 214.d.
Vteri partes. 238.e. Magnitudo varia. 239.a. Hiatus triplex. 290.c. Durities plures. 289.e. Vterus non eſt exquiſiti ſenſus. 594.c. Aſcendit, & deſcendit. 373.d. Vteri motus. 286. a. Aſcenſus cauſæ. 287. d. Morbi non requirunt coctionem. 141.c. Calor ſomnũ facit. 296.d. Ore eius concluſo menſes ſupprimuntur. 239.d. Fluxus ab vtero menſibus ſuppreſſis. 281. c. Qui fluxus albus conceptionem impediat. 326. a. Vteri denſitas conceptionem non omninò impedit. 305.e. Conſenſus cum mammis, & pulmonibus. 328.b. Vteri dyſcraſia quando ſterilitatis eſt cauſa. 462.b.
Vuæ immaturæ ſuccus non adſtringit. 112.d.
Vulneribus febris quando ſuperuenit. 471.b.

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGENDA.

Pag.	Lit.	Errata	Correctio
2	C	nutrient	nutrimenti
	D	penæ	pœnæ
		assuescerunt	assueuerunt
		quapiam	quampiam
	E	dictam	dictam
3	A	erat	errat
		conseeuntur	consequuntur
5	A	postremum	postrema
		portaret	præstaret
		priores, sulpho- resque	pictores, scul- proresque
6	A	quis	quos
10	A	cogniionem	cognitionem
	B	vera	versa
		obseruatione	obseruationes
11	E	expeditur	expeditior
12	D	diludicando	dilucidando
14	B	modico	Medico
	C	possidet	pollidet
15	D	inuocanres	inuocantes
		adrantes	adstantes
16	C	diligentiæ	diligentia
17	B	cbnstituerunt	constituerunt
	C	illum	illud
	D	eriamsi	etiamsi
18	C	mddicamènti	medicamenti
20	A	cooseruare	conseruare
	D	peripueumonian	peripneumoniã
	E	ossium	ossium
21	E	exhareit	exaruit
22	D	subsistentia	subsidentia
		apparent	apparere
23	B	tonuiori	tenuiori
	E	tertianns	tertianas
		scopia	copia
		ubstantiæ	substantiæ
24	C	quàm	quem
		difficultas	difficultates
		concurre	concurrere
25	B	corpus	corpore
26	C	oc	ac
		sperareтur	separaretur
29	C	accelerandum	accelerandam
32	D	56	356.
35	A	suecu	succus
37	A	suplente	supplente
	B	eranr	erant
	D	calores	colores
38	B	oporetur	operetur
40	D	contextu	contextus
	E	Mal.	Mul.
41	A	humores	humeros
	D	lactis	lac
42	A	veteris mol.	Veteris mul.
43	D	quam pane fur- furaceum	quoniam panem furfuraceum
44	E	procurrere	procurare
45	A	abimentum	alimentum
48	C	testu	textu
	E	βαρυος σαρκῶν ς ἀρχος	σαρκῶν ἀρχων
52	E	viginti	vigesimum
53	C	indicationes	iudicationes
56	E	quedam	quædam
58	A	testibus	textibus
69	A	reducuntur	reducitur
	C	pessime	pessimum
72		vænarum	venarum
74	B	dilato corde	dilatato corpore
35	E	Græci	Græcis
76	E	hypropis	hydropis
81	D	stud.os puti	studio sputi
	D	ἐλατηριν	ἐλατηριον
82	A	puraret ζιξειν	putaret ῥιζειν
	B	Quinam	quidam
83	C	humorum	humorem
84		insensisime	insensisimæ
	E	veritas	veritus
86	E	Mandragoræ	Mandragoræ radice
88	C	rectus	rectum
89	C	hucusque	huiusque
93	A	auem	autem
94	A	quam	quæ
96	A	quam	quæ
105	B	meridie	meridiem
108	E	tera	terra
133	C	vtirculi	vtriculi
137	B	3	2
141	E	Næc	Hæc
145	E	petere, st	petere, est
150	B	humana	humida
161	B	aut	autem
162	A	ignes	igneus
167	B	eorum	earum
171	C	à quo	quod
	D	An	At
177	D	propositione	proportione
185	C	vario	validO
211	A	poritonem	portionem
214	E	diximus	duximus
216	D	interualla	per interualla
217	B	materiam	causam
222	B	febre	nisi febre
231	A	ac	lac
234	E	bile	bile &
245	A	illi, vt	illius
253	C	pronuctio	pronuncio
255	A	conditiones	conditionis
273	C	mediate	medietate
275	D	admotu	admotus
279	C	praxis	praxi
281	C	ante	antè
319	E	circam	circà
322	D	excedat	excedant
327	D	benigniora	benigniori
330	E	subeliorum	subclorum
334	E	totus ille	totus & ille
337	D	ὁδυνατο	ἀδυνατο
343	C	quid	quod
347	E	humores	horrores
380	B	vrgit	vergit
381	B	medicamento	medicamenta
385	A	concurrerent	concurrente
402	B	cæteri	iŒteri
426	D	προδιδονται	προβιβονται
437	B	coium	coitum
447	D	eique	eaque
	B	sedet	sedat
455	B	huc vsque	huiusque
	C	suppurato	suppuratio
458	A	Epleos mare	Cypheos mane
461	D	matura	natura
495	A	compositos	compos
545	B	42	24
553	C	genti	genus
559	D	Nam	Num
582	A	soluat à	soluta
588	C	Amauriosis	Amaurosis.

REGESTVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

Omnes ſunt Terniones, præter ✠, Duernio, & Fff, Quaternio.